ſtatutum loquens in genere, & non faciens mentionem nominatiue de certa perſona comprehendit omnes illos qui ſub illo genere ex identitate rationis poſſunt comprehendi, conſi. 86. num. 86.

ſtatutum loquens per verba prægnantia, & ampla debent reſtringi ne ignorans puniatur, conſ. 15 nu. 12.

ſtatutum loquens per verbum ſuccedere importat ſucceſſionem ab inteſtato ſi mulier non fecerit teſtamentum, vel ex teſtamẽto ſi inſtituatur non autem contra voluntatem mulieris cõſil. 72. nu. 54. Sed contra nu. 58. 60. 61. & 63.

ſtatutum Marchionis Marchiæ Ferrariæ Ducis Venetorum, vel Ianuæ, quia æquiparantur præſidi Prouinciæ eſt ius prætorium, conſ. 86. nu. 5.

ſtatutum mentionem faciens de fratre ſimpliciter intelligi debet per prius, & non per poſterius, conſ. 55. nu. 17.

ſtatutum mentionem faciens de homicidio intelligitur de vero, conſ 63. nu. 22.

ſtatutum mentionem faciens de ciue ſimpliciter comprehendit etiam habentem ibi domicilium vbi mens, & ratio ſtatuti, ita ſuadeat, conſ. 72. nu. 15.

ſtatutum pœnam pecuniariam imponens pro homicidio ſecundum communem non valet, conſ 98. nu. 26.

ſtatutum permittens licentiam inſtruendi ſpurios non valet cõſ. 92. nu 5.

ſtatutum per quod datur materia delinquendi non valet. conſil. 92 nu 4.

ſtatutum populi potentius eſt, quam pactum priuatorum, conſil. 29. nu 2.

ſtatutum poteſt ſubditus impedire quin officium iudicis implore tur. conſ. 29. nu 50.

ſtatutum poteſt tempus appellandi, & proſequendæ appellationis moderare, conſ. 29. nu. 8.

ſtatutum poteſt tollere appellationem nullitatem ſupplicationẽ, & officium iudicis conſ. 19. nu. 1. quod declaratur in nu. 12. 15. 24. & 28.

ſtatutum præciſè diſponens quod abſens poſſit condemnari, & de nullitate dici non poſſit debet intelligi ſi abſens fuit citatus, conſ. 19 nu. 42.

ſtatutum præſumitur eſſe in viridi obſeruantia, conſ 90 num. 53.

ſtatutum prohibens alienationem rerum immobilium ſub graui pœna in non ſubditos locum non habet in alienatione neceſſaria ſecundum communem, conſ. 21 nu 18.

ſtatutum de quo ſupra ampliatur etiam procedere ſi loquatur de quolibet alienante, vt in nu. 20.

ſtatutum prohibens appellationem licet valeat tamẽ non debet trahi, nec extendi vbi conſtaret de notorio grauamine appellantis. conſ. 29 nu. 37.

ſtatutum prohibens maritum relinquere vxori locum non habet in vxore relinquente vbi non eſt eadem ratio, conſ. 60. nu. 37.

ſtatutum prohibens obligationem mulieris ſine conſenſu propinquorum recipit interpretationem à iure communi, vt locum non habeat in obligatione neceſſaria, conſi. 21. nu. 15.

ſtatutum proprie debet intelligi, conſ. 72. nu. 10.

ſtatutum puniens intrantem palatium certo tempore locum nõ habet in eo qui impulſus fuit in palatio, conſi. 45. nu 72.

ſtatutum puniens receptantem bannitum non procedit in receptante bannitum cui reſiſtere non potuit, conſ. 45 nu. 76.

ſtatutum quod bannitus poſſit impune offendi debet intelligi de iure bannito, conſ 63. nu. 25.

ſtatutum quod declinans iuriſdictionem poteſtatis poſſit offendi locum non habet in clerico declinante ipſam iuriſdictionem, conſ 4 nu. 37.

ſtatutum quod extantibus maſculis filia dotata non ſuccedat reſtringitur. vt non ſuccedat præter vel contra voluntatem defuncti alias ſecus, conſ. 72. nu 55.

ſtatutum quod filia dotata ſtantibus fratribus non ſuccedat patri & matri non verificatur in fratre defuncti, conſ. 55. n. 21.

ſtatutum quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu proximorum requirit ſecundum communem conſenſum in celebratione contractus, vel paulò poſt, conſil. 97 nu 3. Sed contra nu. 19. quod ampliatur, & in nu. 20.

ſtatutum quod poteſtas in criminalibus libere poſſit inquirere debet intelligi præcedente diffamatione, conſ. 24 nu. 17.

ſtatutum requirens duos notarios rogatos ſubſcriptos in contractu minoris, vel mulieris locum non habet ſi propter peſtem non potuit haberi niſi vnus, conſ. 8 nu. 31.

ſtatutum requirens plura ad actum pro forma non refertur ad leues ſolennitates, ſed debet intelligi ſecundum diſpoſitionem iuris communis, conſ 82. nu. 14.

ſtatutum ſecundum communem poteſt derogare. l. hac edictali. C. de ſecundis nup conſ. 62. nu. 31.

ſtatutum ſi diſponit quod cedens actionem nobili puniatur in cẽtum verificatur in actione valida, conſ. 63. nu. 27.

ſtatutum ſi diſponit quod Florentini habeantur pro Peruſinis de propria ſignificatione denotat originem, conſ 71. nume 9.

ſtatutum ſi diſponit quod inſtrumentum habeat executionẽ paratam, & fiat præceptum alicui tanquam hæredi debitoris ante quam conſtet ipſum hæredem non valet præceptum iudicis, nec eius iuſſio, conſ. 20. nu. 11.

ſtatutum ſi diſponit quod ſcholares in omnibus, & per omnia habeantur pro ciuibus efficiuntur ſcholares veri ciues, & actiuè, & paſſiuè, conſ 60. nu. 27.

ſtatutum ſi diſponit, vt eſt Peruſij quod omnes præpoſitæ fieri debeant per prætorem alias actu non valeat ſi alio modo contra formam ſtatuti facta fuit propoſitio in cõſi populi valet quod factum eſt, conſ 90. nu. 14. Sed contra nu 50.

ſtatutum ſimpliciter, & indiſtinctè diſponens quod hæres teneatur inſolidum reſtringitur niſi hæres confecerit inuentarium, conſ. 55 nu. 30.

ſtatutum tollens nullitatem locum non habet in nullitate reſultãte ex inſpectione actorum, conſ. 29. nu. 43.

ſtatutum tollens omnem exceptionem, & defenſionem tollit officium iudicis, conſi. 29 nu. 4.

ſtatutum volens excludere ſororem propter fratrem ſuperſtitem non eam excludit à fratre exhæredato, conſ 55. nu. 25.

ſtilus Papæ habetur pro iure, conſ. 46. nu. 16.

ſtilus reddit omnia valida, conſ. 70. nu. 14.

ſtilus ſtatutum & conſuetudo poſſunt derogare ſolennitati citationis in examine teſtium requiſitæ, conſ. 70. nu. 15.

ſtilus vim legis obtinet, & pro forma habetur, conſi. 70. nume. 13.

ſtipulatio iudicatum ſolui propter mutationẽ iudicis euaneſcit, conſ. 58. nu. 12.

Stipulatio licet ſequatur naturam actus ſuper quo interponitur illud eſt verum quantum ad effectum vt plus non obliget ſed eſficaciter,conſ. 8.nu 40.

ſtipulatio notarij facta nedum pro acquiſitore & eius hæredibus valet ſed etiam ſi ſit facta vice & nomine omnium quorum intereſt conſ 97.nu.62.quod amplia,vt in nu.63.

ſtipulatio notarij non operatur vt ante ratificationem ius abſenti acquiratur conſ.19 nu 11.

ſtipulatio pure facta animo nouandi obligationem conditionalē habet tacitam conditionem ſi eueniat conditio obligationis nouandæ alias habetur pro non facta conſ. 11.nu 6.

ſtipulatio quæ incipit à defuncto quando committitur propter non factum ſimpliciter tunc minor non venit iure ſuo conſil. 99 nu.44.

ſtupri pœna in perſona humili eſt relegatio cum aliqua coercione corporali & in alia confiſcatio dimidia partis bonorum cōſ. 74.nu 10.

ſtupri pœna non punitur de iure canonico quo ad pœnam temporalem habens rem cum meretrice licet ſecus quo ad pœnā ſpiritualem conſ.74 nu 12.

ſtuprum committitur cum meretrice conſ 74.nu. 15.

Subditi alienari poſſunt a Cæſare in ... quando alienatio fit ei qui ſecundum qualitatem perſonæ ſuæ & conditionē ſtatus idoneus eſſe cenſetur,conſ 1 nu 97.

Subditi de iure inuiti alienari non poſſunt conſ.1 nu.34.

Subditi inuiti alienari poſſunt vbi ita eſt ſolitum fieri,conſ. 1.nu. 81 & 87.

Subditi inuiti cum vniuerſitate bonorum alienari poſſunt conſil. 1.nu 8.

Subditi non debent alienari in duriorem dominum cōſ. 1 nu.39.

Subditorum intereſt domi os habere præſentes cum quibus horatim alioqui poſſit & ad eos accedere ſine expenſis, conſ.1. num.43.

Subditorum magis intereſt eſſe ſub ſupremo domino quam paruo conſ.1.nu.37.

Subditorum non intereſt habere plures dominos conſ. 1.nu 40 quod limitatur nu.106.

Subditus ciuitatis ſi falſificat eius monetam incidit in pœnam læſæ maieſtatis conſ 4 nu.2.

Subhaſtatio adeſſe debet in locatione rerum fiſcalium vel ciuitatis conſ.99.nu.10.

ſubhaſtatio requiritur in venditione quæ fit à republica conſ.99. nu.19

Subhaſtationes fieri debent in rebus minoris eccleſiæ & fieri per viginti dies,in alijs vero eſt arbitrarium niſi aliter tēpus a ſtatuto vel conſuetudine eſſet limitatum conſ.53 nu.14.

Subhaſtationes requiruntur in alienatione rerum minorum poſt decretum iudicis adeo quod non ſtatur inſtrumento facienti mentionem de ſubhaſtationibus niſi alio modo appareat cōſ. 33.nu.13.

Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatus cōſ. 68.nu.45.

Subſcriptio inueſtituræ facta per agnatam de feudo ſuo nō præiudicat ipſi agnato qui ignorabat contenta in dicta inueſtitura conſ 2.nu. 44.

Subſcriptio notarij videtur includere & complecti effectum omnium præmiſſorum ad quæ habet relationem conſ.44 nu.29.

ſubſcriptio teſtium licet non requirat diem & locum tamē erit bonum apponere conſ.36.nu 3.

Subſtitutio breuiloqua quando eſt facta cum compendio verborum non tantum eſt breuiloqua, ſed etiam compendioſa vel reciproca conſ. 25.nu. 1.

Subſtitutio breuiloqua quando eſt facta contractu temporis ſecūdum communem nedum comprehendit vulgarem ſi hæreditas non adeatur ſed etiam & fideicommiſſariam poſt aditam hæreditatem conſ.25.nu 2.

Subſtitutio breuiloqua ſiue ſit facta verbis directis ſiue communibus ſiue perſonis imparibus ſiue paribus nunquam continet ſub ſe niſi directas vulgares pupillares & exemplares ſed fideicommiſſarias nunquam conſ 25.nu 3.

Subſtitutio compendioſa facta à pagano per verba communia ſecundum communem omni tempore dicitur fideicommiſſaria conſi.69.nu 4.

Quod ampliatur procedere etiam ſi mater ſit in medio vt in nu. 5.Sed contra nu 6 & 25.vbi eſt magis communis.

Subſtitutio compendioſa facta impuberi per verba communia infra tēpora pupillaris ætatis excludit matrem ſi pro parte facta eſt ſubſtitutio eccleſiæ conſ.69.nu 27.& 30.

Subſtitutio compendioſa facta impuberi per verba communia non eſt omni tempore fideicommiſſaria quando mater tranſiuit ad ſecunda vota viuente filio impubere conſi.69.num.31.

Sed contra ſecundum communem nu. 33.

ſubſtitutio compendioſa facta impuberi per verba communia dē alio filio teſtatoris infra tempora pupillaris ætatis excludit matrem conſ.69.nu.28.

ſubſtitutio compendioſa non requirit expreſſionē dictionis quādocunque ſed ſufficit dicere ſi quis eorum deceſſerit ſine filijs conſ. 25.nu. 13 & conſ. 69 nu.2.

ſubſtitutio dicitur compendioſa ſecundum communem quando teſtator dixit ſi filius meus deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus conſ.69 nu.1.

ſubſtitutio dicitur compendioſa vbi ſit ſub conditione mortis conſ.25.nu. 13

ſubſtitutio directe eſt magis neceſſaria quam fideicommiſſaria,cōſ. 69 nu.15.

ſubſtitutio dubia potius iudicatur directa quam fideicommiſſaria conſi.69.nu.8.

ſubſtitutio facta de proximioribus maſculis de familia intelligitur de proximis fideicommittentis non autem grauati conſil. 100 nume. .& 9.sed contra numero 10.& 18. ſecundum communem.

ſubſtitutio fideicommiſſaria tantum prouidet teſtatori,conſi.69. num.14.

ſubſtitutio pupillaris comprehenſa in compendioſa excludit matrem conſ.69.nu 12 quod ampliant etiam procedere ſi ſit tacita vt in nu.22.

ſubſtitutio pupillaris eſt fauorabilis ſed fideicommiſſaria continet grauamen conſ.69 nu.10.& 29.

ſubſtitutio pupillaris eſt plenior fideicommiſſaria, conſil.69 numero 17.

ſubſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrem, conſilio 69. numer. 9.

ſubſtitutio pupillaris teſtamentum eſt filij, conſilio 69. numero 25.

ſubſtitutio tacita pupillaris excludit matrem tranſeuntem ad ſecunda vota conſ 69.nu.32.

ſubſtitutiones omnes quæ fiunt poſt primam dicuntur ſecundæ cōſil.72.nu.32.

ſubtilizare nimium vbi res eſt clara nihil aliud eſt quam perniciose errare conſ 55 nu.7.

ſucceſſio aui magis eſt debita nepoti ex filio quam ſit ſucceſſio patris conſ. 8 nu 24.

ſucceſſio cadit in feudis regalibus etiam habentibus dignitatem annexam conſ 3 nu 2.

ſucceſſio etſi non cadat in feudis marchiæ comitatus & ducatus tamen fallit ubi conſuetudo eſſet in contrarium conſ. 2.nu.16. & in conſ.42 nu.23.

ſucceſſio feudorum regulariter quo ad ſuccedendum prout aliæ ſucceſſiones quæ ſunt de iure communi introductæ conſil. 67. nume. 15.

ſuccumbens in vna cauſa bis vel ter ſi tertia ſententia infert grauamē nouum poteſt ab ipſa appellari nec dicetur tertia appellatio reſpectu additi grauaminis conſ.43 nu 4

ſummarium intelligitur ſecundum legem quæ ſumatur conſilio 84.nu 17.

ſuperior ſi tollit omnem exceptionem cum clauſula ſupplentes &c.adhuc poteſt opponi contra perſonam in cuius fauorem reſcribitur quod non ſit legitima conſ 7 .nu 5.

ſupplicare vel reclamare ſententia principis vel ſenatus conſilio 94.nu.2.

ſupplicatio & appellatio à pari procedūt niſi vbi reperitur expreſſa differentia conſ.94 nu.11.

ſupplicatio eſt quædam precum porrectio facta principi per quā ex quadā benignitate ſuperior reſtituit ſupplicantē aduerſus ſententiam contra quam non competit remedium ordinariū conſ.29.nu.49 & in conſ.94.nu. 5.

ſupplicatio ſemper eſt licita in omni materia legis reſcripti vel inſtrumenti conſ 94 nu 3.

ſupplicatio obtenta contra ſententiam præfecti prætorio durat per tantum tempus quantum durat appellatio conſi.94. numer.19.

ſupplicatio porrigenda eſt principi qui demum conſiderata æquitate debet munere ſupplicantis conſi.29.nu.48.

ſupremus princeps omni legi derogare poteſt cum habeat plenitudinem poteſtatis conſ 3.nu 24.

ſuus hæres ipſo iure eſt hæres nedum nomine ſed effectu & obligatur creditoribus conſil.20. nu. 5.quod tamen intellige vt in nu.16.& 19.

T

Tabellio loco teſtis habetur conſ. 38. nu. 26.

Taciturnitas nationis non expreſſa in præſentatione patroni reddit eam ſubreptitiam ſi per præſentantem non fit mentio inſtituenti quod præſentatus erit forenſis, conſilio 47. numero 68.

Taciturnitas nationis ſuppreſſa in impetratione beneficij reddit eam nullam conſ. 47. nu 66.

Tempus belli & mortalitatis æquiparantur conſ. 81. nu 15.

Tempus decem dierum quod datur ad appellandum ex quo currit de momento ad momentum qui dicit ſe appellaſſe debet probare appellationem interpoſuiſſe infra decem dies à die latæ ſententiæ alias appellatio non deuoluitur conſilio 41. numero 45.

Tempus depoſitionis in teſte attenditur conſ. 24 nu. 31. & in conſil. 41. nu 43.

Tempus inſtantiæ præfixum à ſtatuto ſubrogatur loco inſtantiæ iuris communis & eius naturam imitatur, conſilio 18. numero 5.

Tempus petendi inueſtituram non incipit currere niſi à die ceſſati impedimenti conſ 18. nu. 19.

Tempus quando eſt de ſubſtantia actus debet præciſe & limitate probari conſ 41. nu. 44.

Tempus reuocandi rem alienatam limitatum à ſtatuto currit à die ſcientiæ veræ & non fictæ nec præſumptæ, conſilio 21 numero [illegible].

Tempus ſtatutum à lege non minuitur ab homine, conſilio 18. numero 13.

Tenor inueſtituræ ſemper inſpici debet quia derogat omni iuri & naturæ feudi conſ. 60. nu. 14. & in conſ. 67. nu. 1. & 2. & vim contractus oſtendit vt nu 3

Tenor priuilegij inſpiciendus eſt conſ 61 nu. 1.

Terminus ſex menſium ſtatutus vaſallis per edictum epiſcopi ad recipiendum inueſtituram ſubrogatur loco temporis ſtatuti à lege ſcilicet anni & diei conſ. 18. nu. 3.

Terminus ſex menſium de quo ſupra proximè poteſt per epiſcopum breuiari vt in nu 4. ſed contra in nu. 12.

Tertius comparens pro intereſſe ſuo audiendus eſt ſi de eo fidem fecit apparenter conſil. [illegible] nume 31. quod declaratur in numero 77.

Tertius poteſt opponere de nullitate ſolennitatis non ſeruatæ in alienatione rerum eccleſiæ etiam ea nolente conſilio 15 numero 22.

Teſtamētum Cardinalis in quo licentia Pontificis requiritur ex diuturnitate temporis præſumitur interueniſſe, conſil. 2. numero 25.

Teſtamentum conditum apud acta maioris iudicis valet etſi in eo non ſunt deſcripti aliqui teſtes conſ 70. nu. 28.

Teſtamentum conditum in loco hoſtili & perſonas non militantes quæ alias teſtari non poterant ſine numero ſeptem teſtiū valet ſi interuenit numerus teſtium requiſitus teſtamento militis conſ. 81. nu. 17.

Teſtamentum conditum inter liberos coram duobus teſtibus valet conſ 82. nu. 9.

Teſtamentum conditum ſine ſeptem teſtibus non valet quamuis quis numerum illum in teſtamento ſuo adhibere non potuiſſet conſ 81. nu. 8.

Teſtamentum debet fieri vnico contextu conſ 81. nu. 24.

Teſtamentum factum tempore peſtis cum quinque teſtibus nō valet conſilio 81. numero 1. & 13 vbi eſt magis communis. Sed contra numero 14. & 48. vbi magis communis eſt in contrarium.

Teſtamentum in ſcriptis aperiri poteſt ſine citatione partis, & per quemlibet probantem intereſſe ſuum cum iuramento calumniæ peti poteſt conſ. 36. nu. 7.

Teſtamentum in ſcriptis condere periculoſum eſt, conſilio 36. numero 1.

Teſtamentum in ſcriptis debet ſigillari per teſtatorem cum ſigillo ſuo conſ 36. nu 3.

Teſtamentum peſtis tempore factum ſecundum aliquos valet etiam cum minori numero quinque teſtium, conſilio 81. numero 47.

Teſtamentū valet ſi teſtator impeditus propter receſſum teſtis non potuit illud publicare conſ 81. nu. 44.

Teſtamentum vt valeat requiritur pro forma quod teſtes videant teſtatorem alias non valet conſ. 81. nu. 26.

Quod ampliatur procedere etiam ſi muro intermedio ſeu cortina teſtes non videat teſtatorem ſed audientes deponerēt de tenore teſtamenti & haberent notam vocem teſtatoris vt in num. 27.

Teſtator & contrahentes in diſpoſitionibus ſuis cenſentur ſe velle conformare cum diſpoſitione iuris communis vel ſtatutaria conſ. 68. num. 20.

Teſtator in teſtamento non poteſt diſponere quod clericus hæres conueniatur coram laico conſ. 4. num. 12.

Teſtator non poteſt remittere confectionem inuentariæ vſufructuariæ conſ. 92. num 17.

Teſtator quamuis nō poſſit per viam præcepti diſponere quòd in funus opponantur veſtes & ſimilia inepta poteſt tamen ea ponere in conditione conſ. 84. num. 10.

Teſtator quando neſcit ſubſcribere vel eſt impeditus adhibeat in ſuo teſtamento in ſcriptis octauum teſtem qui nomine ipſius ſubſcribat conſ 36. nu. 3.

Teſtator relinquens vxori redditus quorumcunque bonorum mobilium & immobilium non videtur relinquere nomina debitorum conſ. 65. num. 12.

Teſtator ſi inſtituit filium & nepotem licet videatur eos ordine ſucceſſiuo inſtituere tamen id locum non habet quando cum filio inſtituit nepotem ex filio præmortuo, conſilio 68. numero 54.

Teſtator ſicut de iure communi non poteſt remittere cautionē de vtendo & fruendo &c. ita nec etiam hoc facere poterit & licentia principis conſ. 92. nu. 3.

Teſtator vbi imponit aliquam pœnam prohibito alienare videtur voluiſſe alteri prouidere cui in pœnam reliquit conſil. 59. num. 7.

Teſtatori ſucceditur in fideicommiſſis non autem grauato conſ. 100. nu. 2. quod declaratur in nu. 10.

Teſtes deponentes ſuper conſuetudine debent reddere rationē congruam etiam non interrogati, conſ. 2 nu. 123.

Teſtes dicentes ſe audiuiſſe centies & vltra publicè à multis perſonis non probant famam conſ. 54 nu. 19.

Teſtes duo affirmantes vincunt totidem negantes, conſilio 58. num. 28.

Teſtes duo deponentes de remotis à maleficio ſecundum communem ſufficiunt ad torturam conſ. 24 nu. 4.

Teſtes duo immediate deponentes de maleficio faciunt indiciū ad torturam conſ 24 nu. 1.

Teſtes in cauſa ſeparationis thori debent eſſe omni exceptione maiores conſ 50. nu 1. & 12.

Teſtes licet debeat videre teſtatorem tamen dicta ſolemnitas relaxatur quando teſtamētum fuit conditum ab infecto peſte in loco contagioſo vbi perſona eccluſa erat quæ non poterat videri conſ. 81. nu. 28.

Teſtes periuri non faciunt iudicium ad inquiſitionem in caſibus exceptis etiam ſi torti fuerint conſ 16 nu. 9.

Teſtes plures ſi ſunt pro vna parte & ex alia & pauciores ſed digniores ſtatur paucioribus ſi alij eos non excedant magno numero conſil 24. nu 53.

Teſtes præsbyteri & ſi non poſſint iurare in manibus iudicis laici ſine licentia ſui ſuperioris tamen ſi præſtitum fuerit iuramentum valet & tenet conſ. 24. nu. 77.

Teſtes præſumptioni naturæ adhærentes cenſentur veriſimiliora deponere & præferuntur alijs conſ 24 nu. 56.

Teſtes rationem reddere debent etiam non interrogati vbi deponunt circa ea quæ ſunt perceptibilia intellectu tantum, cōſil. 5. num 52.

Teſtes qui deponunt de remotis à maleficio nō debent eſſe omni exceptione maiores & tali caſu admittuntur infames conſ. 24. num. 5. quod declaratur in nu. 58 & ſeq.

Teſtes qui deponunt de intereſſe lucri ceſſantis debent reddere rationem dicti ſui etiam non interrogati conſ. 35. nu. 14.

Teſtes qui deponunt ſe habere notam manum debitoris faciūt aliqualem præſumptionem conſ 26 nu. 24.

Teſtes qui deponunt ſuper conſuetudine debent eſſe conteſtes, & non ſingulares in actibus & tempore alias non probant cōſil. 2. num. 119.

Teſtes qui deponunt ſuper conſuetudine immemoriali debent deponere quod communis opinio eſt memoriam non extare in contrarium conſ. 2 num. 121.

Teſtes quinque qui requiruntur in teſtamento tempore peſtis celebrato debent eſſe idonei conſ. 81. nu. 56.

Teſtes quinque requiruntur in donatione cauſa mortis conſ. 8. num. 8

Teſtes ſecundum communem non probant famam ſi deponūt quod publicè dicebatur conſ. 54 num. 18.

Teſtes

Teſtes ſeptem regulariter in teſtamento requiruntur conſil. 81. nume. 42.
Fallit tamen in duobus caſibus vt in nu. 18 & 51.
Teſtes ſuper fama etiam non interrogati debēt deponere de cauſa de perſonis fide dignis à quibus fama originem traxit, conſ. 3. nu. 51. & in conſ 54. nu. 16 & 17.
Teſtimonium clerici ſeu ſacerdotis cæteris paribus præfertur teſtimonio laicorum, conſ. 14. nu. 54.
Teſtimonium de auditu non dicitur proprie teſtimonium imo eſt præter & contra regulam & formam iuris conſ. 24 nu. 87. & in conſ 51 nu 33.
Teſtimonium mentis noſtræ nullum eſt maius quam qualitas inſpecta verborum conſ. 96. nu. 2.
Teſtimonium patris in fauorem filij & ad eius defenſionem in criminalibus valet ſi habet conſocium conſ. 7. nu 24
Teſtimonium periuri non eſt ſufficiens indicium ad inquiſitionem, conſ. 73. nu 6.
Teſtimonium quatuor clericorum tantum valet quātum ſex laicorum, conſ. 24. nu. 71.
Teſti deponenti de iudicio ſuo & regulariter non credatur tamē ſecus eſt vbi præmittitur ratio accommodata dicti ſui, conſil. 57 num. 13.
Teſti deponenti negatiuam coartatam loco, & tempore creditur, conſ 25. nu 24
Teſti deponenti quia ſic ſibi videtur non eſt credendum, conſ. 59. nume. 40.
Teſti deponenti tale quid fuiſſe factum de nocte nō creditur propter obſcuritatem niſi probetur, quod Luna lucebat, conſil. 7. num 29.
Teſti dicenti ſe pro certo credere licet non ſtetur tamen hoc fallit ſi adijciatur cauſa & origo ſuæ credulitatis conſilio 57. numero 30.
Teſti inimico non creditur etiam in mortis articulo, conſ. 24. numero 35.
Teſti multum animoſæ deponenti fides adhibenda non eſt conſ. 7. nume 20.
Teſti periuro in vno non alio, conſ. 73. nu. 12.
Teſti ſingulari non creditur conſ. 35. nu 21. conſ. 38. nu. 55. & in conſ. 59 nu. 39.
Teſti vario fides non adhibetur, conſ. 16. nu. 19.
Teſti veriſimiliora non deponenti ſtandum non eſt, conſilio 7. numero 7.
Teſti vni in criminalibus licet non credatur contra notariū quā do dicit notarium aliter ſcripſiſſe quam dictum fuerit tamen ſecus eſt quando plures ſunt teſtes quia tunc magis creditur teſtibus quàm notario cōſ. 38 nu 17. & ſeq. Sed contra nu. 23. 24. 29 & 41.
Teſtibus dicentibus ſe falſum teſtimonium tuliſſe precibus alicuius in nullo creditur ſecundum communem, conſilio 16. numero 7.
Teſtibus dignioribus magis ſtandum eſt conſ. 24. nu. 50.
Teſtibus negatiuè deponentibus minus creditur, conſilio 38. numero 26.
Teſtibus nobilibus magis credendum eſt, conſ. 45. nu. 43.
Teſtibus plene factum recetantibus magis fides adhibenda eſt conſ. 24. nu. 70.
Teſtibus pluribus pro reo deponentibus magis creditur conſ. 14. numero 49.
Teſtibus ſeuioribus magis creditur quàm iunioribus conſ 24. nume. 51. & in conſ. 47 nu. 71.
Teſtibus veriſimiliora deponentibus magis credendum eſt, conſ. 24. nume 55.
Teſtis de auditu auditus non probat, conſ. 24. nu 87. & in conſil. 35 nu. 22.
Teſtis de auditu nihil probat conſ 51. nu 32.
Teſtis deponens alternatiuè non probat conſ. 35 nu 23.
Teſtis deponens de valore debet deponere de communi æſtimatione conſ. 59. nu 37.
Teſtis deponens de valore non debet deponere de affectione pro ueniente ex vicinitate, conſ. 59. nu. 38.
Teſtis deponens homicidium factum fuiſſe de nocte ſi probetur quod Luna non lucebat redditur ſuſpectus, conſilio 7. numero 33.
Teſtis depones ſuper fama debet deponere, quod audiuit à maiori parte hominum ipſius loci vbi oportet famam vigere, cōſil. 3. nu 54.
Teſtis dicens ſe ab aliquo vulneratum repellitur a teſtimonio cōtra vulnerantem tanquam inimicus capitalis conſi. 24. nu. 29. & 85.
Teſtis dicitur omni exceptione maior quando contra eum nulla exceptio poteſt opponi, conſ. 7 nu. 13.
Teſtis dictum primum attenditur & fortius quando prima depoſitio fuit reiterata in terminis conſ. 16. nu. 23.
Teſtis dictum trahitur ad diem iuramenti, conſ. 71. nu. 30.
Teſtis diues præfertur non diuiti, conſ. 24 nu. 50.
Teſtis exiſtens in peccato mortali ante ſententiam non repellitur à teſtimonio etiam de iure canonico niſi quis perſeuerauerit in peccato, conſ. 24. nu. 76.
Teſtis familiaritas attenditur tempore iuramenti & practica eſt quod illa articuletur conſ. 41. nu. 46.
Teſtis in iudicio cogitur dicere veritatem ſub vinculo iuramenti pro vtraque parte conſ. 40. nu. 3.
Teſtis licet aliàs non debeat eſſe verboſus & vltro rationem aſſignare non teneatur tamen in his quæ ſunt iuris vltro non interrogatus tenetur reddere rationem ſui dicti conſ. 3. num. 53
Teſtis non eſt idoneus qui ſua peccata non fuit confeſſus in illo anno propter peccatum mortale in quo exiſtebat, conſil. 24. numero 7.
Quod limita non procedere quando de tali peccato ſecuta fuiſſet pœnitentia, vt in nu. 74.
Item & quando fuiſſet abſolutus, vt in nu. 75.
Teſtis quando eſt varius licet ſtetur eius depoſitioni factæ in tortura tamen ſecus eſt quando depoſitio extra torturam iuuatur pluribus præſumptionibus conſ. 40 nu. 4.
Teſtis quādo reperitur vnum depoſuiſſe extra iudicium & aliud in iudicio ſolenni licet videatur ſtandum vltimo dicto ſolenni tamen ex tali teſtimonio iudiciali & ſolenni iudex non debet procedere ad ſententiam, conſ 40. nu. 12.
Teſtis quādo vnum dixit extra iudicium & aliud in iudicio cum iuramento ſecundum communem ſtatur ſecundo dicto conſ. 40. nume. 2. & 4. quod amplia vt in nume. 6. & limita, vt in numero 9.
Teſtis qui dixit falſum ſi eius dictum eſt nullum vel ſi falſitas non nocet non punitur pœna falſi ſed crimine ſtellionatus, conſil. 38. nume. 22.
Teſtis qui laborat aliquo defectu licet ex toto non repellatur tamen ſi contra eum plura labotant repellitur in totum a teſtimonio, conſ 24 nu. 61.
Tiſtis reconciliatus in criminalibus non eſt idoneus teſtis, conſi. 24. nu. 34.
Teſtis ſi pro vtroque eſt examinatus, & ſit periurus ac contrarius non probat ſecus ſi prima vice dixit vnum & ſecundo loco cōtrarium, quia ſtatu primo dicto, conſ 73. nu. 31.
Teſtis vnicus deponens de actu immediato facit indicium ad torturam præſertim quando cum dicto ipſius concurrit aliquod adminiculum, conſ. 7. num. 3.
Quod tamen intellige quando eſt omni exceptione maior alias ſecus, vt in nu. 10. & 36.
Teſtis vnus deponens immediate de maleficio non poteſt facere indicium quòd ſuccedat loco diffamationis, conſ. 24. nu 89.
Teſtis vnus, vt faciat indicium ad torturam debet eſſe probatæ vitæ, vel bonæ famæ adeò, quòd non poſſit haberi ſuſpectus familiaritate vel mala fama vel ex aliā cauſa arbitrio iudicis cōmittenda, conſ. 7. nu 11.
Tex. in cap. 1. de grad. ſuc. in feud. locum habet in feudo hæreditario conſ. 68. nu. 16. Sed contrà nu. 54.
Textus vbi eſt dubius declaratur & reſtringitur per rubrum, conſil 86. nu 61.
Timor nunquam purgatur ſub ſpiritu timoris cum ipſe ſemper inhæreat viſceribus conſ. 1. nu. 90.
Timor ſcandali & rixæ ſi eſt iuſtus metus niſi fiat diuiſio tunc ea eſt concedenda, conſ. 80. nu. 21.
Tyrannicus actus ſpecialiter conſiſtit in affligēdo ſubditos, conſ. 3. nu. 112.
Tiranni dicuntur reſpectu ſubditorum quib. infertur impreſſio conſ. 3. nu. 111.
Tyrannus dicitus qui ſine iure principatur conſ. 3. nu. 104.
Item & qui habet minus legitimum ingreſſum dignitatis, vel officij, vt in nu. 106.
Titulus & bona fides in præſcriptione immemoriali ſemper præſumitur & allegari non debent conſ. 3. nu. 95.
Titulus non excludit agentem à petitione hæreditatis quando titulus habitus fuit ab eo conueniri poterat petitione hæreditatis, conſ. 48. nu. 22.
Titulus putatiuus non excludit petitionem hæreditatis quantūcunque tribuat iuſtam cauſam præſcribendi, conſ. 48 nume. 3.
Torquendus quando habet aliqua indicia pro ſe, indicia quæ vrgent contra ipſum debent eſſe magis grauia, ita, quòd præponderent,

ponderent,aliàs ad torturam deueniri non poteſt, conſilio 7. nume.40.
Tractatus eſt de forma in alienatione rei eccleſiæ,& ſufficit vnus ſecundum communem,conſ.15.nu.10.
Tractatus in alienatione rerum eccleſiæ interuenire debet & de eo fieri inſtrumentum de per ſe & ſeparatim ab inſtrumento alienationis conſ.53.nu.12.
Tractatus nedum requiritur in alienatione rerum eccleſiarum cathedralium ſed etiam aliarum,& monaſteriorum, conſ.15. numero 15.
Tractatus non probatur ex verbis inſtrumenti in quo dicitur habito ſæpe & ſæpius colloquio cum priore, vel ipſe prior cum capitulo,conſ.15.nu.11.
Tractatus non probatur quando notarius non dicit ſimpliciter habito colloquio inter eos,ſed vt aſſeuerunt in verbo veritatis, conſ.90.nu.38.
Tranſactio eſt ſpecies alienationis conſ.15.nu.3.
Tranſactio facta inter dominum directum emphyteotam quod ſoluatur laudendum domino quocunque modo res alienetur non habet locum in alienationibus neceſſarijs conſilio 21.numero 16.
Tranſactio facta non inſpectis nec cognitis verbis teſtamenti nō valet conſ.13.nu.1.& 26.
Quando fallit quando eſt iurata vt num. 2.Sed contra nu. 27. & 28. vbi ſaltem declaratur hoc procedere quando in ſpecie l. de his,ff.de tranſactio.fuit renuntiatum & non aliter vt in numero 34.
Tranſactio facta per errorem nihil operatur conſ.13. nume.21. quod declaratur in nu.23.
Tranſactio fieri non poteſt per prælatos ſine ſolennitatibus de rebus per aditionem hæreditatis acquiſitis conſ.15 nu.33.
Tranſactio fieri poteſt à prælato cum capitulo quando nihil per eum relaxatur aduerſario conſ.15.nu 42.
Tranſactio in feudo paterno & antiquo licet non præiudicet filijs & agnatis tranſigētis tamen id fallit quando ſunt illius hæredes & inuentarium non confecerint conſ.97.nu.45.
Tranſactio ſuper re feudali vel emphyteotica fieri poteſt quando aduerſarius poſſidet,quia tunc dimittere rem ipſam nō eſt alienare,conſ.15.nu 43.
Tranſuerſales deſcendentes ex deſcendentibus à primo acquirente ſuccedunt in feudo antiquo deficientibus maſculis filijs cōſil.3 nu 1.
Trebellianica detrahi non poteſt per filium vbi fuit prohibita in teſtamento & prohibito expreſſe acceptata,conſilio 78.numero 13.
Trebellianica priuatur hæres ob non confectionem inuentarij conſ.17 nu.1.& 13.Sed contrà nu.26.
Trebellianica ſolet detrahi de fideicommiſſaria non autem de breuiloqua conſ.27.nu 2.quod limitatur in nu.10.
Trebellianica ſecundum communem prohiberi poteſt per teſtatorem conſ.2 nu.4.
Quod ampliatur etiam locum habere in filijs primi gradus vt in nu.5. ſed contra ſecundum magis communem nu.6.& in conſ.31.nu.29.& 31.
Trebellianica tranſmittitur ad hæredes quamuis extraneos,conſil.78.nu 8.
Triplicata confeſſio maioris eſt virtutis quam geminata conſil. 17.nu 12.
Turpitudinem ſuam allegans excipiendo auditur ſi tractat de dāno vitando,conſ.93 nu.7.
Tutor curator & procurator tenentur reddere rationem adminiſtrationis vſque ad triginta annos,conſ.49.nu 15.
Eamque reddere tenentur ſecundum communem etiam non requiſiti,vt in nu.16.
Quod ampliatur etiam procedere in eo qui de facto & prætermiſſo omni iuris ordine aſſumpſit adminiſtrationem pupilli vel alterius vt in nu.17.
Tutor curator vel alius adminiſtrator qui ſemel reddidit rationem ſuæ adminiſtrationis non tenetur iterum illam reddere conſ.49.nu 39.& 47.vbi declaratur.
Tutor & curator conuertendo pecunias pupillares, vel minoris in eius vtilitatem poteſt dici prædo,conſ.19 nu.26.
Tutor & curator debent exhibere librum rationis tutelæ & curæ ſaltem unum quem conficere debent de adminiſtratis,conſil. 49.nu.20.
Tutor & curator in ratione reddenda exhibere debent inuentarium factum de bonis pupilli quem ſi nō exhibuerint vel minus legitimè vltra pænas infamiæ quibus ſubiacent tenentur etiam pupillo quatenus iurauerit in litem,conſ.49.nu.18.
Tutor & curator tenentur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis & eorum hæredes conſ 49.nu.1.& 19.
Tutor ex iuris ordine tenetur facere inuentarium, conſilio 49.numero 19
Tutor in redditione rationis oſtēdere debet debitores cum quibus contraxit fuiſſe talis conditionis tempore contractus, quod diligens pater ius redditurus fuiſſet, conſilio 49. numero 37.
Item reſtituere tenetur pupillo inſtrumenta ad eum pertinentia aliàs ſi dolo lata culpa vel leui non reſtituat aduerſus eum iuratur in litem,vt in 37.
Plus tenetur ſibi conſignata & legitimè alienata tanquam reliqua reſtituere,vt in nu.38.
Tutor poteſt tranſigere ſine decreto quando minor non poſſidebat ſed vniuerſarius,conſ.15 nu 44.
Tutor qui deſcripſit de introitibus pertinentib. adminiſtrationē tutelæ in rationibus ſuis deprehenditur in culpa,& contra eū iuratur in litem conſi 49.nu.31.
Tutor qui fuit negligens in emendo prædium ex pecunia pupillari tenetur ad intereſſe id eſt ad fructus quos percepiſſet ſi emiſſet prædium conſi.35.nu.17.
Tutor ſi non exhibuit librum rationis quia non confecit ſtatim in eo deprehenditur dolus præſumptus & tenetur pupillo ad intereſſe declarandum per iuramentum in litem,conſi.49 numero 24.
Et idem ſi confecit,ſed minus legaliter quia præſumitur ex bonis pupillaribus locupletatus,vt in nu.25.
Tutor tenetur pecuniam pupillarem conuertere in emptionem prædiorum quādo pecunia ſufficeret aliàs in redditione rationis tenebitur erga pupillum ad intereſſe declarandum per iuramentum in litem,conſ.49.nu 34.
Vel ſi non dederit ad honeſtum lucrum,vt in nu. 35.
Tutores & curatores ſicut non poſſunt ſine decreto tranſigere ita nec compromittere,conſ.79.nu.16.
Tutori aſſerenti libros non habere vel amiſiſſe non creditur niſi probet quia præſumptio, quòd malitioſè occultauerit, conſil. 49.nu 32.
Tutori non eſt imputandum ſi non exegit debitum in quo oportebat plus expendere quam quod perciperet, conſilio 15. numero 51.
Tutela eſt minus publicum authoritate & vtilitate priuatum cōſil.83.nu.1.
Tutela non legitimè ſuſcepta nihil prodeſt,conſ 76.nu.5.
Tutrix debet renuntiare ſecundis nuptijs ſenatus conſulto Velleiano ac omni iuris & legum auxilio aliàs tutela redditur nulla,conſ.76.nu.6.
Tutrix licet poſſit facere compromiſſum de re dubia pupilli id verum eſt quando tutela eſt legitima,conſ 76.nu.4.

## V

Valor rei attenditur qui erat tempore conceſſionis, conſ.23 nu 27.
Valorem rei ſuæ ex redditu quis præſumitur ſcire quando verſabitur circa res colendas,conſi.59.nu.17.
Valorem rei venditæ qui ſcit partem vendere videtur & partem donare ſi vltra dimidiam iuſti pretij vendidit,conſilio 59. numero 12.
Varijs non creditur,conſi.79 nu.29.
Vaſalli excuſantur ſi præſtiterent iuramentum fidelitatis non domino propter metum reſultantem ex potentia illius qui caſtrum inuadere ceperat cum magno exercitu, conſilio 2. numero 57.
Vaſallus alienando feudum fecit contra honorem domini, quia videtur eum contemnere,conſ.2.nu.136.
Vaſallus clericus ſi venit priuādus propter proditionem factam cōtra dominum pares curiæ nec alius iudex ſecularis non poſſunt de tali proditione cognoſcere,ſed ſolus ordinarius clerici conſ.4 nu.35.
Vaſallus cenſualis non tenetur ad iuramentum fidelitatis, conſi. 23 nu.12
Vaſallus feudum legaræ non poteſt pro anima, conſilio 43. numero 2.
Vaſallus licet excuſetur ſi non petijt inueſtituram infra annum & diem propter inimicitias capitales tamen ſi ceſſante impedimento ſtetit per annum & diem quod eam non petierit priuatur feudo,conſil.18 nu.20.
Vaſallus licet poſſit alteri infeudare inuito agnato tamen mortuo infeudante agnatus proximior admittitur ad illius re-

uocatio-

vocationem,conſ 67.nu.47.

Vaſallus licet vigore clauſulæ appoſitæ in inueſtitura & quibus relinquere vellet poſſit de feudo teſtari in quacunque perſonã non tamen in ſpurium conſ.3.nu 16.

Vaſallus non petens inueſtituram in annũ & diem priuatur feudo conſ.18.nu 1.

Vaſallus non poteſt donare feudum inter viuos nec ex cauſa mortis,conſ.2.nu.105.

Vaſallus poteſt de feudo franco teſtari conſ.2.& 33.

Vaſallus poteſt de feudo teſtari quando feudi conceſſio eſt facta , pro ſe & hæredibus quibuſcunque,conſilio 42. numero 12.

Vaſallus pro vno feudo non cogitur habere plures dominos,cõſ.1.nu.42.

Vaſallus qui non petijs inueſtituram infra annum & diem licet non priuetur feudo quando alius poſſidet conſ.14.nu 8.& 17. tamen hoc fallit fuit negligens auocando poſſeſſionem à poſſeſſore,vt in nu.25.

Vaſallus qui petijt inueſtituram infra annum & diem priuatur ipſo iure feudo & abſque alia declaratione poteſt fieri executio per dominum tradendo feudum alteri , conſilio 18. numero 6. ſed contra numero 6. 11. 23. & 24. vbi etiam declaratur.

Vaſallus qui ob non petitam inueſtituram in tempore priuatur feudo citari debet ad opponendum quare priuari non debet feudo conſ.18.nu. 6.

Vaſallus ſi cadit a feudo propter alienationem de eo factam dominus poteſt eo non requiſito nec citato alium inueſtire conſ.2.nu 174

Vaſallus ſi priuatus ſit feudo ob non petitam inueſtituram, & dominus eum ad obedientiam ſine proteſtatione videtur ei remittere caducitatem,conſ.87.nu.33.

Vaſallus teſtari non poteſt de feudo conſi.4.nu 1.& num.3.vbi ampliatur.

Vaſallus vt amittat feudum requiritur,quod ſit in dolo, conſ.18. num 18.

Vaſcones dicunt non ſubeſſe regi ſuo niſi præſenti , conſil. 1. numero 44.

Vergetes connumerantur inter res quæ vſu conſumuntur,conſi.82.nu 24

Venalia licet non veniunt in legato generali tamen fallit ſi dictũ fuit de omnibus bonis,conſ.5.nu 36.

Vendens omnia biada non deducis ſemina conſ.96.nu.49.

Vendere & alienare quilibet poteſt bona ſua,conſilio 62. numero 24.

Venditio facta per dominum non ſeruata forma ſuæ conſtitutionis non reddit eam nullam,conſi.86.nu.43.

Venditio quando fit à ſciente & nõ coacto aliqua neceſſitate emptor poteſt rem venditam vltra dimidiam retinere etiam in foro conſcientiæ,conſi. 59.nu.15.

Venditio rerum minoris vt valeat requiritur vt ſubſiſtat æs alienum conſi.33.nu.1.

Item & quod creditores inſtent cum effectu tutores & curatores ad ſoluendum vt in nu. 12

Quæ inſtantia non probatur ex inſtrumento in quo dicitur creditores inſtaſſe & petijſſe ſibi ſolui,quia hoc iudici plene conſtare debet vt in nu.3.

Venditio rerum pupillarium facta nulla præcedente ſubhaſtatione eſt nulla,conſi.99.nu.17

Venditio ſolenniter facta ob tributum non ſolutum non reuocatur licet à debitore tributum poſtea offeratur,conſi.32.numero 17.

Venditor ſi non teneatur de euictione ante denuntiationem litis tamen ſecus eſt ſi in inſtrumento venditionis iurauit, conſ 6. num.48.

Venditor fundi pro centum ſi ſe obligauit de euictione ad duplum & emptor ſoluat quinquaginta promittens ſoluere reſiduum cum iuramento in tempore certo à qua ſolutione ceſſauit poterit cogi ad ſoluendum & propter periurium perdit pretium & venditor ab euictione liberatur, conſilio 57.numero 16.

Venditor per conſtitutum appoſitum in venditione liberatur à traditione poſſeſſionis rei venditæ,conſ.53.nu.3.

Quod declaratur procedere quo ad traditionem iuris,& non facti,vt in nu.4 & 6.

Venditor pro vno nummo pretij non ſoluti poteſt totam rẽ venditam retinere,conſi.53.nu.22.

Venditor qui eſt dominus rei vendite habens facultatem rei ſtradendæ ſecundum communem cogi poteſt præciſæ ad illius traditionem conſ.53 nu.2.

Venditor ſi poteſt venditionẽ & traditionem ſoluit publicas fructiones illas repetere poteſt ab emptore,conſi.32.nu.15.

Venditor vigore promiſſionis factæ emptori de eĩ tradendo vacuam & expeditam poſſeſſionem rei venditæ non liberatur à traditione actuali per conſtitutum,conſ.53. nu.7.

Veneni crimen deteſtabile eſt,conſ.7. nu. 41.

Vera receptio pecuniarum probatur per iuramentum,conſi.17 nume.13.

Verba ad ſuam liberam voluntatem important merã,& abſolut. diſpoſitionem,conſ.42.nu.17.

Verba atteſtatoria vtilitatis & neceſſitatis prolata vnione non probant,conſ.15.nu 29.

Verba contractus non ſunt attendenda ſed mens,conſi 8.nu.30.

Verba contractus quando ſunt apta ad infinitatem importandã infinitas admittitur quia natura verborum hoc importat,cõſ.58.nu.4.

verba contractus regulariter non verificantur in caſu ficto,conſi.68 nu.42.

verba contractus ſe habent vt corpus & ſuperficies, ſed mens vt ſpiritus & anima,conſ.8 nu.31.

verba contrahentium diſponentia de obtinente primum gradũ debet intelligi vere & non ficte,conſ.8.nu.8.

verba debent intelligi vt aliquid operentur,conſi 53.nu. 8.

verba fama publica præcedente quæ communiter apponuntur in Italia in inquiſitionem non probant famã niſi aliter de ea doceatur conſi.45.nu.24.

verba geminata enuntiatiua probant vbi alias ſimplicia nõ probarent conſi 60 nu.23.

verba geminata magis demonſtrant enixam voluntatem diſponentis,conſ.8.nu.5.quod declara,vt in nu.73.conſ.55.nu.14. & in conſi.60.nu 23.

verba geminata prolata cenſetur cum maiori deliberatione, conſi.60.nu 22.

verba geminata qualiſcunque & quantumcunque quamuis operentur pluſquam ſimplicia tamen ſemper recipiunt reſtrictionem de habilitate,conſi.96.nu.14.

verba inquiſitionis de per ſe & ſine teſtibus non probant contẽta in inquiſitione,conſi.45.nu 22.

verba legis ciuilis non poſſunt referri ad impoſſibilia ſtatuentibus,conſi 4 nu. 36.

verba narratiua facientia mentionem de mandato illud non probant etiam ſi notarius dixerit vt apparet in tali inſtrumento à me rogato & confecto,conſi.15.nu.30

verba nullius momenti de quibus in l. qui in carcerem. ff. quod met.cau.important ipſo iure,conſ.2.nu.83.

verba pro me hærede maſculo in feudis exponũtur id eſt,pro deſcendentibus,conſ.67 nu.10.& 13.

verba pro me & ſucceſſoribus quibuſcunque in conceſſione feudali non ſolum continent tria genera hæredum de quibus inſtitu.de hæred qualit.& diffe.Sed etiam legatarium,conſil.42. nu.13.

verba ſenis plus valent quam enſis iuuenis,conſi.47.nu 73.

verba ſine legitimis hæredibus appoſita in feudali conceſſione exponuntur ſine filijs maximè quando eſt dictum ſine legitimis hæredibus maſculis,conſi.67.nu.28.

verba ſunt propriè intelligenda in materia repreſaliarum odioſã conſi.72.nu.15.

verba videatur & placeat ſi ſigillatim proferantur licet importẽt arbitrium boni viri tamen ſi ſimul ponantur important liberam voluntatem,conſi.59.nu 31.conſi.60.nu.23.

verba vniuerſalia geminata complectuntur quæ alias non includerentur in conceſſione,conſi.60.nu 21.

verba vniuerſalia quicunque & alia reſtringuntur ad habiles, conſi.96.nu.13.quod declaratur in nu.48.

verba uniuerſalia quicunque & ſimilia licet reſtringatur ad habilitatem quando à lege proferuntur tamen id ſecus eſt ſi proferuntur ab homine,conſi.61.nu.44.

uerbis contractus in dubio eſt ſtandum,conſ.96.nu. 1. quod declaratur in nu 38.

verbis iudicis non creditur niſi quatenus ex proceſſu apparet,cõſ.45.nu.23.

verbum diſpenſare ſignificat diſtribuere,conſi.42.nu.14.

verbum diſponere de propria ſignificatione importat ultimam uoluntatem,conſi.62.nu 15.

uerbum diſponere importat etiam actum inter uiuos maxime quando eſt iunctum cum verbo pro libito uolũtatis,conſ.92. nu.16.17.& 19.

Verbum donare impropriatur ſecundum ſubiectam materiam,

tiam, conſilio 10. numero 16

Verbum hæredibus verificatur in hærede vniuerſali, conſilio 96. numero 7.

Verbum in æternum de quo in l. 1. ff. pro ſoc quomodo exponatur, in conſ. 84. nu. 6.

Verbum in perpetuum relatum ad perſonas intelligitur vſque ad vitam conſ 84. nu. 11.

Verbum libere importat ſine contradictione, conſilio 42. numero 18

Item quod quis non teneatur requirere conſenſum illius quem alias requirere tenebatur, conſ. 42. nu. 19.

Verbum libere in legato vſusfructus omnium bonorum operatur, quòd dicitur data poteſtas legatario comprehendendi poſſeſſionem rei legatæ ſine licentia alicuius, conſilio 41. numero 20.

Verbum omnino exponitur, id eſt, totaliter & indiſtincte, conſil. 84. nu. 24.

Verbum perpetuo exponitur id eſt vſque ad mortem, conſil. 84. numero 7.

Verbum pertinere tanquam latiſſimum comprehendit etiam illum cui aliquid debetur actione perſonali, conſilio 51. numero 20.

Verbum procreatos verificatur nedum in natis ſed etiam in conceptis & in vtero exiſtentibus, conſ. 91. nu. 37.

Verbum pro libito importat liberam voluntatem, conſilio 62. numero 18.

Verbum ſolutio quando adijcitur verbo pecuniæ tantum naturalem numerationem & non aliam ſatisfactionem, conſil 53 numer. 45.

Verbum ſubſtituit de commune, conſ. 69. nu. 3.

Verbum ſuccedere de quo in auth. præterea C. vnde vir & vxor, intelligitur ex teſtamento conſ. 72. nu. 53.

Verbum ſucceſſio prolatum a lege intelligitur de hæreditate prouenient e ab inteſtato non autem ex teſtamento, conſi. 72. numero 53.

Verbum ſuperioris qui habet non indiget verbo inferioris, conſ. 99. nu. 23.

Verbum vnum vbi reperitur habere duplicem ſignificationem vnam propriam & alteram magis propriam attenditur magis propria, conſ. 55. nu 19

Verbum vnum quodque in contractu appoſitum intelligendum eſt vt aliquid operetur, conſ 67. nu 24.

Veritas amanda & collenda eſt, conſ. 6. nu. 9.

Veritas attendi debet, conſ. 86. nu. 7.

Veritas eſt contraria fictioni, conſ 53. nu. 9.

Veritas eſt mater iuſtitiæ, conſ 9. nu. 8.

Veritas ſæpies examinata magis ſplendeſcit, conſ. 6. nu. 1. conſil. 55. & conſ. 80 nu 2.

Veſtes datæ per maritum vxori in dubio & ſecundum communem ſoluto matrimonio per mortem viri ſi erat quotidianæ efficiuntur vxoris, alias ſecus niſi aliter ſe habeat conſuetudo, conſ. 10. nu. 2.

Veſtes lugubres factæ per hæredes viri eius vxori ſi viles ſunt pretij & deputatæ ad vſum quotidianum repeti non poſſunt, alias ſecus, conſ 10. nu. 8.

Veſtes quotidianæ & feſtiuæ quæ dicātur relinquitur arbitrio iudicis inſpecta qualitate & dignitate vxoris, conſi. 10. numero 17.

Viam ferro aperit qui per contraria ſcandit, conſ. 6 nu. 1. conſ. 55 nu. 1. & in conſ. 80 nu. 1.

Vicarij imperatoris non poſſunt dici tyrannicum repræſentent imperium, conſ. 3, nu. 10.

Vicarius epiſcopi habens poteſtatem recipiendi reſignationem beneficiorum ex cauſa permutationis reſignandorum non tamen dicitur habere authoritatem ipſa permutare volentibus conferre, conſ 47 nu. 20.

Vicarius epiſcopi non poteſt regulariter conferae beneficia ſine ſpeciali mandato, conſ. 47. nu 19.

Vicarius epiſcopi non poteſt ſine ſpeciali mandato inſtituere preſentatum, conſi. 47 nu. 21. Sed contra ſecūdum magis communem in nu. 45.

Vicarius epiſcopi qui habet ordinariam iuriſdictionem ſicut legatus Papæ ſi contulit beneficium alicui poſt creationem alterius vicarij geſta per eum non valent ſi de eius reuocatione notitiam habuit conſi. 46. nu. 28.

Vicarius generalis imperij poteſt in alienatione rerum feudalium quę dependent ab imperio conſenſum præſtare, conſ. 86. numero 34.

Vicarius generalis imperij poteſt vigore ſui vicariatus authoritatem & decretum nomine imperij interponere, conſilio 86. numero 33.

Vidua vt gaudeat priuilegio, l vnic. C. quando nuper. inter pup. & vid. debet eſſe pauper, conſ. 36. nu 40.

Vilis perſona & ſi ſecundum communem ſine tortura admittatur in teſtem tamen ei tanta fides non adhibetur ſicut alijs cōſil. 24. nu. 64.

Vinceus in ludo ſcienter pecuniam ſeruo quæ erat domini vel filiofam. quæ erat patris committit furtum conſ 54 nume. 4.

Vir & vxor pro vno reputantur conſi. 1. nu. 107.

Vir dicitur adulterium commiſiſſe recedendo a fide præſtita & aliam cognoſcendo, conſ. 74 nu. 5.

Viro nobili credendum eſt, conſ 40 nu. 6.

Virtus vnita fortior eſt diſperſa, conſ 80. nu. 7.

Viſitatio loci eſt ſuperlatiua probatio aliarum probationum, conſil. 6. nu. 18.

Vita æterna licet quis non priuetur ex peccato veniali tamen eius aſſecutio differtur donec peccatum ſit purgatum in purgatorio, conſ. 98. nu 19.

Vnio eſſe debet in feudis committatus & ducatus ne per diuiſionem diminuantur & deſtruantur, conſ 80. nu. 5.

Vniuerſitas congregata ſciens procuratorem ſuum excedere fines mandati conſentire videtur & obligatur, conſilio 70. numero 32.

Volenti & conſentienti non fit iniuria, conſ. 95. nu. 19.

Voluntas & authoritas omnem actum canonizant, conſi. 39. numero 21.

Voluntas in mente retenta nihil operatur, conſ. 77. nu. 30.

Voluntas in principe conſtans eſſe debet, conſ. 2. nu. 152.

Voluntas principis præſumitur eſſe talis qualis eſt legis ſcriptæ, conſ. 1. nu. 103.

Voluntas teſtatoris cenſetur eſſe conformis diſpoſitioni iuris loquentis de ſucceſſione abinteſtato, conſ. 100. nu. 11.

Voluntas teſtatoris in omnib eſt ſeruanda, conſ. 76. nu. 30.

Voluntas teſtatoris legitima dicitur lex, conſ. 76 nu. 29.

Vſufructuaria cui remiſſum fuit inuentarium non tenetur illud conficere ſecundum formam l fi. C. de iur delib. ſed ſufficit aliqua deſcriptio, conſ 92. nu. 20.

Vſufructuaria inuentarium conficere tenetur etiam, quòd ſibi fuerit inhibitum per teſtatorem ſub pœna, conſ. 92 nu. 18.

Imo plus tenetur illud conficere etiam ſi per teſtatorem ei fuiſſet remiſſa dicta confectio ex licentia ſibi à principe conceſſa. conſ 92. nu. 19.

Vſufructuaria pro rebus immobilibus & quæ vſu non conſumuntur tenetur præſtare cautionem de vtendo & fruẽdo &c. ſalua rerum ſubſtantia & de ipſis reſtituendis finito vſufructu vt extabunt, conſ 92. nu 22.

Vſufructuaria pro rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt & quæ vſu conſumuntur quomodo præſtare debeat cautionem, conſ 92 nu. 23.

Vſufructuaria ſecundum communem non poteſt vti nec frui ante præſtitam ſatiſdationem, conſ. 92 nu. 14

Vſufructuaria tenetur præſtare cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri quamuis cautio ipſa à teſtatore ei remiſſa fuerit ſecundum communem, conſ. 92. nu. 1.

Vſufructuaria tenetur ſecundum communem præſtare cautionem de rebus quæ vſu conſumuntur, conſilio 92. numero 6, & 8.

Vſufructuaria tenetur præſtare cautionem de vtendo &c. etiam ſi proprietarius promiſſerit ei quod libere vti frui poſſit & qđ nulla moleſtia ſibi inferetur, conſ. 92 nu. 9.

Vſufructuaria tenetur etiam ad dictam cautionem dato quòd teſtator ei dediſſe licentiam alienandi de dictis bonis, conſil, 92. nu. 19.

Vſufructuariæ quare non poſſit remitti cautio de vtendo & fruẽdo, conſ. 92 nu. 2.

Vſufructus finitur morte, conſ. 65. nu. 4.

Vſufructus propriè non conſtituitur in pecunia, conſi. 92 numero 7.

Vſura dicitur exactio iniquiſſima, conſ 35. nu. 28.

Vſura eſt furtum & rapina bonorum, conſ. 75. nu. 4. & conſil. 35, numero 27.

Vſura eſt mutuare cētum ad rationem ſex pro centenario ſingulo anno, conſ. 75. nu. 3.

Vſura non committitur niſi in mutuo vero vel ficto ex conuentione partium, conſ. 75. nu. 2.

Vſura pro concurrenti quantitate intereſſe eſt debita & omni iure permiſſa, conſ. 35. nu 1. quod declaratur in nu. 7

Vſura eſt prohibita in vtroque foro, conſilio 35. numero 26. & in

& in conſilio 75. numero 15.

Vſurarius an dicatur contractus inſpicienda eſt eius forma, conſil. 75. nu 1. &8.

Vſurarius committit dolum in exigendo vſuras contra iuris prohibitionem, conſi. 75. num. 6. quod intellige vt in numero 35. 38. & 39.

Vſurarius non dicitur qui facit actum qui extimatur communiter licitus quamuis in contrarium ſit veritas, conſi. 75. numero 43.

Vſurarium reſtitutione tollitur peccatum, quod ſolum à iure canonico conſideratur, conſi 75. nu 21.

Vſurarum reſtitutio fieri non debet per pauperem, conſilio 75. numero 22.

Vſuræ licitæ petuntur à debitore ſi creditor propter eius moram accepit pecuniam ſub vſuris, conſ. 35 nu. 2.

Vſuræ repeti poſſunt conditione indebiti, conſ 75. nu. 32.

Vxor eſt pars corporis viri, conſ 1. nu. 108.

Vxor & filij non ſolum poſſunt cum marito & patre ex communicato communicare, ſed etiam tenentur, conſilio 45. numero 50.

Vxor vir ſi in eodem inſtrumento ſe obligant mulier non tenetur niſi quatenus doceatur in eius vtilitatem verſum, conſ 64. numero 7.

Vxor illuſtratur radijs mariti, conſ. 86. nu. 54.

Vxor licet mortuo marito poſſit mutare cauſam poſſeſſionis iuſta cauſa extrinſeca accedente hoc tamen procedit dummodo conſtet, quòd animo conſtituat velle ex dicta cauſa poſſidere, conſ. 77. nu 28.

Vxor mariti bona dicitur detinere iure familiaritatis, conſil. 77. numero 26.

Vxor mortuo marito habet retentionem bonorum ipſius pro dote, conſ. 77. n. 27.

Vxor non poteſt de bonis dotalibus teſtari ſtante ſtatuto quòd vxore decedente cum liberis ex primo matrimonio maritus lucretur dotem, conſilio 62. numero 30. quod limitatur numero 32.

Vxor petens dotem & donationem propter nuptias à fiſco eas cõſequi debet ſummarie ſe moto iudiciario ordine, conſi 31. numero 36.

Vxor poteſt agere contra maritum adulterum ad ſeparationem thori dotis reſtitutionem & donationem propter nuptias, cõſilio 50 numero 4 & 13. etiam ſi maritus habuiſſet rem cum ſoluta.

Vxor præſumitur ſcire qualitatem bonorum mariti propter cõmunem habitationem an ſint libera vel emphyteotica, conſil. 19 nu 40.

Vxor quæ habet bona mariti hypothecata pro dote cum tranſlatione dominij & poſſeſſionis poteſt illis inſiſtere & impedire publicationem bonorum mariti donec & de dotibus fuerit ſatisfactum, conſ 31 nu. 39.

Vxor quæ ſciuit maritum recepiſſe rem emphyteóſim pro ſe & ipſa vxore ſi non contradixit cenſetur eam ratificaſſe, conſ 9 nume 35.

Vxor receptans maritum bannitum vel delinquentem non punitur, conſ 45 nu 54.

Vxor vigore pacti executiui non poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum mariti niſi prius eius mora liquidata & quod euenerit caſus dotis reſtituendæ, conſil. 20. numero 13.

Vxoratus habens rem cum ſoluta poteſt accuſari de ſtupro, conſ. 74. num. 9.

Vxori agenti ad dotem contra tertios poſſeſſores bonorum mariti vergentis ad inopiam ſunt conſignãda tot bona quæ æquiualeant doti, conſ 9 nu. 40.

FINIS INDICIS.

# CONSILIA CLARISSIMI IVRISCONSVLTI, ET EQVITIS DOMINI ROLANDI A VALLE, PRIMARII SENATORIS Montisferrati, ET PATRICII CASALENSIS,

### SVMMARIVM.

1 IVS oritur ex facto.
2 Quæſtiones prius terminari non debent, antequam termini quæſtionum intelligantur.
3 Prolixitas verborum eſt inimica ſapientibus.
4 Conſulens debet reſpondere ad rem, ſine uerborum multiloquio, ſine truffis, & generalibus, quæ ornatus cauſa ſolent apponi.
5 Remedium l. fi. C. de edi. diui Adr. tol. non competit uenientibus ab inteſtato, ſed ſuccedentibus ex teſtamento in tota hæreditate, vel in quota.
6 Officium iudicis pro adipiſcenda poſſeſſione, non datur niſi filię venienti ab inteſtato, ſed contra nu. 61.
7 Exiſtentia ſui hæredis idem operatur, quod tabulæ teſtamenti.
8 Interdictorum quorum bonorum datur venientibus ab inteſtato.
9 Interdictum quorum bonorum exerceri non poteſt, niſi contra poſſidentes pro hærede, vel poſſeſſo.
10 Petitio hæreditatis non datur niſi contra eos, qui poſſident pro hærede, vel poſſeſſ.
11 Petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum in plurib. concurrunt. & nu. 12. 13. 14. 15. & 16.
17 Interdicto quorum bonorum agi non poteſt contra ſequeſtrarium neceſſarium, cum non poſſideat, nec teneatur tradere rem ſequeſtratam ſine mandato iudicis.
18 Remedium capit. primi, §. inter filiam, ſi de feud fue contr. inter dom. & agn. ſolum competit filiæ, & non nepti, ſed contra numero 62.
19 Filia, viuo patre, quodammodo dicitur quaſi domina.
20 Diſpoſitio dicti cap. 1. §. inter filiam, locum habet quando filia fuit hæres inſtituta, non autem quando ſuccedit ab inteſtato. ſed contra num. 63.
21 Item locum habet, quando filia dicebat bona eſſe allodialia, & agnati feudalia. ſed contra nu. 65.
22 Bona in dubio præſumuntur allodialia, & non feudalia, & nu. 46
23 Diſpoſitio dicti §. inter filiam, locum non habet quando agnati sũt parati incontinenti probare de iuribus ſuis, quia tunc dicuntur legitimi contradictores.
24 Hæres ſcriptus uigore l. fina. C. de edic. diui Adr. non mittitur in poſſeſſionem, ſi aduerſarius paratus eſt incontinenti de iuribus ſuis edocere.
25 Remedium dictæ l fin. C. de edict. diui Adrian. eſt adipiſcendæ poſſeſſionis.
26 Poſſeſſorium adipiſcendæ non excludit exceptionem proprietatis, quæ incontinenti probari poteſt, ſecus in poſſeſſione recuperandæ.
27 Regula dolo facis quod reſtiturus es, quomodo procedat.
28 Dominus, qui conceſſit alicui feudum, & ei promiſit inueſtitura, ſi ille cui facta fuit promiſſio inueſtituræ illam petat: & dominus dicat ipſum commiſiſſe feloniam, quam per modo conſtat, modo agatur, intendit probare, non cogitur eum inueſtire.
29 Exceptio nullitatis incontinenti probanda impedit executionem ſententiæ.
30 Inſtrumenta habens in manibus, ſi illa oſtendit ſine alia dilatione, dicitur incontinenti probare.
31 Tertius comparens pro intereſſe ſuo, audiendus eſt, cum de eo fidem facit apparenter, quod declaratur nu. 80.
32 Miſſio in poſſeſſionem impeditur, vbi cauſa proprietatis non eſſet ſalua, vt ſi ageretur de poſſesſione alicuius fortalicij, quod nullo modo poſſet recuperari, vel ſaltem difficulter, ſed tunc agitur de proprietate.
33 Spoliatus licet ante omnia ſit reſtituendus, tamen id locum non habet ſi facta reſtitutione, cauſa proprietatis non remaneret ſalua, quia tunc non eſt facienda reſtitutio, quod ſublimatur num. 78. & 79.
34 Subditi, de iure inuiti alienari non poſſunt.
35 Rex Franciæ non poteſt alienare vnam de ciuitatibus ſuis, inuitis ciuibus.
36 Donatio Vrbis Romanæ facta per Conſtantinum Imperatorem beato Syluestro facta fuit cum conſenſu populi Romani.
37 Subditorum magis intereſt eſſe ſub ſupremo Domino, quàm paruo.
38 Inferior Dominus in quem fit alienatio ſubditorum pro primo titulo quem dat illis ſolet illos appellare ruſticos ſuos.
39 Subditi non debent alienari in duriorem Dominum.
40 Subditorum non intereſt habere plures Dominos, quod limitatur in num. 105
41 Prouincia una ſi adeo eſt magna, ut per unũ Præſidem gubernari non poſſit, potius eſt diuidenda, quàm ſint duo in eadem prouinciæ.
42 Vaſallus pro uno feudo, plures habere dominos non cogitur.
43 Subditorum intereſt dominos habere præſentes, cum quibus horatim alloqui poſſint, & ad eos accedere ſine expenſis.
44 Vaſcones dicunt non ſubeſſe Regi, niſi præſenti.
45 Dulcius eſt bibere de aqua fontis, quam torrentis.
47 Neptis ex fratre, non exiſtentibus aſcendentibus, uel deſcendentibus patruo ab inteſtato ſuccedit.
48 Filia quæ hæres eſt patris, mittenda eſt etiam in poſſeſſione bonorũ feudalium, quam impedire non poteſt agnatus, cum non ſit legitimus contradictor.
49 Soror mittenda eſt in poſſesſionem bonorum feudalium fratris defuncti ab inteſtato ſine filijs.
50 Idem dicendum eſt de nepte, non exiſtentibus aſcendentibus, uel deſcendentibus.
51 Poſſesſio quæ petitur uigore inueſtituræ eſt ita priuilegiata, ſicut ea, quæ petitur uigore l. fin. C. de edicto diui Adr. tollen. & numero 60.
52 Inueſtituram habens, mittendus eſt in poſſeſſionem bonorum feudalium, maximè quando ille à quo petitur habet facultatem illam tradendi.
53 Imperator ſequeſtrarius Montisferrati, pro ſcandalis euitandis, poteſt ex officio ſuo, Nobili exigere probationes à partibus, & ei dare poſſesſionem, cui de iure danda venit.
54 Officium iudicis competit Illuſt. Duciſſæ Mantuæ pro nanciſcenda poſſesſione Marchionatus Montisferrati in defectum alterius remedij, & nu. 59
55 Officium iudicis poteſt, & poteſt implorari ubicunque deficit actio, ſi tamen æquitas inde reſultet.
56 Conſtitutio ſi tollit, & excludit quodcunque remedium, nunquam excludit officium ſuperioris, qui conſiderata æquitate eius officiũ, & auxilium debet annuere.
57 Exceptio non numeratæ pecuniæ, licet non poſsit opponi poſt biennium, tamen debitor poteſt implorare officium iudicis.
58 Prohibitus excipere, non prohibetur implorare officium iudicis.
64 Hæres ab inteſtato, eſt propriè hæres.
66 Filia ſi dixit bona eſſe allodialia, & ſuccubuit, ſi poſtea vult dicere

*cere bona eſſe libellaria, vel feudalia fœminea audienda eſt & mittenda in poſſeſsionem.*

67 *Filia in bonis expreſsè feudalibus mittenda eſt in poſsesſionem, quando tamen per eam allegaretur, quod ex pacto, vel conſuetudine, aut ex habitatione, uel ex alia uerisſimili cauſa, admittenda eſſet.*

68 *Feudum eſt ſeruitus.*

69 *Fœmina admittitur in donatione bonorum feudalium.*

70 *Feudum conceſſum alicui cum facultate alienandi, & faciendi quicquid animus eius decreuerit, tranſit ad fœminam.*

71 *Legitimus contradictor vt quis dicatur, tria requiruntur.*

72 *Negatiua, quòd quis non ſit nominatus in instrumentis, probatur per exhibitionem inſtrumentorum,*

73 *Probatio requirens altiorem indaginem in iudicio poſſeſsorio, non admittitur, ſed reſeruatur in petitorio. nu. 74. & 75.*

76 *Remedium l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. eſt poſseſſorium quaſi recuperandę poſſeſsionis.*

78 *Nobiles habentes arces munitiſsimas, licet non cenſeantur idonei ad conueniendum, tamen hoc fallit, ſi ſunt ſub eorum rege, cum per illum cogi poſsint, & contra eos fieri exequutio.*

81 *Subditi inuiti alienari poſſunt, ubi ita ſolitum eſt fieri, & num. 87.*

82 *Prelati eccleſiarum, & ſi de iure prohibeantur infeudare res eccleſiæ, cum ſint de menſa, dominio, & titulo ipſius eccleſiæ, tamen id non procedit, quando ſunt ſolitę infeudari.*

83 *Quod ampliatur procedere, etiam ſi prælati iurauerint eas non alienare inconſulto Pontifice.*

84 *Res ſolita antiquitus infeudari poteſt agnatis, conſanguineis, & affinibus infeudari.*

85 *Res feudalis ſi affecta fuit feudo antiquo, & ſic facta alienabilis per viam feudi, poteſt per epiſcopum, ſecundum communem opinionem concedi cuique, habito reſpectu an ſit agnatus, uel ne.*

86 *Ducatus licet regulariter non diuidatur, tamen hoc non admittitur ſi ſemel factus ſit diuiſibilis.*

88 *Subditi inuiti cum vniuerſitate bonorum alienari poſſunt.*

89 *Imò tunc alienari poſſunt in inferiorem, quamuis ruſticum.*

90 *Subditi inuiti alienari poſsunt per Principem, quando alienatio fieret cum clauſula, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis.*

91 *Poteſtas legis viuæ, eſt maioris virtutis, & potentia, quàm legis mortuæ, & conſuetudinis.*

92 *Conſuetudo alienandi ſubditos inuitos, valet.*

93 *Imperator eſt omnia, & ſuper omnia, & poteſt mutare quadrata rotundis.*

94 *Prohibitio de non transferendo vaſallos inuitos, & de qua in c. 1. §. preterea ducatus, de prohib. feud. alie. per Fed. cum ſit de iure poſitiuo, poteſt per Cæſarem tolli ad libitum, præſertim cum clauſula ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, ac clauſuſula non obſtantibus.*

95 *Papa, & Princeps poſſunt omnia ſupra ius, contra ius, & extra ius.*

96 *Caſtra, & bona, quæ ſunt de dominio, & ſi regulariter in feudum dari non poſsint, tamen ex quo talis prohibitio eſt de iure poſitiuo illi per principem derogari poteſt, prę ſertim cum clauſulis de quibus ſup in num. 94.*

97 *Subditi alienari poſsunt in inferiorem à Cæſare, quando alienatio ipſa fit ei, qui ſecundum qualitatem perſonæ ſuæ, & conditionem Marchionatus, idoneus eſſe cenſentur.*

98 *Item & quando per Principem ſupremum fuit facta in inferiorem.*

99 *Dignitas Ducatus eſt maior dignitate Marchionatus.*

100 *Emptor beneficio reſtitutionis, cogitur uendere rem minori, ad quam minor habet affectionem, quia fuit maiorum ſuorum.*

101 *Dux Mantuę magis quærit theſaurizare amorem ſubditorum, quam aurum, & argentum.*

102 *Voluntas Principis præſumitur eſſe talis, qualis eſt legis ſcriptæ.*

103 *Dux Mantuæ ſubditos ſuos quærit amore paternali proſequi.*

104 *Princeps ſubditos conſeruare debet in eo gradu, in quo eos reperit.*

106 *Princeps plures vnius dominij poſſunt diuidere adminiſtrationem ipſius, vel per menſes, uel alterius annis.*

107 *Vir, & vxor pro vno reputantur.*

108 *Vxor eſt pars corporis viri.*

109 *Maritus iurare poteſt fidelitatem pro uxore.*

110 *Princeps non cogitur habitare in ciuitate, in qua principatum obtinet quando habet plures prouincias.*

## CONSILIVM I.

VISO Themate ex iuribus ad
me tranſmiſſis reſultante, ex
1 quo † ius oritur, l. ſi ex plagis, §.
in cliuo. ff ad l. Aquil. quod neceſſarium
fuit, ne videamur aliquid terminare, † antequam
2 termini quæſtionis intelligantur,
iuxta l. Domitius Labeo. ff. de teſtam. l. vt reſponſum, C. de
tranſact. & modum traditum
3 per Ang. in conſ. 100. † Omiſſa
prolixitate verborum ſapientibus inimica, quæ (vt vtar
verbis Senecæ) faſtidiunt ſtomachum, & calcando veſti-
4 gia ſubtilis Aretini, dicentis in conſi. 6. in prin. † bene conſulentem
debere reſpondere ad rem ſine verborum multiloquio, ſine truffis, & generalib. quæ ſolent apponi ornatus cauſa. Videtur prima facie dicendum in hoc iudicio poſſeſſorio miſſionem in poſſeſſionem requiſitam per illuſtriſſimam, & excellentiſſimam Dominam meam, D. Margaritam Duciſſam Mantuæ de Marchionatu Montisferrati, & alijs bonis, quę tenebat, & poſſidebat tempore mortis ſuæ Illuſtr. & Excell. quondam D. Io. Georg. Marchio Montisferrati eius patruus vltimo loco defunctus ſine deſcendentibus, & ab inteſtato, relicta ipſa Illuſtr. D. Duciſſa nepte ex fratre ſibi proximiore in gradu ſuccedendi, & quæ eius hæreditatem adiuit, non eſſe ei concedendum rationibus, & fundamentis infraſcriptis.

Et primò, quia ſibi non datur aliquod remedium pro
nanciſcēda poſſeſſione prædictorum Marchionatus, & bo-
5 norum, quod demoſtratur. † Nam clarum eſt, quod ſibi nō cōpetit remedium, l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. cum illud nō detur, niſi ſuccedentibus ex teſtamento in tota hæreditate, vel quota, vt per Bal. in d. l. fi. col. 5. verſ. omnis, & nō venientibus ab inteſtato, vt per Doct. ibi cōiter, licet Bald. ibi ſenſerit contrarium, & malè, cùm idem Bald. contrarium teneat in c. 1. de contr. inter maſculum, & fęminam, & in conſ. 317. vol. 1. vbi inquit hanc partem tutiorem, cum qua etiam tranſit Cald. in conſ. 37. in tit. de teſt. Barb. conſi. 65. col. 7. in prin. vol. 2. Camp. conſi. 2. col. 3. inter conſil. Brun. Guid. Papæ conſi. 85. & Brun. in conſi. 18. col. 3. in prin. ſed ipſa illuſtriſ. Domina venit ab inteſtato, igitur &c.

6 Secundò ēt ſibi non competit † officium iudicis, cum nō
detur niſi filiæ ſecundum Bal. & Præpoſ. in c. 1. de contr.
7 inter maſc. & fœm. & hoc propter ſuitatem, quæ † exiſtentia ſui hæredis idem operatur, quod tabulæ teſtamenti, quod dicit notatu dignum ſecus in extraneo, per l. nihil. C. de vſuca. pro hæred. conſtituentem differentiam inter ſuum, & extraneum, quo ad vſucapionem.

8 Tertiò quoq; ſibi non patrocinatur † interdictum quorū
bonorū, quod ēt cōpetit venientibus ab inteſtato, vt eſt tex. in
9 l. 2. C. quo. bono. & per Dec. in conſ. 424. col. 2. † quia tale interdictum non pōt exerceri, niſi contra eos qui poſſident pro hęrede, vel poſſeſſore. l. 1. ff quo. bon. & in l. 2. C. eo. ti.
10 ſicut nec † petitio hæreditatis, quæ ſimiliter non datur niſi contra poſſidentes pro hærede, vel poſſeſſore, l. regulariter, l. pro hærede, ff. de pet. hær. & Ale. in l. quod vxor de acqui.
11 poſ. & in conſi. 152. col. 2. vol. 6. † Concurrunt enim in pluribus petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorū, vt in l. 1. C. quo. bonor. & ibi Bar. in fine, & in l. 2. eod. titu.
12 † vtrumque enim eſt vl'e, ſeu generale. Item vnumquodq;
13 † datur hæredi tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, l. 1. 2. &
14 3. C. eod. tit. † Pariter & vtrumq; datur contra poſſeſſorer
15 bonorum hæreditariorum, vt ſup. dictum fuit, † plus ſicut petitio hæreditatis non datur contra tit. poſſidentē, vt per Doc. in l. hæreditatis. C. de petit. hær. & Alex. in d. l. quod vxor. & in conſ. 4. col. 1. vol. 2. Ita nec interdictum quorum bonorum, vt per Doc. in d. l. 2. & Bar. in d. l. 1. in fi. ac Alex. in citato conſi. 4. col. 1. & ratio eſt ſm Doct. in d. l. hæreditatis, quia cū hæres habeat ſolum titulum in quo fundatur, & in poſſeſſionem defuncti, poſſidens verò habea titulum, & poſſeſſionem, ipſæ ratione ſuæ poſſeſsionis debet præferri, quia in pari cauſa potior eſt conditio poſſiden
16 tis, regula in pari, de regul. iuris in 6. † Item etiam conueniunt, quia ſicut petitio hæreditatis, non datur niſi pro rebus, quarum poſſeſſionem nunquam fuit adeptus hæres, & non pro illis, quas aliquo tempore poſſedit poſt hæreditatem ſibi delatam, vt per glo. & Bart. in l. fina. ff. de fideicom hære. pet. & Alex. in conſ. 185. col. 1. vol. 5. & in conſil. 152. col. 1. vol. 6. quia res, & poſſeſſio rerum hæreditariarum

rum definit eſſe hæreditaria.l.1.§.veteres,& ibi Doct.ff.de acq.poſſ. Similiter & interdictum quorum bonorum non datur hæredi niſi pro poſſeſſione rerum hæreditariarum nanciſcenda ſi poſſeſſio nunquam fuit apud hæredē:ſecus ſi hæres ſemel poſſeſſionem apprehendit,vt per gl.in c.j.de confeſ.in 6.& Alex.in conſi.183.col.1.verſ.5.& in cōſ.70. in fi.vol.6.Sed Illuſt.Dux Sabaudiæ, & Marchio Saluciarū non poſſident pro hærede,vel poſſeſſore,ergo ceſſare debet huiuſmodi interdictum. Item nec contra ſuam maieſtatē Cæſaream reſpectu naturalis poſſeſſionis poteſt illud exer
17 cere,cum dictum Marchionatum, & alia bona habeat † ſub ſequeſtro neceſſario pro cauſa quietis,ſcandalis euitandis,& cauſa cuſtodiæ,vt no.in l.intereſſe,ff.de acq.poſſ.& Abb.ac Barb.in c.examinata,de iud.& Cur.iun.in trac.de ſeq.q.20.& ideo cum poſſeſſio ſequeſtraria, neceſſariò facta non poſſit parere interdictum contra ſequeſtrarium, qui non tenetur tradere rem ſequeſtratam ſine mandato iudicis,vt per Bal.in l.fi.C.de bon.aut.poſ.meritò ſeqtur, ꝙ ipſa domina Ducisſa vigore interdicti quorum bonorū, non poterit nanciſci poſſeſſionem prędictorum bonorum, cum non adſit,qui ad reſtitutionem ipſorum bonorū condemnari poſſit,quod tamen in huiuſmodi interdicto neceſſarium eſt.l.1.§.hoc interdictum.ff.quorum bonorum.

18 Quarto † quoque videtur, quod immitti non poſſit in prædictam poſſeſſionem,ſeu,quod ea ſibi relaxari non debeat,ex remedio c.1.§.inter filiam.ff.fi de feu.fue.contro. inter filiam,ff.fi de feu.fue.contr.inter dom.& agna.vbi ſi inter filiam,& agnatam ſit controuerſia de feudo, ipſa filia vti hæres debet mitti in poſſeſſionē, reſeruato iure proprietati feudi,cum diſpoſitio ipſius §.locum habeat in filia,& non in nepte,vt eſt præfata Illuſtriſſima Ducisſa. Et
19 ratio eſt, quia præſumptio eſt pro filia † cum viuo patre quodammodo dicatur quaſi domina.l.in ſuis,ff.de liber.& poſthu.quæ ratio ceſſat in extraneo. Ita Bald.& poſt eum Præpoſ.in d.§.inter filiam.

20 Secundo,† ꝙ dictus § inter filiam procedit & locum habet,quando ipſa fuit hęres inſtituta,quo caſu locum habet beneficium.l.fi.C.de edic.diui Adr.toll.Ita Alex.in d.l.fi. & Iaſ.cum allegat Io.And.in add.ad Spec.in tit.de teſte. §.1.in fi.vbi dixit,quod filia hæres inſtituta,petens ſe mitti in poſſeſſionem, mittetur in poſſeſſionem etiam bonorum,quæ fuerunt pari in feudum cōceſſa, nec agnati erūt legitimi contradictores:ſed hæc Illuſtr. domina non reperitur hæres inſtituta, ſed ſuccedere intendit ab inteſtato, ergo non poteſt ſe iuuare ex remedio dicti §.inter filiam.

21 Tertio,† diſpoſitio dicti §.limitatur locum habere, quādo filia dicebat bona eſſe allodialia, & agnati feudalia, qa tunc filia mittenda eſt in poſſeſſionem, cum fundatā ha-
22 beat intentionem,† quia bona in dubio præſumuntur allodialia libera,& non feudalia, vt ibi per Bal. & Præpoſit. arg.l.cum res,C.de proba. ſed iſta ratio ceſſare videtur in ipſa Illuſtriſſima domina, quia nec ea, nec Illuſtriſſimus eius vir negare non poſſunt, quin ea quę petuntur per eos ſint feudalia, quo caſu ceſſante ipſa ratione, ceſſare debet & ipſa lex,l.adigere, ff.quamuis de iure patro.

Quinto, poſito,ſed non conceſſo,ꝙ ſibi competat remedium dicti §.inter filiā,vel interdictum quorum bonorū, adhuc dr eam non fore immittendam in dictam poſſeſſio-
23 nem,qm̄ hæc eſt clariſſima iuris concluſio, † ꝙ qn agnati ſunt parati incontinenti probare de iuribus ſuis,& ſic bona eſſe feudalia,impeditur tunc miſſio, & ipſi dnr legitimi contradictores,adeo ꝙ non hēt locum dictus §. inter filiā. Ita dixerunt ibi Iſern.& Alua.ac alij,pro qua opinione ēt facit quod voluit Bar.in l.filiam fratrib.ff.ad Treb.& Doc.
24 in d.l.fi.C.de edic.& c.vbi† hæres ſcriptus impeditur mitti in poſſeſſionem,vigore d.l.fi.ſi incontinenti fideicōmiſſarius paratus eſt de iurib.ſuis docere,& Bar.ſequitur Dec.
25 in conſi.84.col.2.† Quia remedium d.legis ſi eſt adipiſcendæ poſſeſſionis, & poſſeſſorium adipiſcendæ non excludit exceptionem proprietatis, quæ incontinenti probari pōt.
26 † Secus eſt in poſſeſſorio recuperandæ quod omnino exceptionem dominij etiam incontinenti probandam excludit,vt per glo.& doct.in l.ſi de vi.ff.de iud. Dec.in conſilio 424 col.2.& in conſi.467.col.2. Accedit quoque quod dixit Bar. in l.fi.C.quo.bono.& in l 2 & ibi omnes Doct.C. de edic.diui Adr.toll.vbi in interdicto poſſeſſionis adipiſcēdæ obeſt agenti ex ipſo interdicto defectus dominij, ſi incontinenti de eo probetur,& tali caſu locum habet. Regu
27 la † dolo facis petere quod reſtiturus es.Ita Dec.vbi ſupra confirmatur iſta opinio ex not.per Scriben. in cap. 1. §.inſuper de prohib.feud.alien.per Feder.vbi concludit,
28 † quod ſi dominus conceſſit feudum alicui, & promiſit ei inueſtituram,ſi ille cui facta fuit promiſſio inueſtituræ, illam petat,& dominus dicat ipſum commiſiſſe feloniam, illam velle probare quam per modo cōſtat, modo agatur, quod tunc nō cogitur dominus inueſtituram facere. Hinc
29 etiam videmus† quod exceptio nullitatis incōtinenti probanda impedit executionem ſententiæ ſecundum Doc.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.& Alexan.in conſi.66.colum.2.in fi.vol.5.ſed illuſtriſſimus Dux Sabaudiæ,& Marchio Saluciarum fidem faciunt de donationibus,& iurib. ſuis incontinenti exhibendo, per quæ videtur ſtatim probari de iure ipſorum,vt per Bal.in l 2.C.de edic. diu.Adr./
30 tol.vbi† quando quis habet inſtrumenta in manibus,& illa oſtendit ſine alia dilatione,dicitur incontinenti probare,& Bal.refert ac ſequitur Dec.in d.conſi.424. colum.2. & in conſi.467.colum.2. ergo impedienda uenit ipſa miſſio per dictam dominam Duciſſam requiſita.

31 Sextò facit.† Nam tertius comparens pro intereſſe ſuo admittitur,dummodo de ipſo intereſſe fidem faciat apparenter:Nam ſatis eſt probare ſe electum abſque quod legitime probet ſe electum.Ita Innocen.& alij in ca.veniens, el 2.de teſtibus,vbi dicit Card.hoc dictum eſſe notandum perpetuò cum centum manibus, & illud etiam ſolemne dixit ibi Felin.nu.13.ſed ipſe Dux ſaltem apparenter docet de titulo ſuo,videlicet de donationibus factis prædeceſſoribus ſuis per quondam Illuſtriſsimum Dom. Iacobum Marchionem Montisferrati, & confirmatis per eius filias de bonis feudalibus Montisferrati, & quemadmodum dicta bona acceptauit in feudum ab ipſo Duce Sabaudiæ, q̄ omnia confirmata fuerunt per Imperatorem Maximilianum. Nec non & Marchio Saluciarum fidem etiam fecit apparenter,quod eſt de comprehenſis in priuilegio Imperatoris Ottonis, quia de deſcendentibus ipſius vocatis in ipſo priuilegio, quod ſufficere videtur ad impediendum miſſionem dictæ illuſtriſſimæ D.Duciſſæ.

Septimò contra ipſam Illuſtriſſimam D. etiam accidit
32 † nam vbi cauſa proprietatis non remaneret ſalua, vt ſi ageretur de poſſeſſione alicuius Caſtri, vel fortalicij, quod nullo modo poſſet recuperari, vel difficiliter tunc impeditur miſſio in poſſeſſionē, & prius cognoſcitur de cauſa proprietatis,ita dicit Pau.de Caſtr.in l.2.C.de edic.diui
33 Adr.tol.vbi inquit,quod licet regula ſit, † quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, l.ſi quis a ſe feudum, C. ad l. Iul.de vi.tamen illud eſt verum, niſi eſſemus in caſu, in quo facta reſtitutione cauſa proprietatis non remaneret ſalua,puta ſi ageretur de reſtitutione alicuius Caſtri, vel fortalicij,quæ reſtitutio ſi fieret,non poſſet poſtea de facili recuperari, quia tunc ſpoliatus non eſt reſtituendus, & Pau.ſequitur Alex.in l.naturaliter.§.nihil commune, col. 16.ff.de acq.poſ.idem Paul.in l.ſi de vi.ff.de iud.& ibi Iac. de ſanct.Georg.Ant.de But.in c.ex parte,de reſt.ſpol. vbi ponit exemplum,ago contra te interdicto recuperandę,tu offers in promptu probaturus de dominio,ſi fieret mihi ante omnia reſtitutio, licet poſtea obtineres in dominio, & petitorio,& quia difficile eſset tibi recuperare poſſeſsionem,tunc non debet mihi fieri reſtitutio, ſed admittitur exceptio proprietatis,& dominij,& Pau.in d.l.2. omnes ſequuntur,ac mod.in d.§.nihil commune, ſed cauſa proprietatis,& dominij non remaneret ſaluatam Duci Sabaudiæ,quam Marchioni Saluciarum: ſi poſſeſſio ipſa daretur Ducisſæ Illuſtrisſimæ,& eius Excellentiſsimo coniugi,propter difficilem recuperationem.igitur,&c.

Octauò, & vltimò ei obſtare videtur diſcenſus,& contradictio populorum ſtatus Montisferrati.Nam ipſis inuitis,non videtur,quòd ſit tradenda ei poſseſsio eiuſdem ſtatus per inuictisſimum Carolum Imperatorem, quoniam
34 de iure communi ſubditi † non poſſunt inuiti alienari, vt eſt gl.ord.in l.inuitus.ff.de fideicommiſſ lib. & text.in cap. 1.§.præterea ducatus de prohib.feud.alie.per Fed.ibi nec dominus feudum ſine voluntate vaſalli ad alium transferat,Bal.in cap.1.§. ſi quis miles.in primo no. quo tempore miles,in cap.in generali,ſi de feud.fue.contro. inter dom.
35 & agna.vbi dicit, quòd † Rex Franciæ non poteſt alienare vnam de ciuitatibus Regni,inuitis ciuibus. Vnde ſecū
36 dum eum quando† Conſtantinus fecit donationem Beato Syluestro de Vrbe Romana, illam fecit cum conſenſu Populi Romani,idem Bal.in l.in teſtamento, C. ad l.Falc. Abb.in c.auditis,de præſcri.col.6.Doc.in l.debitorum, C. de pac.Bal.in conſ.327.vol.1. Soc. in conſi.39.colum.pen. vol.3.Dec.in coſi.564.col.2.& in conſi.689.in fi.& Neuizan.late in conſi.12. col.19.inter conſ. Bruni, & eo magis hoc dicendum venit cum alienatio ipſa fiat in inferiorem ab ipſo Imperatore,per quam efficiuntur deterioris condi-

37 ditionis, † quia intereſt ſubditorum magis eſſe ſub ſupre
mo domino, quam ſub paruo, vt per Cano. in ca. humilis,
extra de maio. & obe. & Alb. de Roſ. in l Titius, cum de-
cederet. ff. de act. empt. tum quia eſt magis tutus, tum etiã
quia ſi daretur inferiori domino, mutaretur eorum con-
ditio quod afferret eis maximum intereſſe, iuxta not. per
Innoc. in c. auditis, in fin. 1. col. de præſcript. cum teneren-
tur iurare fidelitatem minus nobili, quod eſſe non debet,
vt in c. 1. §. contrario, de inueſt. de re alie. fac. & etiam vt
dicit Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. quem ſequitur
Iac. de ſanct. Georg. in ſua inueſtitura, in verbo qui quidẽ
38 inueſtiti. col. 19 Rub. in conſ. 96. col. 1. † Inferior dominus
in quem fit alienatio pro primo tit. quẽ dat. ſecundo ſub-
39 ditis ſolet eos appellare ruſticos ſuos. † Itẽ & fieret tran-
ſlatio in duriorem qui poſſet eis imponere onera, & ſerui-
tutes ſecundum Bald. in l. 1. q. 32 ff. de rerum diuiſ. & in c.
1. § ſi quis quo temp. mil. quem ſequitur Barb. in conſi. 11.
col. 3. vol. 2. plus fieret, & pluribus dominis, quia tam Du-
40 ciſſæ, quam Illuſtriſſimo eius coniugi, quo caſu † ſubdito-
rum non intereſt habere tot dominos ſecundum Doct. in
c. cum dilecti, de maio. & obed. Homod. in conſil. 25. Bar-
bat. in d. conſ. 11. in 3. col. & Alex. in conſil. 25. colum. pen.
vol. 5. quia ſicut in ſuperioribus vnus eſt Deus, ita in inte-
rioribus vnus eſſe debet Princeps, vt per Mart. Cara. in
41 tract. de principibus col. 103. qui inquit, † quod ſi vna pro
uincia eſt adeo magna, ita vt per vnum Præſidem non poſ
ſit gubernari, quod potius diuidenda eſt, quàm duo ſint in
eadem prouincia, quia homines ſunt faciles ad diſſentien-
dum: & pro hac opinione facit, quod not. Socin. in conſil.
42 67. num. 31. vbi inquit, quòd non cogitur † vaſallus pro v-
no feudo habere plures dominos, maxime in Ducatibus,
Comitatibus, & Marchionatibus, & præſertim eorum in-
tereſt cum ipſa illuſtriſſima Duciſſa ſit moratura cum illu
ſtriſſimo eius viro extra Marchionatum Montisferrati, &
53 in ciuitate Mantuæ, † quo caſu multum intereſt ſubdito-
rum dominos habere præſentes, & cum quibus valeant
horatim alloqui, & ad eum accedere abſque expenſis, ſe
cundum Bald. in cap. primo, de maior. & obedientia, vbi
dicit, quòd ſubditi deſiderant præſentiam domini, & quod
44 † Vaſcones dicunt eos non ſubeſſe Regi, niſi præſenti,
45 quia vt ai. Innocent. in cap. qua propter, de elect. † Dul-
cius eſt bibere de aqua fontis, quam torrentis, quos ſequi
tur Afflict. in deciſ. 265. colum. 3. in ſecunda fallentia in fi.
& ſic ex omnibus ſupraſcriptis videtur dicendum poſſeſ-
ſionem ſupradictam illuſt. Duciſſæ non eſſe concedendã.
Quibus tamen non obſtantibus, quæ vere non obſtant,
contrarium de iure verius eſſe arbitror, quod imo ipſa il-
luſtriſſ. domina mea ſit mittenda in poſſeſſionem prædicti
Marchionatus, & aliorum bonorum, quæ tempore mortis
ſuæ tenebat, & poſſidebat quondam Illuſtriſs. Io. Georg.
eius patruus, ſiue eſſent allodialia, ſiue eſſent feudalia.
46 † Nam de allodialibus, prout in dubio præſumuntur, non
eſt dubitandum, vt in cap. nimis, & ibi Doctor. de iureiur.
Alex. in conſi 55. col. 10. in princ. vol. 4. Bald. in cap. ſigni-
ficauit, de reſcript. Curt. ſen. in conſil. 75. cum ſit ipſa do-
47 mina Duciſſa † neptis ex fratre prædicti quondam illuſtr.
D. Io. Georgij vltimo loco defuncti ab inteſtato ſine aſcen
dentibus, & deſcendentibus, ſed relicta dicta domina eius
nepte ſola proximiore ſibi in gradu ſuccedendi, vt in §.
ſi plures, vbi Ang. inſtit. de legit. agna. ſucceſſione, & in
authen. poſt fratres, la 2. C. de legit. hæred. De feudalibus
non cadit etiam aliqua dubitatio per text. iuncta glo. in c.
48 primo, de contro. inter maſc. & fœmin. † vbi filia hæres pa
tris debet mitti in poſſeſſionem feudi, & poſtea agnatus
petere debet, ſi prætendit aliquid iuris in eo habere, quia
agnatus non eſt in iſto caſu legitimus contradictor ad im-
pediendum talem immiſſionem, vt tradit Ioannes And. in
add. ad Specu. in tit de teſt. §. pen. in fin. vbi dicit, quod fi-
lia, quæ petit ſe mitti in poſseſſionem bonorum, quæ pa-
tri in feudum conceſsa fuerunt, admitti debet, nec agna
ti maſculi erunt legitimi contradictores ad impediendum
talem immiſſionem, quia cum de eis diſputabitur in peti-
torio, illa poſtea ſe defendet, vel ex conſuetudine, vel ex a-
lio iure. & vbi pro ea nihil facit feudum, poterit aſſignari
agnatis de iure eorum docentibus, quam deciſionem pro
ſingulari refert, & ſequitur Alexand. in dicta l. fina. C. de
edic. &c. Curt. iun in tractat. feud. in tertia parte, verſic.
21. quæro. Dec in conſilio 424. columna tertia, in conſ. 467.
colum. 2. in conſil. 498. colum. 1. in conſilio 517. & in conſi.
588. colum. 3. & Afflict. deciſ. 119. Brun. in conſil. 1. colum.
2. & Camp. in conſil. 2. inter conſilia Brun. col. 3. in fin. &
ipſe Brun. in conſil. 18. col 3. in fi. Ad hoc eſt textus in cap.
1. §. inter filiam. ſi de feud. fuer. controuer. inter domin. &
agn. Vbi ſi ſit controuerſia inter agnâtum, & filiam defun
cti, ipſa debet mitti poſſeſſionem. & hoc etiam vult Dec. in
conſi. 390. colum. 2.

Confirmatur hæc opinio ex no. per Dec. in dicto con-
49 ſil. 424. vbi concludit ſororem † mittendam eſſe in poſ-
ſeſſionem bonorum feudalium fratris defuncti ab inteſta-
to ſine filijs cum habeat intentionem fundatam, vt ipſa
ad hæreditatem fratris defuncti admittatur, auth. defun-
50 cto. C. ad Tert. † ergo idem dicendum eſt in nepte ex fra-
tre, quæ non exiſtentibus deſcendentibus, aſcendentib.
vel fratribus, intentionem fundatam de iure habet, vt ipſa
ſuccedere debeat, per dictum §. ſi plures, & authent. poſt
fratres, quod immittenda veniat in poſſeſſionem, ſiue ex
remedio l. fi. C. de edic. diui Adr. tollen. ſiue ex officio iudi
51 cis, quod probatur. † Nam ita eſt priuilegiata poſſeſſio, quę
petitur vigore inueſtituræ, quam ea, quæ petitur virtute d.
l. fin. vt clarè colligitur ex not. per Iſern. & Aluar. in c. 1. §.
inſuper, de prohib. feud. alien. per Fed. dum allegat ipſam
l. fi. Sed clariſſimi iuris eſt, quod ex vi d. l. fi. hæres ſcriptus
ex ſola inſpectione teſtamenti non aboliti, non viciati, de-
52 bet mitti in poſseſſionem bonorum defuncti. † Ergo & ita
pariter dicendum eſt, quando quis habet inueſtituram, vt
ex inſpectione ipſius mittendus ſit in poſseſsionem & ma
xime quando ille a quo petitur habet facultatem illam tra
dendi, vt per Aluarot. ita punctualiter decidentem in di-
53 cto cap. 1. de controuer. inueſt. † prout Inuictiſſimus Cæ-
ſar, qui de præſenti illam habet penes ſe ſub ſequeſtro peo
ſcandalis euitandis, qui poteſt etiam ex officio ſuo nobili
exigere probationes a partibus, & ei dare poſſeſſionem cui
de iure danda venit, vt per Abb. in conſi. 2. col. 3 ver. venio
ad ſecundum, de ſequeſtra poſ. vel fruct. & Curt. in conſi.
ſuo 60. vel officio iudicis, quatenus ſibi competere non poſ
54 ſet ſupradictum remedium, nec aliud, quia ſciendum eſt,
55 quod † officium iudicis poteſt & debet implorari vbicun-
que deficit actio, ſi tamen æquitas inde reſultet, vt eſt tex.
ſingularis in l. ſi me & Titium. ff. ſi certum pet. & in l. hære
ditas, in fin. & in l. planè. & in l. fin. ff. de pet hęred. ad idem
eſt text. in l quintus. ff. de ann. leg. vbi ille qui agere prohi-
betur, poteſt implorare officium iudicis. Idem etiam vo-
luit Curt. ſen. in conſil. 72. col. 2. in fin. Hinc dixit Roman.
56 in conſil. 325. † quod quamuis aliqua conſtitutio tollat, &
excludat quodcunque remedium, nunquam tamen intel-
ligitur excludere implorationem officij ſuperioris, qui con
ſiderata æquitate eius officium, & auxilium debet annue-
re. & Rom. ſequitur Marſil. in ſingulari ſuo 82. Vlterius ẽt
57 videmus, quod † exceptio non numeratæ pecuniæ, non po
teſt opponi poſt biennium, l. in contractib. §. illo. C. de non
num. pec. & tamen poteſt debitor poſt biennium implora
re officium iudicis, ſecundum Bal. in l. illicitas, in princ. ff.
de officio præſidis, quod dictum reputat ſingulare Belen-
din. in c fi. de ſolu. Et Marſ. in ſing. 277. vbi aſſignat rationẽ
58 eſſe, quia prohibitus † excipere, non prohibetur implora-
re officium iudicis, ſecundum Bartol. in l. 1. §. & parui. col.
2 ff. quod vi, aut clam. Cum igitur in ſubſidium, & in de-
fectum deficientis actionis, vel alterius remedij datur offi
cium iudicis. Ergo ſequitur quod competit prædictæ illuſt.
Duciſſæ pro adipiſcenda poſſeſſione prędictorum bonorũ,
cum pro ea militet omnis æquitas, quia proximior & de[illegible]
comprehenſis in inueſtituris antiquis, & etiam in noua,
ſibi & illuſtriſſimo eius coniugi per modernum Cæſarem
59 conceſſa. † & ne illotis manibus pertranſire videamur ad
proxima accedendo, facit quod in ſimili dixit Bal in dicto
c. 1. de controuer. inter maſc. & fœminam. deben. vbi con
cludit, quod filia ab inteſtato ſuccedens, cum ſibi deficiat
remedium, l. fin. C. de edic. diui Adr. tollen. mitti debet in
poſſeſſionem per officium iudicis, quod dicit eſſe notandũ,
& ipſum ſequitur ibi Prępoſ. Idem dixit Camp in d. conſi.
2. col. 3. ergo idem dicendum eſt in nepte ex fratre, cum
militat omnis ratio pro ea.

Qua concluſione ſtante firma, & valida, non obſtant
modo, quæ pro parte negatiua adducta fuerunt, quibus
ſpecialiter reſpondetur. In primis igitur non obſtat,
quòd Illuſtriſſ. D Duciſſæ non detur remedium dictæ l. fi.
60 quia vt ſupra dictum fuit, † competere videtur cum pa-
ria ſint, vel quod ſcriptus hæres petat ſe immitti in poſ-
ſeſſionẽ ex remedio ipſius l. ex ſola inſpectione teſtamen-
ti, non aboliti, nec cauſa collati: vel quod petat ſe ad di-
ctam poſſeſſionem admitti, vigore inueſtituræ ſuæ non
abolitæ nec vitiatæ, vt per Iſern. & Alua. in loco ſupra al-
legato, quia ita eſt priuilegiata poſſeſſio, quæ vigore di-
ctæ inueſtituræ petitur, quam ea, quæ petitur remedio di-

ctæ l.

ctæ l.fin & quatènus ſibi non competeret, non poteſt de-
negari, quin in ea introducenda veniat ex officio iudicis,
vt ſuprà dictum fuit, cum dicta inueſtitura præſumatur va
lida, & iuſtè conceſſa, ſecundum Innoc. in c. quæ in eccle-
ſiarum, de conſtitut.
Ad ſecundum reſpondetur, quòd imò datur officium
iudicis ad inſtar d.l.fin. per text. in ca.1. §.inter filiam. ex
quo conſtat Do. Duciſſam fore hæredem quondam illu-
ſtriſſimi eius patrui, & hæreditatem eius adiuiſſe, & con-
ueniat vt in poſſeſſionem bonorum mittatur, ſi deſunt ſi-
61 bi alia remedia, † quod fieri debet per officium iudicis,
vt ſupra dictum fuit, & licet Bald. ibi velit, quod illud of-
ficium iudicis, ſolum detur filiæ ratione ſuitatis, tamen
contrarium ibi ſentiunt alij ſcribentes, qui ſimpliciter, &
indiſtinctè loquuntur in quolibet hærede, & ratio dicti §.
eſt, quia filia habet intentionem ſuam fundatam, cum de
functus cenſeatur dominus, ita & eius hæres, argumento
l.ſiue poſſidetis, C.de probationibus, & ita ſentit ibi gloſ.
& Doc. ſed hæc ratio militat etiam in quolibet hærede. er-
go &c. Ita etiam firmat Dec. in citato conſi.424. vbi tradit
quod illa ratio, quæ habet locum in filia, vt mittatur in poſ
ſeſſionem, quia fundatam habet intentionem de iure com
muni, vt ad hæreditatem patris admittatur, authen. in ſuc
ceſſione, C.de ſuis, & legit. pariter militat in ſorore, quæ
non exiſtentibus filijs fratris, patruo ſuccedit. authen. de-
functo. C.ad Tertul. & ideo quod iure merito induci de-
bet in poſſeſſionem, & in ea tueri. Ergo idem dicendum
eſt in nepte, quæ patruo ſuccedit.
62 Ad tertium quoque reſpondetur, & dicitur † non rece-
dendo à communi ſententia Doc. ſed ipſi inhærendo, pro-
ut Bononienſes Carocio, iuxta glo. in l.omnis diffinitio. ff.
de reg. iur. quod verum eſt ipſi illuſtriſ. D. Duciſſæ nõ com
petere interdictum quorum bonorum, nec petitionem hæ
reditatis, cum non adſit, qui poſſideat pro hærede, & poſ-
ſeſſore, vt requiritur ſecundum deducta, & allegata in di-
cto tertio fundamento, & non ſit qui condemnari poſſit ad
reſtitutionem: quod vtique neceſſarium videtur in dicto
interdicto, quorum bonorum.
Ad quartum de §.inter filiam. reſpondetur, quod licet il
le textus loquatur in filia, tamen ratio eius, vt ſuprà dictũ
fuit, quæ eſt generalis, locum etiam habet in quolibet hæ-
rede, quamuis extraneo, quia cum defunctus fuerit domi
nus & poſſeſſor, ita & pro hærede præſumendum eſt, do-
nec contrarium probetur, & ideo hæres interim, cum ha-
beat intentionem fundatam, vt tenet ibi gloſ. in verbo in-
terim. debet mitti in poſſeſſionem, & ita ibi intelligunt
Iſern. & Aluar. dum dicit, quod hæres defuncti debet con-
ſeruari in poſſeſſionem rei hæreditariæ, quæ poſſidebatur
per defunctum in ſuo vltimo vitæ ſpiritu, per l.ſiue poſſide
tis, C.de probat.
63 Secundo reſpondetur, † quod diſpoſitio dicti §.inter fi-
liam. ita habet locum quando quis eſt hæres ab inteſtato,
ſicut ex teſtamento, quia ille textus indiſtinctè loquitur,
non ſe reſtringendo magis ad hæredem ex teſtamento, q̃
ab inteſtato. ergo generaliter intelligi debet. l.1.§. genera
64 liter. ff. de leg. præſtan. & ſic de quocunque † hærede etiam
ab inteſtato, qui hæres etiam propriè eſt. dicta l prima, &
ita ibi ſentiunt ſcribentes, dum ponunt ſimpliciter caſum
de hærede.
65 Tertiò dicitur, † quod ipſe §.inter filiam. procedit etiam
quando mulier dicit non ſolum bona allodialia, ſed etiam
feudalia, & fœminea, quia tunc debet mitti in poſſeſſionẽ
bonorum feudalium, & in ea tueri, donec fuerit cogni-
tum de cauſa proprietatis, & quis potiora iura in ea fo-
ueat, per tex. in cap. primo §.defuncto. ſi de feud. fue. con-
tro. inter domi. & agnat. vbi filia manere debet in poſſeſſio
ne feudali, donec de ea iudicetur, & ſic præſupponit eſſe
feudum, & hoc tenet expreſsè Aluarot. in dicto §.inter fi-
66 liam, in verſicu. quæro ab extra. vbi dicit † quod ſi filia di-
xit eſſe allodium, & ſuccubit, ſi poſtea voluerit dicere eſ-
ſe libellarium, vel feudale fœmineum, in quo poteſt ipſa
ſuccedere. §. filia. de ſucceſ. feud. quod poteſt introduci in
poſſeſſionem. Hoc etiam tenet Dec. in conſilio 424. colum.
3. & in conſi.467. colum.2. poſt Doc. ibi per eum citatos.
Hanc etiam partem amplectitur Bru. in conſi.1. & Camp.
67 inter dicta conſilia in conſi.2. col 2. † vbi fatentur clare, ꝙ
etiam ſi clarè conſtaret bona eſſe feudalia, tamen debet
mitti in poſſeſſionem, quando tamen per eum allegaretur
ex pacto, vel conſuetudine, aut ex habilitatione, vel ex alia
veriſimili cauſa admittendam eſſe, quia præſumptio eſt
pro ea, quando dicit bona allodialia eſſe, & agnati dicunt
ipſa feudalia, cum feudum ſit quædam ſeruitus, quæ non
præſumitur, vt in l.altius. C.de ſerui. & aqua, & per Doct.
in l.cum res, C.de probatio. pari ratione idem dicendum
videtur, quando mulier dicit bona eſſe feudalia, ſed fœmi
nea, ex quo præſumitur minor ſeruitus, & hoc per dictum
§.inter filiam. vbi ſi fœmina dicit libellarium tunc præſu-
mitur minor ſeruitus, & mittitur in poſſeſſionem, quia eſt
68 † quædam ſeruitus, & minor cum fœmina admittuntur,
ſed in caſu, de quo agitur licet illuſtriſſimus Marchio Salu
ciarum dicat iſtum Marchionatum feudalem, tamen per
illuſtriſſimam Duciſſam dicitur non eſſe feudalem, ſed
69 donationem factam Aledramo, † in qua ipſa admittitur
iuxta no. per Dec. in conſilio 32. colum.2. in conſi. 269. col.
prima, & in conſi.413. col.3 vbi etiam in fortioribus ter-
minis loquitur, & poſito, quod eſſet feudum, replicatur eã
70 admitti ex tenore inueſtituræ Aledrami, † in qua data fuit
facultas alienandi, & quidquid animus eorum decreuerit
faciendi, quæ clauſula operatur, vt etiam fœminæ admit-
tantur vt per Iaſ. in conſil.9. & Soci. in conſil.10. inter con
ſilia Bru. & vt latius dicetur in conſilio petitorio. Item &
quia habilitata à Cæſare, iuxta no. per Bru. in conſi. primo,
& Camp. in citato conſi.2.
Ad quintum ſimiliter reſpondetur, quod licet vera ſit
concluſio, quod quando agnati ſunt parati in continenti
docere de iuribus ſuis, impediatur miſſio, & dicantur legi-
timi contradictores, tamen quod in caſu iſto non ſunt legi
71 timi contradictores, quia vt dicatur † legitimus contradi-
ctor, requiritur primo, quod poſſideat, ſecus ſi non poſſi-
deat, vt per Barto in l.filiam fratrib. alios. ff. ad Trebellian.
Socin. in conſi.106. colum. fi verſi.5. volum.4. Felin. in cap.
veniens, el 2. de teſtibus. Dec. in conſil.84. colum 2. & con-
ſil.218. colum.1. vbi dicit hanc opinionem eſſe communẽ
in conſi.424. colum.2 & in conſi.467. col.3. ſecundo quod
bona fide poſſideat. vt dicta l.filiam fratribus. tertio quod
in continenti doceat de iure ſuo, vt per Doct. ſupra allega-
tos, ſed indubitati iuris eſt, quod tam in illuſtriſ. Duce Sa
baudiæ, quam in illuſtriſ. Marchione Saluciarum deficit
primum ſubſtantiale, quia nullus ipſorum reperitur poſſi-
dere, cum penes Cæſarem adſit ſtatus Montis ferrati. Er-
go ſequitur quod non poſſunt dici legitimi contradicto-
res pro impedienda huiuſmodi poſſeſſione parte Illuſtr.
D. Duciſſæ requiſita.
Vlterius etiam dicitur. quod per illuſtriſſimi Principes
non poſſunt oſtendere incontinenti de iuribus ſuis, quod
eſt tertium requiſitum, vt dicantur legitimi contra dicto-
res, iuxta Dec. vbi ſuprà, cùm non reperiantur nominati
in iuribus per eos productis, vt ex lectura ipſarum dona-
tionum, conuentionum, & priuilegiorum clariſſimè appa-
72 ret, quæ † negatiua probatur hoc modo, vt per Barto. in l.
fin. C.de reb. cred. vbi inquit, quod per inſpectionem ma
triculæ, in qua quis non eſt deſcriptus ſcholaris probatur
non matriculatus, & ſi per interpretationem verborum,
quæ in ipſis iuribus habentur, vellent eius intentionẽ pro-
73 bare, † talis probatio tanquam requirens altiorem inda-
ginem in hoc iudicio poſſeſſorio, non venit admittenda,
ſed in iudicio petitorio reſeruanda, vt eſt text. vbi no. Do-
ctor. in l.ſecunda, C.de edic. diui Adr. tollen. & in l.fin. C.
quorum bono. vbi interdictum, quorum bonorum, per ex
ceptionem Dominij non impeditur, ſed reſeruatur in pe-
titorio, quod confirmatur per Dec. in dicto. conſilio 424.
colum. fin. & in conſi.467. colum. pen. Vbi inquit, quod fi-
deicom. qui offert incontinenti probare de fideicommiſſo
74 per inſpectionem teſtamentorum † cum non ſit nomina-
tus in teſtamentis, ſi per interpretationem verborum, quę
in teſtamento habentur, vellet eius intentionem probare,
talis probatio non eſt admittenda in iudicio poſſeſſorio.
Sed reſeruari debet in alio iudicio, cum requirat altiorẽ
indaginem. Idem Dec. in conſilio 588. colum. ſecunda, in
fin. pro qua etiam ſententia facit quod voluit Iſer. in cap.
1.§. Inſuper. de prohib. feud. alie. per Feder. & Camp. in di
cto conſil.2. vbi ſi vaſallus agat vt inueſtiatur, quia promiſ
ſum eſt ei feudum, & Dominus proponẽdo exceptionem
75 dicat ipſum commiſiſſe feloniam. † Si iſta exceptio re-
quirit altiorem indaginem, tunc vaſallus debet inueſtiri,
quia principaliter ſua petitio tendit ad poſſeſſionem adi-
piſcendam potius, quàm ad cauſam petitorij, argum. l.fin.
C.de edict. & ea quę requirunt altiorem indaginem, de-
bent reſeruari, cum in poſſeſſorio procedatur ſumma-
tim, vt probatur etiam per Affl. in deciſ.14. columna ſecũ-
da, vbi aſſerit hanc eſſe communem. Faciunt etiam notabi
lia verba, Bal. in conſi.128. in 3. vol. vbi concludit in 2. col.
quod ea quæ requirunt altiorem indaginem non impe-
diunt, quo minus hæres ſcriptus mittatur in poſſeſſionem,
76 adducens pulchram rationem, & dicens, quod † remediũ
l.fin. C.de edic. eſt poſſeſſorium quaſi recuperandę poſſeſ-

ſionis,ac ſi diceremus,quòd hæreditas fuerit quaſi ſpolia-
ta in perſona hæredis,& reſtituenda,ac reintegranda , li-
cet hæreditas propriè non poſſideat , l. 1. §. Scæuola,ff. ſi
quis teſta.lib.eſſe iuſſ.fue.quod dictum refert,& ſequitur
Afflict.in deciſ.119.& Dec.in conſil.188. colu.3. idem di-
xit Bal.in c.Item cùm quis,de reſtitu.ſpolia. & in cap. pa-
ſtoralis ,col.1.de cauſ.poſſeſſio.& proprie. Imò plus dici-
tur , quòd nullum penitus ius habent ſuper dicto Mar-
chionatu, tum quia donationes,& conuentiones , in qui-
bus fundatur Dux Sabaudiæ, fuerunt per Federicum , &
Maximilianum reuocatæ,Item quia factæ per metum , &
ideo nullæ , vt latè deducentur in conſilio petitorij , tum
quia non apparet Marchionem Saluciarum eſſe de deſcé-
dentibus Aledrami , & quatenus eſſe quod ſit eius hæres ,
tum quoque quia iſtud non eſt feudum,ſed donatio. Item
& quia data fuit facultas ampliſſima alienandi , & penul-
timo,quia fęminæ vocatæ ſunt in priuilegio Caroli Quar-
ti,& vltimo,quia inueſtita à moderuo Imperatore,vt cla-
rè demonſtrabitur in conſilio dicti petitorij.
Ad ſeptimum reſpondetur pluribus modis. Et primò,
quòd nulla extant fortalicia apta reſiſtere mandato ſuæ
maieſtatis, & quòd ad omne votum ſuum illuſtriſſimus
Dux, & Ducissa , tanquam deuoti vaſalli ſuæ maieſtatis
erunt parati adimplere mandata ſua.
Secundò reſpondetur,quod doctrina Pauli de Caſtr. &
77 ſequacium,limitat non habere locum , † quando petens ,
vel poſſidens caſtra, & fortalicia, eſſet ſub eodé principe,
qui haberet iudicare ſuper petitorio,vt in caſu noſtro,vbi
illuſtriſſimi Dux,& Duciſſa ſunt ſub Cæſare , & ab eo iſta
habent recognoſcere.Ita declarat Claudius Sayſel.in l.na
turaliter.in §.nihil commune,colum.3.& repeten.Flor.in
nume.12.argumento eorum,quæ no.per Gul. de Cun.An
gel.& Paul.in l.2. ff. qui ſatiſd.cogan. vbi tenent,quod li-
78 cet†Nobiles habentes arces munitiſſimas, non cenſean-
tur idonei ad conueniendum,tamen hoc fallit , ſi ſunt ſub
eodem Rege,cùm tunc per illum cogi poſſint,& cõtra eos
fieri executio,quod etiam voluit Iacob.de ſancto Georgio
in d.l.ſi de vi,ff.de iudic.
79 Tertiò reſpondetur, † quòd dicta limitatio iuribus non
ſubſiſtit , cùm ipſi illuſtriſſimi Duces ſint parati dare ido-
neam fideiuſſionem de reſtituendo dicta Caſtra, & fortali
cia,caſu quo condemnarentur in petitorio, vt per Claud.
de Sayſel.in dicto §.nihil commune,col.4.verſ.circa quin-
tam fallentiam,& ver.limitabam etiam & mod.Flor.ibi-
dem num.97.
Ad ſextum reſpondetur,quod nec apparenter, nec exi
ſtenter non conſtat de aliquo iure ipſorum, imò de cõtra-
rio,quod nullum penitus ius fouent.Ergo &c.
80 Secundò reſpondetur, quod † argumentum procedit in
ſpiritualibus,ſecus in prophanis , vt not. in l.rem quæ no-
bis.ff.de acquir. poſſ.
Vltimò non obſtat diſſenſus populorum , nec eorum
contradictio : quoniam ad hoc argumentum tribus mo-
81 dis reſpõdetur . † Et primo dicitur,quod ex quo dicti po-
puli, a tanto tempore citra cuius initij memoria non ex-
tat in contrarium, ſoliti ſunt infeudari, vt conſtat ex con-
ceſſionibus,& inueſtituris factis prędeceſſoribus Marchio
nibus ex domo Saxoniæ,& ex inueſtituris factis Theodo-
ro Paleologo ad quem finita linea maſculina ex domo Sa-
xoniæ Marchionatus in ipſum deſcendentem ex Violan-
tide ſorore vltimi de domo Saxoniæ,de conſenſu ipſorum
qui eam,vel eius filiam vocauerunt in dominum trãſitum
fecit,quod quamuis alias eſſent prohibiti infeudari,tamẽ
propter ſolitum antiquiſſimi, & longiſſimi temporis per-
miſſa fuit huiuſmodi infeudatio,quod pluribus modis de-
82 monſtratur. † Nam Prælati eccleſiarum de iure prohi-
bentur infeudare res eccleſiæ , cum ſint de menſa domi-
no,& titulo ipſius eccleſiæ,vt in cap.primo,in princi. epi-
ſcopum,vel Abba.not.in cap.2. de feud. & tamen poſſunt
infeudare res eccleſiæ ſolitas infeudari,cap.primo,in prin.
vbi omnes not.qui feud.dare poſſunt. Alex. in conſil.40.
83 colum.fin.& in conſi.92.colum.2.vol.6.imò fortius† Præ-
latus eccleſiæ,qui vltra prohibitionem legis,iurauit nõ alie
nare,vel infeudare res eccleſiæ,inconſulto Pontifice, iux-
ta cap.vt ſuper,de rebus eccleſ.non alienand. poteſt tamẽ
antiquum feudum concedere , ſeu rem ſolitam infeudari
concedere in feudum in conſulto Papa,vt eſt glo.in cap.2.
24.quæſt.1.glo.& Doc.in d.cap.ſecundo,de feud.Hoc etiã
vult,& Calderin.in conſi.11.in tit.de feud.colum. prima ,
quia infeudatio feudi antiqui non eſt de nouo infeudare ,
ſed quod ſolitum eſt continuare.Accedit etiam, quod tra-
dit Paulus de Caſtro in conſilio 136.in ſecunda columna,
vbi dicit,quod Prior eccleſiæ poteſt emphyteoſim ad ſe re
uerſam ſine alia licentia Papæ alteri concedere , etiam ſi
iuramento aſtrictus tenebatur non alienare bona mona-
ſterij,Romano inconſulto Pontifice , quia iſtud debet in-
telligi de bonis quæ eſſent de menſa, non de his , quæ de-
ſierunt eſſe de menſa per conceſſionem legitime factam in
84 feudum . Hic etiam videmus , † rem ſolitam antiquitus
infeudari poſſe conſanguineis , cognatis , & affinibus in-
feudari,vt per Bal. & alios in cap.1,qui feud.dari poſſ. Fa-
cit etiam quod voluit Homod.in conſi.212.col.2.verſic.2.
85 vbi concludit,†quod ſi res feudalis affecta fuit feudo anti
quo,& ſic facta alienabilis per viam feudi , poteſt epiſco-
pus concedere cuicunque non habito reſpectu,an ſit eius
agnatus,vel ne:& iſtam eſſe communem opinionem atte-
ſtatur Iaſ.in d c.1.in 7.col.qui feu.dar.poſſ. Faciunt quoq;
86 dicta per Soc.in conſi.67.col.8.verſ.ſextò,vbi dicit,†quod
licet de natura Ducatus ſit quod non diuidatur iuxta ca.j.
§.præterea Ducatus,de prohib.feud. alie. per Federic. ta-
men ſi effectus fuit ſemel diuiſibilis,puta quia fuit conceſ
ſus in comitatum,ſemper durant illa loca diuiſibilia. Vlti
mò pro hac parte faciunt not.per Bald.conſi.324. col.1.in
fin.in primo vol.vbi faciendo differentiam inter non ſoli-
87 ta infeudari,& ſolita, dicit † quod in ſolitis infeudari non
requiritur conſenſus populorum . Ita etiam tenuit Soc.
in conſi.4.num.20.vol.3.
Secundò reſpondetur,quòd & ſi communis ſit regula ,
88 †quod ſubditi inuiti non poſſint alienari,tamen ea recipit
communem limitationem, niſi alienatio facta fuiſſet , vel
fieret cum vniuerſitate,quia tunc ea valet,non attenta vo-
luntate ſubditorum,vel vaſſalorum, prout in caſu noſtro,
in quo non fuit facta alienatio , ſeu ſubiectio particulari-
ter de aliquo loco, ſed cum vniuerſitate concedendo om-
nia,quæ erant Marchionum , & totum Principatum , ita
tenet Bal.in c.ſi.col.2.de offic.deleg. §. præterea Ducatus ,
de prohib.feud.alie.per Federic.in l.ſi plures, colum.2.C.
de condi.inſer.& in conſi.97.col.1,vol.3. Aret.& Alexand.
in l.2.ff.ſol.matr.quos omnes alij ſequuntur,vt ibi referũt
mod.Sabaud.Rom.in conſi.26.colum.fi.Alexan.in conſil.
25.col.penul.volum.5.Doc.in l.debitorum, C.de pact. &
hanc eſſe communem opinionem firmat Dec.in conſil.61.
colum.2.imò plus voluit Iaſ. in d.l. ſi non ſortem,§.liber-
89 tus, colum.7.ff.de condic.indeb. † quod etiam tunc poſ-
ſunt vaſalli inuiti alienari inferiorem etiam ruſticũ , poſt
Bal.in c.1.§.ex eadem de l.Conradi.quod & voluit Abb.in
conſi.3.q.22.vol.2.
Tertiò reſpondetur , quod dicta regula locum non ha-
90 bet quando†alienatio facta fuiſſet cum clauſula ex certa
ſcientia,& de plenitudine poteſtatis,vt in caſu iſto, vt per
Ioan.And.de Anan.in conſil.81. quem ſequitur ibi Bolog.
in add.Item tenere videtur Neuiz.in conſ.12.colum.23.in
princ.inter conſi.Bru.in verſ.tertio.Adhuc ibi interuenit
clauſula ex certa ſcientia,& de plenitudine poteſtatis , &
Soc.conſi.4.col.3.vol.3.
Et quod dicta infeudatio fieri potuerit inuitis ipſis ſub-
91 ditis demonſtratur.†Nam maioris virtutis , & potentiæ
eſt poteſtas legis viuæ,quam mortuæ , & conſuetudinis, l.
vniuerſa.C.de precib.Imper.offer.quia derogat prædictis
vt not.Arch.in cap.in his,17.diſtinctione.Bald.in cap.pri-
92 mo,qui feud.dare poſ.†ſed per conſuetudinem poteſt in-
duci,quod valeat alienatio facta de ipſis ſubditis inuitis,vt
not.Abb.in c.auditis,extra de præſcrip. & in conſilio 3. q.
93 22.vol.2.& Fel.in c.dilecti,de maioritate,& obed.† Ergo
multo fortius per Imperatorem,cùm ſit omnia , & ſuper
omnia,ſecundum Bal.in c.1.qualiter dom.proprie. priue.
& poſſit mutare quadrata rotundis,vt per Hoſt. in c.cum
94 veniſſent,de iudic.& tanto fortius, † cum iſta prohibitio
inducta per Con.Federici in d.§.præterea, Ducatus de nõ
transferendo vaſallis inuitis, & poſtea ſecundum Corn.
in conſil.321.colum.4,volum.4.extenſas ad ciuitates ſit in
ducta de iure poſitiuo, quod per maieſtatem ſuam potuit
ad libitum ſuum tollere , cùm in his pleniſſimam habeat
poteſtatem diſponendi,iuxta not.in c.quæ in eccleſiarum,
de conſtit.& præſertim cum interuenerit ( vt ſuprà dixi)
clauſula ex certa ſcientia,de plenitudine poteſtatis,ac clau
ſula,non obſtantibus,in ampla forma, quæ ſecundũ Bald.
in cap.cum ſemper,colum.1.de cauſ.poſ.& propr.Operà-
95 tur,†quod Papa,vel Principes poſſint omnia ſupra ius,cõ
tra ius, & extra ius,& pro hac parte bene facit etiã, quod
96 voluit Soci.in citato conſi.4.col.5.vol.3 vbi inquit,†quod
licet regulariter caſtra,&·bona,quæ ſunt de dominio non
poſſint in feudũ dari,iuxta ea,quæ not.Bal.in ca.1.de alie.
feud.tamen ex quo talis probatio eſt de iure poſitiuo , illi
per Principem derogari poteſt,vt per Bartol. in extraua-
gan. ad reprimendum,in verſic.non obſtantibus. præſer-
tim

tim cum talis conceſſio in feudum fuerit facta cum clauſula motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, cum plena clauſula non obſtantibus. &c. & eo magis hæc dicenda veniunt, cum non vniuerſitas Marchionatus Montisferrati, ſed quędam particularia loca reclament, quæ reclamatio fuit affectata per nonnullos turbatores pacis, & quietis, cui reclamationi non debet annuere Maieſtas Cæſarea, quæ ſemper conſueuit pro libito ſuo feuda ad ſe reuerſa infeudare, ſine conſenſu populorum.

97 Nec habet obſtare, † quòd dicta infeudatio fuerit facta inferiorem, quia reſpondetur duobus modis, & primò, quod ſatis eſt, quòd ipſa infeudatio facta fuerit ei, qui ſecundum qualitatem perſonæ ſuæ, & conditionem Marchionatus, idoneus eſſe cenſeatur, vt vult Bald. in ca. ſanè,
98 in vlt. col. de renun. ſecundo dicitur † quòd dicta infeudatio fuit ſemper facta in inferiorem ab ipſo Cęſare, vt patet
99 ex inueſtituris, & conceſſionibus imperialibus. † Ergo iſtud fundamentum nihil valet, & præſertim cum fuerit facta etiam illuſtriſſimo Duci Mantuæ, qui eſt maior Dominus Marchione Montisferrati, propter dignitatem Ducatus Mantuæ, quæ etiam præualet dignitati Marchionatus, vt in tit. quis ſit Dux, imò plus dicitur, quod ipſa infeudatio cum vniuerſitate, prout in caſu noſtro, vt ſupra dictum fuit, potuiſſet fieri in inferiorem etiam ruſticum, vt per Bald. & Abb. & Iaſ. in locis ſupra citatis: ergo, &c. Pariter nihil facit obiectio, quod intereſt ſubditorũ non habere dominum duriorẽ, quia omnis iuris præſumptio eſt contra eos, iuxta l. merito. ff. pro ſocio. & eo maximè hoc dicendum venit illuſtriſſima domina Duciſſa, propter affectionem quam habet hominibus ſtatus Montisferrati, in qua patria nata fuit, & quæ fuit maiorum ſuorum, arg. l. lex que tutores. C. de adminiſtr. tut. & in l. ſi emptore. ff. de
100 mino. † & ideo hac ratione nos videmus quod beneficio reſtitutionis cogitur emptor videre rem ad quam minor habuit affectionem, quia erat maiorum ſuorũ, vt per Ant. de Burg. in c. 1. col. 5 de empt. & vẽd. quod dicit perpetuò
101 notandum. † Idem quoque iudicandum eſt de illuſtriſſimo D. Duce Mantuæ, qui cunctis ſolet eſſe benignus, & qui magis quærit theſaurizare amorem ſubditorũ, quàm
102 aurum & argentum, † & cuius voluntas præſumitur eſſe talis, qualis eſt legis ſcriptæ, vt per doct. in l. ex facto. in
103 prin. ff. de vulg. & pupil. † & quæ eſt ſubditos ſuos pater
104 nali amore perſequi, † & eos in ipſo gradu, quo reperit conſeruare, vt per Ioan. de Platea in l. neminem. in fin. C. de decurionibus. l. 10. per glo. in l. moueor. C. ſi ſer. expor. vbi dicit in quo ſtatuto inuenero, & in tali te conſeruabo.

105 Similiter non obſtat pluralitas dominorum, † quia ex quo ipſi conſenſerunt ipſi pluralitati, conſentiendo inueſtituris pro hæredibus, & ſucceſſoribus. vigore quorum verborum omnes filij & hæredes pariter ſuccedunt de iure, ſi extant in rerum natura in eodem gradu, vt in ca. 1. §. & quia vidimus. qui feud. dare poſſunt. non eſt attendẽda eorum obiectio, & licet Marchiones ſeruauerint inter ſe prærogatiuam primogenituræ, hoc etenim fuit & proceſſit ex eorum conſenſu & voluntate, non tamen quòd populi ipſi non conſenſerint prædictis inueſtituris, quarũ virtute, plures ſuccedere poterant, dicto §. & quia.

106 Secundò dicitur, † quod & ſi plures ſint, tamen poſſunt diuidere adminiſtrationem, vel per menſes, vt dixit Siculus, ſeruatum fuiſſe Bononiæ per maiores vxoris ſuæ in c. prudentiam, de offic. deleg. vel alterius annis ſecundum Alex. vt in citato conſil. 25. col. 2. vol. 5. per l. Lucio, cum l. ſequenti. ff. de aqua quotid. & æſtiua.

107 Vlterius dicitur, † quòd vir & vxor pro vno reputantur.
108 c. admonere. 37 q. 2. vbi vxor eſt pars corporis viri, † vnde maritus iurat fidelitatem pro vxore, vt per Fulg. in con
109 ſilio 4. quem ſequitur † Cur. in tract. feud. in tertia parte, col. 2. verſi. hanc quartam limitationem. idem Fulg. in conſilio 86. col. 2. in fin. ita & poterit illuſtriſſimus Dux ipſum Marchionatum adminiſtrare.

Et intereſſe ſubditorum, reſpectu abſentiæ ſuæ, dicitur
110 quòd iſta abiectio friuola eſt, † quia iure cautum non reperitur, quod princeps debeat habitare in Ciuitate, cuius eſt Princeps, maximè quando habet plures prouincias, vt in Cæſare, Regibus, & alijs magnis Principibus, cum non poſſint vbique moram trahere, & habitare, & ideo inuenti ſunt vicarij, vice regentes, & alij officiales, nec ex hoc quod ſubditi gaudeant præſentia Regis, ſunt aſtringendi,
111 & compellendi ad habitandum in quolibet loco. † Præterea illud intereſſe non poteſt eſſe certum, cum congruis temporibus poterũt habitare quod ſufficere videtur, arg. l. ſi quis ita legauerit. ff. de cond. & demon.

Vnde ex omnibus, quæ ſupra abunde dicta fuerũt, concludendum arbitror, cum non extent aliqui qui legitimi contradictores dici poſſint, ipſam illuſtriſſimam D. Duciſſam vnà cum eius illuſtriſſimo coniuge, omnino fore, & eſſe per maieſtatem Cęſa. immittendam in poſſeſſionem dicti Marchionatus & omnium bonorum per illuſtriſſ. quondam Georgium poſſeſſorum, quod omnino maieſt. ſuam facturam eſſe arbitror, cum pro prædictis illuſtriſſimis dominis vigeat omnis æquitas, & omnis rigor iuris. Laus Deo.

## SVMMARIVM.

1 *DISPONERE quis poteſt ad libitum de rebus proprijs, etiam in abutendo.*
2 *Marchionatus Montisferrati fuit donatus per Otthonem Imperatorem Aledramo, nulla re ſibi reſeruata.*
3 *Idem iudicandum eſt de caſtris donatis ab Imperatore pleno iure, quod de bonis merè patrimonialibus.*
4 *Princeps donans quicquid iuris habet in principatu ratione feudi, vel alia, ſi non reſeruat ſibi directum dominium, illa donatio non poteſt dici feudum, ſed erit ſimplex donatio, prout verba ſonant.*
5 *Res data, vt accipiens illam habeat propriam & liberam, non cenſetur feudalis.*
6 *Donatio facta à principe abſque aliqua reſeruatione aut retentione præter fidelitatem & homagium, dicitur ſimplex donatio, & non conceſſio in feudum.*
7 *Fœminæ etſi in feudalibus ſuccedere non poſſint, tamen ſecus in bonis donatis.*
8 *Conceſſio Imperatoris continet abſolutè donationem liberam & non feudum, quando in ea ſunt appoſita verba concedimus, & ſpeciali largitate donamus, & in ea de feudo nullum verborum habetur.*
9 *Recedendum non eſt in dubio a verbis.*
10 *Coniecturis non eſt opus in claris.*
11 *Beneficium Principis latè debet interpretari.*
12 *Liberalitatem exercere ſpectat ad Principem.*
13 *Conſuetudo alienandi bona feudalia, irrequiſito ſuperiore valet.*
14 *Conſtitutiones feudales cum recipiant vim à conſuetudine feudali illis à contraria conſuetudine derogatur.*
15 *Conſuetudo quod fœminæ ſuccedant in feudis valet.*
16 *Succeſſio, licet non cadat ſecundum conſuetudinem feudalem in feudis Marchiæ, Comitatus, & Ducatus, vel aliarum dignitatũ tamen contraria conſuetudo valet.*
17 *Conſuetudo alienandi feuda ſine conſenſu agnatorum, valet.*
18 *Conſuetudo quòd feuda inſcijs & inuitis agnatis irreuocabiliter vendantur, valet.*
19 *Feuda in Gallia ex conſuetudine poſſunt vendi, & in extraneos transferri.*
20 *Bona feudalia, quæ ex vi conſuetudinis poſſunt alienari, debent iudicari tanquam matrimonialia, ſiue allodialia.*
21 *Pactum & conſuetudo à pari procedunt, quoad affectum alienationis rei feudalis. & nu. 23.*
22 *Inueterata conſuetudo habetur pro pacto expreſſo.*
24 *Conſenſus Domini ex longinquitate temporis præſumitur. quod limita vt num. 133.*
25 *Teſtamentum Cardinalis in quo licentia Pontificis requiritur ex diuturnitate temporis præſumitur interueniſſe.*
26 *Clericus qui diu fuit in poſſeſſione beneficij, præſumitur quod fuerit ritè inſtitutus.*
27 *Conſenſus capituli, ſolennitas, & tractatus, ex antiquitate temporis præſumitur interueniſſe.*
28 *Alienatio facta per emphyteotam, ex diuturnitate temporis præſumitur facta de conſenſu domini.*
29 *Feudum francum & liberum poteſt alienari irrequiſito Principe, ſed communis eſt in contrarium, vt num. 134.*
30 *Feudi franci natura eſt, vt non teneatur vaſſallus, niſi ad ea, quæ ſunt expreſſa in conceſſione, vel quæ continentur in forma fidelitatis.*
31 *Feudum dicitur francum à lege legis, non autem à lege conuentionis.*
32 *Argumentum de vltima voluntate ad contractus valet, vbi eadem eſt ratio.*
33 *Vaſallus poteſt teſtari de feudo franco.*
34 *Libertatis appellatione, intelligitur de plena libertate.*
35 *Alienatio feudi, in qua nedum interuenit conſenſus domini, ſed etiam illorum, ad quos feudum erat recaſurum, valet: & adeò eſt valida, quòd non admitterentur poſtea, qui conſenſerunt ad reuocationem ipſius alienationis, quod declara, vt in nu. 141.*
36 *Agnatus qui ſe ſubſcripſit inueſtituræ factæ à domino de feudo ipſius agnati, animo conſentiendi, ſibi præiudicat.*
37 *Conſenſus domini ſufficit, ſi ſequatur poſt alienationem factam de conſenſu agnatorum.*

38 Con-

38 *Confirmatio facta per Cæſarem cum clauſula ex certa ſcientia,& de plenitudine poteſtatis,eſt maximæ importantiæ.*

39 *Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus,dicitur hæreditarium, & in eo ſecundum communem non admittuntur deſcendentes & agnati,qui non ſunt hæredes.*

40 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*

41 *Feudum paternum hæreditarium ſi alienetur,non poterit filius hæres alienantis,quamuis cum beneficio legis,& inuentarij venire contra alienationem paternam.*

42 *Hæres in re hæreditaria non debet plus poſſe,quàm defunctus,ſi viueret.*

43 *Feudum hæreditarium quis non poteſt amplecti, & hæreditatem repudiare,quod declara,vt nu. 178.*

44 *Inueſtitura facta Illuſtriſſimis Ducibus Mantuæ per Carolum Quintum Imperatorem de Marchionatu Montisferrati,poſt vitam illuſtriſſimi Georgij ſine hæredibus legitimis decedentis, eo etiam non conſentiente,valet.*

45 *Conſuetudine feudali permittitur,quòd dominus poſt mortem vaſalli viuentis, poſſit alteri feudum ſuum concedere cum hæc ſit ſucceſſio caducitatis,& non de futura ſucceſſione.*

46 *Inueſtitura collata in tempus, quo feudum erit apertum domino valet.*

47 *Donatio facta per quondam illuſt.Io.Iac.Marchionem Montisfer. illuſt quondam Amadeo,Duci Sabaudiæ, vti meticuloſè facta, non valet.*

48 *Carcer eſt iuſtus metus.*

49 *Carcer eſt ſpecies ſeruitutis.*

50 *Metus ſeruitutis,eſt iuſtus metus.*

51 *Solutio facta per carceratum,dicitur facta per metu.*

52 *Promiſſio facta per Regem Cypri ad commodum Ianuenſium, qui eum incarceratum tenebant,non valet.*

53 *Carcer æquiparatur deputationi in metallum.*

54 *Pœna deputationis metalli,eſt pœna capitalis.*

55 *Donatio facta timore amiſſionis omnium bonorum, & potentiæ, non valet.*

56 *Amiſſio omnium bonorum & potentiæ eſt iuſtus timor.*

57 *Vaſalli excuſantur,ſi præſtiterunt iuramentum fidelitatis non domino,propter metum reſultantem ex potentia illius qui inuadere ceperat caſtrum cum exercitu magno.*

58 *Inſtrumentis habentibus ſua requiſita,ſtandum eſt, cum ſint pro bationes probatæ,& veritas euidens non probanda.*

58 *Inſtrumento in antiquis magis creditur, quàm teſtibus.*

60 *Chronicis ſtandum eſt,& in conſulendo,& iniudicando.*

61 *Diſpoſitio l.qui in carcerem.ff quod metus cau habet locum etiam in contractu celebrato per patrem pro filio incarcerato.*

62 *Par eſt metus de ſe & ſuis.*

63 *Iuſtus metus dicitur etiam quando quis renunciat timens pericula ſuorum.*

64 *Contractum quis reſcindere poteſt ex edito quod met. cau.ſi eſt motus in perſona filij,vel coniuncti,licet non in ſua.*

65 *Nemo ſuam carnem odio habet,& relinquit.*

66 *Paria ſunt aliquid fieri contra perſonam alicuius, vel contra aliquos de ſanguine ſuo.*

67 *Promiſſio facta a Rege Cypri incarcerato, & poſtea liberato, dimiſſo eius filio in carceribus non confirmatur, quamuis Rex exiſtens in libertate,dimiſſo filio in carceribus,ratificauerit dictam promiſsionem.*

68 *Nihil refert an in ſe quis veritus fuerit,aut pro liberis,cum pro affectu magis parentes in liberis terreantur.*

69 *Affectus nullus reperitur qui vincat paternum.*

70 *Primogenito multa iura debentur ſupra cæteros filios.*

71 *Metus non tollitur per clauſulam ſponte appoſitam in contractu, quando ſubſiſtit iuſta cauſa metus.*

72 *Actum quis coactè facere dicitur poſtquam ſcit ſe poſſe compelli per iudicem ad illum faciendum,licet ſponte faciat.*

73 *Potentia nocendi inſpicitur,ſicut nocendi actus.*

74 *Ratificatio ſponte facta per reum ad bancum iuris de omnibus quæ confeſſus fuit in tormentis,vel metu tormentorum,non valet.*

75 *Negotium principale ſi eſt factum in fraudem,eodem modo præſumitur omnis clauſula.*

76 *Iuramentum interpoſitum ſuper contractu per metum facto, non valet,quia præſumitur etiam metu extortum*

77 *Gloſa in c.ſi verum de iureiur.& in c.verum, licet dicat quòd iuramentum metu extortum ſit obligatorium,tamen non eſt vera, quoad extorquentem iuramentum, quia non obligat.*

78 *Obligatio duplex oritur ex iuramento exacto per metum, vna qua quis obligatur homini, & talis tollitur per coactionem, altera qua quis obligatur Deo, vt impleat quod per eius nomen promiſit,& talis obligatio non tollitur in foro pœnitentiali.*

79 *Glo in d.cap. verum,& c.ſi verum procedunt in foro pœnitentiali, & non in foro iudiciali.*

80 *Iuramentum interpoſitum in contractu in totum nullo nihil operatur.*

81 *Confeſsio facta ſine indicijs per metum ſicut eſt nulla & inualida:eodem modo & iuramentum ſuperueniens quod præſumitur meticuloſum,erit nullum & inualidum.*

82 *Inſtrumentum dotis factum incarcerato,cum ſit nullum ipſo iure, non validatur iuramento.*

83 *Verba nullius momenti de quibus in d.l. qui in carcerem. important ipſo iure & idem quod nullius vigoris.*

84 *Donatio rerum feudalium facta ſine conſenſu domini non valet ipſo iure.*

85 *Actus factus per metum in quo agitur de transferenda iuriſdictione eſt nullus ipſo iure.*

86 *Prorogatio coacta iuriſdictionis eſt nulla ipſo iure.*

87 *Metus non purgatur donec durat eadem cauſa metus.*

88 *Metus ſemper durare dicitur durante potentia minantis.*

89 *Feruor minax inducit impedimentum libertatis & arbitrij.*

90 *Timor nunquam purgatur ſub ſpiritu timoris,cum ipſe ſemper cer uicibus inhæreat.*

91 *Coniectura alia quotieſcunque poteſt capi quàm approbationis, obligationis meticuloſa illa ſemper capi debet.*

92 *Metus qui in promiſsione interuenit non purgatur per ſolutionem poſtea factam,quando alia cauſa vel coniectura ſubeſſe poteſt.*

93 *Præſumptio omnis modica ſufficit ad tollendam præſumptionem ſpontaneam.*

94 *Proteſtatio præcedens facta ex cauſa tollit approbationis coniecturas.*

95 *Donatio per quam multum læditur dignitas Marchionatus, non valet,etſi ea iuramento firmata comperiatur.*

96 *Reges poſſunt facere alienationes, dummodò grauiter non lædatur Regia maieſtas.*

97 *Donatio Regis facta eccleſiæ,ſi fortiter lędat imperium vel regimẽ poteſt per ſucceſſorem reuocari.*

98 *Alienatio per principem fieri non poteſt, ex qua ſequatur expropriatio & abdicatio dominij,dignitatis, & iuriſdictionis, quia eſſet deformare principatum.*

99 *Rex non poteſt alienare quæ ſunt regni,ſine conſenſu omnium Principum & populorum regni, quia illud ius eſt publicum totius regni.*

100 *Alienatio Regis,quæ tendit nedum in præiudicium ipſius, ſed totius regni,poteſt per ipſummet regem reuocari.*

101 *Papa non poteſt infeudare valde præcioſa eccleſiæ,puta vnam ciuitatem,ſine conſenſu Cardinalium.*

102 *Princeps nec per contractum,nec alio modo poteſt regalia concedere in præiudicium ſucceſſoris.*

103 *Donatio facta de bonis feudalibus ſine conſenſu domini, non valet.*

104 *Alienationis appellatione,comprenditur & donatio.*

105 *Vaſallus non poteſt donare nec inter viuos,nec cauſa mortis.*

106 *Alienatio feudi paterni & antiqui ſine conſenſu domini & agnatorum,non valet.*

107 *Recognitio feudi facta de bonis contentis in prima & ſecunda inueſtitura,quæ continet liberam donationem,non facit præiudiciũ poſteris,quibus erat ius acquiſitum ex prioribus inueſtituris.*

108 *Princeps ſi concederet feudum Titio & liberis eius, mortuo Titio vocantur liberi ex perſona propria, & non patris, vnde ſi pater vellet,non poſſet eos priuare,cum feudum à principe & non à patre habeant.*

109 *Recognitio rei allodialis in feudum valet.*

110 *Res efficitur emphyteotica vel feudalis ſi quis ſcienter rem ſuam tanquam ſuam recognoſcat in emphyteoſim,vel in feudum ab eccleſia.*

111 *Dominium ſicut transfertur in eccleſiam ſine traditione, ita & in Imperatorem.*

112 *Praſcribi non poteſt contra Imperium minori ſpatio centum anno rum,ſicut in eccleſia Romana.*

113 *Bona probantur feudalia ex teſtimonio propriæ confeſsionis.*

114 *Probatio nulla clarior eſt ea, quæ reſultat ex confeſsione propria.*

115 *Libellum ſi quis porrigit,& in eo aliquid dicat contra ſe, illi ſtatur contra eum.*

116 *Producens inſtrumentum,videtur fateri omnia contenta in eo eſſe vera,adeò contra illud aliquid dicere non poteſt.*

117 *Conſuetudo quia eſt facti,probari debet.*

118 *Fundans ſe in conſuetudine debet deducere,& probare qualitates a conſuetudine requiſitas.*

119 *Teſtes qui deponunt ſuper conſuetudine, debent eſſe conteſtes, & non ſingulares in actibus,& tempore,alias non probant.*

120 *Conſuetudo alienandi feuda irrequiſito Cæſare, cum habeat cauſam diſcontinuam,debet eſſe præſcripta ſpatio tanti temporis,cuius initij memoria in contrarium non exiſtat.*

121 *Teſtes qui habent deponere ſuper conſuetudine immemoriali, debent deponere,quod communis opinio eſt memoriam non extare in contrarium.*

122 *Conſuetudo tanti temporis,cuius initij memoria &c.requiritur in his,quæ ſunt reſeruata Principi.*

123 *Teſtes deponentes ſuper conſuetudine, debent reddere rationem congruam non interrogati.*
124 *Conſuetudo alienandi feuda irrequiſito ſuperiore, debet probari, quòd fuerit inducta & obſeruata, ſciente & patiente Imperatore, aliàs non debet obſeruari.*
125 *Feudum Ducatus, licet non poſſit diuidi, tamen fallit niſi dignitas Ducatus effecta fuiſſet diuiſibilis ex conſuetudine, quæ fuiſſet inducta ſcientibus & videntibus Imperatoribus.*
126 *Conſuetudinis actus debet fieri cum animo & intentione, vt inducatur conſuetudo.*
127 *Declaratio ad regulam, quòd ex diuturnitate temporis omnia præſumantur ſolenniter acta.*
128 *Probatio nulla eſt maior euidentia facti.*
129 *Citatio non præſumitur ex diuturnitate temporis quando ex inſpectione actorum poſſet colligi defectus citationis.*
130 *Facti euidentiam tollit omnem præſumptionem contrariam.*
131 *Negatiua probatur per inſpectionem ſcripturæ.*
132 *Præſumptio quæ reſultat ex diuturnitate temporis non eſt iuris & de iure, ſed iuris tantum, & ideo recipit probationem in contrarium per oſtenſionem actorum.*
135 *Feudi natura licet in aliquo alteretur, remanet tamen feudum, & in alijs non expreſſis, naturam feudi ſortitur.*
136 *Vaſallus alienando feudum, facit contra honorem domini, quia videtur eum contemnere.*
137 *Clauſula, & quibus dederit, appoſita in conceſſione feudali, non ſolum operatur licentiam alienandi irrequiſito domino, imò quòd ille in quem erit facta talis alienatio retineat illam rem liberam & expeditam, & tanquam allodialem, non autem iure feudi.*
138 *Scripturis priuatis carentibus debitis ſubſtantialibus à iure requiſitis, nulla eſt adhibenda fides.*
139 *Scriptura priuata non facit fidem quæcunque illa ſit, niſi recipiat aliquod fomentum vel ſupplementum, propter quod fiat authentica.*
140 *Sigillum vt probet ſeu reddat ſcripturam authenticam, in tali ſcriptura teſtes debent eſſe ſubſcripti, vel ad minus inſcripti & maximè in præiudicialibus, & in his quæ inter non ſubditos geruntur.*
142 *Conſenſus adhibitus contractui inualido, nullum effectum operatur.*
143 *Contractus factus per patrem de bonis feudalibus, ſine conſenſu Domini, & ſi etiam interuenerit conſenſus filij, non valet.*
144 *Subſcriptio inueſtituræ facta per agnatum de feudo ſuo, non præiudicat ipſi agnato, qui ignorabat contenta in dicta inueſtitura.*
145 *Confirmatio facta poſt ius quæſitum alteri perſonæ, & ſic re non integra, non valet.*
146 *Conſenſus domini directi ſufficit quòd interueniat ſiue ante, ſiue poſt, dummodo non tractetur de alterius præiudicio, quàm ipſius domini.*
147 *Conſenſus præſtitus per Regem poſt reuocationem obligationis bonorum feudalium factæ ſine regio aſſenſu, non valet.*
148 *Imperator ſi conceſſit priuilegium vaſallo teſtandi de rebus feudalibus, & vaſallus teſtatus ſit, non valebit ex inde derogatio priuilegij poſt teſtamentum factum.*
149 *Princeps quoties aliquid primo vni concedit, & de illo poſtea in alterum diſponat, & in contrarium, gratia primò obtenta præualet.*
150 *Epiſcopus ſi rem in feudum uni concedit, & poſtea per Papam alteri concedatur, non valet ſecunda conceſſio, quia ius iam erat quæſitum primo, quod maximè procedit ſi in ſecunda non ſit facta mentio de prima.*
151 *Princeps quando reuocat etiam motu proprio quod obſeruare tenetur præſumitur circumuentus, adeò quòd cõtrarium probari non poteſt.*
152 *Voluntas conſtans debet eſſe in Principe, tanquam in fonte iuſtitiæ.*
153 *Principibus conuenit illud verbum, ſemel locutus eſt Deus.*
154 *Princeps ſolum debet habere vnum calamum & unam linguam.*
155 *Ratificatio non operatur in præiudicium eius cui ius fuerat acquiſitum ante ratificationem.*
156 *Confirmatio facta de eo, quod vi fuerat extortum nihil operatur.*
157 *Confirmatio facta ex certa ſcientia, ſi eſt ſubreptitia redditur nulla.*
158 *Imperatio redditur ſubreptitia, ſi qualitas facti non exprimatur.*
159 *Facti ſeriem non ſufficit in literis Papæ narrare, ſed etiam debet cauſa narrari.*
160 *Priuilegium confirmationis impetratum a Ceſare, ſi ſit ſubreptitium puta inſtrumenti falſi, & de hoc principi confirmanti non fuerit facta notitia redditur nullum, etiam quod eſſet clauſula ex certa ſcientia, ſupplentes, & de plenitudine poteſtatis.*
161 *Clauſula ex certa ſcientia nihil operatur in his, quæ in facto conſiſtunt, de quibus princeps non præſumitur habuiſſe notitiam.*
162 *Clauſula ex certa ſcientia, quando habeat vim clauſulæ ex plenitudine poteſtatis.*
163 *Clauſula motus proprij, licet purget vitium ſubreptionis, non tamen tollit falſitatem cauſæ narratæ ſuperiori, & ius tertij.*
164 *Clauſulæ ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis & motus proprij tunc demum effectum producunt quando fuit proceſſum cum cauſa cognitione, aliàs ſecus.*
165 *Confirmatio facta per Imperatorem de donatione iam per eum reuocata, non valet, & maximè cum reuocatio facta fuerit cum clauſula ex certa ſcientia motu proprio, & de poteſtatis plenitudine.*
166 *Literis Papæ interpretantibus intentionem ſuam ſtatur etiam ſi illa nunquam fuit, quia cum atteſtetur de eius animo non admittitur probatio in contrarium.*
167 *Citatioque partis non requiritur in tali interpretatione.*
168 *Deliberatio ſecunda ubi interuenit, ibi plena deliberatio eſſe præſumitur.*
169 *Conceſſio geminata certam & præciſam mentem concedentis demonſtrat.*
170 *Confirmatio reuocationis donationis magis oſtendit uoluntatem principis, quando in ea inſertus eſt tenor ipſius reuocationis.*
171 *Citatio partis non requiritur in reuocatione extraiudiciali ſuperioris, cum ſit declaratoria voluntatis.*
172 *Emphyteotica res, quæ cecidit in commiſſum propter canonem non ſolutum, poteſt per Abbatem alij concedi, non citato primo emphyteota.*
173 *Declaratio animi poteſt fieri parte abſente.*
174 *Vaſallus ſi cadit à feudo per alienationem de eo factam, Dominus poteſt non requiſito, nec citato vaſallo, alium de ipſo inueſtire.*
175 *Feudum quando eſt apertum domino, poteſt alteri conferri, & poſſeſſio tradi, non citato poſſeſſore.*
176 *Declaratio ad l. nam ita diuus ff. de adoptio.*
177 *Citatio non requiritur in actu pendente à libera voluntate.*

## CONSILIVM II.

IN cauſa præſentis petitorij ſtatus Montisfer. quæ in celebri Ciuitate Mediolani. Coram Illuſt. Cæſ. delegatis agitatur, inter Illuſt. & Excell. Margaritã Duciſſam Mantuæ, neptemque Illuſtr. & Excellentiſſimi quondam Io. Georgij Marchionis Montisferr. vltimo loco defuncti, ex fratre, & Illuſtriſsimos & Excellentiſsimos Carolum Ducem Sabau. & Franciſcum Marchionem Salutiarum. Viſa inſtructione caſus propoſiti, & diligenter conſideratis his quæ ſunt narrata. Dubitari contingit, an prædictis Illuſtriſsimis Principibus Duci Sabau. & Marchioni Salutiarum ius aliquod in ſtatu & dominio Montisfer. competere poſsit contra prædictam Illuſt. Duciſſam Mantuæ inueſtitam de antedicto ſtatu, ante mortem quondam prædicti Illuſt. Ioan. Georg. per inuictiſsimum Carolum modernum Imperatorem. & quoniam vnuſquiſque eorum prætendere videtur ius in dicto Marchionatu, diuerſis ex capitibus, ideo gradatim procedendo, primitus & ante omnia, vt veritati & iuſtitiæ euidentior via pateat tangam, ca. in quibus Dux Sabau. ſe fundare videtur. Secundò fundabo intentionem Illuſtr. & Excellen. Duciſſæ Mant. Tertio per nonnullas rationes demonſtrabo donationem factam Illuſt. quondam Amadeo Duci Sabau. per Illuſt. quondam Ioan. Iac. Marchionem Montisferrati nullam fuiſſe, & eſſe. Demum obiectis Illuſt. Ducis Sabaudiæ reſpondebo in fauorem ipſius Illuſt. Duciſſ. concludendo, pro qua lux veritatis aſsiſtit.

Et primo in fauorem Illuſt. Caroli Ducis Sabaudiæ facit, quod valida fuerit donatio facta quòdam Amadeo Duci Sabaudiæ anteceſſori ipſius de caſtris, terris, & locis exiſtentibus vltra Padum & Tanagrum, per Illuſt. & Excell. quondam Io. Iac. March. Montisfer. ſine conſenſu Cæſaris, quod demonſtrari videtur, quia talis contractus donationis factus fuit de bonis allodialibus, quo caſu clarum
1 eſt, † quod de bonis ſuis proprijs & allodialibus, quis ad libitum ſuum poteſt diſponere, vt in l. 1. re mandata, C. mandati, etiam in abutendo, ut vult tex. in l. ſed & ſi lege. § conſuluit, & in l. ſi quid poſſeſſor, ibi, quia quaſi ſuam rem neglexerit, ff. de pet. hær. quod autem caſtra, terræ, &
2 loca donata ſint allodialia oſtenditur, † quia per Imperatorem Otthonem donatus fuit Marchionatus Montisfer. prædicti quondam Illuſtr. D. Ioan. Iac. videlicet Aledramo primo Marchioni Montisferr. nulla re ſibi reſeruata in dicto Marchionatu, imò pleno iure in eum translatus fuit, vt conſtat ex verbis conceſsionis, ibi ita, vt deinde prædicti Aledra-

Aledrami & ſucceſſorum ſuorum dominio ſubderetur,
ſicuti eo vſque iure Regni & Imperij dominio erant ſup-
poſita,in eum iura eadem transferendo,ex quo ſequitur,
quod no.Bald in conſil.ſuo.310.in 2.col.vol.3.incip.ad eui
3 dentiam,vbi dicit,† Idem indicandum eſſe de caſtris do-
natis ab Imperatore , quando ſunt pleno iure translata,
quam de alijs bonis merè patrimonialibus,quem ſequitur
Dec.in conſi.ſuo.468.in 3.col.& in conſi.498.colum 3.Pro
qua quidem opinione facit quod not.Oldrad.in conſi.ſuo
4 159.incip ex præſenti themate,vbi concludit,† quod quā
do princeps donauit quicquid iuris habebat in principa-
tu ratione feudi,vel alia, ex quo non reſeruauit ſibi dire-
ctum dominium,illa donatio non poteſt dici,quod ſit feu-
dum,ſed eſt donatio ſimpliciter,prout verba ſonant.Quā
deciſionem Oldr.refert,& ſequitur Alex.in conſi.ſuo 24.
in 5.uol.in 3.col.in fin.vbi in ſimili caſu ita arguit & con
cludit.& Iaſ.in prælud. feu. ac Dec. in dictis conſilijs ſuis
488.in 2.col.& 498.vbi cum prędictis dicit ſe concordare.
Pau.de Caſt.in conſi.ibi,in fin.col.vbi arguit non eſſe feu
5 dum,quando feudum nominatum non fuit: † vt quia illa
res data fuit, vt accipiens illam haberet tanquam rem ſuā
propriam & liberam,quæ verba repugnant,vt dicatur da
ta in feudum,c.2.§.hæc ita.de conten.inter dom.& vaſ.de
inueſ.ibi, rem dicant eſſe propriam & non infeudatam,
quam partem tenent Curt.Iun. in trac. feud.in 1. par. in
verſi.6.principaliter Dominus. Iac. de ſanc. Geor. in ſua
inueſtitura,in § inueſtiuit.in verſic.ſed quæro de quæſtio-
ne,quæ fuit de facto,& Iaſ.in conſi.ſuo 45.vol.1.colu.1. &
Dec.in conſi.ſuo 269 col.1.& in conſi.413.vbi in fortiori-
6 bus terminis concludit, quod † donatio facta à principe
abſque alia reſeruatione aut retentione propter fidelita-
tem & homagium,dicitur ſimplex donatio,& non cōceſ-
ſio in feudum: non obſtantibus illis verbis præter homa-
gium & fidelitatem.Quia cum contractus donationis ha-
beat repugnantiam cum feudo,neceſſarium eſt,quod illa
fidelitas cum homagio intelligatur alio reſpectu,quam ra
tione feudi.Nam cum non ſit feudum ratione feudi intel
ligi non poteſt,& ideo videtur,quod iſta verba fidelitas cū
homagio ratione iuriſdictionis intelligantur,quod non ſit
feudum comprobatur , quia ſi verum eſſet quod talis do-
7 natio eſſet conceſſio feudalis , ſequeretur quod † fęminæ
non poſſent ſuccedere in dictis bonis feudalibus & tamē
in bonis donatis ſuccedunt fęminæ,prout diſtinguendo in
ter feudum & donationem concludit Ang. in conſilio ſuo
242.incip ſuper primo,in fin.& Alex. in d. conſi 24.ſuprà
allegato,& in conſi 60 incip.viſo themate.col.1. volum.2.
quos refert & ſequitur Dec.in conſi.ſuo 32. incip. Et pro
tenui.in col 2.& in conſi.208.in c.Ad clariorem,in 2.colu.
in ver.poſtremo,& in conſi.269.incip conſultus ab Illuſtr.
& in conſi 390.incip.quoniam,in 4.col.& in d.conſ.413.in
2.col.ſupra allega.& in conſil.607. incip.,viſo puncto in 4.
col.& quod conceſſio facta ab inuictiſ. quondam Ottone
Imperatore Aledramo,ſit donatio, probatur ex not. per
Dec.in conſi.32.incip & pro tenui.col.2.vol.1.& in conſi.
8 413.ſuprà alleg.col.2.vbi concludit,quod † conceſſio Impe
ratoris continet abſolutè donationem liberam,& non feu
dum,quādo in ea ſunt appoſita verba concedimus,& ſpe-
ciali largitate donamus,& in ea de feudo nullum verbum
habetur,quia qualitas conceſſionis ex tenore verborū de-
monſtratur,l ſancimus, C. de fideiuſſ. vnde cum dicatur
9 donamus,clarum videtur iſtam fuiſſe donationem, † quia
à verbis in dubio non eſt recedendum l. non aliter , de
10 leg.3. † & in claris non eſt opus coniecturis, l.continuus,
11 §.cum ita,de verb.obl.† Item & quando ſumus in bene-
ficio principis,quod latè debet interpretari,l.fi.ff. de cōſt.
12 princ. † & ad quem ſpectat libertatem exercere, vt in l.
pen.C.de don.inter vir.& vxor.Item & etiam quando ef-
fectus rei correſpondent,vt dicatur donatio, vt quia prin-
ceps nil ſibi reſeruauerat in conceſſione,ſed in caſu noſtro
de quo agitur omnia iſta concurrunt.Nam hic ſunt appo
ſita verba,donamus,concedimus,& largimur,& de feudo
nullum verbum habetur.Item & ſumus in beneficio prin
cipis,pariterque cum verbis quæ ſonant expreſſam dona-
tionem etiam effectus rei concurrit , quia talis conceſſio
fuit facta per quondam Ottonem Imperatorem , Aledra-
mo,abſque aliqua reſeruatione,vt ſupra dictum fuit,& ſic
videtur donatio nomine & cum effectu, vnde ex ſupra di-
ctis videtur dicendum dictam donationem factam per Il-
luſtr.& Excellentiſs.quondam Io.Iac. Marchionem Mon-
tisferrati Illuſtr.q.Amadeo Duci Sab.fieri potuiſſe,& va-
lere ſine aliquo conſenſu Cęſaris,cum de rebus proprijs,
liberis,& nemini ſubiectis facta eſſe videatur.

Secundo etiam facere videtur in fauorem prædicti Il-
13 luſt.Ducis Sabau.quia dato , quod † donatio facta per il-
luſtr.q.Ioan.Iac.fuerit facta de bonis feudalibus , adhuc
videtur dicendum dictam donationem fieri potuiſſe,& va
lere abſque conſenſu Cæſaris ſupremi & directi domini,
propter conſuetudinem vigentem in patria Montisferra-
ti,in qua principes alienant bona feudalia irrequiſito Im-
peratore,quæ conſuetudo valet,vt concludit Bal.in conſi.
ſuo 318.volum.2.quem refert, & ſequitur Dec.in conſilio
14 ſuo 208.quod probatur ea ratione.† Nam quod quis non
poſſit alienare bona feudalia,ſine cōſenſu directi domini,
eſt inductum à conſtitutionibus feudorum, quæ dicuntur
conſuetudines,licet in ſcriptis redactæ ſint,vt not.Bart.in
repet.l.de quibus in 4.col.in verſ.Item quæritur,ff.de le-
gi.quæ conſtitutiones feudorum cum recipiant uim à con
ſuetudine,illis facilius à conſuetudine contraria deroga-
tur,vt not.Bald.in l.2.ff de vulg.& pupill.& Dec.in conſil.
390.col.6.in prin.& quæ conſuetudo contra illud, quod di
ſponitur à conſuetudine feudorum valet, vt eſt text. in §.
mos.Rom.in tit. de pace Conſtan. vbi Imperator appro-
bat conſuetudinem cuiuslibet ciuitatis contra conſtitutio
15 nes feudorum,pro qua quidem opinione facit. † Nam de
conſuetudine feudali fœminæ non poſſunt ſuccedere in
feudis,vt in c.1.§.hoc autem notandum,qui feu.dare poſ.
& in c.1.§.ad filias,de ſuc.feu.& tamen contraria conſue-
tudo valet,vt not.in cap.ſignificauit,extra de reſcript.not.
Dec.in d.conſi.390.col.6 & Curt.Iun.in tract.feud. in ter-
tia parte,in 1.q.princ.in ver.8.fallit, vbi dicit valere con-
ſuetudinem,quod fœminæ ſuccedant in feudo, prout eſt
in Regno Siciliæ non exiſtente maſculo,ſicut, etiam in ſi-
16 mili videmus.† nam ſecundum conſuetudinem feudalem
in feudis Marchiæ Comitatus,& Ducatus,vel aliarum di-
gnitatum,non cadit ſucceſſio, & tamen contraria conſue-
tudo vellet,vt in c 1.§.fi.de alie.feu.confirmatur & iſta o-
17 pinio.† Nam de conſuetudine feudali, alienatio feudi pa-
terni ſine conſenſu agnatorum non valet, vt in cap. 1. de
alie.feud.patern.& tamen contraria conſuetudo valet, ut
per Campeg in conſ ſuo 2.inſerto in vol.conſiliorum Bru.
18 in pen.col.in fin.† ubi dicit valere conſuetudinem , quod
feuda,inſcijs & inuitis agnatis irreuocabiliter vendantur
in præiudicium ipſorum , & quod valet talis conſuetudo
alienandi bona feudalia,irrequiſito domino.not. Doc.Ia.
de ſanct.Georg.in inueſt.feu.in §. & cum pacto de non a-
lienan. in uer. ſed hic cadit pulchra dubitatio. & Dec. in
conſi.ſuo 269 col.3.& in conſ.588.col.4. & Latius in conſ.
680.incip.in cauſa feudali & in conſi. 585. incip. in cauſa,
19 quæ Mantuæ, † quod feuda poſſint libere alienari, prout
eſt in Gallia,vbi ex conſuetudine feuda vendi,& in extra
neos transferri poſſunt,ut per Io. Fabr.in §.Item Seruia-
na,inſt.de act & qui in dictis locis ſubdit quod attenta di-
cta conſuetudine dicta bona feudalia videntur debere iu-
20 dicari tanquam bona patrimonialia ſiue allod. † quia à
pari procedunt pactum & conſuetudo,vt per Bald. in l.li-
berti libertæque col.pen.C.de oper. lib. & per Bald. in d.
21 conſi.318.ſupra allega. vbi dicit,† quod inueterata conſue
tudo habetur pro pacto expreſſo per quam vel per quod
22 alienatio feudi permitti poteſt,† ſed de bonis feudalibus,
quæ vigore pacti vendi vel alienari poſſunt, idem iudica-
tur,quod de bonis patrimonialibus,vt per Pet. de Ancha.
in conſi.125.incip.viſis vbi inquit,quod de bonis emphy-
theoticis quæ poſſunt vigore pacti,vel antiquæ conuentio
nis vendi & alienari , idem iudicatur quod de bonis pa-
23 trimonialibus.† idem ergo videtur dicendū in bonis feu-
dalibus quæ alienari poſſunt virtute conſuetudinis , cum
iſta à pari procedant.cum ergo vigore conſuetudinis vigē-
tis in patria Montisferrati videatur licitum eſſe Marchio-
nibus dictæ patriæ alienare bona feudalia irrequiſito Im-
peratore,& Illuſt.quondam Ioan.Iac.fecerit donationem
Illuſt.quondam Amadeo Duci Sabaudiæ de caſtris,terris,
& locis de quibus in dicta donatione , dicendum videtur
illam donationem fieri potuiſſe,& valere debere, non ob-
ſtante quod non interuenerit conſenſus Cæſaris,qui regu
lariter in alienationibus feudorum accedere debet , vt in
c.Imperialem. de prohib. feud. alie. per Lotha. cum alijs
ſimilibus.

24 Tertiò facit,† quod imò talis donatio quamuis ſit facta
dę bonis feudalibus valeat,dato quod non appareat de cō
ſenſu ſuperioris,quod probatur.Quoniam pluſquam cen
tum anni ſunt,quod talis donatio facta fuit , quo caſu at-
tenta longinquitate temporis præſumitur , quod conſen-
ſus domini interuenerit.iuxta l.filius.C.de pet. hær. vbi ſi
filius diu poſſederit hæreditatem ſibi delatam ex diutur-
nitate

nitate temporis, præſumitur iuſſum patris præceſſiſſe &
25 aditionem ſequutam.† Confirmatur iſta opinio ex not.
per Aret.in conſi.36.vbi concludit. quòd teſtamentũ Car
dinalis vbi licentia Pontificis requirebatur ex diuturni-
tate temporis præſumitur interueniſſe, & ex no.per Bal.
26 in l.ſiue poſſidetis in 4.opp. C. de probatio. vbi † clericus
qui diu fuit in poſſeſſione beneficij præſumitur quòd rite
fuerit inſtitutus.faciunt no. per Alex.in conſ.79.vol.1.in
27 2.dubio, vbi † ſolemnitas conſenſus capituli & tractatus
ex antiquitate temporis præſumitur interueniſſe.quæ opi
nio comprobatur ex no.per Ale. in conſi.3.col.pen.vol.4.
28 vbi ex diuturnitate temporis præſumitur,quòd † de cõ-
ſenſu domini facta fuerit alienatio per emphyteotam, ita
dicendum videtur in caſu iſto,quòd cum lapſi ſint pluſquã
centum anni poſtquam facta fuit dicta donatio ex tali an
tiquiſſimo tempore,præſumendum eſt quòd interuenerit
conſenſus Imperatoris.

Quartò quoq; pro illuſtr. Duce Sabaudiæ adducitur di
ctã donationem de dictis terris,caſtris,& locis factam irre
quiſito conſenſu ſupremi Imperatoris fieri potuiſſe,quia
talis Marchionatus, fuit datus & conceſſus maioribus
March.illuſt.quondam Io.Iac. in feudum liberum,& frã-
29 cũ,† de quo quidẽ feudo franco & libero poteſt fieri alie-
natio irrequiſito principe,vt no Hoſt in ca.fi. de reb.eccl.
30 non alie.quod etiam probatur ratione. † Nam de natura
feudi franci eſt,quòd vaſallus non teneatur niſi ad ea quæ
ſunt expreſſa in conceſſione, vel quæ continentur in for-
ma fidelitatis,& ad ea quæ ſunt de noua forma fidelitatis,
vt per Io.And.in add.Spec.in tit.de præſcr.ſub rub in pe.
& vlt.col. ſed ſic eſt, quòd in forma fidelitatis non conti-
netur, quòd non poſſit alienari ſine cõſenſu domini.ergo
alienari poterit.pro qua ratione facit dictum Bal. in c.in-
31 ter dilectos.de fide inſtr.vbi dicit,quòd † feudum dicitur
francum a lege legis.1.á pœna caducitatis,quæ alterat na
turalem libertatem conſenſus,non autem eſt liberum a l.
conuentionis, ergo licet alienauerit vaſallus irrequiſito
32 domino, non cadet. Confirmatur iſta opin.† Nam valet
argumentum de vl.volun.ad contractus,vbi eadem ratio
33 reperitur,l.ſeruum filij,§.eum qui.ff.de leg.1.† ſed in vl-
tima voluntate vaſallus de feudo franco poteſt diſponere
per viam teſtamenti, licet regulariter in feudis vaſallus
non poſſit teſtari,vt in c.1.de ſuc.feu.& no.Bar.in auth.ro
gati.in ver. & fuit quęſtio de facto, C.ad Treb. quem re-
fert & ſequitur Iaſ.in conſi.57.in 1.vol. vbi dicunt, quòd
licet regulariter vaſallus non poſſit de feudo teſtari,nec al
terare naturam feudi, illud eſt verum, niſi feudum eſſet
francum, in quo bene competit vaſallo facultas teſtandi.
Si ergo poteſt feudum francum, & liberum per viam te-
ſtamenti in extraneum transferri,ergo & pariter per viã
contractus,cum non poſſit aſſignare ratio diuerſitatis.pro
qua opinione facit quia ſi tale feudũ non poſſet alienari
34 ſine licentia domini, non diceretur propriè liberum,† cũ
libertatis appellatione intelligatur de plena libertate,l.cũ
venderes de contrahen.empt.Quintò etiam demonſtrari
videtur, ex alio medio ante dictam donationem fieri po-
35 tuiſſe,& valere.† Quoniam clariſſimi iuris eſt, quòd quã-
do in alienatione feudi antiqui interuenit,nedum cõſen-
ſus domini,ſed etiam eorum, ad quos feudum erat reca-
ſurum,quòd talis alienatio valet,vt eſt tex.in c.1. de alie.
feu.pat.& no.Bal.in conſi.356.vol.5.& 197.vol.3.& adeò
eſt valida, quòd non admitterentur poſtea qui conſenſe-
runt ad reuocãdum talem alienationem,vt in c.1.§.prę-
terea.quib.mod.feud.amit.vbi eſt tex. & ibi no. Scriben.
quòd ſi ille,ad quem ſpectat feudum,conſentiat,ius ſuum
transferri in alium,ſibi pręiudicat: & ſecundum Doc.ibi,
iſtud eſt adeo verum,quòd nõ poterit amplius habere re-
greſſum ad repetendum illud, quod renuntiauit propter
rationem,quę eſt,quia ille conſenſus prę ſtitus fuit ad hũc
effectum,& ideò non mirum ſi in illo effectu parit præiu-
dicium. Quòd autem conſenſus & eorum ad quos feudũ
erat recaſurum, & Cęſaris acceſſerint in dicta alienatio-
ne apparet,quia filij alienantis ſe ſubſcripſerunt aliena-
tioni factæ per illuſt.Io.Iac.eorum patrem animo cõſen-
tiendi, ergo ſibi præiudicarunt per dictam ſubſcriptio-
nem,quod probatur ex no.per Præpoſitum, in c.1.2.col.
36 de alie. feu. pater. † vbi dicit, quòd ſi quis agnatus ſub-
ſcripſit ſe inueſtiturę factę a domino de feudo ipſius agna
ti animo conſentiendi,ſibi præiudicat,de conſenſu Impe
ratoris etiam apparere videtur. Nam ipſe confirmauit di
ctam donationem, vt conſtare videtur de confirmatione
per literas Cæſareas poſt conſenſum filiorum alienantis,
37 † quòd ſufficit cum de nullo alterius præiudicio tractetur
quam ipſius Cęſaris,vt volunt Bald.& communiter Doc.
in ca. Imperialem.de prohib.feud.alie.per Fede. & Cur.
Iun.in tractat.feud.in 4.parte,in 2.regu.princ. in ver.ſe-
cunda cadit.& Iaco.de S.Geor.in inueſtitura ſua feud.in
§.& cum pacto de non alienando, in verſi.quæro quando
vaſallus alienat,vbi concludunt ſufficere conſenſum dire
cti domini ſequi alienationem : quia cum ſolum agatur
de pręiudicio ipſius domini,ſufficit ex poſt facto conſen-
ſum interuenire l.in cõcedendo,in fi ff.de aqua plu. arc.
Item quia talis conſenſus ſolum tendit ad tollendum im
pedimentum propter quod erat prohibita alienatio,vnde
ceſſare debet effectus impedimenti ſuperueniente con-
38 ſu, † quę quidem confirmatio facta fuit cum clauſula ex
certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, quæ maximę
importantię ſunt, vt per Dec.in conſi.463.in 3.col.cũm
ergo in caſu pręſentis alienationis, & conſenſus agnato-
rum & Cęſaris, & ſic omnia requiſita ad alienationem
fiendam de feudo antiquo interueniſſe appareat,videtur
dicendum talem contractum donationis bonorum feu-
dalium fieri potuiſſe,& eſſe validum.

Moueor vltimo & alio medio,& dico,quòd poſito etiã,
quòd in tali alienatione non interueniſſet conſenſus de-
ſcendentium,quòd tamen ipſi non potuerunt venire con
tra talem alienationem, nec eis competebat ius aliquod
pro reuocatione. Quod demonſtratur præmittendo vnũ,
34 † quod feudum de quo in caſu noſtro, eſt hęreditarium,
quia conceſſum pro ſe & hęredibus, & in quo non admit
tuntur deſcendentes, neque agnati qui non ſunt hæredes
vt per And.de Iſern.in cap.j.§. hoc quoque de ſucc. feud.
& in cap.1.an agna.vel fil.per Alex.in conſi.10.vol.3. vbi
atteſtatur iſtam communem eſſe opinionem,& per Cur.
Sen.in conſi.50.colum.8.& Cur.Iun. in conſi.1. & Dec.
in conſi.390.modo ſic.aut iſti deſcendentes voluerunt ve
nire contra alienationem factam per illuſtriſſ.Ioa.Iacob.
illuſtriſſ. Amadeo Duci Sabaudię, quia hęredes, & non
40 potuerunt per regulam vulgarem † quòd hęres non po-
teſt venire contra factum defuncti l.cum á matre, C.de
rei vend.& ex not.per Alex.in conſi.ſuo 19.in 4. col. & in
conſi.28.in verſi.alio principali fundamento, in 5. vol.
41 † vbi in terminis noſtris concludit,quod quando feudum
eſt hęreditarium,& contingat tale feudum alienari, etiã
ſi paternum ſit,non poterit filius hęres patris alienantis,
quãmuis eſſet hęres, cum beneficio legis & inuentarij ve
nire contra alienationem factam a defuncto de huiuſmo
42 di feudo hęreditario, † quia in re hęreditaria non debet
plus poſſe hęres,quam defunctus ſi viueret,qui contrafa-
ctum ſuum venire non poſſet, l.ſi ab eo C.de lib. cau.no.
Dec.in conſi.395.col.pen.Aut voluerunt venire vti deſcẽ
dentes,& non tanquam hęredes,& ſimiliter non potue-
43 runt: † Quia cum feudum ſit hęreditarium, quis non po
teſt amplecti feudum & repudiare hęreditatẽ, vt ex tex.
in ca.1.& ibi Doc.no.an agnati vel filij repudiare poſſint
patris hęreditatem. & per Card. in conſ.64. & Iac. de S.
Georg.inueſtitura ſua,in §. ita quòd ipſi inueſtiti. vbi di-
cunt quòd in feudo hęreditario non poteſt filius hæredi-
tatem paternã repudiare, retento feudo: ſed aut vtrũq;
retinere debet, aut vtrunque repudiare. Accedunt pro
hac opinione notata per Curtium Iuniorem in prælud.
feu.in 8.char.in 3.vol.in prin.vbi dicit, quòd ſi mortuus
eſt vaſallus habens feudum hæreditarium relicto deſcen-
dente ex fœmina, qui erat incapax feudi per tex. in c.1.
§.& quia videmus.qui feu.da.poſſ. tamen poterat eſſe hæ
ras in bonis allodialibus, & relicto agnato,qui erat capax
feudi,ſed non poterat eſſe hæres tanquam vlterior in gra
du, quòd ipſe conſuluit feudum extinctum eſſe, & quòd
reuertebatur ad dominum, ex quo deſceneentes ex fœ-
mina non poterant ſuccedere, quia incapaces:agnati ve
rò non poterant ſuccedere, quia non erant hæredes.
Quod dicit eſſe notandum, quia ad hoc ut plurimum nõ
aduertitur, vnde ex ſupradictis ſex fundamentis videtur
dicendum ante dictam alienationem factam per prædi-
ctum quondam illuſt.Io.Iaco. illuſtr. quondam Amadeo
Duci Sabaudiæ fieri potuiſſe, & de iure validam fuiſſe,
& eſſe.

His tamen & alijs ſimilibus non obſtantibus, quæ ve-
rè non obſtant, prout ex infrà deducendis & allegandis
demonſtrabitur, contrariam opinionem ueriorem eſſe
44 exiſtimo,& ſeruando ordinem præmiſſum,† dico inten-
tionem illuſt. & excel. Duciſſæ Mantuæ bene fundatam
ex inueſtitura ſibi facta per inuitiſſi.Carolum V.Impera
torem

torem in vita illuſtr.& excel.quondam Io. Georgij Mar-
chionis Montisferrati tunc temporis poſſidentis dictum
Marchionatum, caſu quo per mortem ipſius illuſt. Ioan,
Georgij decedentis ſine hæredibus legitimis maſculis,
feudum eſſet recaſurum maieſtati ſuę. Quæ quidem in-
ueſtitura valet,vt eſt text. ad literam in ca.moribus. ſi de
feu.fue.controuer.inter dom.& agna.vbi dicit tex.mor-
bus receptum eſt dominum de feudo militis ſui, quod
poſt mortem ipſius ad dominum reuerti ſperatur,in aliũ
militem inueſtituram facere poſſe, quæ inueſtitura tunc
demum capiet effectum,cum feudum domino,aut hære-
di ſui fuerit apertum, in qua inueſtitura eiuſdem, cuius
feudum eſt conſenſum requiri non oportet. Hanc ét opi-
nioné tenet Bal. in c.ſi quis inueſtierit. de feu.dat. in vic.
l.commiſſoriæ.& alij,vbi no.per illum tex. quòd inueſti
tura facta de beneficio primi vaſalli, ſiue cõſentiente eo,
ſiue non,valet.dummodò ei non noceat, puta ſi deceſſe-
rit primus vaſallus ſine hærede maſculo: & quia iſte con-
tractus celebratur ſuper re concedentis,qui non eſt obli-
gatus primo feudatario, ad non infeudandum alteri in
caſu caducitatis feudi. Nec obſtat,ſecundum eum,ſi dice
retur hoc eſſe pactum futuræ ſucceſſionis,quia imò ſecun
dum eum eſt quoddam pactum collatum in defectum iu
ris tertij, quod habet in ſe iuris ordinem, & eſt de ſe va-
lidum. Ad idem eſt tex.in c.1.qui ſuc.tene. & in ca.1.hic
incipit eſſe titulus,qui ſuc.tene. & in c.1.§.ſi quis fecerit.
iuncta gl.quo tempore miles,& ibi per Doc. Et quòd va-
leat talis inueſtitura,tenet Soc in conſi ſuo 53.in 3 vol.in
2.col.in prin.vbi vult, quòd de ſpeciali conſuetudine feu
dorum admittitur,quòd Dominus poſt mortem vnius va
ſalli viuentis poſſit feudum ſuum concedere. Idem tenet
in conſi 74.eodem vol.3.vbi dicit, quòd de iure conſuetu
dinario procedit,quòd dominus feudi poſſit inueſtire aliũ
vaſallum,quando res ad eum reuerteretur,quia eſt ſucceſ
ſio caducitatis: quam opinionem amplectitur etiã Hom.
45 in conſi.ſuo 60.in 2.col.vbi expreſsè tenet, † quòd inue-
ſtitura collata in tempus,quo feudum erit apertum domi
no, valet: nec refert vtrum vaſalli conſenſerint, vel ne.
Nec hoc eſt mirum,ſecundum eum, cum dicto caſu dicta
inueſtitura fuerit collata in tempus, quo alij vaſalli nullũ
ius haberent,vt in l.in tempus.de hær. inſti. pro hac opi-
nione eſt etiam deciſio in terminis Matt. Affl. in dec.ſua
Neap.192. vbi quærit, fuit ſupplicatum Regi Ferdinãdo
à quodam ſuo ſeruitore, vt piaceret ſuę maieſtati conce-
dere quoddam feudum antiquum quòd tenebat & poſſi-
debat Titius poſt morté Titij ſine deſcendentibus, quòd
de iure poſt mortem Titij erat recaſurum Regiæ Curiæ:
quia non habebat fratrem carnalem,ſed ſolum conſobri
nos, qui non ſuccedebant in feudis antiquis per conſtitu
tionem Regni, Regia maieſtas voluit intelligere a ſacro
conſilio ſi dicta inueſtitura de iure fieri poterat, & dicit,
quòd fuit concluſum, quòd Rex de iure poterat facere
dictam inueſtituram,& quòd valida erat,quia vaſallo vi-
uo qui tenebat feudum non fiebat ei aliquod præiudiciũ
per dictam inueſtituram, qua Rex dabat ius ſuum poſt
mortem tenentis feudum, & iſta dicitur inueſtitura de
caducitate ſucceſſionis, & non de futura ſucceſſione, vt
per Bal.in d.c.moribus, & dicit hoc etiam firmare Bal.in
ca. ſi quis inueſtierit,ſuprà allegato, vbi concludit, quòd
iſta inueſtitura dicitur inueſtitura in defectum iuris ter-
tij,& vt latius ibi per eum,quem aliter non tranſcribam.
Vltimò hanc opinione tenet Io. Blan. in eius ſumma, in
tit. quæ res in feu.dar.poſſ.quia in tentione fundata, de-
uenio ad demonſtrationem inualidatis ante dictæ aliena-
tionis, & dico.

47 Quòd non valuit talis donatio,† quia facta fuit meticu
loſe per illuſt. & excel. Io. Iacobum Marchionem Mon-
tisferrati, illuſtr.quondam Amadeo Duci Sabaudiæ, ad
commodum & vtilitatem ipſius Ducis, qui tempore an-
tedictæ donationis detinebat iniuſtè carceratum in Ca-
ſtro Taurini, & in eius fortijs illuſtr.Ioan. prædicti illuſt.
Io.Iaco.primogenitum, quo caſu eſt nulla per text. in l.
qui in carcerem, ff. quod metus cau. vbi qui in carcerem
quem detruſit,vt ei aliquid extorqueretur, quicquid ob
hac cauſa factum eſt,nullius momenti eſt: & ratio ſecun-
48 dum Doct. ibi eſt † quia carcer eſt iuſtus metus, quod ét
firmat Petr.de Anch.in conſ.ſuo 199.in 1.col.& Homod.
49 in conſi.176.col.2. † quia carcer eſt ſpecies ſeruitutis,l.
50 3.§.1.ff.de lib.homi.exhi. † Et metus ſeruitutis eſt iuſtus
metus,l.vel ſimilium,ff.quod met.cau.no.& Bal.in conſi.
51 36.in 3.vol.& in l.falſus,C.de fur.in vlt.col.† vbi ſolutio
facta per carceratum, dicitur facta per metum, quod cõ-
52 probatur per Car.in conſi.137.vbi cõcludit quod † pro-
miſſio facta per Regem Cypri. ad commodum Ianuen-
ſium, qui eum incarceratum tenebant, non valuit: quia
53 carcer eſt iuſtus metus, † cum æquipararetur deputationi
in metallum, iuxta Inno.in c.qualiter el ij.extra de accu
54 ſatio.† Quę pœna deputationis metalli, eſt capitalis pœ
55 na vt in l.rei capitalis.ff.de pœnis. Item † & timore amiſ
ſionis omnium bonorum,& potentię prædicti quondam
illuſtr. Amadei Ducis,qui iam incœperat inuadere caſtra
56 ipſius illuſtr. Io.Iaco. † quæ amiſſio omnium bonorum,
& potentiæ,eſt iuſtus timor,vt per Bart. & Docto. in l.ſi
ob turpem cauſam,ff.de condit. ob turp.cau. & in cap.2.
extra,quod metus cau.& per Abba. in conſi.3. in 2.vol.
57 vbi dicit,† quòd excuſantur vaſalli præſtantes iuramen-
tum fidelitatis non domino, propter metum reſultantem
ex potentia illius non domini, qui incœperat inuadere
caſtrum cum exercitu magno, quod dictum refert Dec.
in conſilio 690. col. fi.quòd autem detentus & incarcera-
tus fuerit illuſtr.Ioan. primogentius per Ducem Sabau-
diæ,& facta dicta donatio pro liberatione prædicti illuſt.
Ioan.à carcere,à quo aliter euadere non poterat,& timo
re amiſſionis omnium bonorum, & potentiæ ipſius Du-
58 cis, ſatis probatur per inſtrumenta† quibus cùm habeãt
ſua requiſita, ſtandum eſt, cum ſint probationes proba-
ta, & veritas euidens non probanda, vt per Bal. in l.quo-
ties in fin. C.de Iudic. & in l.2.C. quando fiſc. vel priua.
& tanto fortius,cùm in caſu,de quo agitur, tractetur de
facto antiquo & ipſa inſtrumenta ſint antiqua & anti-
quiſſima per not.per glo.in ca.Tertiò loco. extra de pro-
59 ba.vbi dicit † ꝙ in factis antiquis,magis creditur inſtru
mentis, quàm teſtibus, cùm memoria hominum labilis
ſit,vt in c.vt noſtrum,vt eccl.benefi.conſtat etiam per te-
ſtes examinatos ad inſtantiam illuſtr. & excel. Duciſſæ
Mantuæ,pariter quoque ex Chronica reuerendi, & ma-
gnifici equitis Hieroſolymitani domini Beneuenuti de
60 ſanct.Georg.in fol.54.† cui Chronicæ ſtandum eſt,vt per
Bald.in l.j.de off.quæſtoris, & per dd. in l.1.ſi cer. pet. &
in conſulendo & iudicando,vt per Barb.in tract. de pręſ.
Card in 1.q.col.3.in 1. parte, quæ omnia de per ſe plenè
probant Et poſito, quod ſeparatim de ſe plene non pro-
barent,tamen ſimul iuncta probant, per no. per Doc.in
l.admonendi,ff.de iureiuran.

61 Non obſtat,ſi diceretur † quòd dictum Bart.in d.l.qui
in carcerem. procedit in contractu facto per carceratũ,
non autem in eo, qui non erat incarceratus, ſicut non
erat illuſtr.quondam Ioan.Iac. quia reſpondetur hoc ni-
62 hil referre; † quia par eſt metus de ſe & ſuis, per Bald. in
l.1.C.de indict.vidui.tol & per Barto.in l.de pupillo, §.ſi
63 quis ipſi,ff.de noui oper.nunc.† vbi iuſtus metus dicitur
etiam quando quis renunciat, timens pericula ſuorum.
Faciunt quæ no.in tract.Clauſul.in clauſu.90. vbi quan-
do quis vult reſcindere contractum ex ſententia edicti,
64 † quòd metus cauſa ſufficit, ſi eſt metus in perſona filij,
65 vel coniuncti, licet non in ſua: † quia nemo carné ſuam
odio habet & relinquit: ſed in preſenti caſu,& ſi nõ fuiſ-
ſet incarceratus illuſtr.quondam Io.Iaco. tamen erat in-
carceratus illuſtr.quondam Ioannes eius filius primoge-
nitus, Confirmatur iſta opinio ex no. per Barto. in l. lex
Cornelia in princip.& ibi Barto. de iniurijs & in l.3.§.ſi
66 tutor inimicus, ff.de ſuſpec. tut. † vbi paria ſunt aliquid
fieri contra perſonam alicuius,vel contra aliquos de ſan-
guine ſuo. & per Fely.in cap.Petr.de homic.in princ.&
tanto magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro,vbi vltra na
turalem affectum concurrebat ſpecialis affectus,quia pri
mogenitus qui inter cęteros filios habebat prerogatiuã
propter dignitatem primogenituræ, & quia multa iura
debebantur ſuper cæteros filios, inter quæ erat ius ſucce-
dendi in Marchionatu,vt in terminis not.per Car.in cõſ.
67 137.ſuprà allegato,vbi concludit,quòd † promiſſio facta
a rege Cypri incarcerato, & poſtea liberato, dimiſſo ta-
men eius filio in carceribus, non confirmatur, quamuis
rex poſtea exiſtens in libertate in regno ſuo ratificauerit
& approbauerit dictam promiſſionem factam in carceri-
bus,quia ſuberat cauſa timoris propter filium primoge-
nitum, quia erat detentus in carcere in loco in quo erat
68 pater,† quia nihil refert in ſe quis veritus ſit,aut in libe-
ris cùm pro affectu magis parentes in liberis terreantur,
69 vt l.iſti quidem,in fine,ff.quòd metus cau.† & nullus af-
fectus reperiatur qui vincat paternum,vt in l.fin.in prin.
C.de curat.furio.qui etiam affectus dicitur naturalis ſti-
mulus.

mulos,l.amiciſſimos,in fine,ff.de excuſ.tuto.& quia ſpe-
cialiter vltra communem paternũ affectum ſub erat ſpe-
70 cialis affectus.† Quia primogenitus qui inter cęteros fi-
lios habet præeminentiam propter dignitatem primoge-
nituræ,ex qua ſibi multa debentur iura ſuper cæteros fi-
lios,vt in cap.quam periculoſum,7.q.1 & inter cætera eſt
ius ſuccedendi in regno,vt in cap.licet ibi ordine genitu-
ræ,extra de voto, ergo &c.

Non obſtat, ſi diceretur, quod imò ſponte facta fuit
dicta donatio per quondam Illuſt. Io. Iaco. vt apparet ex
verbis inſtrumenti,dum dicitur ſponte.

71 † Quia reſpondetur quod per talia verba, non tol-
litur metus, ſubſiſtente cauſa iuſta metus & vera, quia
eodem timore quo inductus fuit ad contrahendum, eo-
dem videtur inductus ad ſic affirmandum & apponendũ
iſtam clauſulam lege doli, §. diuerſum, de doli except.
vnde per hoc probari non poteſt actus ſponte factus, vt
declarat nota Ioan.de Imo. in capit. ſolicite. extra de
reſtit.ſpol. quem refert & ſequitur Aret. in conſilio 14.
in colum.12. colum fina. pro qua opinione faciunt quæ
72 not. Ancha. in conſilio ſuo 158. incip. ratione. † vbi di-
cit, quòd poſtquam quis ſcit ſe poſſe compelli per iudi-
cem ad gerendum actum, non dicitur minus coacte face
re, licet ſponte faciat, l. nouiſſime, §. quòd ſi compulſus,
73 & quòd falſ.tut.† & ſubdit ibi, quod inſpicitur nocendi
potentia, ſicut nocendi actus.faciunt etiam quæ no. Mar-
74 ſil.in conſi.ſuo 39.in 1.volum.† vbi dicit quòd ratificatio
ſponte facta per reum ad bancum iuris de omnibus,quæ
confeſſus fuit tormentis,vel metu tormentorum non va-
let, quoniam eodem modo quo præſumitur facta con-
feſſio in tormentis vel metu tormentorum, eodem mo-
do præſumitur & facta ratificatio. Quod volunt & te-
nent ſcribentes in l.pen. ff.de quæſtio. pro qua opinione
eſt gloſſ.ſing.in l.ſi patronus in §.patronum, in verſi. Fa-
75 uiana,ff.ſi quid in frau.pater.† quæ vult, quòd ſi principa
le negotium eſt factum in fraudem, eodem modo præſu-
mitur appoſita omnis clauſula ita dicamus in caſu no-
ſtro,quòd cùm Illuſtr. quondam Ioan. Iacob. per metum
inductus fuerit ad faciendum talem donationem,eodem
modo fuit & inductus ad apponendum dictam clauſu-
lam, ſponte.

Non obſtat etiam, quòd dictus contractus fuerit cor-
roboratus per iuramentum, quod validat contractum
alias inualidum, vt in cap. cùm contingat.extra de iure.
iur.& in c.licet mulieres eodem tit.in 6 & in c.2.de pac.
in 6.& vt habetur in l.ſi quis maior.de tranſac. & per Ca
noni.in capit. Abbas. extra, quod metus cauſa, quia re-
76 ſpondetur pluribus modis. † primo, quia præſumitur
etiam metu extortum, vt per Innoc. & per alios, in cap.
ſuper hoc extra de renun. & Panor. & alios in capit. ve-
rum.de iureiur.& Brun.in conſil.82. vbi non valet iura-
mentum interpoſitum ſuper renunciatione per metum
facta,quia præſumitur metu extortum,quod non firma-
tur ex not.per Card.in conſilio 137.in 2.colum. ſupra al-
leg. vbi dicit,quod licet gloſ.in cap.verum dicat, quòd iu
77 ramentum metu extortum ſit obligatorium, † & ſimili-
ter gloſ.in cap. verum, extra de iureiur. tamen non ſim-
pliciter verum eſt, quòd iuramentum metu extortum,
obliget, quia quo ad extorquentem non obligat, & alle-
gat Beat. Thomam ſecunda ſecundæ, q.89.artic.3.in re-
78 ſponſione ad tertium argu.† vbi dicit,quod ex iuramen-
to exacto per metum, duplex oritur obligatio, vna qua
obligatur homini, & talis obligatio tollitur per coactio-
nem, quia ille qui intulit metum, hoc meretur, vt ei
promiſſum non ſeruetur, per l.qui in carcerem. Alia au-
tem eſt obligatio, qua quis obligatur Deo, vt impleat,
quod per nomen eius promiſit, & talis obligatio non tol
79 litur in foro conſcientiæ. & ſubdit ibi Cardin.† quod gl.
ſupra alleg. procedunt in foro pęnitentiali non in iudi-
80 ciali,quem refert Affl.in deciſione ſua Neapo.263 † Se-
cundo reſpondetur illud quod dicitur iuramentum vali-
dare contractum inualidum procedere quando contra-
ctus ſuper quo iuramentum interponitur non eſt in to-
tum & penitus nullus, ſecus quando eſt nullus ipſo iure
& ſic in totum, quia tunc iuramentum in eo appoſitum
non validat eum, imò nihil operatur. Ita ſingulariter di-
xit Phil.Fran.de Peru in c.quamuis,de pac. in 6.pro quo
dicto facit gl. ſingularis in authen. ſi qua mulier in prin-
cip.C.ad Velleia.quæ dixit,quòd iuramentum nõ confir-
mat contractũ ipſo iure nullũ.Quam gl. ſingulariſſimam
dixit ad hoc.Lud.Ro.in rep.ſua l.j.in 3.char.in ver.& au-
di duas notabiles cautelas, ff.de vſucã. Quã opinionẽ ſe-
quitur Marſ.in l.pen.in ante penul. col.ff de quæſtió. vbi
dicit quòd iuramentũ metu extortũ obligat,quãdo actus
ſuper quo interponitur iuramentum per metum non eſt
nullus,ſecus autem quando eſt nullus de ſe, & de natura
ſui,quia tuum iuramentum metu extortum non valet:&
81 ideo ſubdit, † quòd ſicut confeſſio facta ſine iudicis per
metum,eſt nulla,& inualida, eodem modo & iuramen-
tũ ſuperueniens,quod præſumitur meticuloſum,erit nul-
lum & inualidum. Confirmatur etiam ex no. per eundẽ
82 Marſilium in conſ.525.in 7.col.in 2.vol.† vbi dicit, quòd
cum inſtrumentum doctis factum à carcerato fuerit, &
ſit nullum ipſo iure,vt per Bar.in l. ſi mulier,in §.ſi dos,ff.
quod met.cauſa,non eſt dicendum,quòd tale inſtrumen-
tum validetur iuramento,cum tale iuramentum non ha-
beat aliquid validum ſuper quo poſſit ſtare.quã opinionẽ
ſentit Fel.in ca.ſi verum in fi extra de iure iur. Sed in ca-
ſu noſtro contractus eſt nullus ipſo iure, quia factus per
præfatum quando Illuſtr.Io.Iac. pro relaxatione Illuſtr.
Io.eius filij primogeniti carcerati,qui aliter euadere non
poterat a carceribus,niſi mediante tali contractu. Et qđ
ſit nullus ipſo iure, probatur per tex. in d.l.qui in carce-
83 rem.† ponderando verba nullius momenti, quæ debent
intelligi ipſo iure, vt verba illa nullius momenti ſint cum
miniſterio,iuxta l.ſi quando.de lega 1.Ita intelligit Car.
in d.conſ.137.in 1.col.dictum tex. in d.l. qui in carcerem.
quia verba illa nullius momenti important idem, quod
nullius vigoris,vt in c.ordinarij,in fi. vbi hoc no. Archid.
extra de off.ord. & ſubdit quòd caſus l. qui in carcerem,
debet addi ad alios, quibus obligatio facta per metũ ipſo
iure non tenent.qui no.in l.ſi mulier. in §.ſi dos, ff. quòd
met.cau. & ibi in ſpecie hoc vult Ang.quod etiam ſentire
videtur Abb.in ca.3 col.pen.in verſ.excipiendo duodeci-
mum caſum,extra quod met.cau.vbi poſitis vndecim ca
ſibus in quibus actus factus per metum eſt nullus ipſo iu-
re,ſubdit,excipio duodecimum caſum, qui comprehen-
dit in ſe multos caſus in his.ſ.quæ geruntur per iniuſtè
carceratum cum ipſo detentore, vt ex text.no.in l.qui in
84 carcerem, ff. quod metus cau. † Item etiam quod dicta
donatio ſit nulla ipſo iure,oſtenditur, quia facta de rebus
feudalibus ſine conſenſu domini, quæ eſt nulla ipſo iure,
vt eſt tex.in ca. Imperialem in §. calidis, vbi notant om-
nes ſcribentes de prohib.feu.alie.per Federicum.
85 Item & tertiò, † quia per dictam donationem confer-
tur iuriſdictio,& ibi agitur de conferenda iuriſdictione,
actus factus per metũ eſt ipſo iure nullus, vt per Abb.in
c.2.in verſi.quintus caſus,ꝙ met.cau.per not. per Bal.in
86 le.2.ff.de iud. † vbi coacta prorogatio iuriſdictionis eſt
nulla ipſo iure. Hoc ẽt no. idem Bald.in conſi 3. in 2.vol.
Idem voluit ante eum Bart. denuo ipſe mentionem non
facit in tract.de Tyran.in 4 col.in ver.in contrarium,vbi
dicit,quòd quando agitur de transferenda iuriſdictione
illa translatio debet eſſe voluntaria, aliàs ſi ſit facta per
metum,eſt ipſo iure nulla.allegat.l.2.ff.de iudicijs.

Non obſtat ſimiliter, ſi diceretur, quod dictus metus
fuerit purgatus per actus ſubſequentes factos per Illuſt.
quondam Io.Iac.& Ioã. eius filium primogenitum,poſt-
quam ipſe Illuſt.quondam Io.exiuit carcerem in non re-
clamando, & in non recedendo a dicta obligatione per
text.in l.2.quod met.cau. quia reſpondetur, quod per di-
ctam patientiam,& actus poſtea ſubſequutos nõ fuit pur
gatus metus, quia licet ceſſaſſet qualitas metus carceris
filij primogeniti, tñ ſemper perſeuerauit, & durauit alia
cauſa metus.ſ.potentiæ Illluſt.quondã Amadei, & amiſ-
ſionis bonorum timor, quæ operantur, vt ipſis non po-
tuerit præiudicare,per notata per Bald. in d.l.2.vbi dicit,
87 † quòd poſt metum illatum ex aliquo actu ſequenti, etiã
ex interuallo facto, nunquam metus purgetur, durante
eadẽ cauſa metus.i.tyranni potentia. quem ſequitur Ale.
in conſi.690.& in conſi.219 inci. Viſo puncto, vbi dicit,
quòd metus Regius propter quem facta fuit renunciatio
per Epiſcopum Placentinum de epiſcopatu dictę ciuita-
tis pro epiſcopatu Aſtenſi,non fuit purgatus ex eo, quòd
geſſit ſe per quinquenniũ pro Epiſcopo Aſtenſi:quia om-
nia quę facta ſunt poſt renunciationem meticuloſam fa-
cta fuerunt durante eodem timore regiæ maieſtatis, quæ
non impediunt quominus illa renunciatio retractari poſ
ſit, quia non põt dici, ꝙ metus purgatus fuerit. Quæ opi-
nio confirmatur ex no.per Barba.in conſi.vlt.2.vol.vbi di
88 cit.† ꝙ durante potentia minantis,ſemper metus dicitur
durare. Adducit Bal.in trac.ſchiſ.in 8.col.vbi dicit, ꝙ ſub

ſpiritu timoris nunquam metus purgatur, niſi ſint cauſæ
89 conſentiendi congruæ, & dicit † quod minax feruor in-
ducit impedimentum libertatis arbitrij, l. Vnica, C. ſi qua
cunque prædictus poteſtate, quia tã diu inſtantia vera vel
veriſimili inferentis metum durat. argu l. mora. ff. de vſu.
90 & ſubdit, † quod ſub ſpiritu timoris nunquam timor pur
gatur, cum ipſe ſemper ceruicibus inhæreat. Facit etiam
quod vult Alex. in conſi. 1. & 3. volu. vbi dicit quòd ſi me
tu alicuius tyranni potentis feci aliquam promiſſionem,
demum ex interuallo ſolui illud quod promiſſi, quòd per
talem ſolutionem non videtur ratificata præcedens pro-
miſſio metu facta, ſi tempore ſolutionis durabat eadem
cauſa metus, id eſt eadem poteſtas, & authoritas terren-
di, & per Dec. in conſil. 498. vbi dicit, quod recognitio fa-
cta per dominum Palauicinum de bonis liberè donatis
Duci Mediolani per metum tanquam de bonis feudalib.
non purgatur ex longo temporis interuallo, in quo domi
ni de Palauicinis præſtiteruut ea, quæ à feudatarijs præ-
ſtari ſolebat, ex quo eadem cauſa metus ſubſiſtebat, quia
erat ſemper ſub poteſtate, & Imperio Ducis Mediolani.
Ita in propoſito noſtro dicendum eſt, quòd ex quo ſem-
per durabat potentia Ducis Amadei, & eius filij, & timor
amiſſionis bonorum non poteſt dici, quòd fuerit purga-
91 tus metus. † Confirmatur etiam iſta opinio quia quo-
tieſcunque poteſt capi alia coniectura, quam approbatio-
nis obligationis meticuloſæ illa ſemper capi debet, vt per
Barto. in l. 2. C. quòd metus cau. vbi dicit in ſecunda col.
92 in verſic. ex quo no. † quod vbicunque in ſolutione pro-
miſſionis factæ per metum poteſt ſubeſſe alia cauſa, quam
approbatio primæ promiſſionis, quis non præſumitur il-
lam approbare. Idem etiam tenet Alexand in l. 4. eodem
tit. quod metus cau. vbi dicit quòd vendicator coactus per
metum vendere, non videtur approbare venditionem re
cipiendo pretium, & ſi ex interuallo recipiat, quia ſubeſ-
ſe poteſt alia coniectura quam approbationis. nam poteſt
intelligi vendatorem recepiſſe pretium, vt ſic ſibi magis
cautum eſſet. Quam partem tenet etiam Aret. in conſilio
14. vbi dicit, quod metus, qui in promiſſione interuenit,
nunquam purgatur per ſolutionem poſtea factam, quan-
do alia cauſa vel coniectura ſubeſſe poteſt, quàm quod vo
luerit contractum factum per metum approbare, & ad
propoſitum infert, quod viuente eadem perſonam, quæ
metum intulit, numquam metus purgatur. Faciunt e-
tiam quæ notantur per Abba. in cap. ad audientiam. in fi.
93 quod metus cauſa. † Vbi dicit, quòd omnis modica præ-
ſumptio ſufficit ad tollendam præſumptionem ſpontaneã.
Quod etiam vult Barbat. in conſilio 54. columna penult.
volum. 1. Et iſta eſt communis opinio, vt per Doc. in l. ſi
ob turpem cauſam, ff. de condi. ob turp. cau. Sed in ca-
ſu de quo agitur, dato etiam, ſed non conceſſo, quòd non
militarent rationes ſuprà allegatæ, tamen militant aliæ
rationes, & aliæ coniecturæ, videlicet timor periurij, qui
ſufficiens eſt, vt non dicantur actus ſubſequentes ſponta-
nee facti, vt per Doct. in d. l. 2. C. quod metus cau. Item
etiam timor populorum, locorum, & caſtrorum donato-
rum, qui iurauerant capere arma contra illuſtr. quondam
Io. Iac. & Ioan. filium primogenitum, caſu quo venirent
94 contra contenta in dicta alienatione. † Item etiam pro-
teſtatio præcedens, quæ tollit approbationis coniecturas,
quæ proteſtatio ſufficit, cum ex cauſa facta fuerit, vt per
textum. in cap. 1. vbi Abba. quod met. cau. & in c. cum in
16. columna de conſtit. & per Dec. in conſilio 219. colum.
2. ergo, &c.

Secundo quòd non potuerit fieri dicta donatio, proba-
95 tur, † quia per eam multum lædebatur dignitas Mar-
chionatus Regalis, quia diminutæ fuerant duæ partes ex
tribus ſtatus Montisferrati, & etiam multa Regalia, quo
caſu dicit Barto. in l. prohibere in §. planè, ff. quòd vi, aut
clam. quòd ſi Rex alienat aliqua, quorum donatio eſſet
in maxima diminutione iuriſdictionis Regalis, hoc face-
re non poſſet, etiam ſi iuramento donationem firmaret,
per text. in c. intellecto. extra de iureiuran. quod dictum
refert, & ſequitur Dec. in cap. 1. extra de probatio. in 3.
colum. in ver. ſimiliter. Hoc etiam vult Oldrad. in conſil.
94 incipien. Elegantur, vbi dicit, quòd in iure expreſſum
96 eſt, † quòd Reges poſſunt facere alienationes, dummo-
do grauiter non lædatur regia maieſtas vel dignitas. Cor-
roboratur etiam iſta opinio ex notatis per Spec. in tit. de
inſtr. ædi. in §. nunc autem. in fi. & ibi per Bald. in add. ad
97 eum, in ver. quid ſi rex. † vbi volunt quòd ſi per donatio
nem Regis factam eccl. fortiter Imperium vel regimen
lædatur, quòd ſucceſſor poſſit illam reuocare. Faciunt e-
tiam quæ notant Ioann. And. in add. ad Spec. in tit. de iu-
98 riſdi. om. iud. & Bald. in proœmio, C. vbi dicunt, † quòd
non poteſt per principem fieri alienatio, ex qua ſequatur
expropriatio, & abdicatio dominij, dignitatis, & iuriſdi-
ctionis, quia eſſet deformare principatum. Quæ opinio
confirmatur ex not. per Card. in conſi. 137. ſuprà allega-
to, vbi dicit, quòd promiſſio facta per Regem Cypri Ia-
nuenſibus, nulla fuit: quia cedebat in Regni deſtructio-
nem, quæ iura Regni, & honorem Coronæ illibata con-
ſeruare Rex tenetur, cùm Regni procuratio, non autem
conceſſio, id eſt, concedẽdi altera poteſtas data ſit, & quia
non poterat de rebus Regni diſponere ſine conſenſu ma-
ioris partis maiorum Regni, vt per Innocentium in cap.
quanto. de iureiuran. Pro cuius confirmatione faciunt
quæ not. Paul. de Caſtro in conſil. 74. in 3. & 4. colum. vbi
99 inquit, quòd Rex † non poteſt alienare ea quæ ſunt Re-
gni, ſine conſenſu omnium Principum, & populorum
Regni, per c. intellecto. de iureiur. quia illud ius eſt publi-
cum totius Regni, vnde quod omnes tangit, debet ab
100 omnibus cnmprobari, qui ſubdit, quod cùm † aliena-
tio tendat in præiudicium totius Regni, & non ſolius
Regis. Idem ipſe alienans poterit venire contra dictam
alienationem, & reuocare eam, cum dicta reuocatio alie-
nationis tendat in vtilitatem totius regni, non Regis tan
tùm. Quam opinionem tenet Bal. in l. cum multa. C. de
bonis quę lib. & Alua. in cap. j. in princip. in tit. epiſco-
101 pum vel Abb. vbi † nõ poteſt infeudare Papa valde pre
tioſa eccl. puta vnam ciuitatem, ſine conſenſu Cardina-
lium. Quod etiam ſentire videtur Felin. in c. ad audien.
in 1. col. in fi. de præſcrip. Faciunt quoq; quæ not. per Bal.
in tit. de pace conſtantiæ. in ver. ſucceſſorem, poſt Cyn.
102 in l. digna vox. C. de legi. vbi † Princeps nec per con-
tractum, nec alio modo poteſt regalia concedere in præ-
iudicium ſucceſſoris, quia ſicut non poteſt iura principa-
tus ſubuertere, ita nec minuere, quem referunt, & ſe-
quuntur Scribentes in cap. j. de proba. & Socin. in conſil.
7. in 3. volu. in j. col. & Campegius in conſil. 11. in 8. col.
poſito in vol. Brun. & Iaſ. in prælu. feud. col. 25. ergo cum
per dictam donationem fuiſſet grauiter læſa dignitas
Marchionatus, quæ eſt regalis, & etiam multa alia rega-
lia fuiſſent alienata, concludendum eſt eam fieri non po-
103 tuiſſe iuribus, & rationibus ſuprà allegatis. Tertiò. † ꝙ
non valuerit etiam dicta donatio probatur: quia de bonis
feudalibus ſine conſenſu domini facta fuit, qui requireba
tur, iuxta not. in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien.
per Feder. in cap. j. §. donare, qualiter olim feu po. alien.
vbi dicit tex. quòd vaſſallus non poteſt donare feudum,
& licet ille textus loquatur ſecundum alia tempora, ta-
men ſecundum Doc. ibi illud etiam procedit hodie, cum
omnis alienatio, ſeu diſtractio prohibita ſit, vt in capi. 1.
de prohibit. feu. alie. per Lothar. & in d. c. Imperialem, &
104 † appellatione alienationis, comprehenditur etiam do-
natio, vt in §. alienationis, in auth. de non alie. quod & ſe
quitur Iaco. Ardi. in ſumma ſua, charta 23. col. 4. in ver.
105 donare. vbi dicit, quòd † donare inter viuos non poteſt
vaſallus, nec cauſa mortis, quia ſimilitudinem habet alie-
nationis, & venditionis, quia licet alicui permittatur pro
curatio, non tamen conceſſio vel donatio. Quam partem
etiam tenet Brun. in conſil. 3. in j. columna, pro qua opi-
nione facit, Nam abſurdum eſſe videtur, & irrationabile
rem quam vaſallus in ſuis bonis non poſſidet, poſſe alie-
nare, vt in l. ſi duobus, in §. ſed quia, C. communia de leg.
Et quia in alienis rebus cõtra domini voluntatem aliquid
fieri, vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patitur
l. fin. in fin. C. de pactis. Item & quia facta fuit de feudo
antiquo, in quo requirebatur vltra conſenſum domini e-
tiam conſenſus agnatorum, vt eſt tex. in cap. primo de
106 alien. feud. patern. † vbi in alienatione feudi paterni,
& antiqui requiritur conſenſus domini, & agnatorum,
adeo quòd non ſufficeret conſenſus domini ſine conſen-
ſu agnatorum. Vnde cum per dictam alienationem tracta
retur de præiudicio deſcendentium vocatorum in inueſtitu-
ra Caroli Quarti, per quam ius erat acquiſitum, conclu-
dendum eſt hoc etiam ex capite dictam donationem in
eorum præiudicium fieri non potuiſſe, quod confirmatur
ex notatis per Doc. in cap. j. de aliena. feud. paterni. & per
Paul. de Caſtr. in conſil. 161. in verſicul. applicando igitur
iſta, vbi dicit quod per donationem factam à Rege
cuidam, & eius primogenito, & alijs ſucceſſiuè, omni-
bus ſucceſſiuè comprehenſis in tali donatione fuit quæ-

ſitum

ſitum ius, adeo quod non potuit fieri præiudicium illis
comprehenſis per alios anteriores nominatos in dicta
alienatione. Pro quo facit quòd no. Dec. cóſ. 498. vbi in 5.
107 col. † dicit quòd recognitio feudi facta per D. Palaui-
cinum de bonis contentis in prima & ſecunda inueſtitu-
ra, quæ continet liberam donationem, fieri non potuit
in præiudicium poſterorum, quibus erat ius acquiſitum
ex prioribus inueſtituris, quia tale ius nec tolli, nec alte-
rari potuit per dictum D. Palauicinum. Quod ét confir-
matur ex not. per Paul. de Caſtr. in conſi 353. col. fin. vbi
108 dicit, † quòd ſi princeps concederet feudum Titio, & li
beris eius, mortuo Titio vocantur liberi ex perſona pro-
pria, & non patris. Vnde etiam ſi pater vellet, non poſſet
eos priuare: quia non habent ab eo, ſed a principe, poſt-
quam ſunt expreſſe nominati in conceſſione. ergo &c.

Non obſtant modo fundamenta adducta pro parte Il-
luſt. Ducis Sabaudiæ pro donationis validitate, quia re-
ſpondetur, & dico non obſtare primum fundamentum,
quod donatio de qua in caſu noſtro, facta fuerit de re-
bus allodialibus, in qua non requirebatur conſenſus al-
terius domini, ſed ipſius ſolius alienantis, ad quem res li
beræ pertinebant. Quod demonſtratur, quia licet tem-
pore Aledrami vigore donationis ſibi factæ ab Otthone
Imperatore, caſtra, & alia loca, & bona Marchionatus
eſſent allodialia, tamen poſteà effecta fuerunt feudalia,
prout ex inueſtituris apparet, quæ effici potuerunt, vt
ſentire videtur Bal. in add. ad Spec. in tit. de feu. in verſ. ſi
109 † rem meam recognoſco in feudum valet: quia breui
manu videor donaſſe, & recepiſſe. Clarius hoc vult Paul.
de Caſt. in conſil. 153. inci. Super primo quæſito, vbi con-
cludendo dicit, quod ſi quis fecit ſe inueſtire de rebus
ſuis, non tanquam epiſcopi, vel eccl. qui ſciebat non eſ-
ſe dicta res eccl. ſed ſuas quòd illæ res effectæ ſunt feu-
dales. Idem vult ipſe Paul. de Caſt. in l. cum falſa, C. de iu-
ris & fac. ignorantia. & Pract. Pap. in for. lib. fict. præſt. in
gloſ. in verſ. ſuper ſolutione, colum. fi. & cómuniter Scri-
ben. in l. ſi rem aliquam, ff. de acquiren. poſſeſ. vbi deter-
110 minant, quod † ſi quis ſcienter rem ſuam tanquam ſuã
recognoſcat in emphyteoſim, vel in feudum ab eccleſia,
illa res efficitur emphyteotica, vel feudalis. Non obſtat
ſi diceretur iſtud procedere, quando quis fuiſſet inueſti-
tus ab eccleſia, in qua transfertur dominium ſine tradi-
tione, & vbi non concurrit niſi vna fictio, ſcilicet ficta do
natio, ſecus vbi poſſet concurrere duæ fictiones & proue-
nientes ex eodem capite, ſcilicet ficta donatio, & ficta tra
111 ditio, quia reſponderi poteſt, quòd † ſicut in eccleſia
transfertur dominium ſine traditione, vt vult gloſ. in fin.
C. de ſac. ſanct. eccle. ita etiam tranſit in Imperatorem,
cum Imperium æquiparetur eccleſiæ Roma. vt per gloſ.
in auth. de non alie. in §. vt autem lex. & per Mart. Laud.
in not. ſuo 391. incipi. Contra Imperium, vbi concludit,
quòd contra Imperium non præſcribitur minori ſpatio
centum annorum, ſicut in eccl. Ro. quia à pari procedũt.
Hoc etiam videtur velle Alex. in conſi. 84. volum. j. vbi di
112 cit. quòd † contra principé non præſcribitur minori ſpa
tio centum annorum, ſicut in eccleſia Romana allegat,
l. fi. iuncta auth. quas actiones, C. de ſacroſanctis eccle. &
ſic ex diſpoſitione, l. fin. æquiparatur Imperium & eccle-
ſia tranſit dominium ipſo iure, vt in d. l. fi. ergo idem eſt
dicendum & in Imperio.

Secundò reſpondetur, quòd imò fuit de bonis feuda-
libus, in quorum alienatione requirebatur conſenſus ſu-
premi & directi domini, vt eſt caſus in c. Imperialem, de
prohib. feu. alie. per Fed. alias dicta alienatio eſt nulla ipſo
iure, vt per Doc. in d. c. Imperialem in § callidis: quod au
tem fuerit facta de bonis feudalibus, ipſemet Dux aſſerit
in confirmatione dictæ donationis per eum petita à Ma-
ximiliano Imperatore, & in eius libello porrecto coram
Illuſtr. Cęſaris delegatis, ibi, dum dicitur ſacri Romani
Imperij ſuperioritate reſeruata, & ibi, dominio ſupremo
113 Imperiali ſemper ſaluo. † quo caſu ſequitur quòd probã
tur caſtra & loca donata feudalia ex teſtamento propriæ
114 confeſſionis ipſius Illuſt. Ducis, & † nulla probatio cla-
rior eſt ea, quæ reſultat ex confeſſione propria, vt in l. ge-
neraliter, C. de non nu pec. c. per tuas extra de prob. pro
qua opinione facit glo. in l. cum precum, C. de libe. cau.
115 † vbi ſi aliquis porrigit libellum, & aliquid dicit contra
ſe, ſtatur illi dicto contra eum. Hoc idem vult text. & ibi
not. Scrib. in l. 2. C. de inſt. & ſubſt. ibi dum dicitur ex his,
quæ in libello complexus es. Idem tenet Barb. in conſ. 42.
col. 1. volum. 2. & Abb. in c. examinata extra de iud. in 1.
116 colum. facit etiam in ſimili, † quod dicitur de produ-
cente inſtrumentum, quod videatur fateri omnia con-
tenta in inſtrumento eſſe vera, adeo quod contra illud
aliquid dicere non poteſt, vt eſt glo. in l. 1. in §. editio-
nes, ff. de edend. quam gl. ſingu. reputat Bal. in ca. præſen-
tium, extra de teſt. colum. 1. & ad hoc iſtam glo. no. Bal. in
l. 2. ad finem. de fideicom. lib. Cum ergo Illuſtr. Dux Sa-
bau. in impetratione confirmationis dictæ donationis,
& in duobus locis in ſuo libello aſſeruerit res donatas eſ-
ſe feudales, ſequitur quod ſtandum eſt confeſſioni eius,
quod talia caſtra & loca de quibus in donatione ſunt
feudalia.

Non obſtat ſecundum argumentum de conſuetudine
alienandi per Marchiones Montisferrati bona feudalia
117 irrequiſito Cæſare, quia reſpondetur, quòd † talis con-
ſuetudo videtur in facto conſiſtere, ideo qui in ea funda-
tur, debebat illam probare. iuxta glo. in l. 1. cum ibi not.
per Scrib. C. quæ ſint longa conſuetudo. Ita arguit Alex.
in conſil. 67. volum. 7. & Dec. in conſil. 402. col. antep. &
in conſil. 358. & Socin. in conſil. 39. in 4. volum. in 5. col. &
118 in conſil. 3. † vbi qui ſe fundant in conſuetudine debent
deducere & probare qualitates a conſuetudine requiſi-
tas, quæ in caſu noſtro non fuerunt probatæ, licet multi
teſtes fuerint examinati ſuper conſuetudine allegata.
Quod autem probata non fuerit conſuetudo alienandi
per Vicarios Imperatoris in ſtatu Montisferrati eius có-
ſenſu non requiſito, demonſtratur pluribus medijs, Nam
primo requirebatur quod teſtes examinati depoſuiſſent
de viſu actus, cuius conſuetudo allegatur de actuum fre-
quentia, de temporis diuturnitate, & tales actus fuiſſe fa
ctos ita & taliter, quod apparuiſſet de tacito conſenſu
Imperatoris, vt per Cynum ita magiſtraliter tradentem
in l. 2. C. quæ ſit longa conſue. quem refert & ſequitur
Alex. in conſi. 45. & 131. & in conſi. 136. & 196. volum. 2. &
in conſ. 137. volum. 6. & Dec. in conſi. ſuo 215. & 402. &
119 539. & Aret. in conſi. 94. colum. fin. † Secundo require-
batur quòd teſtes fuiſſent conteſtes, & non ſingulares in
actibus & tempore: quia alias non probant, vt per Ant.
de But. in c. licet ex quadam, extra de teſt. no. & Alex. in
conſilijs ſupra alleg. Quæ opinio eſt communiter proba-
ta, vt per Dec. in conſi. ſupra allegato 402. col. fin. vbi di-
cit, quòd ſecundum communem opinionem teſtes qui
deponunt de diuerſis actibus & perſonis, quia ſingula-
res non probant conſuetudinem. Facit & tertio, Nam in
caſu de quo agitur Illuſt. Dux. Sabau. ſe fundat in conſue
tudine, quæ non valet niſi præſcripta, per tex. in c. Cuma
na extra de elec. ſed ad hoc, vt conſuetudo, de qua in ca-
ſu noſtro, probetur fuiſſe præſcripta, quia habet cauſam
diſcótinuam, l. foramen, ff. de ſerui. vrb. præd. requiritur
principium tanti temporis, cuius in contrarium memo-
ria non exiſtat, l. hoc iure, §. ductus aquæ. de aqua quoti.
& æſti. firmat hoc Inno. in c. cum dilectus. in fin. gl. quod
tamen probatum non fuit. ergo &c. Comprobatur ita
opinio ex his quæ not. in terminis noſtris Brun. in conſi.
121 ſuo 37. in 1. col. in fin. vbi dicit, quòd † conſuetudo alie-
nandi ſine conſenſu domini, inter condominos in iure
non fuit legitime probata, quia ad præſcribendum & ac-
quirendum tale ius requirebatur tantum tempus cuius
initij memoria in contrarium non exiſtat. cum dicta có-
ſuetudo habeat cauſam diſcontinuam, & agatur de iure
& intereſſe principis. Ita etiam vult Alex. in conſil. 68.
122 vol. 2. vbi dicit, † quòd in his quæ ſunt reſeruata princi-
pi, requiritur conſuetudo tanti temporis, cuius in con-
trarium memoria non exiſtat, per text. in cap. ſuper qui-
buſdam, §. præterea de verb. ſig. ad quam conſuetudinem
tanti temporis &c. probandam teſtes debeant deponere
quod communis opinio eſt memoriam non extare in có-
trarium vt per Barto. in l. 2. in §. Item Labeo, ad fin. ff. de
aqua plu. ar. & Alex. in conſi. 136. ver. præterea, volum. 2.
& in conſ. 137. volum. 6.
123 † Quartò requirebatur, quòd reddidiſſent rationẽ non
interrogati cógruam, vt per Bar. in l. de quibus colum. 9.
verſi. ſed quid ſi teſtes, ff. de lega. & per Dec. in conſi. 215.
& in conſ. 539. vbi allegat rationem, quia effectus con-
ſuetudinis conſiſtit in iure, ſicut dominium, & ideo teſtes
etiam non interrogati debent rationem adducere ſui di-
cti, vt per Innoc. in c. cum cauſam. extra de teſt. quem re-
fert & ſequitur Bal. in l. cum res, in 3. no. C. de prob. & in
l. ſolam, C. de teſt.
124 Quintò pariter † requirebatur, quòd fuiſſet probatum
talem conſuetudinem fuiſſe inductam & obſeruatam,

ſciente & patiente Imperatore, ad hoc, vt dicta conſuetudo deberet obſeruari. alias non debet obſeruari, vt probatur ex not. per Alua. in ca. j. in §. fi. in fi. de alie. feud. & per eundem & alios in c. Imperialem. in §. præterea duca
125 tus. de prohib. feu. alie. per Feder. † vbi dicunt, quod licet feudum ducatus diuidi non poſſit, tamen fallit niſi dignitas Ducatus & Marchionatus effecta eſſet diuiſibilis ex conſuetudine, quæ fuiſſet inducta ſcientibus & videntibus Imperatoribus, ita quod ex certa eorum ſcientia diuidatur, quam opinionem tenet Ioan. Andr. in add. ad Spec. in tit. de feu. ſuper rubr. in verſi. non ommittam. & Cur. in tract. feu. in 4. parte in 30. q. in ver. ſublimitandum in 2. col. vbi dicit opus eſſe probare ſcientiam, & tolerantiam in principe vniuerſali, in quo præſumitur ignorantia, vt in c. j. de conſti. in 6. licet ſecus ſit in principe particulari in terris ſuis, qui allegat ad hoc conſilium Oldr. nu.
237 hoc idem vult dominus Iac. de S. Georg. in inueſtitura ſua, in 5. col. verſ. vlterius, in fi.

126 † Sextò ad inducendum talem conſuetudinem debebant actus fieri eo modo & intentione, vt induceretur conſuetudo, vt in c. conſuetudo, 1. diſtinctio. Abb. in ca. fi. in vlt. char. in ver. ſeptimo requiritur de conſue. no. Dec. in conſi. 215. col. pen. vol. 2. & in conſi. 402. col. fin. ſed iſta requiſita probata non fuerunt, ſi bene inſpiciantur dicta, & depoſitiones teſtium examinatorum ſuper aſſerta cõſuetudine, ergo ex præmiſſis concludendum eſt dictam donationem factam per Illuſtr. quondã Io. Iac. quondam Duci Amadeo, nullam fuiſſe, ex defectu conſenſus ſupremi domini, non obſtante aſſerta conſuetudine deducta, quæ non probata fuit, minuſque verificata.

Non obſtat tertium argumentum de diuturnitate temporis, quia reſpondetur tripliciter.

127 † Primò quia iura præallegata procedunt quando vltra diuturnitatem temporis interuenit ſcientia, & patiẽtia illius, qui conſentire debebat: ita illa iura declarat Ale. in conſi. ſuo 218. in 6. vol. quæ opinio confirmatur ex not. per Bald. in l. 2. C. de leg. hæred. vbi dicit, quòd licet alias ſcientia & patientia alicuius, cum temporis diuturnitate faciat præſumi a principio interueniſſe conſenſum patientis, vt in l. ſi filius. de peti. hæred. tamen vbi non interuenit dicta ſcientia & patientia, dictus conſenſus, qui requiritur, nõ præſumitur ex diuturnitate temporis, quã partem ſequuntur Doct. in l. j. qui admitti. & Alex. in cõſ. 94. vol. 7. & in conſi. 17. colum. fin. & in conſ. vlt. colum. 4. verſi. præterea, vol. 4. & Iaſ. in conſi. ſuo 176. vol. 2. & Bar. conſ. ſuo 35. vol. 2. ſed in caſu noſtro de quo agitur non interuenit ſcientia, & patientia Imperatoris, ergo &c.

Secundò reſpondetur iura & authoritates ſuprà allegata, & allegatas, procedere in dubio, ſecus quando eſſemus in caſu certo: quia in certis non habet locum coniecturis, vt eſt text. in l. continuus in §. cum ita. de verb. oblig. vt eſt quando ex inſpectione inſtrumẽti alienationis rerum feudalium, apparet non interueniſſe conſenſũ directi domini, quia tunc non ſtatur præſumptioni, quæ reſultat ex antiquitate tẽporis, quia tollitur, per euiden-
128 tiam facti, † quia nulla maior eſt probatio, l. emptorẽ, ff. de act. empt. ita vult Pau. de Caſt. in conſ. 50. incip. in cau-
129 ſa quæ vertitur, in 3. col. † vbi concludit, ꝙ ex diuturnitate temporis non præſumitur citatio qñ ex inſpectione actorum poſſet colligi & deprehendi defectus citationis,
130 † quia non ſtatur illi præſumptioni antiquitatis, quæ tollitur per euidẽtiam facti, quæ tollit omnem præſumptionem contrariam, quem referũt & ſequuntur Ale. in cõſi. 1. in 4. vol. & Iaſ. in l. 1. C. qui admitti. & in conſi. ſuo 148. in 4. vol. & in conſi. ſuo 176. in 2. vol. vbi Iaſ. propriè in terminis noſtris concludit, quod regula quæ habet, quod ex diuturnitate temporis præſumitur conſenſus domini, nõ habet locum quando ex inſpectione inſtrumenti rei feudalis, apparet non interueniſſe ſolemnitatem directi domini, quia tunc non ſtatur illi præſumptioni quæ reſultat
131 ex antiquitate temporis, & ſubdit, † quòd iſta negatiua, ſcilicet non interueniſſe ſolemnitatem directi domini probatur per inſpectionẽ ſcripturę, faciunt ẽt, quę not. Socin. in conſi. 46. in 4. vol. in 9 col. in verſi. ſed clare, vbi
132 dicit, † quòd præſumptio, quæ reſultat ex diuturnitate temporis non eſt iuris, & de iure, ſed iuris tantum: & ideo contra talem præſumptionem admittitur probatio in cõtrarium per oſteſionem actorum & ſcripturarum, vt per do. Ant. & Ab. in c. quando contra, de proba. pro cuius cõfirmatione faciunt not. per Bald. in l. 2. C. de dot. promiſ. quem refert & ſequitur Alex. in conſ. 113. incip. ſuper primo vol. 1. vbi præſumptio, quæ inſurgit ex diuturnitate temporis, non eſt ita efficax, quominus contrarium probari poſſit. Quæ opinio etiam cõfirmatur per no. per Dec. in conſi. ſuo 564 in 3. col. vbi dicit, quòd illa præſumptio quæ inſurgit propter antiquitatem, purgatur & tollitur per exemplum exhibitum, in quo apparet non interueniſſe ea quæ requirunt quando ſumitur exemplum, videlicet authoritas iudicis & citatio partis, & ex no. per Iaſ. in conſi. 140. in 4. vol. in 3. col. vbi ſolemnitas, quæ ex inſpectione inſtrumenti apparet nõ interueniſſe, nunquam præſumitur ex tempore etiam cuius initij memoria non extat in contrarium, niſi aliæ præſumptiones concurrãt, per not. per Abb. in c. Albericus, in pen, col. de teſt. ſed in caſu de quo agitur ex inſpectione ipſius inſtrumenti donationis apparet, quòd nõ interuenit cõſenſus ipſius Cæſaris, per quam tollitur præſumptio, quæ reſultabat ex antiquitate: ergo concludendum eſt ex diuturnitate temporis non eſſe præſumendum conſenſum directi domini interueniſſe in inſtrumento aſſertę donationis factę per quondam Illuſt. Io. Iac. tunc Marchionem Montiſferra. quondam Illuſt. Amadeo Duci Sabaudiæ, quia cũ habeamus veritatem, non cadit præſumptionis allegatio ex curſu temporis, quia plus demonſtratur per facti pręſentiã, quàm per vocis efficaciam, ſecundum Bal. in l. 1. in 2. col. C. de edil. edic.

133 Tertiò reſpondetur † non eſſe inſiſtendum ſuper pręſumptione conſenſus ſupremi domini, ex quo expreſſe apparet per literas Cęſareas de contraria voluntate Imperatoris Federici, qui reuocauit aſſertam donationem factam per Illuſtr. quondam Io. Iac. ſine eius conſenſu, Duci Sabau. quam de iure reuocare potuit, vt per tex. in c. 1. de cap. Corra. & in ca. Imperialem de prohi. feu. alie. per Fed. vt latius infrà demonſtrabitur.

Non obſtat quartum argumentum de feudo franco,
134 † quod poteſt alienari irrequiſito domino, alias non eſſet liberum, quia reſpondetur communem opinionem eſſe in cõtrarium, vt per Bal. in pręlu. feu. in 8. diuiſione, quem ſequuntur ibi alij Scrib. vbi reprobando Hoſt. in c. fi. de reb. ecc. non alie. dicunt, quòd tale feu. francũ nõ poteſt alienari irrequiſito domino, quia ſi poſſet alienari, ſequeretur inconueniẽs, quòd ſi deliqueret vaſallus nõ poſſet puniri in amiſſione feudi, & ꝙ poſſet contemnere dominium, pro cuius confirmatione faciunt not. per Paul. de Caſt. in conſi. ſuo 163. vbi dicit, quod feu. franc. nõ poteſt alienari ſine voluntate domini, ne dominus inuitus alium habeat in vaſal. quàm quem voluerit vt in ca. 2. de fr. de nouo benef. inueſ. & licet feu. franc. differat a non franco in hoc, quia non pręſtatur homagium ſeu iuramẽtum fidelitatis, nec aliquod ſeruitium, non tamen differt quo ad poteſtatem alienandi, quia ſicut non francum nõ poteſt alienari ſine domini voluntate, ita nec francum, quòd patet per rationem, quia habens feu. fran. ſaltẽ obligatus eſt ad illa, quę continentur in iuramento fidelitatis, de quibus in tit. de noua for. fidel. cum ti. ſeq. pro qua opinione adducit tex. in l. 1. ad fi. C. de ope. lib. vbi ſi patronus remiſit patrono ius patronatus, nihilominus remanet libertus ſubditus quo ad quędam quę concernunt fidem & reuerentiam, & talia ſunt illa quę continentur in forma fidelitatis, facit etiam lex, quę ſub conditione, §. quoties, ff. de cond. inſt. vbi licet remittatur iuramenti pręſtatio, non tamen remittitur id quòd virtute iuramenti venit expediendum. Quę opinio comprobatur ex no. per And. de Iſer. in ca. 1. in vlt. col. quibus mod. feu. amit. vbi tenet quòd ſi detur feudum hoc pacto, vt nullum ſeruitium inde fiat, cenſebitur hoc feudum iure feudi, niſi quantum ad ea quibus conueniet, vt non fiant, & quantũ ad expreſſe remota. i. ad ſeruitij pręſtationem, tamen iiſdem modis culpis & cauſis, amittetur dictum feudum, quibus & alia, exceptis his, ad quę non tenetur ex pacto, ex quo dicto concludit Alex. in conſi. 30. in j. vol. col. fin. quod licet feud. francum ſit liberum reſpectu ſeruitiorum, non tamen eſt liberum quod poſſit alienari. quia per talem alienationem perditur feudum de ſui natura; pro cuius confirmatione faciunt quę no. Dec. in conſil. 194. col. 2. in fin. vbi concludit, quod licet feudum liberum & francum concedatur, tamen ne datio feudi repugnantiam contineat, dicendum eſt vaſallum teneri ad ea, quę in ſacramento fidelitatis continentur, de quibus in
135 c. j. de nou. for. fidelitatis, & tit. ſequenti, † quia licet natura feudi in aliquo alteretur, remanet tamen feudum, & in alijs non expreſſis naturam feudi ſortitur, vt per text.

in cap.

in cap.j.de feud.non hab.propriam nat.feu.vbi licet propriam naturam feudi non habeat, iure tamen feudi cenſetur. Vltimo quòd non poſſit alienari, hoc tenet Dec. in conſi.ſuo 185.in 4.col.in fin.& Iaſ.in vſib.feud.colum.38. circa medium.

Non obſtat ratio ex aduerſo allegata in dicto quarto arg.quod in ſacramento fidelitatis de quo in d.c.j. de noua forma fidel.& in c.ſeq.non contineatur, quòd nó poſſit alienari, quia reſpondetur, ex not.per Aret. in conſil. ſuo 14.in j.col. quòd imò tam ex verbis veteris formæ fidelitatis, quàm ex verbis nouæ, vaſallus ad hoc obligatur, vt non alienet per text.in cap.j.de for. fidel.in verſ.vtile, vbi dicitur, quod vaſallus ex iuramento fidelitatis tenetur non eſſe in damno domino in poſſeſſionibus ſuis, ſed cui dubium. Secundum eum, quod alienando, & maxime in potentiorem, infertur damnum domino in feudali re, quę dicitur eſſe ſua, quia proprietas, ideſt directum dominium rei feudalis pertinet ad dominum, vt in ca.j. in fi.ex qui.cau.feu.amit.ergo prohibitio alienationis rerum feudalium conceſſarum in feudum francum & liberum in iuramento fidelitatis comprehenditur vel in fidelitate debita, & ſi iuramentum non præſtetur.

Præterea in noua forma fidelitatis dicitur, quòd vaſallus iurat non prouocare vel facere, quòd amittat honorẽ
136 aliquem,† ſed vaſallus alienando facit contra honorem domini, quia videtur eum contemnere, vt in c.j.§.ſi vaſallus, quæ fuit princ.cau.benefi.amit. Item præiudicatur ipſi domino in iure ſuperioritatis, cùm transferat feudum ad eum, qui non eſt vaſallus, nec eſt obligatus ad ea quæ continentur in fidelitate, nec ipſe remaneret vaſallus, quò ad præſtationem ſeruitiorum eorum, quæ prius debebat ex forma conceſſionis, ſi virtute conceſſionis ſibi factæ poſſet alienare feudum, pro cuius argumenti confirmatione faciunt, quæ not.communiter feudiſtæ in c.j.
137 de feud.non hab. propriam not.feu. † vbi concludunt, quòd illa verba, & quibus dederis, vel æquipollentia appoſita in conceſſione feudali, non ſolum operantur licentiam alienandi irrequiſito domino, imò quòd ille in quẽ erit facta talis alienatio, retinebit illam rem liberam & expeditam, & tanquam allodialem. non autem iure feudi. quod dictum mirabile, ſingulare, & perpetuæ memoriæ commendandum reputat, Curt.Iun.in trac.feu.in quarta par.in materia alienationis, in 2.reg. princ. in verſi.5. quæro, qui dicit, quòd ad hoc non ſolet in practica aduerti. Concludendum eſt ergo ex præmiſſis, quod Illuſtr. & Excell.quondam Io.Iac.non potuit per dictam donationẽ alienare dicta bona feudalia, dato etiam quòd fuiſſent conceſſa in feudum francum & liberũ, & per conſequẽs illam fuiſſe, & eſſe nullam.

Non obſtat ſimiliter quintum fundamentum, ꝙ in dicta alienatione interuenerint requiſita in alienatione feudi antiqui. ſ. conſenſus filiorum alienantis, & Cæſaris, quia reſpõdetur, ꝙ quatenus appareat de aliqua ſubſcriptione filiorum alienantis, & de aliqua confirmatione Cæſ.Maximiliani, illæ ſunt inualidæ, nulliuſq; momenti, quod probatur. Et primo, quia non conſtat, ꝙ tales ratificationes fuerint ſubſcriptæ manu Illuſt. Guliel. Bonifa-
138 cij, & Theodori, imò ſunt priuatæ ſcripturæ, † quibus cùm careant ſubſtantialibus debitis à iure requiſitis, nulla adhibenda eſt fides, per not. per Doc.in l.nuda de don. in c.ſcripta de fid inſt. & per Soc. in conſi.33. vol.1. & in
139 conſi.41.eo.vol.j.vbi in dictis locis concludit, † ꝙ ſcriptura priuata non facit fidem, quæcunque illa ſit, niſi recipiat aliquod fomentum, vel ſupplementum propter quod fiat authentica, & quòd non facit fidem, nec probat, & ſi haberet plurium teſtium inſcriptionem, vel ſubſcriptionem, per not. in l.inſtrumenta. & in l. exemplo C. de proba. quia licet ſcriptura habeat teſtium ſubſcriptionem, tamen ſi adhuc teſtes non recognouerint ſubſcriptiones ſuas, vel mortui ſint, & nulla ſit facta comparatio, & pars neget, non probat. Cùm ergo ſcripturæ ſunt priuatę, & per Ducem Sabaudię non fuerit probatum ratificationes fuiſſe tales, quib. fides debuiſſet adhiberi, cum ad eum ſpectaret probare, quia erat fundamẽtum eius intentionis, certe ſequitur, ꝙ nulla fides ex diſpoſitione iuris, eis adhibenda eſt. Nec ipſi habet ſuffragari, quòd ſint ſigillatę ſigillo eorum, quia hoc primò negatur, & dato etiam ꝙ eſſent ſigillatę ſigillo ipſorum Illuſt.
140 tamen hoc nihil facit, † quia ad hoc, vt ſigillum probet, ſeu reddat ſcripturam authenticam, in tali ſcriptura teſtes debent eſſe ſubſcripti, vel ad minus inſcripti, vt per Archi.in c.vt circa, de elect.in 6.& per Io.And.& alios, in c.poſt ceſſionem, de prob. & maximè in prędiudicialibus, ſed in caſu de quo agitur, non ſunt teſtes ſubſcripti, & ſumus in actu valde præiudiciali, ergo & c. Quæ opinio probatur ex no.per Soc.in conſ.ſuo 250 col.pe. vbi determinat, ꝙ ſcriptura priuata etſi ſigillata ſit, non probat, prout regulariter in iure diſpoſitum eſt, vt in auth.vt nul.iud.in §.ſi quis, & maximè in his, quæ alijs ſunt præiudicialia, & in his, quę in non ſubditos geruntur, & ſubdit, quòd cum non probet ac ſi ſigillata non eſſet, temporis antiquitas ipſi ſcripturæ priuatę ſigillatę non prodeſſet, per not. in c.cauſam, de prob.& vbi ibi per eum.

141 Secundò reſpondetur, † ꝙ poſito, ſed non conceſſo, quòd verum fuiſſet ſuprascriptos Illuſtriſ. Gulielmum, & Bonifacium conſenſiſſe dictæ alienationis tamen per dictũ conſenſum non potuerunt præiudicare niſi ipſis, non aũt deſcendentibus eorum vocatis in inueſtira Caroli III. prout fuit Illuſtr. Gulielmus filius q.Illuſtr. D. Bonifacij cui per patrem nullum præiudicium fieri potuit, cũ non fuerit eius hæres, per no.p Bal.& alios in c.j.§.hoc quoq; de ſuc.feu.quos refert & ſequitur D.Ia.de S.Geor. in inueſt.ſua, in §.& cum pacto de non alie. col.5. & per Cur. Iun.in trac.feu.in 4.par.in 3 reg.prin in verſ.ſecunda cadit neceſſaria dubitatio, & per no.in c.de alte. feu.pater.

Tertiò dato, ꝙ interueniſſet conſenſus filiorũ alienantis, tamen reſpondetur, quòd dictus conſenſus fuit nullus, quia interpoſitus ſuper contractu nullo, facto de bonis feudalibus, ſine conſenſu Imperatoris per text. in c. Im-
142 perialem, de prohib.feu.alie.per Feder.† quo caſu conſenſus adhibitus contractui inualido, nullum effectum operatur, vt eſt tex.in l.4.§ in venditione, ff.qui pot.in pign.hab.& ibi not.Doct.quod cõfirmatur in terminis no-
143 ſtris ex not.per Bru.in conſi.36.in 1.col. † vbi dicit, ꝙ contractus factus per patrem de bonis feudalibus ſine conſenſu directi domini, eſt nullus. Nec ei ſuffragatur conſenſus filii adhibitus dicto contractui, quia cum alienatio fuerit nulla, conſequenter & conſenſus filii illi acceſſorius eſt nullus, vt in regula acceſſorium de reg. iur. in 6. Item & dicta ſubſcriptio fuit nulla, quia facta per ipſos filios qui ignorabant contenta in dicta alienatione, cum fuerint abſentes tempore ipſius donationis, quo caſu non habuit eis præiudicare, vt not.per Prepoſ. in ca.1.
144 de alie.feud.pater.† vbi dicit, ꝙ ſubſcriptio inueſtiturę per agnatũ de feudo ſuo facta, non prędiudicat ipſi agnato, qui ignorabat contenta in dicta inueſtitura. Item & talis ſubſcriptio fuit meticuloſa propter liberationem Illuſt.Ioannis eorum fratris, qui erat detentus, & incarceratus in caſtro Taurini, à qua detentione & incarceratione, non poterat liberari, niſi mediante alienatione facta per Illuſt.q.Io Iac. & confirmata per ſubſcriptionem ipſorum filiorum, quę nullius momenti fuit, cum tenderet ad commodum detinentis, iuxta text.in l.qui in carcerẽ, ff.quòd met.cauſa.& vt ſupra latius dixi.

Similiter, ꝙ confirmatio Cæſaris Maximiliani facta
145 Duci Sabaudiæ fuerit nulla, demonſtratur, quia † dicta confirmatio facta fuit poſt ius quæſitum illuſtr. Guliel.filio q.Illuſt.q.Ioan.Iac. per inueſtituram ſibi factam poſt mortem illuſt.q.Io.Iac.patris, & Ioannis eius fratris per Seren. Federicum Imper. & ſimiliter poſt inueſtituram factam per eundem Federicum in perſonam Illuſt.Bonifacii fratris q.Illuſ. Gulielmi defuncti ſine filiis, quo caſu non valet talis conſenſus, cum eo tempore res non eſſet integra, & non eſſet materia ſuper qua forma aſſenſus poſſet fundari. iſtud probatur ex not.per Andr de Iſer.& alios in c.Imperialem, de prohib.feu.aliena per Federic.
146 vbi concludunt Scrib.† ꝙ conſenſus directi domini ſufficit, ꝙ interueniat ſiue ante ſiue poſt, dummodo non tractetur de alterius præiudicio quam ipſius, domini, ſecus ſi tractaretur de præiudicio alterius, quia tunc non ſufficeret ille conſenſus ſubſecutus, quia quod princeps agit, debet agere ſine alterius iniuria. Et ideo ſubdit, ꝙ ſi habens feudum id alienauit, & non tradidit & mortuus eſt, ſi ille cui fuit alienatum dictum feudum poſt mortem alienantis, impetrat aſſenſum Regis, non nocet hæredi alienantis dictus aſſenſus, quia eo tempore dominus cõſenſit, quo res eſt aliena, & non illius alienãtis, cuius alienatio confirmatur, ſed cui dubium, ꝙ fuiſſet factum præiudicium Illuſ.q. Gulielmo, ſi per dictam confirmationẽ fuiſſet ſublatum ius antea ſibi acquiſitum per inueſtituram anteceſſorum Maximiliani, ergo & c. quæ opinio cõfirmatur ex no.per Matth.de Affl.in deciſione ſua 335.

147 in 4.col.† vbi concludit, ꝙ ſi poſt obligationem bono-
rum feudalium ſine Regio aſſenſu factam, reuocatio di-
ctæ obligationis fuerit facta per eum,qui ea bona feuda-
lia obligauerat vigore conſtitutionis regni diſponentis,
licere alienanti feudum reuocare ipſam alienationem, ſi
Rex poſtea aſſentit dictæ obligationi, quæ iam annulla-
ta erat per dictam reuocationem factam,quod iſtud,quia
non habet materiam dictus aſſenſus, ſuper qua poſſit ſe
fundari,ex not.per Bal.in l.cum ſententia,C.quãdo pro-
uoc.non eſt neceſſ.col.2. Item quia dictus conſenſus non
reperit rem integram, ſed reuocatam legis permiſſione,
& ſic poſt ius quæſitum parti reuocanti, quo caſu non va
let conſenſus Regis in præiudicium alterius,pro qua cõ-
firmatione faciunt not. per Dec. in conſi.588. in vlt. col.
148 † vbi dicit,ꝙ ſi Imperator conceſſit priuilegium vaſal-
lo teſtandi de bonis feudalib. & vaſallus teſtatur, ꝙ non
valet derogatio illius priuilegij poſt inſtitutionem fa-
ctam, quia cùm res non eſſet integra non debuit, nec po-
tuit dictum priuilegium reuocare, ſalua eius maieſtate.
149 † Quia quoties princeps aliquid primo vni concedit, &
de illo poſtea in alterum in contrarium diſponit, gratia
primo obtenta præualet, vt per Rom. in conſi.298. incip.
circa præmiſſum. qui rationem ibi adducit, quia in ſecun
da videtur Imperator circunuentus. faciunt etiam no.
150 per Pau. de Caſtr.in conſi.159.in 3.colum. † vbi dicit,
quòd ſi reperitur ab epiſcopo rem fuiſſe vni cõceſſam in
feudum, & poſteà Papam illam rem conceſſit alteri, non
valet ſeiunda conceſſio,quia erat ius quæſitum primo,cui
facta fuit prima conceſſio.Et dicit hoc maximè procede-
re, ſi in ſecunda conceſſione non ſit facta mentio de pri-
ma, prout in caſu iſto contingit. Et cum prædictis con-
cordat Alex. in conſil.3.in 5 vol. vbi in 2.col. refert Paul.
de Caſt. in conſi.ſupra allegato, & in ſimili caſu Alex. ibi
concludit, quod ius quæſitum ex priori conceſſione, non
tollitur,nec illi derogatur per ſecundam conceſſionem al
teri factam, quia ſuperior non videtur derogare iuri ter-
tij,quos refert,& ſequitur Dec.in conſi.ſuo 580.599.640.
& 689.vbi pro hoc allegat Bal.qui vnum dicit,quod mul-
tum confert ad propoſitum in conſi.ſuo 279 in 3.vol. in-
151 cip.pridie,vbi inquit,† quòd quando Princeps reuocat
etiam motu proprio illud,quod obſeruare tenetur,fingi-
tur circumuentus,adeo,quòd contrarium probari nõ po
teſt,quaſi ſit præſumptio iuris & de iure, quæ probatio-
152 nem in contrarium non admittit, qui ſubdit ẽt,† quòd
in principe debet eſſe cõſtans voluntas,tanquam in fon-
153 te iuſtitiæ, † & quod in principibus conuenit illud ver-
154 bum,ſemel locutus eſt Deus,& quod ſcripſi, ſcripſi,† &
quod princeps debet ſolum habere vnum calamum, &
vnam linguam, quia ſcriptum eſt quæ procedũt de labijs
155 meis, non faciam irrita. † facit etiam quia ratificatio
non operatur in præiudicium eius,cui ius fuerat acquiſi-
tum ante ratificationem, vt per Bal.in l.fin.C.ad Mace.&
per Dec.in conſi.208.& in conſi.227 ergo &c.
156 Item † etiam dicta confirmatio fuit nulla, quia facta
de eo, quod vi fuerat extortum, vnde nihil operatur, vt
per gl.in l.2.C.de fundis & ſaltibus rei dominicę lib. 11.
& per Bal.in ca. nihil,extra de reſcri. in 3.not.& in l.3.de
Carbo.edi.& per Iaſ in cõſi.ſuo.165.vol.2.vbi dicit,quòd
confirmatio Illuſtr. Ducis Sabau. facta ſuper eo quod vi
fuerat extortum per Dominum de Raconixo à commu-
nitate ipſius loci,eſt nulla.
157 Item & tertiò reſpondetur, † quòd dicta confirmatio,
quamuis facta fuerit cum clauſula ex certa ſcientia,& de
plenitudine poteſtatis, fuit ſurreptitia, & continebat fal
ſa narrata, quia in impetratione expreſſit non dicenda,
& tacuit exprimenda quòd dicta alienatio fuerat violen-
ta,& meticuloſè facta & ꝙ detruſit in carceribus Illuſtr.
q.Io.filium Illuſtr.Marchionis Io.Iac. pro obtinenda tali
alienatione.Quo caſu ſequitur,quod no.Ro. in conſ.326.
158 col.fi † vbi cõcludit,quòd impetratio redditur ſurrepti-
tia,ſi qualitas facti non exprimatur. Facit gl.in c.cum di-
159 lectus filius. Abb.extra de reſcrip.† quæ dicit,quod nõ
ſufficit in literis Papæ narrare ſeriem, ſed etiam debet
cauſa narrari,ex qua factum proceſſit. Faciunt etiam no
tata per Abb.in c.inter dilectos.ext. de fide inſtrum. vbi
160 dicit multum notandum eſſe, † quod priuilegium con-
firmationis impetratum ab Imperatore,ſi ſit ſurreptitiũ,
puta quia ſit confirmatorium alicuius inſtrumenti, quod
erat falſum,vel alicuius contractus ſimulati, & de his nõ
ſit facta notitia principi confirmanti, talis cõfirmatio nõ
operabitur,& ſi in confirmatione eſſent appoſitæ clauſu-
læ ex certa ſcientia,& ſupplentes de plenitudine poteſta-
tis. Pro qua opinione faciunt quæ no. Dec.in c.1.de cõfir.
vtil.vel inutil.vbi concludit, quòd clauſula ex certa ſcié.
tia,nihil operatur,quando confirmatio eſt ſurreptitia, ex
quo habetur ſecũdum eum,quòd licet à principe aliquid
factum ſit ex certa ſcientia,ſi tamen diſpoſitio poteſt eſſe
ſurreptitia reſpectu eorum,quæ in facto conſiſtunt,talis
clauſula ex certa ſcientia nihil operatur, & non purgat
falſitatem narratorum, vt per Rotam in deciſ.2.in tit de
confir.vtil.vel inutil. Faciunt ẽt quæ no.Bal.in l.fin.col.2.
162 C.ſent.reſcind.non poſſ.† vbi clauſula ex certa ſcientia
nihil operatur in his, quæ in facto conſiſtunt, de quibus
ſuperior præſumitur non habuiſſe notitiam,quem refert
& ſequitur Dec. in c.ad hæc, extra de reſcrip. vbi dicit ꝙ
illud quod dicitur, clauſulã ex certa ſcientia habere vim
clauſulæ de plenitudine poteſtatis, procedere in his in
quibus præſumitur habere notitiã princeps ſicut ea; quæ
in iure conſiſtunt: ſecus in his,quę ignorare præſumitur,
vt ſunt ea,quæ conſiſtunt in facto. Faciunt etiam quæ nò.
Paul.de Caſt.in conſ.159.col.fi.vbi dicit,quòd id quod di
citur, quòd cõfirmatio facta per Papam ex certa ſciẽtia,
validat inueſtitura alias inualidã, procedat, & eſt verũ,ſi
Papa ſciens eam inualidam, tanquàm inualidam,volens
eam facere validam, confirmaſſet, & volens alteri pręiu-
dicare,ſecus ſi illam confirmaſſet,tanquã validam, igno-
rans illam inualidam & ſe alteri præiudicare, quia non
fuit aliquid expreſſum de inualiditate, vel de præiudicio
quod alteri fiebat,quia tunc non præſumitur voluiſſe tol
lere actus ſuppreſſos,& tacitos,& alicui præiudicare. Et
non obſtat ſecundum eum clauſula ex certa ſciẽtia, quia
non operatur aliquid in his,quæ apparent ignorata. Non
obſtat ſi diceretur in dicta confirmatione eſſe clauſulam
motus proprij,quę tollit ſurreptionem,quia reſpondetur
163 † quòd licet clauſula motus proprij, purget vitium ſur-
reptionis,vt in c.ſi motu proprio.de præben.in ſexto.Ta-
men non tollit falſitatem cauſæ expreſſæ Imperatori, &
ius tertij,vt per Dec.in conſ.407.col.penul.& fi.vbi dicit
quod licet clauſula motus proprij tollat ſurreptionis vi-
tium, tamen non tollit falſitatem cauſæ narratæ ſummo
194 Pontifici,& ius tertij.Idem in conſi.544.col.fi .† Præte-
rea clauſulæ, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſta-
tis, & motus proprii, tunc demum effectum producunt,
quando fuit proceſſum cum cauſæ cognitione, ſecus ſi
abſq; cognitione,prout in caſu præſenti,quia parum ope-
rantur, vt vult ipſe Dec.in conſi. ſuo 410.in pen.col. & in
conſi.544.col.pen.& fi.ergo &c.
165 Quartò ẽt reſpondetur † quòd dicta confirmatio fuit
nulla, quia facta ſuper dicta donatione caſtrorum, & lo-
corum feudalium, quæ iam reuocata fuerat per Federi-
cum Imperatorem,cum clauſula,motu proprio,ex certa
ſcientia,& de plenitudine poteſtatis,qui potuit illam re-
uocare,per textum in ca.1.de cap.Corra. vnde ſuper eo
quod non erat,nulla potuit cadere confirmatio, & tanto
fortius, cũ per ipſum Maximilianum, antequam fuiſſet
facta dicta confirmatio donationis Duci Sabaudiæ, iam
fuiſſet confirmata reuocatio dictæ donationis per Fede-
ricum factæ, vt apparet per publica documenta exhibi-
ta,quæ ſunt probationes probatæ,iuxta no.per Bald.in l.
2.C.quando fiſcus vel priuatus.videlicet in inueſtitura fa
cta per ipſum Maximilianum Gulielmo filio quondã Il-
luſtriſſimi Bonifacij, cui per dictam confirmationem do-
nationis non potuit fieri præiudicium, quia res non erat
integra, minuſq; in præiudicium aliorum inueſtitorum,
maximè cum in præcedentibus inueſtituris eſſent clau-
ſulę derogatorię ad concedenda.Et quòd iſta fuerit mens
Maximiliani, non faciendi alicui pręiudicium, demon-
ſtratur, quia poſt confirmationem dictæ donationis per
ſuas parentes literas declarauit,quòd per dictã confirma-
tionem factam Duci Sabaudiæ nullum intendebat gene-
rari pręiudicium Marchionibus & Marchionatui Mon-
tisferrati,quã declarationem facere potuit, vt per Curt.
Sen.in conſi.ſuo 50.col.14.verſic. quia ad hęc reſponde-
mus.& per Ang.in cõſi.ſuo 273.inci. Bonifacius, in pen.
166 col,vbi dicit,†quòd ſtatur literis Papę interpretantibus
intentionem ſuam, etiam ſi illa nunquam fuit, quia cum
atteſtatur de eius animo, non admittitur probatio in cõ-
trarium,quem refert, & ſequitur Fel.in c.cum veniſſent.
167 in 1.col.de iud.† qui dicit ẽt,quòd in tali interpretatio-
ne non requiritur citatio partis,quod latius ibi proſequi-
tur Dec. Quę quidẽ reuocatio donationis factæ per Fede
ricum fuit denuo confirmata per eundem Federicum in

inueſti-

inueſtitura facta Bonifacio fratri quondam Illuſtriſſimi
Gulielmi, in qua eſt inſerta dicta reuocatio, & per omnes
ſubſequentes Imperatores, ex quorum cõfirmatione ma
gis apparet deliberata dicta reuocatio, vt notanter colligi
tur ex dictis Decij in conſi. 588. in pen. col. vbi dicit, quòd
ex cõfirmatione Imperatoris Maximiliani, facta in per-
ſonis dominæ Heleonoræ, & Beatricis, quæ inſtitutæ fue-
rant virtute priuilegij conceſſi magnifico domino Ioan-
ni Galez. de Corrigia, ab eodem Maximiliano corrobo-
ratur, & efficacius redditur dictũ priuilegium, argumen-
to eius, quod no. Bar. in l. cum ſcimus, in fin. C. de agri. &
cenſi. li. 10 maxime quando fuit facta ex interuallo, prout
in caſu noſtro: quia uidetur magis deliberata. Pro quo ad-
ducit etiam, quod no. Bal. in conſi. ſciſmatis, poſito in tit.
C. ſi quis aliquem teſt. prohib. col. 11. verſ. porrò. vbi dicit
168 quòd vbi actus reiteratur, ꝙ nihil opponi poſſit, & † ꝙ
vbi ſecunda deliberatio interuenerit, ibi plena delibera-
tio eſſe præſumitur. Allegat text. in §. & hoc verè iube-
mus, cum gloſſ. in auth. vt nullius iud. &c. olim. in princ.
extra de reſcrip. quod etiam vult Brun. in conſi. ſuo 97.
169 † vbi dicit, quòd geminatio conceſſionis certam & præ-
ciſam mentem concedentis demonſtrat per allegata per
eum, & multo magis hoc debet procedere in caſu noſtro
170 † vbi in confirmationibus reuocationis dictæ donatio-
nis, fuit inſertus tenor dictæ illius reuocationis, quæ ma-
gis oſtendunt voluntatem principis ſic eſſe, vt conceditur
vt probatur ex no. per Are. in conſi. 15. in pen. col. in verſ.
confirmatur, vbi dicit, quòd quando in priuilegio Caro-
li, inſertus eſt tenor priuilegij Federici de verbo ad ver-
bum, quòd illa inſertio, & confirmatio poſtea ſecuta eui-
dentiſſime oſtenditur voluntatem principis ſic eſſe, vt
conceditur in cap. pen. de confir. vtil. vel inutil. Cum ergo
dicta confirmatio fuerit nulla ex rationibus & cauſis ſu-
prà adductis & allegatis, concludendum eſt dictam dona
tionem fuiſſe inualidam & in aliquo non poſſe ſuffraga-
ri Illuſt. Duci Sabaudiæ.

Non obſtat modò, quòd objicitur per Illuſ. Ducem Sa-
baudiæ, videlicet reuocationem dictæ alienationis per
Imperatore fieri non potuiſſe, eo non citato, cum tracta-
ret de eius præiudicio, iuxta l. nam ita diuus, de adoptio.
171 l. de vno quoq; de re iud. † Quia reſpondetur, quòd tali
reuocatione extraiudiciali, quæ eſt declaratoria volunta-
tis, non requiritur citatio partis: quod probatur ex not.
172 per Ro. in conſ. 212. in ci. quo ad primum. † vbi cõcludit
quòd ſi emphyteotica res ceciderit in commiſſum pro-
pter canonem non ſolutum, quòd licitum eſt abbati alij
eam concedere, non monito vel citato primo emphyteo-
ta: quia in actu extraiudiciali non eſt neceſſaria præſen-
tia illius, qui vocatur, & præſens actui contradicere non
potuiſſet, argumento l. ſi eum ſeruum, §. ſi quis ſeruum,
ff. de fideicom. lib. quem ſequitur Alex. in conſi. ſuo 130.
in j col. in j. vol. pro qua opinione Ro. adducit aliam ra-
173 tionem, quæ eſt, † quia declaratio animi poteſt fieri ab-
ſente parte, l. Pomponius, de negotijs geſtis, l. pro hæred.
in prin. de acquir. hæred. l. ſi auia, C. de iure deliberandi.
174 Faciunt etiam quæ not. Alex. in conſ. 44. in 2. vol. † vbi
ſi vaſallus cadit a feudo ipſo iure per alienationem de eo
factam, Dominus poteſt non requiſito nec citato vaſal-
lo, alium de eo inueſtire, vt etiam vult Iaſ. in l. 2. in 5. no.
C. de iure emph. & Marſil. in repetitio l. de vno quoque,
in ver. Quinto quinquageſimus quartus caſus. de re iud.
Faciunt etiam quæ no Bal. in c. quæ in eccleſiarum, extra
175 de conſt. † vbi dicit, quod quando feudum eſt apertum
dominum, non eſt neceſſe, quòd citetur poſſeſſor in eius
collatione, & quòd dominus poteſt alteri inueſtire, eo
non citato, & poſſeſſionem alteri tradere. Et non obſtat
176 ſecundum eum, l. nam ita diuus, ff. de ado. quia ille text.
loquitur in actu iuriſdictionis, vbi requiritur cauſæ co-
gnitio, non in caſu collationis fiendæ de feudo aperto:
quia ſufficit veritas ad conferendum ſine citatione, & ꝙ
in tali declaratoria voluntatis domini non ſit neceſſaria
citatio vaſalli, hoc expreſsè no. Alex. in conſ. ſuo inci. Cir-
177 ca proceſſum, col. fi. vol. 3. † quia in actu pendente à li-
bera voluntate, non requiritur citatio, l. in re mãdata, C.
manda. no. & Bal. in l. neque natales, C. de proba. col. fi. &
Bar. in l. certum, § ſi quis abſentem, ff. de confeſ. Item &
quia quod poſſum facere te inuito, multò magis te abſen
te & ignorante, l. qui poteſt, ff. de regu. iu. Faciunt no. per
Ro. in conſ. 369. quod incipit. Circa primum, vbi in actu,
quem princeps poteſt facere aliquo inuito, non eſt opus
eum citare. quem refert & ſequitur Dec. in conſ. 191. ſed
cui dubium, quòd Illuſ. Dux Sabaudiæ fuiſſet vocatus, &
præſens actui reuocationis factæ per Imperatorem, quod
non potuiſſet contradicere, ergo &c.

Pro iſta etiam opinione faciunt not. per Soc. in conſil.
ſuo 4. in 3. vol. in 6. col. vbi concludit, quòd in caſu, in quo
quis priuatur caſtro propter crimen læſę Maieſtatis, ip-
ſo iure poteſt princeps eo non citato caſtrum alij conce-
dere, propter gloſ. in c. cum olim, de re iudi. vbi quando
conſtat abſenti nullam competere defenſionem, non eſt
neceſſaria citatio, ergo &c.

Non obſtat vltimum fundamentum de feudo hæredi-
tario, quia reſponderi poteſt, quòd etſi feudum fuerit hæ
reditarium, quòd adhuc potuerãt Illuſ. Bonifacius & Gu
lielmus fratres Illuſ. Ioan. defuncti ſine deſcentibus, hæ-
reditatem ipſius Illuſ. Ioannis repudiare, & feudum Mar
chionatus Montisferrati amplecti, per notata per Areti-
num in conſi. 14. col. 9. vbi ex mente Bald. in ca. j. in tit. an
agnat. vel filij in verſiculo. Sed caue tibi. vbi concludit,
quòd licet filius non poſſit repudiare hęreditatem pater-
nam, & feudum retinere, tamen poterit hęreditatem fra
ternam repudiare, & feudum retinere. Hoc idem & cla-
rius vult Brunus in conſ. ſuo 25. col. fin. in verſ. non obſtat.
vbi determinat, quòd ſi quis vult ſuccedere in feudo pa-
terno, & auito hæreditario, bene verum eſt, quod debet
eſſe hæres patris, vel aui, cui iure hæreditario deferat, ſe-
cus ſi quis vellet in feudo paterno vel auito ſuccedere fra
tri: quia poterit hęreditatem paternam repudiare, & feu
dum amplecti, vt ibi latius per eum.

Vnde ex rationibus adductis ſuprà & allegatis conclu-
do intrepidè dictam donationem factam per q. Illuſtr. &
excellentiſ. Io. Ia. & Illuſt. Ioannem eius filium primoge-
nitum Illuſ. q. Amadeo. Duci Sabaudiæ fieri non potuiſſe,
iuribuſq; non ſubſiſtere, & antedictam Marchia Montis-
ferrati, de iure compere Illuſ. & excellentiſ. Duciſſæ Man
tuæ, non obſtantibus ex aduerſo adductis, quibus iudi-
cio meo ſatis credo fuiſſe reſponſum. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Tranſuerſale deſcendentes ex deſcendentibus à primo acquiren-
te ſuccedunt in feudo antiquo deficientibus filijs maſculis.*
2 *Succeſſio cadit in feudis regalibus, etiam habentibus annexam
dignitatem.*
3 *Feudum in dubio, præſumitur antiquum.*
4 *Fama in antiquis facit plenam probationem.*
5 *Probatio feudorum antiquorum vera directa & concludens pro-
pter difficultatem haberi non poteſt.*
6 *Ius patronatus antiquiſſimum per famam probatur.*
7 *Agnati tranſuerſales in feudis non ſuccedunt vltra ſeptimum
gradum, quod declara, vt in nu. 8. 9. & 10.*
11 *Conceſſio feudalis, quando eſt facta cum facultate alienandi,
tunc de feudo poteſt teſtari etiam in extraneos & illud quomo-
docunque & quocunque titulo alienari.*
12 *Alienatio vbi permittitur, etiam hæredis inſtitutio conceditur.*
13 *Facultas conceſſa vaſallo alienandi feudum, debet intelligi, cum
conſenſu domini, quia verba debent intelligi ſecundum naturã
contractus.*
*Sed contra eſt communis vt nu. 60.*
14 *Feudum, quòd poteſt alienari irrequiſito domino, non poteſt tranſ
ferri in fœminam.*
*Sed contra nu. 63 67 & 70.*
15 *Feudum non poteſt tranſire in fœminas, vbi in inueſtitura feuda-
li ſunt appoſita verba, pro te & hæredibus quibuſcunque.*
*Sed contra num. 69.*
16 *Vaſallus licet vigore clauſulę appoſitæ in inueſtitura, & quibus
relinquere vellet, poſſit teſtari in quacunque perſonam, non ta-
men in ſpurium, quia per dicta, verba non includuntur perſonæ
prohibitæ legibus, moribus, vel natura incapaces.*
17 *Mulier eſt prohibita ſuccedere in feudo.*
18 *Feudum præſcribitur ſpatio triginta annorum, quod declara. vt
num. 79.*
19 *Alienatio vbi eſt prohibita, ibi etiam eſt prohibita præſcriptio,
quod declaratur num. 83*
20 *Bona fides requiritur in præſcriptione, & titulus ſimul, vel ſal-
tem bona fides.*
21 *Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ datur aduerſus
præſcriptionem triginta annorum, etiam ſi non eſt dedu-
cta in iudicio infra quadriennium à die læſionis, cum il-
lud tempus in ſui initio ſit vtile. quod limita, vt nume.
98. & 99.*
22 *Feudum pateraum ſi poſſedit Titius, & ex inde Gaius cum bona
fide,*

*ſide, & titulo per decem annos vel viginti, vel ſine titulo xxx. vel xl. ann. talis præſcriptio, licet noceat vaſallis, non tamen filijs, vel agnatis, qui non poterat agere, quod intellige, vt num. 89. 91. & 92.*

23 *Declaratio ad c. ſi quis per triginta. ſi de feu. fue controuer. inter dom. & agna.*

24 *Dominium tyrannicum præſcribi non poteſt.*

25 *Intruſus nunquam preſcribit beneficium.*

26 *Dominus non poteſt facere gratiam fœminę in preiudicium agnatorum.*

27 *Imperator iura vaſallorum non poteſt infringere, nec eos priuare niſi coniuncta culpa. quod intellige, & declara, vt numero 136. 137.*

28 *Feu di natura eſt, quod ſi dominus inueſtierit vaſallum non poteſt eum diſueſtire ſine culpa.*

29 *Quod amplia etiam procedere de plenitudine poteſtatis, imo nec cum tota maieſtate ſua.*

30 *Princeps ſicut non poteſt auferre directum dominium alicui ſine cauſa, ita nec vtile, quòd declara, vt num. 139.*

31 *Natura vtilis dominij licet ſit orta de iure ciuili, tamen eius effectus eſt de iure gentium, quod per principem tolli non poteſt, quod declara procedere, vt num. 143. & 146.*

32 *Feudum eſt contractus nominatus, & num. 147.*

33 *Pœnitentia locum non habet in contractibus nominatis.*

34 *Contractus cùm ſint iuris gentium, non ſunt in poteſtate Imperatoris: quia licet ei ſubiecerit Deus leges, non tamen contractus.*

35 *Papa non ſolum non poteſt reuocare feudum, imo nec grauare, nec aliquod onus aduentitium apponere: quia perfecta donatio nec tolli nec mutari poteſt, neque aliquid ei adijci, quod declaratur, nu. 148.*

36 *Diſpoſitiones Principum debent eſſe omni malitia, & diminutione remotæ.*

37 *Contractus Imperatoris ligat etiam eius ſucceſſorem in his quæ ſunt de natura ſuæ dignitatis, prout eſt infeudare.*

38 *Citatio partis eſt neceſſaria vbi pars multum læditur.*

39 *Quod etiam procedit in actu principis.*

40 *Emphyteoſis vbi eſt finita, ſi comparent agnati & extranei, præferuntur agnati, & ſi eis non concedatur dicitur eis inferri iniuria, adeò quòd poterunt appellare.*

41 *Agnatus agens, vt agnatus, debet ſe probare agnatum & num. 44. & 113.*

42 *Qualitas. quæ eſt cauſa, vt quis audiatur, vel admittatur, debet probari.*

43 *Filius agens ad hæreditatem patris, vt filius, tenetur probare ſe filium & legitimum, num. 45.*

46 *Legitimitas quando eſt fundamentum intentionis alicuius qui fundat ſe in tali legitimitate, tenetur eam probare.*

47 *Ius agnationis tantum reſidet in legitimè natis, cùm non competat illegitimè natis.*

48 *Fama in antiquis licet faciat plenam probationem, illud eſt verum, quando eſt vniformis, & de ea non eſſet contradictio apud peritos.*

49 *Fama debet eſſe ſolida, inconcuſſa, creſcens, non vaga, non leuis, & non contraria.*

50 *Fama vt probet, requiritur quòd traxerit originem ex probabilibus cauſis, quæ inducant populum ad ſic credendum & dicendum, aliàs non eſſet fama ſed magis vana vox populi, quæ non debet exaudiri.*

51 *Teſtes ſuper fama etiam non interrogati, debent deponere de cauſa, de perſonis fide dignis, à quibus fama originem traxit.*

52 *Teſtes debet rationem reddere, etiam non interrogatus vbi deponit circa ea, quæ ſunt perceptibilia intellectu tantum.*

53 *Teſtis licet aliàs non debeat eſſe verboſus, & vltro rationem aſſignare non teneatur, tamen in his, quæ ſunt iuris, & quæ directò non cadunt in ſenſum teſtis, vt in probatione famæ publicæ, tenetur vltro non interrogatus reddere rationem dicti ſui ſufficientem.*

54 *Teſtis deponens ſuper fama, debet deponere quòd audiuit a maiori parte hominum ipſius loci, vbi oportet famam vigere.*

55 *Fama in caſibus in quibus facit plenam probationem, debet probari per teſtes optimæ opinionis, quia talis fama eſt irregularis.*

56 *Teſtes bonæ opinionis, in caſibus, in quibus requiruntur, illa qualitas debet articulari & probari.*

57 *Fama vt ſuppleat defectum alterius probationis, eſt probanda per teſtes diſcretos & bonæ famæ et non per mulierculas et viles homines: quia tunc non ſuppleret defectum alterius probationis.*

58 *Fama in caſibus in quibus facit plenam probationem recipit probationem in contrarium.*

59 *Fama licet habeat plures effectus, tamen nunquam operatur, quòd excludat probationem in contrarium.*

61 *Clauſula, et quibus dederis, appoſita in conceſſione feudali, vltra quòd importat alienationem poſſe fieri irrequiſito domino, operatur etiam quòd ille, in quem facta erat talis alienatio, retinebit illam rem liberam et expeditam, et tanquam allodialem, non autem iure feudi et nu. 114.*

62 *Clauſula prædicta etiam operatur, vt ab inteſtato quis etiam poſſit ſuccedere in dictis bonis.*

64 *Feudum quod ſit conceſſum pro te et hæredibus quibuſcunque, an pro te et hæredibus tuis, et quibus dederis, à pari procedunt.*

65 *Feudum conceſſum pro te et hæredibus quibuſcunq; tranſit ad extraneos.*

68 *Feudum, vbi eſt conceſſum pro te et hæredibus quibuſcunque, includuntur non ſolùm tria genera heredum, de quibus inſtit. de hered. qual. et diff. ſed debet legatarius, qui in re legata dicitur quodammodo hæres.*

69 *Diſpoſitum in vno ex æquiparatis, cenſetur etiam diſpoſitum in alio.*

71 *Moderator et arbiter eſt vnuſquiſque de bonis ſuis allodialibus.*

72 *Princeps alicui ſi donauit quicquid iuris habebat in principatu, nulla re ſibi reſeruata, illa eſt plena donatio, et non conceſſio feudalis.*

73 *Idem iudicandum eſt de bonis à Cæſare pleno iure donatis, quod de bonis mere patrimonialibus.*

74 *Conceſſio continet abſolutè donationem quando in ea dicitur, concedimus et ſpeciali largitate donamus.*

75 *Item et quando de feudo in conceſſione nulla mentio habetur.*

76 *Feudum conceſſum pro ſe et hæredibus, dicitur hæreditarium, et num. 115.*

77 *Feudum hæreditarium non datur niſi hæredi mediatè vel immediatè primi acquirentis.*

78 *Exceptio tua non intereſt, repellit agentem à limine iudicij.*

80 *Iuriſdictio, contra eccleſiam, licet ſolum præſcribatur ſpatio quadraginta annorum, tamen contra habentes iuriſdictione ab eccleſia præſcribitur legitimo tempore.*

81 *Poſſeſſione tanti temporis cuius initio memoria non eſt in contrarium præſcribuntur ea, quæ de ſui natura ſunt impræſcriptibilia.*

82 *Plenitudo ſupremæ poteſtatis conceſſa Imperatori vel Papæ, licet non poſſit ab aliquo præſcribi vllo inquam tempore etiam immemoriali, tamen que ſpectat Imperatori vel Papæ, in ſignum ſpecialis priuilegij bene præſcribuntur ſpatio temporis immemorialis, vt ſunt vectigalia, & præſtatio tributorum.*

84 *Res, quæ eſt prohibita alienari per teſtatorem poteſt præſcribi quādo interueniente conſenſu eorum, in quorum fauorem facta fuit prohibitio poſſet fieri alienatio.*

85 *Res emphyteotica, quando non eſt prohibita alienari ſimpliciter, ſed eſt prohibita, niſi adhibeatur certa ſolemnitas, de qua in l. fi. C. de iure emphyt. poterit præſcribi ad minus longiſſimo tempore.*

86 *Res ſubiectæ reſtitutioni fideicommiſſi licet non poſſint alienari, tamen præſcribuntur longiſſimo tempore.*

87 *Preſcriptio fauorabilior eſt, quàm prohibitio alienationis.*

88 *Idem operatur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito.*

90 *Ius reuocandi bona feudalia alienata in extraneos ſpatio triginta annorum tollitur.*

93 *Allegatio malæ fidei præſumpta nón admittitur vltra triginta annos.*

94 *Bona fides præſumitur ex poſſeſſione longi temporis.*

95 *Titulus & bona fides in præſcriptione immemoriali ſemper præſumitur, & allegari non debent.*

96 *Poſſeſſio antiqua præſumitur habere iuſtitiam permanentem.*

97 *Poſſeſſio antiqua habet effectum publici inſtrumenti, priuilegij, & conſtitutionis, nu. 107.*

100 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti in his quę reſpiciunt iura ſanguinis.*

101 *Scientia præſumitur ex vicinitate loci.*

102 *Scientia ſuperioris ſecundum veriorem & communem ſententiam, non requiritur in preſcriptione immemoriali.*

103 *Marchiones Montisferrati ſemper fuerunt iuſtiſſimi domini, & quàm maxime iuſtitiæ amatores obſeruatores, & ideo graue eſſet eos nominare tyrannos.*

104 *Tyrannus dicitur qui ſine iure principatur.*

105 *Item qui iuſtitiam non ſeruat.*

106 *Et qui habet minus legitimum ingreſſum dignitatis vel officij.*

108 *Bona fides preſumitur in eo, qui ſuccedit in ius alterius.*

109 *Inſtrumenta dicuntur probationes probatæ, & pro quibus preſumitur.*

*Vicarij*

110 *Vicarij Imperatorum non poſſunt dici tyranni, cum repræſentent Imperium.*
111 *Tiranni dicuntur reſpectu ſubditorum, quibus infertur impreſſio.*
112 *Tirannicus actus ſpecialiter conſiſtit in affligendo ſubditos.*
116 *Conſuetudo, & priuilegium à pari procedunt, quia non differunt penes cauſam efficientem, & eius poteſtatem, licet penes modum, & formam.*
117 *Fœminæ ex conſuetudine poſſunt ſuccedere in feudis, & per priuilegium principis, & nu. 112.*
118 *Princeps poteſt legitimare naturales ad feudum in præiudicium agnatorum.*
119 *Spurios lex odio habet.*
120 *Imperator quando de directo non aufert ius alicui competens, ſed potius procedit remouendo obſtaculum ab eo, cui tale ius competere poteſt, faciendo de incapace capacem, ualet ipſius diſpoſitio, etiã ſine cauſa.*
121 *Priuilegium quando alicui conceditur, per quod reducitur quis ad illud ius, quod ante ſibi competebat, etiam ſi hoc fiat in alterius præiudicium, non poteſt ille qui ſentit damnum ex tali priuilegio conquerit, ex eo quòd lędatur.*
123 *Declaratio ad text. in cap. 1. de alie. feu. pater. & in cap. 1. de ſuc. feu. & in cap. 1 quem ad feu. ad fil. pert. & nume. 125. 126. 131. 134. & 135.*
124 *Supremus Princeps omni lege derogare poteſt, cum habeat plenitudinem poteſtatis.*
127 *Princeps quando ſcribit de plenitudine poteſtate nihil poteſt opponi quod annullet gratiam, & non poteſt dici, cur ita facis.*
128 *Factum ex certa ſcientia principis, non debet in dubium reuocari.*
129 *Clauſula ex certa ſcientia appoſita in conceſſione, operatur quòd princeps præiudicare uoluit illi, cui erat ius quæſitum.*
130 *Princeps ex certa ſcientia poteſt ſupra ius, contra ius, & extra ius. Item poteſt omnia, & ſuper omnia, & mutare quadrata rotundis.*
132 *Ius hæreditarium facile Princeps poteſt tollere, cum ante quam hæreditas ab eis ſit adita, & nu. 140.*
133 *Princeps poteſt legitimare ſpurium in præiudicium uenientem ab inteſtato, antequam hæreditas ab eis ſit adita, & nu. 140.*
138 *Alterare modum in feudo, non eſt diſueſtire, & priuare vaſallos, ſed ponere eos ſub quadam regula iuſtitiæ, & æquitatis, & iſtud poſſe ineſt à natiuitate cuiuſcunque feudi.*
141 *Princeps ius quæſitum in ſpe ex contractu tollere poteſt.*
142 *Filius naturalis legitimatus ad feuda, in eis admittitur excluſis agnatis.*
144 *Imperator poteſt auferre ſine cauſa rem acquiſitam ex præſcriptione, uel uſucapione, quia talis modus acquirendi fuit inductus ab eo.*
145 *Princeps dominium acquiſitum ex feudo poteſt auferre, cum modus acquirendi fuit ab eo inductus.*
149 *Citatio non requiritur in priuilegio habilitationis.*
150 *Princeps ſolus ſicut poteſt legem condere, ſic etiam eſt in ius poteſtate concedere priuilegia, nemine citato.*
151 *Declaratio ad l. primam. §. permittitur. ff. de aqua quotidi. & æſtiua.*
152 *Agnati, uel conſortes, qui habent ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, poteſtatem reuocandi alienata per alios agnatos, & conſortes, perdunt illud ius, niſi illud infra annum à die ſcientiæ conſequantur.*

## CONSILIVM III.

DEVENIO modò ad quæſtionem, quæ vertitur illuſtriſ. Franciſcum modernum Marchionem Salutiarum ex parte vna, & illuſtr. Ducissam Mantuæ ex altera, ſuper ſtatu Mõtisferrati, ſuper qua multa tangi, & examinari poſſent, tamen omiſſa verborum pompa, breuiter attingam ea, quæ neceſſaria videbuntur, & ea in quibus ſubſtantia, & pondus præſentis quæſtionis conſiſtunt.

Et primò ex aliquibus fundamẽtis demonſtrabo omne ius, & omnem iuſtitiã militare videri in fauorem illuſtriſ. Marchionis Salutiarum, & ipſi competere ſtatum Montisferrati. Demum illis reſpondebitur, ex quibus apparebit optimum ius fouere illuſtr. Ducissam Mantuæ in dictis ſtatu, & Marchia Montisferrati.

1 Primò igitur in fauorem dicti Marchionis adduco, † ꝙ in feudo antiquo, deficientibus maſculis filijs, ſuccedunt tranuerſales deſcendentes ex deſcendentibus à primo acquirente, vt eſt tex. in c. j. de grad. ſuc. in feu. & in c. 1. §. ſi capitanei, de feu. march. vbi in antiquo feudo ſuccedunt deſcendentes, & ſi poſteà aliquis ex deſcendentibus moriatur ſine hęrede, tunc ſuccedunt eius tranſuerſales, dummodò deſcendant à primo acquirente. Et licet ille textus loquatur in feudis regalibus, in quibus cadit ſucceſſio, & non in regalibus, in quibus non cadit, tamen idem dicas in feudis regalibus propter conſuetudinem feudalem contrariam, vt per Doc. in c. j. §. & quia. qui feu. dar. poſſ. & in
2 c. 1. §. fi. de alie. feu. † vbi in feudis regalibus, & habentibus annexam dignitatẽ cadit ſucceſſio. Pro hac opinione ẽt facit gloſ. in l. quod dicitur, in ver. creuiſſe. ff. de impen. in reb. dota. fac. vbi dicit gl. notandum eſt hic arg. ad feudũ. Nam ſi habeo feudũ, ꝙ ſit auitum. tranſit ad fratres meos, me mortuo ſine filio, Si verò mihi conceſsũ, redit ad dominũ. Ad idẽ facit text. in c. j. de nat. ſuc. feu. & tex. in c. 1. ſi vaſallus feudo priuetur. Vbi ad hoc, vt agnatus admittatur ad acquiſitionẽ feudi antiqui, eſt neceſſe, ꝙ deſcendat ab eo ſtipite, ex quo deſcendebat vaſallus, qui de nouo à dicto feudo excluſus fuit. Sed feudũ Marchionatus Montiſferrati eſt feudũ antiquũ, quia conſtant de primo acquirẽ-
3 te Aledramo † prout & in dubio præſumitur, vt per Doct. in c. j. §. fi. de grad. ſuc in feu. & per Alex. in conſ. 15. vol. 5. col. 2. & Dec. in conſ. ſuo 390. in princ. Sed illuſtr. Marchio Franciſcus modernus Salutiarũ eſt de agnatis tranſuerſalibus, & deſcendentibus ab Aledramo primo ſtipite, cui fuit facta conceſſio feudalis ab Otthone Imperatore, ergo ipſi, vt agnato proximiori competere debet ſtatus, & Marchia Montisferrati. Quòd autem ſit de agnatis tranſuerſalibus ex deſcendentibus ab Aledramo, probatũ fuit
4 per famam, † quæ cum ſimus in factis antiquis ducentum annorum & plus, facit plenam probationem, ut per gloſſ. in l atqui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt. & ibi Ang. & per glo. in ſi. arbiter. ff. de prob. no. & Soc. in conſi.
5 ſuo 266. col. 12. & in conſi. ſuo 205. † vbi dicit, ꝙ facta antiqua probantur per famam; quia huiuſmodi factorum antiquorum vera, directa, & concludens probatio haberi non poteſt propter difficultatẽ. Item tenet Dec. in conſi. ſuo 42. volum. 1. col. 8. & in c. 1. de appel. pro cuius confirmatione faciunt notata per Bald. in auth. ſi quis actiones,
6 C. de ſacroſan. eccl. in ver. 4. & vlt. col. fin. † vbi dicit, quod ad probandum ius patronatus vetuſtiſſimum, ſufficit probatio per famam, cum per teſtes directò non poſſit probari de progenitoribus ducentorum annorum, cum per tantum tempus nemo viuat. Faciunt etiam no. per Bald. in l. cùm ſuper, C. de rei vend. vbi dicit Bald. iſta lex facit optimè ad quæſtionẽ nobilium, qui prætendunt antiquiſſimum ius patronatus, & non poſſunt vllo modo probare quomodo deſcenderint per matrimonia ſucceſſiua, & legitimam conſequentiam, quòd ſufficiat probatio per iudicia, & famam, quem refert, & ſequitur Barb. in conſi. 6. & in conſi. 17. nu. 25. col. vol. 2. ergo &c.

Non obſtat ſi diceretur ipſum Marchionem Saluciarum
7 ſuccedere non poſſe, quia † agnati tranſuerſales in feudis non ſuccedunt vltra ſeptimum gradum, vt per Bal. in cap. 1. §. ſi capitanei. de feud. March. & in authen. defuncto. ad Tertulian. & Cald. in conſ. 9. in tit. de feud. & And. de Iſern. in cap. primo. §. & quia; qui feud. dare poſ. Vbi ex tex. in ca. primo. §. ſatis bene. de prohib. feud alien. per
8 Loth. & ꝙ ipſe iſtud. Marchio diſtat ab Aledramo per trigeſimum gradum, ergo &c. † Quia reſponderi poteſt, ꝙ contrarium tenet glo. in c. primo de ſuc. feud. & glo. in d. c. ſi capitanei & Aret. conſi. penul. & Bal. in conſi. 330. volu. 3. & Angel. in conſi. 116. incip. Sanctiſſima. vbi concludit, quod etiam ſi per mile manus feudum tranſiuiſſet, nõ ſuccedit dominus in feudum, ſed etiam vltimus dicitur
9 ſucceſſor primi acquirentis. † Vel & ſecundo reſponderi poteſt, quod opinio contraria procedit, quando feudum primordialiter non fecit tranſitum de perſona acquirentis in eius deſcendentes, ſed in collaterales, vt puta, quia ſic actum fuit, ſecus quando feudum primordialiter fecit tranſitum de perſona primi acquirentis in eius deſcendentes, quia tunc collaterales ex deſcendentibus à primo acquirente ſuccedunt in infinitum. Ita volunt Scribentes in cap. primo, §. & quia. qui feu. da. poſſ. & in cap. primo. §. ſi capitanei. de feud. March. & D. Iac. de ſancto Georg. in inueſtitura ſua, in §. præſentes, in colum. 2. & Cur. Iun. in tract. feud. in 3. par. in verſic. ſucceſſiuè expedito, in 2. colum. & Dec. in conſi. 85. vol. 1. prout eſt in caſu noſtro, vbi feudum Marchionatus tranſitum fecit de Aledramo, in perſonam Bonifacij filij ſui, & poſt mortem Bonifacij defuncti ſine filijs, Gulielmum etiam filium
10 dicti Aledrami. † Vel & tertiò reſponderi poteſt, quòd dato, ſed non conceſſo, quod in feudo antiquo tranſuerſales

ſales

ſales non ſuccedant vltra ſeptimum gradum, illud ſpeciale eſſe in ſucceſſionibus Comitum, Baronum, & Marchionum, prout in caſu noſtro, vbi tractatur de feudo Marchionatus Montis ferrati: quia tunc collaterales etiã ſi diſtarent centeſimo gradu ſuccedere debent, per not. per Bald. in d.c.ſi capitanei, vbi formaliter ſcribit, ꝙ in ſucceſſionibus illuſtr. Comitum, & Baronum, mortuo vltimo Comite ſine hærede, ſuccedunt quicunque agenti, etiam ſi centeſimo diſtent gradu, & idem in Regno, ſeu in Regni ſucceſſione dicendum eſt: quia ſi tota domus Regia moreretur, & extaret vnus de ſanguine antiquo, puta de domo Barbonæ, & non eſſet alius proximior, eſto quòd eſſet in gradu milleſſimo, tamen iure ſanguinis, & perpetuæ conſuetudinis ſuccedet in Regno Francorum. Et iſta dicit valde notanda, quia quotidie eſt poſſibile accidere de facto in ſucceſſionibus Comitum, & cæterorum illuſt. dominorum, & Regnum, quem ſequuntur ibi alij, quam partem etiam tenent Dec. in dicto conſilio 85. colum. 2 in fin. & Curt. in dict. tract. feud. in 3. parte prædicta, verſ. ſucceſſiuè. in 2. col. ibi limitabitis tamen, & Iaſ. in conſi. 114. in 1. vol.

Non obſtat quoque ſi diceretur, ꝙ per conceſſionem factam Aledramo, & eius hæredibus, cum poteſtate alienandi, vendendi, &c. potuit Marchio Ioannes inſtituere ſororem Violantidem vxorem Andronici Imperatoris de domo Paleologa, & excludere alios de domo Saxoniæ,
11 per not. in c. primo de feu. non hab. propi. nat. feud. † Vbi quando facta eſt conceſſio feudalis cum facultate alienandi, quis poteſt de feudo teſtari, etiam in extraneos, & illud quomodocunque, & quocũque titulo alienare, & per not. in c. 1. §. fin. ſi de feudo fuerit controuerſia, & etiam ex
12 regula communi, q̃ habet, † ꝙ vbi permiſſa eſt alienatio, & etiam hæredis inſtitutio conceditur, vt eſt text. in l. ſi quis priore. in §. Cæterum. C. de ſecundis nup. & in l. vnũ ex familia. §. ſi duos. de leg. 2. & not. Barto. & alij in l. peto, §. fratre. circa princip. de leg. 2. quia reſpondeti poteſt,
13 † ꝙ licet per talia verba oppoſita in dicta conceſſione, videatur data poteſtas alienandi, tamen debet intelligi cum conſenſu domini, quia verba debent intelligi ſecundum naturam contractus, l. ſi vno. ff. locati. quæ natura feudalis eſt, quòd non poſſit alienatio ſine cõſenſu domini, per tex. in cap. Imperialem, de prohib. feu. alien. per Feder. Et idem tenet Specu. in titu. de locat. in verſi. 94. & ibi Ioan. And. in additio. vbi concludunt, quòd ſi inter dominum, & emphyteotam factum ſit pactum, quòd poſſit alienari cuicunque voluerit, quod nihilominus requiritur conſenſus domini, motus, quia cum de natura contractus emphyteotici ſit, quòd requiratur conſenſus domini, certè dominos non videtur dediſſe licentiam alienandi, niſi ſecundum formam legis, quæ eſt domino tamen requiſito, cum licentia ſimpliciter data, intelligatur data, ſecundum formam legis, arg. l. ſi quando. C. de inoff. teſta. quem refert, & ſequitur Alex. in conſi. 106. volu. 4. col. 2. ſed in dicta alienatione non interuenit conſenſus domini, ergo &c.

Vlterius dato, ſed non conceſſo, ꝙ feudum poſſet alienari irrequiſito domino propter illa verba appoſita in
14 conceſſione, † tamen non videtur, ꝙ per illam clauſulam non potuerit transferri in fœminam, & ſic in ſororem per not. per Dec. in conſi. ſuo 193. col. penult. vbi dicit, ꝙ licet in inueſtitura ſit appoſita clauſula, & cui dederis, per quam poſſit fieri alienatio irrequiſito domino, tamen non poterit dictum feudum transferri in fœminam, quia cùm illa verba ſint contra naturam propriam feudalem, ex quo ſatis operatur, & poſſit fieri alienatio irrequiſito domino, debent intelligi, ꝙ debeat fieri in maſculos,
15 & non in fœminas, & pro hac opinione mouetur. † Nam nos videmus, ꝙ quando in inueſtitura feudali appoſita sũt iſta verba, pro te, & hæredibus quibuſcunque, q̃ ſunt vniuerſalia, tamen non poteſt feudum tranſire in fœminas, vt per Bal. in c. j. §. donare, qualiter olim poterat feudum alienari, & in l. cum virum. C. de fideicomm. Ergo multo fortiùs hoc eſt dicendum in caſu, in quo adeſt ſimpliciter clauſula cũ poteſtate alienandi, & vendẽdi, vt reſtringatur ad maſculos. Et iſta opinio confirmatur ex no. per Bald. in
16 conſi. ſuo 207. in 2. vol. † vbi dicit, quòd licet vigore clauſulæ appoſitę in inueſtitura, & quibus relinquere vellet, vaſallus poſſit teſtari in quamcunque perſonam, tamen debent intelligi in quamcunque perſonam idoneam, ſicut dicimus, habeat vnuſquiſque, ſcilicet habilis per l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. Ita quòd non poterit transferri in ſpuriũ, quia per dicta verba non includuntur perſonæ prohibitæ, id eſt, vel moribus, vel natura incapaces, arg. l. cum
17 prætor. §. pen. & in fina. ff. de iudic. † ſed mulier eſt perſona prohibita moribus, in c. j. §. hoc autem notandum, qui feu. dar. poſſ. ergo &c.

Non obſtat pariter ſi diceretur Marchiones Montis ferrati de domo Paleologa præſcripſiſſe dominium Montis ferrati, & eos potuiſſe præſcribere, per text. in cap. ſi quis per triginta. ſi de feud. fuerit contro. inter domin. & agna. & in cap. fina. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ,
18 † vbi feudum præſcribitur ſpatio annorum triginta: quia ad hoc poteſt reſponderi pluribus modis, quòd imò præſcripto non habeat locum in feudis, eo quòd ipſi non potuerũt pręſcribere, per tex. in c. 1. §. præterea, de cap. Cor ra. vbi nulla obſtante præſcriptione dominus poteſt reuocare feudum alienatum per vaſallum. Et idem vult tex. in c. j. de prohib. feu. alie. per Feder. & iſtam partem tenet And. de Iſern. in dicto §. præterea, & Soci. in conſi. ſuo 86. in 3. col. ver. 3. & vlt. in 1. vol. quæ opinio confirmatur ex no. per Bar. in l. vbi lex. ff. de vſucap. & in l. j. C. de vſucap. per empt. in l. 2. §. ſi a pupillo, pro empt. in l. alienationis verbum, de verb. ſignifi. vbi in dictis locis concludit Bart.
19 † quod vbi prohibita eſt alienatio, ibi ẽt eſt prohibita præſcriptio, ſed res feudalis eſt prohibita alienari, vt per text. in c. j. de ꝓhib. feu. alie. per Lotha. in c. j. de prohi. feu. alie. per Feder. Ergo & præſcribi per iura ſupra allegata, & per iſtam rationem, ita concludit Iacob. Ard. in ſum. in titul. quib. mod. feu. acqui. ſub rub. fin.

20 Secundò reſponderi poteſt, † ꝙ in præſcriptione requiritur bona fides, & titulus ſimul, vel ſaltem bona fides, ut per tex. in ca. vigilanti, & in c. ſi diligenti, & in reg. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. not. Barto. in l. Celſus, ff. de vſucap. quæ caruit in caſu noſtro, quia Marchiones Montisferrati poſſederunt cum mala fide, cum ſcirent illud dominium eſſe illorum de domo Saxoniæ, & non illorum de domo Paleologa. Ergo illa præſcriptio non potuit illis prodeſſe.

Tertiò etiam dato, quod fuerit præſcriptum dominium Montisferrati per Marchiones de domo Paleologorum,
21 † tamen aduerſus dictam præſcriptionem competit reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, quia Marchiones Saluciarum defuncti, & etiam ipſe modernus habuerunt probabilem ignorantiam contentorum in conceſſione Otthonis factæ Aledramo, & ſic ignorarunt ius eis poſſe competere ex dicta conceſſione in bonis ſtatus Montiſferrati, de quibus eſt quæſtio, prout de iure ignoraſſe præſumuntur, per ea, quæ habentur in l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. & ideo poſſe ipſe Marchio modernus incidenter petere reſtitutionem in integrum, vt per Bartol. in l. j. § ſi quis autem propter. de itin. actuque priu gloſſ. in l. ſi partem, ff. quemadmodum ſer. amit. potuit Alex. in l. 3. §. Item, & Labeo, de acquirend. poſſeſ. & in l. cum filius, §. in hac. de verborum obligat. & per Alex. in conſ. 71. volu. 1. in conſ. 69. uol. 3. & in conſi. 2. in vltima col. vol. 5. & Soc. in conſ. 166. col. fin. vol. 1. & iſtam partem tenet Alexan. in conſ. 116. volum. 5.

Nec obſtat ſi diceretur, quòd dato quòd ſit verum ex capite ignorantię competere reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem, illud eſt verum ſi eſſet deducta infrà quadriennium à tempore læſionis, per not. in c. 1. de in integrum reſtit. & in l. fin. C. de tempo. in integrum reſtitu. quia reſponderi poteſt illud tempus eſſe vtile in ſuo initio. Et ideo ſi quis ſtaret per centum annos, & vltra, ꝙ non poteret reſtitutionem in integr. habens probabilem ignorantiam ſuę læſionis, non excluderetur à dicto beneficio reſtitutionis in integr. per dictam l. fin. C. de temp. in integrum reſtit. vbi tale tempus in ſui initio eſt vtile, & ita determinat Bal. vbi dicit, hoc menti tenendum in l. fal ſam, C. ſi ex falſo inſtr. quam refert & ſequitur Alex. in dicto conſ. 116. & in conſi. 71. vol. 1. col. fina. & conſi. 150. vol. 7. col. 2. & tenet Soci. conſi. 194. vol. 1.

Quartò reſponderi poteſt, quòd dato, quòd feudum præſcribi potuerit, illud eſt verũ contra Marchiones Saluciarum defunctos, non autem contra ipſum. Iſtud probatur per not. Doctor. in c. 1. §. quid ergo. de inueſtit. de re alien.
22 fac. vbi Decto. determinant, † quòd ſi Titius poſſedit feudum paternum, deinde Caius poſſedit cum bona fide, & titulo hanc rem feudalem decem, vel viginti annis, vel ſine titulo triginta, vel quadraginta annis, quod hæc præſcripto nocet vaſallis, ſed non filijs, vel agnatis eius, quia non poterant agere cùm Titius vaſallus eſſet præcedens in gradu, & non valenti agere non currit præſcriptio, l. 1. in fin.

in fin.C.de anna. exceptio. Comprobatur & iſta opinio
ex no.per Aluar.& Præpo.in c.j.§.hoc quoque.de ſucceſ.
feu.vbi quærunt,an contra agnatum agentē vtili rei ven-
dicatione ratione partis feudi antiqui,ſeu paterni aliena-
ti,poſſit opponi de præſcript.poſſidentium:& reſpondent,
quod non,per l.alienationis,& per no.in d.l.vbi lex. ff. de
vſucap.Hanc etiam partem tenet Dec.in conſ.445.col.7.
23 Nec obſtat tex.in c.ſi quis per triginta,†quia illa tex.ſe
cundum And.de Iſern.in d.§.quid ergo.loquitur in feudo
nouo, vel ſecundum Præpoſitum vbi loquitur, quod ad
acquirendum feudum de nouo, vel ibi feudum non venie
bat ex prouidentia principali agnati,prout in caſu,de quo
agitur:ergo &c.
Item etiam non obſtat præſcriptio allegata,quia ſi Mar
chiones Montisferrati,ſine iure principabantur, tyranni
erant,ergo non potuerunt præſcribere dominium Montis
ferrati,vt per Bal.in auth.decernimus,C.de ſacroſ.eccle.
24 in 1.col.vbi dicit,†quòd dominium tyrannicum præſcri-
bi non poteſt. Nam qui habet minus ingreſſum legitimū
dignitatis, vel officij, nunquam præſcribit.l.ſi quis decu-
25 rio.C.de decurio.libro 10.†ſicut etiam videmus de intru
ſis qui nunquam præſcribunt beneficium, vt 12.q.2. cap.
alienationes.
Et ex præmiſſis infertur in fauorem Illuſtr. Marchionis
Saluciarum quod per inuictiſſimum Carolum modernū
fieri non potuit priuilegium habilitationis illuſtriſſimæ,&
excel.Ducíſſæ Mantuæ de ſuccedendo in ſtatu Montisfer-
rati: quia tendit in eius præiudicium, cùm ſit ex agnatis
Aledrami de domo Saxoniæ per tex.in c.1.de alie.feud.&
in c.1.de ſucceſ. feud. vbi ſunt iura expreſſa,& ibi notant
26 omnes,†quod dominus non poteſt facere gratiam fœmi
næ in præiudicium agnatorum. Hanc etiam partem tenet
Scrib.in c.1.quemadmo.feu.ad fil.part.
27 Item † Imperator non poteſt infringere iura vaſallorū,
nec eos priuare,niſi coniuncta culpa,vt eſt tex.in cap.1.de
28 natura feudi,vbi dicit tex.hanc eſſe naturam feudi,†q̀ ſi
dominus inueſtierit vaſallum, quod non poteſt eum diue
29 ſtire ſine culpa, & etiam dicit ibi Bald.vnum,†quòd etiā
de plenitudine poteſtatis Princeps facere hoc non poteſt,
imò nec cum tota maieſtate ſua ſecundum glo. in cap.pri
mo,§.notandum.qui feu.da. poſ.quæ opinio confirmatur
ex not.per Pau.de Caſt.in conſi.158.incip.Viſis,columna
fina.vbi concludit,quod Papa non poteſt ſine cauſa aufer
30 re feudum vaſallo ſuo,†quia ſicut Princeps non poteſt au
ferre directum dominium alicui ſine cauſa,vt in l.fin.C. ſi
contra ius,vel vtil.publ.Ita nec vtile,vt per Bar.in l.2. C.
de fundo patr. lib. 11.ſed in feudo vaſallus acquirit vtile
dominium,vt per glo.in c.2.§ præterea, de c Corra. ergo
&c.Faciunt notata per Bar.in extrauag.Quoniam nuper,
31 in verbo rebella.†vbi dicit,quòd licet natura vtilis domi-
nij ſit orta de iure ciuili,tamen eius effectus eſt de iure gen
tium,quod per principem tolli non poteſt, per tex.in §.in
ſtituta,de vſu & habitatione.
32 Item†feudum eſt contractus nominatus, vt per Bart. in
l.iuriſgentium.§.quinimò,in 6 col.de pact. & per Ang. in
33 l.legitima,eod.titu.†ſed in contractibus nominatis nō ha
bet locum pœnitentia, nec reuocatio.l.ſicut. C. de act.&
34 oblig.† & contractus cum ſint iuriſgentium,non ſunt in
poteſtate Imperatoris quia licet ſubiecerit ei Deus leges,
non tamen ei ſubiecit contractus,vt no in c.j.de prob.Pro
qua opinione faciunt not.per Bal.in conſ.327.incip.Pridie
35 enim conſului.†vbi dicit,quod Papa non ſolum non po-
teſt reuocare feudum,imò nec grauare, nec aliquod onus
aduetitium apponere:quia perfecta donatio,nec tolli, nec
mutari poteſt,neque aliquid ei adicij, vt in l.perfecta, C.
36 de donatione quæ ſub modo. † quia Principum diſpoſi-
tiones debent eſſe ab omni malitia,& diminutione remo
tæ,vt in auth conſt.de dig.§.illud.
37 Nec obſtat† ſi diceretur, quòd contractus Imperatoris,
licet liget contrahentem,non tamen ligant in ejus ſucceſ-
ſorem,per not.in l.digna vox,C.de legi.& in cap.1.de pro
ba.quia reſpondetur iſtud non procedere in his,quę ſunt
de natura ſuæ dignitatis,prout eſt infeudare, vt per Bald.
in l.1.ff.de conſtit.princ. quem referunt, & ſequuntur D.
Iac.de ſan.Georg.in inueſtitura ſua,i ver.ſed an princeps.
in prin.& Cur.iun.in conſi.1.nu.19
Vltimò facit, quia in dicta habilitatione non fuerit vo-
catus,nec citatus Illuſt.Marchio Salutiarum, quo caſu va
lere non videtur,cum in actu iudiciali hi, quorū intereſt,
ſunt citandi,l.de vnoquoque cum ibi not. per Scribentes.
38 ff.de re iud.Not.& Bar.in l.2.C.de tempo.appel. † vbi di-
cit,quod vbi pars multum læditur,eſt neceſſaria eius cita-
39 tio, † quod etiam procedere videtur in actu principis, vt
per Doct.in l.fi.C.de legi.& in Clem.paſtoralis,de re iud.
Vnde ex ſupra dictis concludendum videtur,quod per di-
ctam gratiam factam Illuſt.Duciſſæ Mantuæ de feudo ſta-
tus Montisferrati,non potuit inuictiſs. Cæſar præiudicare
prædicto illuſt. Marchioni Saluciarum agnato,imò plus,q̀
quando fuiſſet extinctum dictum feudum, quod ſummus
Imperator debebat ei vti agnato renouare, per not. in l.j.
§.permittitur,de aq.quot.& æſti.& in l.1.ff.de priuil.cred.
& per Alex.in conſ.ſuo 80.nu.19 vol.1. vbi dicunt, quod
40 †vbi finita eſt emphytheoſis,& compareat agnati,& ex
tranei,quod præferuntur agnati,& ſi eis non concedatur,
dicitur eis inferri iniuria, adeo quod poterunt appellare.
His tamen non obſtantibus,quæ verè non obſtant, con
trariam partem veriorem eſſe exiſtimo,& quia ſola diffi-
cultas remanet in reſpondendo adductis,& obiectis per il
luſt.Franciſcum modernum Marchionem Saluciarum ad
reſponſionem eorum condeſcendendo, dico non obſtare
fundamentum primo loco adductum,quod ſit ex tranſuer
41 ſalibus,ex deſcendentibus ab Aledramo,† quia ipſe illu-
ſtriſſ.Marchio Saluciarum agit,vt agnatus ex linea maſcu
lina Aledrami,& legitima, ergo illud probare tenetur, cū
eſſet fundamentum intentionis ſuæ propter regulam,quę
42 habet†quod qualitas quæ eſt cauſa, quod quis audiatur,
vel admittatur,debet probari per legem, Ait prætor.in §.
docere.vi bo.rapt.l.actor quod aſſeuerat.C.de proba. l. ei
qui.ff.de proba.& iſta opinio probatur ex not.per Angel.
& Paul.de Caſtr.in l.liberorum.ff.de his qui not.infra.vbi
43 no.†quod ſi filius agit ad hæreditatem patris,vt filius,tene
tur probare,ſe filium,& per Paul.de Caſt.in conſi. 69. in-
44 cipien.Super eo,†vbi dicit,quod ille qui agit,vt agnatus,
de quo ſtatutum loquitur, tenetur probare eſſe agnatum.
Faciunt etiam ſcripta per Antonium de Butr. in ca.perue
45 nit,in 2.col.in ver.aut filius agit,qui fil.ſint legit.† vbi di-
cit,quod quando filius agit petens hæreditatē patris,tunc
ipſe probare tenetur ſe legitimum, quam partem ample-
ctitur etiam Soci.in conſi.39.in 1.vol.in princ. vbi conclu-
46 dit†quod quando legitimitas eſt fundamentum intentio-
nis alicuius,qui fundat ſe in tali legitimitate,tenetur eam
probare,per no.in c.lator.& in c.cauſam,qui fil.ſint legit.
Hoc idem affirmat Dec.in conſi.ſuo 471.in 1.colū. vbi de
terminat,quod ille qui agit,vt agnatus,tenetur probare ſe
47 agnatum,& legitimum,† cum ius agnationis tantum reſi
deat in legitime natis,& non competat illegitimè natis,vt
per Bar.in l.tutelas.ff.de capi.dimi.& in l.pronunciatio.in
§.familiæ,de verb.ſig.Sed in caſu præſenti Marchio Salu-
ciarum non probauit ſe agnatum legitimum, & ex linea
maſculina, prout probare tenebatur cum eſſet fundamen
tum intentionis ipſius.
Non obſtat, quod ſit probatum per famam,quæ cum ſi-
mus in antiquis,ſufficit ad plenam probationem,quia re-
48 ſpondetur,†quod licet fama in antiquis faciat plenam pro
bationem,illud eſt verum quando fama eſt vniformis,nec
de ea eſſet contradictio apud peritos.Ita Bal.in l.conuenti
culam.C.de epiſcopis,& cler.in verſi.ex his etiam infero.
quem refert,& ſequitur Afflict.in deciſione ſua Neapolit.
83.in princ.& Barba.in conſi.60.in 2.vol. & in conſi.17.co
lum.25.eodem vol 2.& Corn.in conſi.ſuo 304.col 4.in fin.
vol.3.Faciunt not. per Bal.in conſi.275.incip.Ad euiden-
tiam,in 2.colum.uolum.1. relato per Marſil. in l. de mino-
re.in §.plurimum.col.9.in fi.de quæſtio.vbi fama debet eſ
49 ſe†ſolida,inconcuſſa,creſcens,non vaga,non leuis, & nō
contraria. Sed de hoc eſt contradictio apud Hiſtoriogra-
phos, qui dicunt per mortem Ioan. de domo Saxoniæ ex-
tinctam fuiſſe illam familiam,ergo dicendum eſt,quod di-
cta fama,cum non ſit vniformis,non faciat plenam proba-
50 tionem. † Item ad hoc,vt fama eſſet probata requireba-
tur,quod habuiſſet originem ex probabilibus cauſis, quæ
inducunt populum ad ſic credendum, & dicendum, alias
non eſſet fama,ſed magis vana vox populi,quæ non debet
exaudiri,l.decurionum ff.de pen.no.Bart. & poſt eum alij
in l.de minore.§.plurimum,in fi.ff.de quęſt. quem refert,
& ſequitur Bal.in l.proprietatis,C.de proba. Abb.in cap.
veniens,el j.de teſt.& Dec.in conſi.37. volum. primo, in
ver.3.principaliter,colum.3.& Alex.in conſil. 150. colum
fin.in fi.& in conſi.101.in 2.colum.& in conſi. 173. volu.6.
51 † Item requirebatur, quod teſtes depoſuiſſent etiam non
interrogati de cauſa, & de perſonis fide dignis, à quibus
fama originem traxit,vt per Innoc.& alios in c.cum opor
teat,extra de accuſ.quem refert,& ſequitur Alex in add.
ad

52 ad Bar.in d.§.plurimum.vbi dicit rationem eſſe,† quia te
ſtis debet rationem reddere etiam non interrogatus, vbi
deponit circa ea quæ ſunt perceptibilia intellectu tãtum,
vt per Bar.& Bald.in l.ſolam. C.de teſt. Sed quod aliquis
ſit vir grauis & fide dignus, percipit intellectu, ergo &c.
quem ſequitur etiam Dec.in d.conſi.137.col.5. in fin. & in
princ.ſequitur etiam Alex.in conſi.ſuo 57.col.3.volu.7.&
in conſi.24.col.1.in fi.cum princ.ſeq. eodem vol.7.faciunt
53 not.per Cur.Sen.in conſ.82.col.pen.† vbi dicit, quod te-
ſtis licet alias non debeat eſſe verboſus,& vltro rationem
aſſignare non teneatur, l.ſolam. C.de teſti. tamen in his,
quæ ſunt iuris,quæ directo non cadunt in ſenſum teſtis,vt
probatione famæ publicæ,tenetur vltro non interrogatus
reddere rationem ſui dicti ſufficientem.
54 Item etiam † requiritur, quòd audiuerint à maiori par-
te hominum ipſius loci, vbi oportet famam vigere,vt per
Bartol.in l.3.§.eiuſdem,ff.de teſtibus,& in l.de minore.in
plurimum.in ver.quæro quid ſi teſtis,& Alexan.in conſi.
124.colum.1.in fin.vol.7.& in conſi.17.volu.6.& per Cur.
in d.conſil.82.
55 †Item † etiam in caſibus, in quibus fama plenam facit
probationem,debet probari per teſtes optimæ opinionis,
vt per Ang.in l.2.§.diem,col.fi.ff.quemad.teſta.aper. quia
56 talis fama eſt regularis,† & in caſibus,in quibus requirũ-
tur teſtes opinionis bonæ,illa qualitas debet articulari, &
ꝓbari,vt per Bar.in l.1.§.ſi quis neget.quemad.teſt. aper.
not.& Dec.in conſi.prædicto 37.antepen.col. alias non ve
rificatur lex ſecundum eum.not. etiam & Felin.in c. cum
57 Ioannes,colum.16.extra de fide inſtrum. † Confirmatur
iſta opinio ex no.per Arch.in c.conſanguineos,35.q.6.vbi
dicit,quod ad hoc,vt fama ſuppleat defectũ alterius pro-
bationis,eſt probanda per teſtes diſcretos,& bonæ famæ,
& non per mulierculas, & viles homines: quia tunc non
ſuppleret defectum alterius probationis, quem referunt,
& ſequuntur Bald.in cap.dudum,el 2.extra de elec.col.7.
& Marſil.in dicto §.plurimum,colum.19.& in repe. l.fina.
C.de probat.char.55.Sed omnes teſtes examinati non pro
bant requiſita famæ:ergo &c.
58 Vlterius etiam facit,†quia in caſibus, in quibus etiam
fama facit plenam probationem, admittitur probat. con-
traria,vt per Bal.in l.diuus.ff.de mil. teſta. vbi dicit, quod
Florentiæ eſt ſtatutum, quod contra magnatem ſufficiat
fama,tamen ſi de fama contraria probetur,de prima non
liquet, & ideo tunc non ſufficit. quem refert & ſequitur
Dec.in d.conſi. 37. ver.Quinto ſtatutum declaratur, quæ
opinio confirmatur ex not.per Innoc.in c.ſolicitè,de reſt.
ſpol vbi fama nunquam operatur,vel tantum poteſt,quod
excludat probationem in contrarium,quem refert, & ſe-
59 quitur Marſ.in §.plurimum, col.fina. in ver. ſed ad vnum
aduerte,vbi dicit aduertendum eſſe,†quod licet fama ha
beat plures effectus,tamen nunquam ipſa fama operatur,
quod excludat probationem in contrarium:ſed per cõtra-
riam famam eſt probatum lineam Aledrami extinctá fuiſ-
ſe per mortem Ioannis, ergo dato quod fuiſſet facta alia
probatio per famam,quod ipſe eſſet de Agnatione Aledra
mi,tamen non ſufficit per ſupra allegata.
Non obſtat etiam, quod per cõceſſionem Otthonis Im
peratoris in Aledramum,& eius hæredes, cum facultate
alienandi,& vendendi,non potuerit Ioannes Marchio in-
60 ueſtire Violantidem ſororem ipſius Marchionis Ioannis
ſine conſenſu domini per iura ſupra allegata, †quia reſpõ
detur in contrarium eſſe communem opinionem, vt not.
per Scriben.in cap.1.de feud non hab.prop.natu.feud. &
in c.ſi feudum,ſi de feud.fuer.contro.inter dom.& agnat.
vbi ſi feudum eſt conceſſum alicui,vt ipſe,& eius hęredes,
& cui dederint, habeant ille qui ſic accepit,poterit id vẽ-
dere,donare,vel aliter, ſi placuerit etiam ſine domini vo-
luntate alienare Et ibi notant omnes Scrib.dicẽtes, quod
de illo feudo vaſallus poterit teſtari, & facere quomodo-
cunque voluerit.Et iſtam partem tenet Alber.de Roſa. &
alij in l.fi.C.de iure emphy.qui reſpondent ad rõnem Spe
cul.& Ioannis And.Idem tenet Roma.in conſi.ſuo 49. vbi
ſi per epiſcopum conceſſa eſt poteſtas hominibus caſtria-
riæ alienandi bona feudalia habitatoribus dicti Caſtr. ta-
lis alienatio facta demum ſine licentia domini, valebit.
Quod etiam confirmatur ex no.per Iaco.de S. Georgio in
inueſtitura ſua,in verſi. Ita etiam, vbi ſi dominus in inue-
ſtitura dat licentiam alienandi, vel apponit illa verba, &
quibus concedere,vel alienare volueris, hoc caſu alienare
poterit vaſallus ſine conſenſu domini.Hanc etiam partem
ſequitur Cur.in tract.feud.quarta parte,in charta 94.col.
3.& in conſi.4.in 2.col.& Dec.in conſi.ſuo 164.colu pen.
vbi dicit,quod quando in conceſſione feudali adeſt clauſu-
la,& quibus dederis,quod communis opinio eſt,quod per
talia verba videtur data licentia alienandi ſine conſenſu
domini.Vltimo etiam iſtud tenet Curt.ſen.in conſ.ſuo 63.
& Bal.in conſi.207.vol.2.& Soc.in conſi.257 col.8.in prin.
& Dec.in conſi.680.in princ. & Iaſ.in l.ſi eum ſeruum,in
fi.ff.ſi cer.pet.& tanto magis debet hoc procedere in caſu
noſtro,vbi vltra verba vendendi,& alienandi,concurrunt
illa verba,videlicet & quidquid voluerit faciendi,non ob-
ſtante quorumcunque hominum contradictione.Vnde ex
præmiſſis concludendum eſt,alienationem factam per Illu
ſtriſſ.quondam Ioannem in inſtituendo Violantidem eius
ſororem valuiſſe,& per eam fuiſſe excluſum Marchionem
Salutiarum, dato etiam quod eſſet de deſcendentibus ex
Aledramo,per no.in d.c.1.de feu. non hab.prop.nat.feud.
61 †vbi concludunt quod illa verba,& quibus dederis,vltra
quod important alienationem poſſe fieri.irrequiſito domi
no,operatur etiam quod ille,in quem erit facta talis aliena
tio,retinebit illam rem liberam, & expeditam, & tanquã
allodialem,non autem iure feudi. Quod dictum mirabile,
& perpetuo menti tenendum,dicit Curt.iun.in tract.feu.
in 4.par.in 2.reg principaliter in verſi. Quintò quæro. in
fin.quia non ſolet in practica aduerti. Imò fortius dico, ꝙ
etiam ſi non fuiſſet inueſtitura hæres Violantides ab eius
62 fratre,quia mortuus eſſet in teſtamento, † quod ab inte-
ſtato potuiſſet in dictis bonis feudalibus ſuccedere, vigo-
re dictæ clauſulæ,& cum poteſtate alienandi, per not. per
Cur.iun.in conſi.ſuo 4.vbi latiſſimè hoc demonſtrat.
65 Non obſtat† not.per Dec.in conſi.193. vbi licet præmiſ-
ſa ſit alienatio ratione clauſulæ, & cui dederis, irrequiſito
domino, tamen non eſt permiſſa in fœminam per iura
per eum allegata,quia reſpondetur prædictam eius opinio
nem veritate carere,quòd demonſtratur.
64 † Nam a pari procedunt, quod feudum ſit conceſſum
pro te,& hæredibus quibuſcunque,an pro te, & hæredib.
tuis,& quibus dederint,vt per Bal. in d.l.j.q.35. de rerum
diuiſ. dum allegat text. in cap. j. de feud. non hab. prop.
natu feu.quem ad hoc propoſitum refert & ſequitur Cur.
65 iun conſi.4.col.4.ſed † quando eſt feudum conceſſum pro
te, & hæredibus quibuſcunque, feudum tranſit ad extra-
neos,vt per Bald.ibi,& in c.Imperialem. de prohib.feud.
66 alie. † vbi ſi feudum eſt conceſſum pro te & hęredib. qui-
buſcunque includuntur non ſolùm tria genera hæredum,
de quibus Inſtitu.de hære.qual.& diff.ſed etiam, & lega-
tarius, qui in re legata dicitur quodammodo hæres, l.ad
tempus,§ primo,de vſucap.idem not.Alexan.conſi.7.vol.
7.& Cur.iun.in conſi.4 & in tracta.feud.in 4.parte, in vlt.
col.vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, quã
ſequuntur Iaſ.in l.quædam,in §.nihil intereſt. de edendo,
& Barb.in repet.l.cum acutiſſimi,C.de fideicommiſ.Item
67 †etiam tranſit ad fœminas,& ad deſcendentes ex fœmi-
nis,vt per Iaſ.in conſi.9.& Socin.in conſi.10.poſito,in vo-
lum.conſiliorum Bruni,& Cur.iun.in conſi.4. & Iaſon in
conſi.155.vol.2.ergo idem dicendum eſt quando in conceſ
ſione eſt appoſita clauſula, cum facultate alienandi, quod
debeat tranſire in fœminam, per regulam quæ hẽt, quod
68 †diſpoſitum in vno ex æquiparatis, cenſetur etiam diſpo
ſitum in alio,vt per gl.in c.ſi poſtquam,in §.fi.in ver.pro-
uiſionem,de elect.in 6. & tanto fortius hoc dicendum eſt
in caſu noſtro,vbi licet. Violantides ſoror illuſtriſ.quondã
Ioannis eſſet fœmina,tamen erat agnata.Non obſtant no-
tata per Bald. in l.cum virum,C.de fideicom.vbi verbum
quibuſcuoque, refertur ad habiles. per l.1. §.nuntiatio.ff.
de noui oper.nunc.quia reſpoudetur,quod illum reprobat
Iaſ.in l.2.§ prætor ait,in fi.qui ſatiſdare cogantur.poſt A-
lexan.in l.ſi patroni,ff.ad Treb.& Iaſ.in d.l.1.§.nunciatio,
69 †quia illud quod dicitur;quòd verba geminata referun-
tur ad habiles,procedit in diſpoſitione legis,& ſtatuti,non
autem in diſpoſitione hominis,vt per Bal.in l fi.in 1.col.cir
ca medium.C.ſine cenſu,vel reliquis, quem ſequũtur Iaſ.
in d.§ prætor.& in vſib.feu.col.16.& Cur.iun in conſi.1.
& Soci.in d.conſi.10. Præterea ſimiliter non obſtant not.
per eundem in d. §.donare, quia in caſu illo concurrebat
duplex ſpecialitas,quia erat extranea illa fœmina, & quia
non erat agnata, quod non erat in caſu noſtro, quia licet
Violantides fuiſſet fęmina ,tamen erat agnata, quia ſoror
illuſt.Ioannis,qui eam inſtituit.
70 †Præterea attenta ratione Decij, ſequereretur quod etiã
vigore talis clauſulæ feudum non poſſet transferri in ex-
traneum, & quod talis clauſula deberet intelligi de agna-

tis

tis maſculis,licet remotioribus,in quibus aliàs non pote-
rat fieri alienatio ſine cõſenſu proximiorum agnatorum,
vt minus lædatur propria natura feudi,quæ eſt,quod non
debet cadere feudum niſi deſcendenti, & proximiori a-
gnato,vt in capit.primo,de alienat.feud.& tamen in con-
trarium eſt veritas,vt not. Doc.in c.feudum,ſi de feu.fue.
contro.inter domin & agna.vbi dicit Præpoſ.in 3.not.no
tandum eſſe, quòd licet verborum hæres in materia feu-
dali intelligatur de maſculis tantum,& de extraneis,vt in
c.1.in §.clientibus,de alien.feu. tamen quando appoſita
ſunt illa verba, & quibus dederis,iſtud feudum tranſit ad
extraneum hæredem. ergo &c.

Secundò reſpondetur, quòd alienatio facta per Illuſtr.
Ioan. Marchionem Montisferrati in Violantidem eius ſo-
71 rorem fieri potuit, quia facta de bonis allodialibus, † de
quibus vnuſquiſque eſt moderator,& arbiter,iuxta tex.in
l.in re mandati,C.manda.maximè teſtando, vt per tex.in
l.1.C.de ſacroſ.eccleſ.& per Marſi.in repe.l.extra territo
rium,de iuriſdict.omnium iudic.colum.36.& in quib.nul
lum ius prætendere poteſt præſens Marchio Saluciarum,
dato etiam quod eſſet ex deſcendentibus Aledrami de fa
milia Saxonum:quod oſtenditur, Nam per Imperatorem
Otthonem facta fuit conceſſio, & donatio Aledramo pro
ſe,& ſuis hæredibus,de bonis, & caſtris in dicta donatio-
ne comprehenſis,nulla re ſibi penitus reſeruata,prout ap
paret ex verbis dictæ conceſſionis,ibi,vt deinde dicti Ale
drami,& ſucceſſorum dominio ſuberentur,ſicut conſque
iuri Regni,& Imperij dominio erant ſuppoſita in eum iu
ra eadem transferendo,quo caſu cum talia bona,& caſtra
fuerint tranſlata in Aledramum, & eius hæredes per Im
peratorem Otthonem, qui nihil penitus in ſe reſeruauit,
& non poſſunt dici feudalia,vt concludit Old.in conſ.ſuo
72 159.incip.Ex præſenti themate, vbi concludit, † quod ſi
princeps donauit alicui quicquid iuris habebat in princi-
patu,nulla re ſibi reſeruata, quòd illa eſt plena donatio,
prout verba ſonant,& non conceſſio feudalis, quam deci
ſionem referunt,& ſequuntur Alex.in conſi.24. in quin-
to volum.& Dec.conſi.169.volum.2.& in conſil.413.& in
2.colum.& 468.& 494.& Iaſ.in præludijs feu. & in conſi.
45. volum.1. Pro cuius confirmatione faciunt notabilia
verba Baldi in conſi.210.in 2.colum.volum.3. incip. Ad
euidentiam relatorum.per Decium in ſupra allegatis con
73 ſilijs 468.col.3.& 498.col.3.†vbi dicit,quòd de caſtris do-
natis à Cæſare,pleno iure,idem iudicandum eſt,quod de
bonis merè patrimonialibus. Item etiam, quòd iſta con-
ceſſio ſit donatio,probatur per verba,concedimus, dona-
mus,& largimur,appoſita in conceſſione; quæ important
donationem,& quia in conceſſione de feudo nullum ver
bum habetur,vt per Dec.in conſ.208.in 2.vol.& in conſil.
390.in 3.vol.& latius in cõſi.32.in primo vol.colum.2. vbi
74 dicit, † quòd conceſſio continet abſolutè donationem
quando in conceſſione dicitur,concedimus,& ſpeciali lar
75 gitate donamus.† Item etiam quando in conceſſione de
feudo nullum verbum habetur, quia qualitas cõceſſionis
ex tenore verborum demonſtratur. l.Sancimus, C.de fi-
deiuſ.vnde cum dicatur,Concedimus,& donamus, clarũ
videtur iſtam fuiſſe donationem; quia in dubijs à verbis
non eſt recedendũ.l.non aliter.de leg.3. & in re clara non
eſt opus coniecturis.l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.ob-
lig.ergo ex præmiſſis concludendum eſt, cum talia bona
donata non fuerint feudalia,quod lege permittente illuſ.
q.Io. Marchio Montisferrati potuit transferre dicta bona
in eius ſororem de domo Paleologa, & quod in quamcun
que familiam potuiſſet transferre, ſi voluiſſet,cum ex le-
gis permiſſione haberet licentiam faciendi de dictis bonis
ſeu rebus ad libitum ſuum,vt in l.Sed & ſi lege.§.conſul-
uit.de peti.hæreditatis. Imo plus dico,quod ipſa Violanti-
des ab inteſtato potuiſſe ſuccedere in dictis bonis donatis
eius fratri,ſi eam non inſtituiſſet ex diſpoſitione iuris,tan
quam proximior,iuxta auth.ceſſante. C. de leg.hæred. &
iuxta titulum de legi.agna.ſucceſſione.

Item & alio modo reſpondetur contra Marchionem.
Nam iſtud feudum eſt conceſſum Aledramo pro ſe,& hæ
76 redibus,†quo caſu eſt hæreditarium, vt per Doct. in præ-
77 lud feu.& per Curt.late in conſ.1.†Sed ad hoc, vt quis ad
mittatur ad feudum hæreditarium,requiritur quòd ſit hę
res mediatè, vel immediatè primi acquirentis,vt not. per
Alexan.in conſi.10.in 3.vol.& per Bru.in conſi.18.vbi at
teſtatur iſtam eſſe communem opinionem.& per Cur.in
d.conſi.1.n.2.Sed Marchio Saluciarũ non probauit, quod
fuerit hæres nec mediatè,nec immediatè Aledrami,ergo
78 ſibi danda fuit,& eſt repulſa,tanquam † quod ſibi obſtet
exceptio,tua non intereſt,oppoſita,quæ repellere debent
agentes a limine iudicij,vt per Barto.in l.poſthumus.§.ſi
quis ex his,de inoff.teſt.& per Fel.in cap.ex parte,de teſt.
Non obſtat,quod Marchiones Montisferrati de domo Pa-
leologa,non potuerunt præſcribere per iura ſupra allega-
ta,quia reſpondetur, quòd immo feudum Marchionatus
Montisferrati potuit præſcribi ſpatio triginta annorum,
vt probatur in cap.ſi quis per triginta.ſi de feu.fue.contr.
inter dom.& agna.vbi feudum acquiritur præſcriptione,
79 dummodo iſta interueniant,videlicet.† Primò,quod quis
poſſederit rem tanquam feudalem per ſpatium triginta
annorum. Secundo quod ex dicta re præſtiterint ſeruitia
tanquam de re feudali dicto tempore.Tertio quod poſſeſ-
ſio triginta annorum fuerit vniformis,id eſt, habita ſem-
per tanquam feudalis,vt ibi declarant Scriben. & in c.fi.
de feu.dat.in vic.l.commiſſ.quos referunt Dec.in conſil.
144.& Felyn.poſt Abb.in cap.ad audientiam.de pręſcrip.
& Alexan.conſi.118.vol.2. Et quod in feudis cadat præ-
ſcriptio,not.Ioan.Andr.in add.ad Specu. in tit.de feu.ſu-
per rub.in addi.magna,in 2.col.ver.18.vbi dicit, quod tri
ginta annis poſſeſſor præſcribit feudum contra verum va
ſallum, adeo quod ſi vaſallus poſteà agat contra poſſeſſo-
rem, debet propter præſcriptionem ſuccumbere, quem
ſequitur Iaſ.in conſi.ſuo 57.vol.1.not & Dec. in conſ.ſuo
266.col.fi.& in conſi.ſeq.col.3.& Curt.ſen.in conſil.pen.
& Brun.in conſi.7.& Roma.conſ.166 incip.viſis.Pro quo
faciunt not.per Bar.in l.ſi ſponſus,in §. in vectigalibus. ff.
80 de pub. † vbi licet iuriſdictio ſolum ſpatio centum anno-
rum præſcribatur contra eccleſiam,tamen contra haben
tes iuriſdictionem ab eccleſia pręſcribitur legitimo tem-
pore.Quam partem tenent etiam Ang.& Imo.in l.vſuca-
pionem.& in l.quamuis,de vſucap & Bald.in l.ſicut.C.de
præſcript.triginta,vel quadraginta annorum.Non obſtat
tex.in cap.primo,§.præterea.de c.Corad.& in ca.primo,
de prohib.feud.alien.per Feder. quia illa iura loquuntur
de præſcriptione longa, non autem longiſſima, vt ibi per
Præpo.Aluar.& alios.Si ergo interuenientibus illis requi
ſitis præſcribitur feudum ſpatio triginta annorum,dicen
dum eſt in caſu noſtro, vbi interuenerũt omnia iſta requi
ſita,Marchiones de domo Paleologa potuiſſe præſcribere
contra Marchiones Saluciarum, & tanto fortius cum nõ
ſolum poſſederint dictum Marchionatum ſpatio triginta
81 annorum,ſed per ducentos annos,† & ſic per tantum tẽ-
poris ſpatium,cuius initij memoria non eſt in contrariũ.
Per quam poſſeſſionem tanti temporis præſcribuntur ea,
quæ de ſui natura aliàs ſunt impræſcriptibilia, vt in capit.
primo,de præſcriptio.in ſexto.Not.& Iaſ.in conſilio 206.
82 in ſecundo volum.† vbi dicit, quod licet plenitudo ſupre-
mæ poteſtatis conceſſa Imperatori, vel Papæ non poſſit
ab aliquo præſcribi vllo tempore,etiam cuius non eſt me
moria in contrarium,ſecundum Abb.in capi.cum nobis,
in princip.& in penul.colum.& in cap.ad audientiam,in
fin.de præſcrip.tamen ea,quæ ſpectant Imperatori,vel Pa
pę in ſignum ſpecialis priuilegij bene poſſunt præſcribi
tanto tempore, cuius initij memoria non eſt in contra-
rium,vt ſunt vectigalia, item & præſtatio tributorum in
aliquo loco,vt eſt tex.principalis in ca. ſuper quibuſdam,
in §.præterea,de verborum ſignificati. Quam doctrinam
firmat Aretin.in l. more.in 3.colum.de acquirenda hære-
dit.Cum ergo in caſu præſenti interuenit præſcriptio,cu-
ius initij memoria non eſt in contrarium &c. per quam
præſcribuntur reſeruata imperatori, & Papæ, in ſignum
ſpecialis priuilegij,tanto magis eſt concludendum, quod
aduerſus inferiores ab ipſis prout ſunt Marchiones Salu-
tiarum per dictum ſpatium temporis Marchiones de di-
cta domo Paleologa,potuerunt pręſcribere feudum Mar-
chionatus Montisferrati,argnmento authent.multo ma-
gis,C.de ſacroſ.eccl.

83 Non obſtat quod no.Barto.in l.vbi † lex,de vſucapione,
pro empt.& tex.in l.alienationis.ff.de verborum ſignific.
quia reſpondetur illam opinionem non militare in caſu,
alienatio poſſet fieri adhibita certa ſolennitate, quia vbi
interueniente certa ſolennitate poſſet fieri alienatio,ſimi
liter etiam in illa re poterit cadere præſcriptio.Ita no.Bar.
& alij in l.fin.C.in quibus cau.in integrum reſtitut.eſt ne
84 ceſſariâ.& Docto.in l.filius famil.in §.diui,de leg.1.† vbi
dicunt,quod res quæ prohibita eſt alienari per teſtatorem
poteſt præſcribi,quando interueniente conſenſu eorum,
in quorum fauorem facta fuerat prohibitio poſſet fieri a-
lienatio,quod etiam no.Soc.in conſi.ſuo 266.col.16.in fi.

† vbi

84† vbi dicunt quòd res quæ prohibita eſt alienari per teſta
torem poteſt præſcribi, quando interueniente conſenſu
eorum, in quorum fauorem facta fuerat prohibitio poſſet
fieri alienatio, quod etiam not. Soci. in conſi. ſuo 166. colu.
85 16. in fin. † vbi concludit, quod quando res emphyteoti-
ca non eſt prohibita ſimpliciter alienari, ſed eſt prohibita,
niſi adhibeatur certa ſolemnitas, de qua in l. fina. C. de iu-
re emphy. quod poterit præſcribi ad minus longiſſimo tẽ-
pore. Faciunt etiam notata per eundem Socinum in con-
ſilio 251. vbi tenet, quod illud quod dicitur rem prohibi-
tam alienari, non poſſe præſcribi, procedit in præſcriptio-
ne longi temporis, non autem longiſſimi, vt ibi latius per
eum. Accedunt etiam dicta per Iaſonem in conſilio ſuo
quinquageſimoſeptimo, in penul. colum. in primo volum.
vbi dicit, quod res feudales, quæ prohibentur alienari, poſ
86 ſunt præſcribi longiſſimo tempore †ſicut res ſubiectæ re
ſtitutioni fideicommiſſi, quæ licet non poſſint alienari, ta-
men non prohibentur præſcribi longiſſimo tempore. Alle
gat Pau. de Caſt. in l. fin. §. penul. C. communia de leg. ſed
feudum ſtatus Montisferrati, de quo in caſu noſtro, non
eſt prohibitum alienari ſimpliciter, ſed eſt prohibitum ſi-
ne certa ſolemnitate, de qua in c. j. de alie. feu. pat. ergo po
tuit præſcribi cum interueniente conſenſu eorum, quorũ
intereat potuiſſe fieri alienatio, &c.

Poteſt etiam & alio modo reſponderi, quod in caſu no-
ſtro erat præmiſſa alienatio, & ſi bona eſſent feudalia, vi-
gore poteſtatis Aledramo, & eius hæredibus conceſſæ alie
nandi, & permutandi, vendendi, &c. ergo etiam permiſſa
præſcriptio. quod probatur ex not. per Socin. in conſi. ſuo
266. col. 16. verſ. & amplius dico. vbi dicit, quòd contra il-
lum qui habet poteſtatem alienandi bona emphyteotica,
poteſt cadere præſcriptio, per tex. in l. alienationis verbũ,
de verb. ſign. Quia ea ratione, qua prohibita eſt alienatio,
eſt etiam prohibita præſcriptio, vt per plura exempla pro
bat glo. in d. l. alienationis. Ita pari ratione, permiſſa alie-
87 natione, eſt permiſſa præſcriptio. † Item quia fauorabi-
lior eſt præſcriptio, quam prohibitio alienationis, vt decla
rat Bar. in l. ſi ita quis, §. ea lege. ff. de verborum obligatio.
ſed prohibita alienatione, dicitur prohibita præſcriptio,
igitur permiſſa alienatione, & fortius cenſetur permiſſa
præſcriptio, per authen. multo magis. C. de ſacroſanct. ec
88 cleſ. & per regulam quæ habet, quod † idem operatur pro
poſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito. l. ſi ex
to. de leg. primo. & vt latius ibi per eum. Pro cuius confir-
matione adducitur in mediũ, quod notat Alua. poſt Andr.
de Iſern. in cap. 1. de feu. non haben. propr. nat. feu. in ver.
ſed tantum fateor, vbi vult, quòd per poteſtatem conceſ-
ſam vaſallo alienandi feudum, illud adeò effectum eſt præ
ſcriptibile, ac ſi nunquam fuiſſet res feudalis cum non ſit
amplius feudalis, vt ibi per eum.

Tertiò reſpondere etiam poſſumus, quod ex quo caſtra
donata ſunt allodialia, quod etiam ſimiliter potuerunt
præſcribi, cum in illis non ſit prohibita alienatio, ſed per-
miſſio, per l. re in mandata, C. mand. & in l. nemo exterus.
C. de iudæis, vbi iuſtum eſt ſuum cuique committere. Nõ
obſtant notata per Doctores in capit. primo, § quid ergo.
de inueſtitura de aliena facta, & in c. j. §. hoc quoque, de
ſucceſſione feudorum, vbi præſcriptio quæ vaſallo præiudi
cat in feudo antiquo, non præiudicat agnatis: quia reſpon
89 detur pluribus modis. † Et primo, quod prædicta opi-
nio procedit in caſu, in quo prohibita erat alienatio, nõ au
tem in caſu in quo erat permiſſa, vt colligitur ex not. per
Doct. in dicto cap. hoc quoque, vbi dicunt, quòd licet con-
tra agnatos non poſſit opponi de præſcriptione poſſiden-
tium, tamen illud eſt verum, niſi alienatio feudi facta fuiſ-
ſet per perſonam, quæ non eſſet prohibita alienare: quia
tunc talia bona eſſent effecta præſcriptibilia, etiam con-
tra agnatos: ſed in caſu noſtro iſta bona poterant alienari,
quia allodialia, vt ſupra probatum eſt, & etiam ſi fuiſſent
feudalia vigore pacti appoſiti in conceſſione, ergo etiam
præſcribi, per not. per Aluarotum in cap. primo, de feud.
90 no haben. propr. naturam feudi. † Secundo reſponderi po-
teſt, quod imò ipſe excluſus fuit a reuocatione dictæ alie-
nationis, non tantum per ſpatium triginta annorum per
quod tollitur tale ius reuocandi bona feudalia alienata in
extraneos, vt per Doctores in cap. Titius, ſi de feu. fue. con
trouer. inter domin. & agnat. & per Curt. ſenior. in conſi.
ſuo 82. in 3. columna, in fin. vbi atteſtatur iſtam eſſe com-
munem opinionem, & per Iaſon. in l. petens, C. de pact. &
in l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condi. fac. ſed etiã
per tantum temporis ſpatium, cuius initij, &c. quod ſpa-
tium, vt ſuperius ſatis fuit dictum, habet effectum conſti-
91 tutionis, & legis, per iura ſuprà allegata. † Non obſtat, ꝙ
ipſi non valenti agere, non poterat currere præſcriptio,
per l. 1. in fin. C. de anna. except. cum haberet proximio-
res, quibus competebat prius ius reuocandi tantum, ita,
quod ipſi tanquam ſequenti non debet cucurriſſe præſcri
ptio, ſed eſſe debet locus reuocationi, quia ad hoc patet
replicatio, quod hoc fundamentũ non eſt tutum, & quod
imò cucurrit tempus ipſi, etſi ſit in remotiori gradu, quia
poterat prouidere ſibi quo ad talem reuocationem, non
expectato fine triginta annorum petendo præfigi termi-
num proximioribus per iudicem ad reuocandum dictam
alienationem. Ita in ſpecie dixit Alberic. de Roſa. in l. fin.
in princ. in vlt. colum. C. de furtis. quem refert, & ſequitur
Brun. in conſi. 67. colum. fin. in fin. Vnde ex prædictis non
poteſt prodeſſe Marchioni Saluciarum dicere, quod non
cucurrerit, eo, quod ante eis non competeret actio quam
priores fuiſſent excluſi.

92 Tertiò reſpondetur, † quod illa opinio procedit, niſi
ipſe Marchio Saluciarum conſenſiſſet illi præſcriptioni ta
citè, vel expreſsè per no. per Doct. in cap primo. §. hoc quo
que. de ſuc. feu. vbi dicunt, quod præſcriptio decurſa con-
tra agnatum, alijs non præiudicat, niſi reperiantur aſſen-
ſiſſe tacitè, vel expreſsè, ſed in caſu, de quo agitur, Mar-
chiones Saluciarum defuncti, ac ſimiliter modernus Mar-
chio conſenſerunt dictæ præſcriptioni, quod patet. quia
recognouerunt Marchiones quondam Montisferrati de
familia Paleologorum in Marchiones Montisferrati pe-
tentes ab eis inueſtituras nonnullorum caſtrorum, quæ
tenebant in feudum ab ipſis illuſtr. Marchionibus Montis
ferrati, ac præſtantes ipſis ea, quæ ſolita ſunt præſtari per
veros vaſallos. ergo &c.

Non obſtat ratio malæ fidei allegata per Marchiones Sa
lutiarum, quæ impedit pręſcriptionem, quia reſpondetur,
quod iſtud fundamentum, non militat in caſu præſenti, ſ.
93 in præſcriptione vltra ducentos annos, † imò fortius alle
gatio malæ fidei præſumpta non admittitur vltra triginta
annos, vt per Barto. in l. fin. C. vnde vi. vbi allegatio malæ
fidei de eo qui occupat poſſeſſionem rei alienæ vacantem,
quam debet ſcire eſſe alienam, non poteſt allegari niſi vſ-
que ad triginta annos: quia illud quod præſumit lex. ab
initio ingredientem poſſeſſionem vacantem eſſe malæ fi-
dei. tollitur per curſum triginta annorum: quia elapſis
triginta annis, quis præſumitur retro fuiſſe bonæ fidei, ꝙ
opinionem ſequuntur Alexan. in conſi. ſuo 71. volum. 1. in
princ. & Aretin. in conſi. 63. colum. pen. & Corn. conſilio
277. volum. 4. & Alexan. in conſi 238. volum. 7. & in conſi.
7. & in conſi. 78. volum. 7. Iaſ. in conſi. 57. vol. 1. & Soc. con
ſi. 280. vol. 2. col. fin. & Curt. ſen. conſi. pen. imo fortius te-
net Inno. in c. cum veniſſent. de reſti. in integ. in 4. colum.
94 in ver. † Item nota, quod ex poſſeſſione longi temporis
præſumitur bona fides, per tex. in l. 3. §. ſi ſeruum. ff. de ac-
quir. poſſ. quem refert, & ſequitur Alex. in conſilio vlt. in j.
vol. Dec. conſi. 166. & etiam 267. & in conſi. 275. volum. 2.
& Alex. in conſi. 24. vol. 7. & in conſi. 200. vol. 2. & Aret. in
conſi. 30. Si ergo per poſſeſſionem longi temporis, & lon-
giſſimi temporis triginta annorum præſumitur bona fi-
des, multo fortius ceſſabit in caſu noſtro allegatio malæ
fidei præſumptæ, cum non ſolum tranſiuerint triginta an
95 ni, imo vltra 200. annos, † & ſic per ſpatium tanti tempo-
ris, in qua præſcriptione tanti temporis præſumitur ſem-
per titulus, & bona fides, & non debent allegari, vt per
tex. in c. 1. de præſcript. in 6. & ibi Docto. & per Afflict. in
deciſ. ſua Neapol. 239. in fi. & per Socin. in conſi. 127. colu.
pen. in fi. vol. 1. & Alex. in conſ. 6. volum. 1. quia tanto tem
pore poſſeſſum præſumitur ab anteceſſoribus iuſtè poſ-
ſeſſum, vt per Bal in cap. ſi diligenti. in fi. commenti. extra
96 de pręſcript. † & quia talis poſſeſſio antiqua pręſumitur
habere iuſtitiam permanentem, vt per Bald. in c. 1. § cum
autem, de contro. inueſt. quem refert, & ſequitur Afflict.
97 in deciſ. ſua Neapol. 277. colu. 2. † & etiam quia talis poſ-
ſeſſio habet effectum publici inſtrumenti, ſecundum In-
noc. in c. nouit. extra de iud. & Bal. in l. 1. C. de emancipat.
lib. quos refert, & ſequitur Afflict. in deciſ. ſua 239 in fin.
& maximè quia vltra poſſeſſionem tanti temporis con-
currunt tituli inueſtiturarũ habiti per Marchiones Mon-
tisferrati, à Sereniſſimis Imperatoribus, ex quibus pro-
batur, & arguitur bona fides, niſi contrarium doceatur,
vt no. Alex. in conſi. 61. in 1. volum. in princ. & in conſ. 83.
vol. 6. & in conſi. 24. col. fin. in fin. & in conſi. 78. & 137. in
prin. vol. 6. & Curt. in conſi. 82. in 2. col. cir. med. vnde ex

L.                                                     præmiſſis

præmiſſis concludendum eſt non obſtare hoc fundamentum exceptionis malæ fidei.

98 Non obſtat ſimiliter † ꝙ competat reſtitutio in integrum Marchioni Saluciarum per ea quæ no.Bar.in l.j.§.ſi quis autem propter inundationem,ff.de itine.actuq; pri. Quia reſpondetur,quod Bartol.expreſsè loquitur, ſolum in præſcriptione triginta annorum,vt per Alex.in conſil. 151.col.2.in fi.in conſi.71.& in conſi.163.volum.2. & per Aret.in conſi.103.& per Cur.ſen.conſi.82.& per Dec latiſſimè in conſi.19.& per Aret in l.qui vniuerſas, §. fi.de acq.poſſ.& per Soc.in conſi.ſuo 164.col.fina.volu.2.& in conſi.194.etiam volu.2.vel quod non loquatur in præſcriptione immemoriali,prout in caſu præſenti, quæ vt multoties dictum fuit, habet vim publici inſtrumenti, vt per Innoc.in c.nouit.de iud.& Bald.in l.1.C.de emancip.lib. Idem dicit Iaſ.in conſi.ſuo 209.col.2.in fi.volu.2. qui ſubdit,quod non reperietur aliquis Doc.in mundo,qui aliter tenuerit in iſta præſcriptione, cuius initij memoria nõ eſt in contrarium,imò dicit ſe credere,quod in ea aliquis ſani capitis non auderet attentare,quod tunc daretur reſti-
99 tutio in integrum aduerſus dictam præſcriptionem. † Et tanto fortiùs hoc dicendum eſt in caſu noſtro,in quo non fuit iuſta cauſa ignorantiæ,per quam concedi debeat reſtitutio in integrum ex clauſula generali , tum propter præſumptam ſcientiam reſultantem ex cõiunctione,quæ eſt,ꝙ coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, vt in l. octaui.C.vnde libe.& per Cur.ſen.in conſi.82.col.3.in fi.
100 vbi dicit,† quod coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti,per l.de tutela.C.de integrum reſtit.mino. propter quam ſcientiam non debet concedi reſtitut. in integrum,& per Dec.in conſi.29.col.fin.in fin.vbi dicit,quod coniunctus præſumitur habere notitiam iuris coniunctorum. & ſi forſitan diceretur prædictam opinionem procedere in his, quæ reſpiciunt iura ſanguinis, non autem in alijs,vt per Bald.in l.quoniam ſororem.C.de iure delibe. poteris reſpondere, quod iura iſta de quibus in caſu præſenti,videntur reſpicere cauſam coniunctionis,& ſanguinis,ex quo ratione coniunctionis, & ſanguinis debentur, & ſic quod dictum Bal.non aduerſatur,nec repugnat.

101 † Tum etiam ratione vicinitatis, & præſentiæ publicæ famæ per dictum Marchionem allegatæ, quia multum non diſtat Marchionatus Montisferrati, à Marchionatu Salutiarum,vt per Cur.in d.conſi 82. & Iaſ. in l.is poteſt de acq.hær.nu.8.& 73.& Alexan.conſi.24.vol.5.ſupra al-
102 legato,vt per Dec.in conſi 85.vol.1.col.1.† Vbi dicit,ꝙ licet in præſcriptione tanti temporis non requiratur ſcientia ſuperioris,quia ita ſe habet magis verior, & communis opin. Tamen dato, quod requireretur propter vicinitatem loci,& notorietatem, præſumitur ſcientia per cap. 1.qui matr.accuſ.poſ.ex quibus concludendum eſt, quod attenta diuturnitate temporis,coniunctione, vicinitate, & aſſerta fama publica, ex quibus præſumitur ſcientia ipſi Marchioni Salutiarum nõ competere reſtit. in integ.

Non obſtat, ꝙ Marchiones Montisferrati tanquam tyranni,non potuerint præſcribere Marchionatum Montiſferrati, quia reſpondetur primò, prout dicit Iaſ. de Marchionibus Montisferrati in conſi.72.in 1.volu.in princip.
103 † ꝙ graue eſt nominare tyrannum aliquem ex Illuſtr. Marchionibus Montisferrati qui ſemper fuerunt iuſtiſſimi domini, & quam maximè iuſtitiæ amatores , & obſeruatores.

Secundò reſpondetur,quod non potuerunt dici tyran-
104 ni,† quia tyrãnus dicitur qui ſine iure principatur,† &
105 qui iuſtitiam non ſeruat,vt per gl in clem.1.de baptiſ.&
106 per Iaſ.in d conſi 72 † Item etiam qui habet minus legitimum ingreſſum dignitatis vel officij , vt per Bald. in d.
107 auth. decernimus.† Sed illuſtr. Principes Marchiones Montisferrati ſemper legitimè & iuſtè principati ſunt,& non habuerunt minus legitimum ingreſſum Marchionatus,prout conſtat ex diuturnitate temporis, cuius initij memoria non eſt in contrarium , quæ ( vt ſupra latiſſime demonſtratum fuit) habet vim publici inſtrumenti priui-
108 legij,& conſtitutionis.† Item etiam quia ſucceſſerunt in ius alterius,ex quo præſumitur bona fides, vt per Soc. in conſ. ſuo 251. etiam qui fuerunt titulati per Sereniſſi-
109 mos Imperatores,† vt conſtat de eius titulis, per publica,& authentica documenta, quæ dicuntur probationes probatæ,vt per Sal in l 2.C.quando fiſcus vel priuatus,& pro quibus præſumitur iuxta l.ad probationem, C.de pro-
110 ba.† Item & quia fuerunt vicarij Imperatorum, qui non potuerunt dici tyranni, cum repreſentarent Imperiũ,per no.per Barba.in rub.de teſt.in 5.char.in 2.colum.
111 in fi.† Item tyranni dicuntur reſpectu ſubditorum,quibus infertur impreſſio,vt Bar.in tracta.de tyran.in 2.col.
112 in ver.notandum eſt,† vbi dicit,notandum eſt ſingulariter, quod actus tyrannicus ſpecialiter conſiſtit in affligendo ſubditos. Dicitur.n. tyrannus, qui cruciat ſeruos ſuos,non autem reſpectu aliorum,quibus nulla impreſſio inferri poteſt prout erant Marchiones Saluciarum, vnde ex præmiſſis dicendum fuit,& eſt,non obſtare fundamẽtum tyranniæ,& per conſequẽs eos præſcribere potuiſſe.

Non obſtat,ꝙ priuilegium habitationis factum Illuſtr. Duciſſæ Mantuæ per inuictiſ. Cæſarem modernum , fieri non potuit,cum tendat in præiudicium ipſius Illuſtr.Fráciſci moderni Marchionis Saluciarum,quia reſpondetur, ꝙ per ipſam gratiam , nullum ei facta fuit præiudicium ,
113 quia ipſe egit tanquam agnatus,† quæ qualitas agnationis debet eſſe in eo, qui vult ſuccedere in feudo antiquo, vt per tex.in cap.1.& ibi Doct.de alien.feu. pater.ſed ille qui agit, vt agnatus tenetur probare ſe agnatum , cũ iſta qualitas agnationis ſit fundamentum eius intentionis,vt per Decium in conſi.167.ſed per Illuſtr. Marchionem Saluciarum non fuit probatum,neq; verificatum ſe fore ac eſſe de agnatione Aledrami de domo Saxoniæ:ergo &c.

Secundò,reſpondetur quod poſito,ſed non conceſſo,ꝙ eſſet agnat, Aledrami, tamen fuit excluſus à ſucceſſione dicti feudi, cum ipſe duxerit originem ab anteceſſoribus ſuis, qui fuerunt ſimiliter excluſi à dicta ſucceſſione ab illuſtr.quondam Ioanne de domo Saxoniæ , qui per teſtamentum in quo inſtituit eius ſororem Violantidem vxorem Andronici Imperatoris de familia Paleologorum alienauit dicta bona Marchionatus, quę alienare potuit ex diſpoſitione legis, vigore facultatis conceſſæ ab inuictiſ. Otthone Imperatore Aledramo, & eius hæredibus, alienandi,vendendi,permutandi,& deinde faciẽdi quicquid animus eorum decreuerit,non obſtante quorumcunque hominum contradictione.

114 † Quæ verba important, quod quis de dictis bonis diſponere poſſit ad libitum ſuum tam per viam contractus, quam per viam vltimæ voluntatis,& quod ille in quem erit facta talis alienatio habeat illas res liberas, & expeditas,& tanquam allodiales , non autem iure feudi, vt per tex.iunctis ibi no.per Scrib.in capi.j.de feud.non haben. prop.nat.& per Cur.iun.in tract.feudorum , in 3. parte, char.15.in verſic. Quintodecimò quæro.in fin. Vnde cum prædictus Marchio Saluciarum traxerit origine ab anteceſſoribus ſuis,qui fuerunt excluſi per ante dictam alienationem, ſimiliter etiam ipſe debet eſſe excluſus per regulam,quæ habet,quod ſemel excluſus, perpetuo eſt excluſus,vt eſt text. in capi.1.§. quinetiam epiſcopum , vel Abb.& per no.per Dec.in conſil.ſuo 590.col.3.in ver. nec obſtat ſi dicatur.

115 † Tertiò reſpondetur per dictam gratiam factam illuſt. Duciſſæ nullũ ei factum ſit præiudicium , nato quod eſſet agnatus,nec excluſus per antedictam alienationem, de qua ſupra,ex alio capite , quia feudum de quo agitur permiſſo quod ſit feudum,eſt hæreditarium,id eſt conceſſum pro ſe & hæredibus:non autem pro filijs,& deſcendentibus . Quo caſu cum ipſe Marchio non fuerit, nec ſit hæres Aledrami, prout eſſe deberet, cùm in feudo hæreditario non admittantur agnati, niſi ſint hæredes , vt per Alex.in conſi.ſuo ſexto,in 5.volu.& in conſi 10. in 3.vol. & per Cur.iun.in conſi.1.poſt Docto. in prælud. feud. ſequitur,quod nullum ei dicatur factum fuiſſe præiudicium propter defectum qualitatis requiſitæ ex diſpoſitione iuris in ſucceſſione feudi hæreditarij.

Quartò,quod imò talis habilitatio fieri potuerit, pro-
116 batur,† quia à pari procedunt cõſuetudo,& priuilegiũ, quia non differunt penes cauſam efficientem , & eius poteſtatem,licet penes modum,& formam: & non debet eſſe maioris operationis effectus conſuetudo, q̃ priuilegiũ, vt per Bal.in l conſuetudinis, col. 2. C.quæ ſit longa conſuet.& per glo.in c.cùm contingat.iunctis ibi no.per Scribentes extra de foro comp. & per Bar. in proœmio Digeſtorum , & Bald. in l.quicunque, C.de ſeruis fugitiuis,&
117 per Dec.in conſi. 588.† Sed per conſuetudinem induci poteſt fœminas etiam in feudo vel alias inhabiles ſuccedere,ergo & per priuilegium principis pariter debet poſſe induci,cùm ( vt dixi ) à pari procedant,vt per Oldrad. in conſ. ſuo 172.incip. Quia omnes, colum.1. & per Fel.in cap.accedentes,de præſcriptionibus.

Quintò iſta opinio confirmatur per tex.iuncta gl. in c. natu-

118 naturales,ſi de feu.fuer.contr.inter dom. & agna. † vbi
princeps poteſt legitimare naturales ad feudum in præiu-
dicium agnatorum, & multo fortius debet poſſe habilita
re fœmin̄am,& ſic Illuſtr. Duciſſam Mantuæ,cum maior
ratio eſſe debeat in fœmina,quam in naturali habilitato,
119 †quia odio habet lex ſpurios , ſic fœminas. l.maximum
vitium,C.de liber.præter. Ad idem tex.in cap.adoptiuus,
eo.tit.ſi de feu. fuer contro. vbi filius adoptiuus qui non
ſuccedit in feudo,poteſt habilitari per Principem,ad ſuc
cedendum in præiudicium agnatorum.
120 Sextò facit,† quia quando Imperator de directo non
aufert ius alicui competens,ſed potius procedit remouen
do obſtaculum ab eo,cui tale ius competere poteſt,facien
do de incapace capacem, valet diſpoſitio Principis etiam
ſine cauſa,vt probatur in l.quæris. ff.de natalib. reſtituen
dis,quæ dicit,quod in hoc caſu nulla eſt dubietas, neque
vnquam fuit,& hoc etiam præiudicādo iuri alterius. Quia
ita concedendo Princeps ei,cui concedit nihil dat, ſed eū
à lege,vel ex aliqua cauſa priuatum reponit in tali eſſe ca-
pacitatis,vt in §.ſi quis non habens ibi poſteà verò ad ip-
ſam deducens naturam rem in authen.quibus mod.natu.
eff.legi.ſed ſic eſt, quod quando fœmina , habilitatur ad
ſucceſſionem feudi,remouetur ab ea obſtaculum iuris ſpe
cialis,vel conſuetudinis feudorum,& reponitur in tali eſ-
ſe capacitatis,quod ante ius, vel conſuetudinem feudorū
ſibi competebat,quia ita ſuccedebat fœmina, ſicut maſcu
lis,l.maximum vitium,C.de libe.præte.ergo &c. Pro qua
opinione facit,quod not.gloſſ.in l.ſi vnus, in §.pactus ne
121 peteret.ff.de pact. † Vbi quando alicui conceditur pri
uilegium,per quod quis reducitur ad illud ius , quod ante
competebat,etiam ſi hoc fiat in alterius præiudicium, nō
poteſt ille qui ſentit damnum, ex tali præiudicio conque-
ri,quod ex eo lędatur.pro quo facit etiam tex.in capit. ab
exordio.35.diſt.vbi gl.dicit, quod non fit iniuria alicui, ſi
quis reſtituitur ad priſtinum ſtatum.
122 Septimò † iſtam partem tenent Cur.iun.in conſi.1.&
Brun.in conſi.ſuo 1.2 3.& 4 5.6.10.& 11.& Dec. in conſi.
ſuo 269.& in conſi.390.in antepen. col.cum duobus ſeq.
& in conſi.498.col.pen. & fi. & hoc etiam ſentire videtur
ipſe Dec.in conſi.589.col.pen.
Non obſtant modo adducta in contrarium,& in primis
non obſtat tex.in c.1.de alie.feud.pat.& in ca.1. de ſucc.
feu.& not.in c.1.quemad.feud. ad fil.pert. Quia reſpon-
123 detur plurib.modis. † Et primo,quod illa iura procedūt
in inferiore ab Imperatore,qui appellatur dominus vaſal
lorum ſuorum,c.j.§.firmiter,de prohib.feud.alie. per Fe-
124 der.†non autem in ſupremo Principe,qui omni legi de-
rogare poteſt,cum habeat plenitudinem poteſtatis, vt ca.
125 propoſuit de conceſ.præbend. † Ita reſpondetur ad illa
iura per Curt.iun.in conſil.primo,col.2.in fi.& quia ſecun
dum eum videmus,quod quando Girardus, & Vbertus ,
qui compilarunt librum feudorum cum loquuntur de Im
peratore illum ſpecialiter nominant,vt probatur in ca.1.
in princ & in cap.cum verò Corradus, qui feud.dar.poſ.
& in c 1.de nat.feudorum.
126 Secundo reſponderi poteſt,†quod dicta iura non pro-
cedunt, quando in gratia Imperator vſus fuiſſet clauſula
127 de plenitudine poteſtatis. † Quia quando ſcribit Prin-
ceps de plenitudine poteſtatis nihil opponi poteſt, quod
annullet gratiam, vt dicit Bal. in proœmio Decretalium ,
col.4.& non poteſt dici Principi,cur ita facis,vt per Bald.
in prælud.feud col.9.verſ.ſed pauca de Principe. Item et
quando vſus ſimiliter fuiſſet clauſula ex certa ſcientia ,
128 † quia quod factum eſt ex certa ſcientia Principis, non
debet in dubium reuocari, vt per Bart. in l.conficiuntur,
129 § codicilli,de iure codicillorum. † Et quia quando ap-
ponitur clauſula ex certa ſcientia,apparet,quod princeps
præiudicare voluit illi, cui erat ius acquiſitum , vt dicit
Paul.de Caſt.in conſi.105.incip.Donatio,qui allegat glo.
in c.ad hæc,de reſcrip.& idem tenet Dec.in conſ.390.col.
6.qui ad hoc allegat Ana.in conſi.8.incip. Viſo, & Alexā.
conſi 295.vol.2.col.6.verſic.6.confirmatur, hoc idem te-
net & ipſe Dec.in conſi.ſuo 269.& 271.colum.3.& in con
ſi.198.col 7 in fi.faciunt etiam quæ no.Bal.in cap.cum ſu-
130 per.de cau.poſſ.& prop. † Vbi princeps ex certa ſcien-
tia poteſt ſupra ius, contra ius,& extra ius. Item etiā po-
teſt omnia,& ſuper omnia,ſecundum Bal.in c.1.qual.do-
mi.propr.priue.& poteſt mutare quadrata rotundis, ſm
Hoſt.& alios,in c.cum veniſſent.extra de iud.
131 †Tertiò reſponderi poteſt,quod dicta iura procedunt
in feudo antiquo,non autem in feudo hæreditario,vt per
Dec.in conſi.390.colum.ſi.in princ prout eſt iſtud,de quo
132 agitur,poſito,quod ſit feudum,†quod ius hæreditarium
facile Princeps poteſt tollere cum antequam hæreditas
ſit adita,nō dicitur in bonis noſtris, iuxta l.pretia rerum ,
ff ad l.Falci.& not per Doctores in l.Gallus, in §. & quid
133 ſi tantum.ff.de liber & poſthum.†vbi antequam hæredi
tas ſit adita a uenientibus ab inteſtato, princeps poteſt le
gitimare ſpurium in præiudicium eorum. Item etiā quar
134 to reſponderi poteſt,†quod ſaltem dicta iura non proce
dunt in feudo hæreditario alienabili,& quod poteſt tran-
ſire in extraneos , quia poteſt alienari in præiudicium a-
liorum agnatorum,per not.per Alexand. in conſi.28.in 5.
vol quem ita intelligit Dec.in conſi.ſuo 208 col.fina.ergo
&c.prout in caſu iſto , in quo ex tenore conceſſionis po-
teſt in extraneos transferri.
135 Item & quintò,†illa iura non loquūtur quando agna-
ti duxiſſent originem ab anteceſſoribus , qui fuiſſent ex-
cluſi a feudo, prout in caſu iſto , quia cum fuerint excluſi
anteceſſores præſentis Marchionis per alienationem fa-
ctam per Ioannem,ſimiliter etiam debet eſſe excluſus ip-
ſe,per not.per Dec in conſi.390.ſuprà allegato . Non ob-
136 ſtat ſecundum fundamentum,†quod princeps non poſ-
ſit ſine cauſa vaſallum feudo priuare, & diſueſtire , quia
reſpondetur, quod illud procedit de ordinaria principis
poteſtate , non de abſoluta , ſecundum quam Imperator
non ligatur per iura ſupra allegata.Item & alio modo re-
137 ſpondetur,† quòd licet Imperator non poſſit diſueſtire
vaſallos,tamen poſſet in tali feudo nouum modum,& for
ma ſuccedendi adhibere,quæ melior eſſe non poteſt in ca
ſu noſtro,quam quod Illuſtr. Duciſſa ſuccedat patruo ſuo
in dictis bonis,excluſo illuſtr. Marchione Saluciarum , vt
colligitur ex verbis Bal. in l.fina. in princip.de ſenato.dū
dicit,quod facta conceſſione a principe,& tranſlatio etiā
dominio rei conceſſæ,poteſt ab ipſo conditio apponi non
ex vi contractus,ſed ex vi legis , quia omnis legum pote-
ſtas eſt in pectore ſuo . Pro qua opinione accommodan-
tur verba Bald.in conſi.ſuo 288 in 3.parte,incip. Ad intel
138 ligentiam.† Vbi dicit, quod alterare modum in feudo,
non eſt diſueſtire,& priuare vaſallos , ſed ponere eos ſub
quadam regula iuſtitiæ, & æquitatis , & quod iſtud poſſe
ineſt à natiuitate cuiuſcunque feudi , quia princeps ſem-
per excipitur,nec ſibi legem imponere videtur, vt in cap.
1 in fin.de prohib feu.alien.per Feder. & hoc modo reſpō
139 det ipſe ad d c.1.de nat.feud. † Non aduerſatur, & ter-
tium argumentum , videlicet principem non poſſe tolle-
re alicui ius quæſitum,ſeu dominium directum,vel vtile ,
quia illud procedit in iure , vel dominio realiter quæſito ,
non autem in iure quærendo,vel quod conſiſtit in ſpe,per
no.per Doct.in l Gallus.in § & quid ſi tantum.ff.de lib.&
140 poſth. † vbi princeps poteſt legitimare ſpurium in præ-
iudicium venientium ab inteſtato,quib. erat delata hære
ditas,ſed non adita.
Non obſtat ſi diceretur , quod licet princeps poſſit ius
quæſitum in ſpe reſpectu ſucceſſionis tollere ſine cauſa ,
tamen non videtur poſſe tollere ſine cauſa , ius quæſitum
in ſpe ex contractu per not.in c.j.de prob.quia reſponde-
141 ri poteſt,†quod etiam ius quæſitum in ſpe ex contractu
princeps tollere poteſt,vt de hoc eſt caſus in c. naturales,
142 ſi de feu fuer.controuer. † vbi filius naturalis eſt inhabi-
lis ad feudum,etiam legitimatus,quod eſt fortius, niſi in
legitimatione dicatur ſpecialiter,quod ſuccedat in feudo,
quo caſu admittitur,excluſis agnatis, vt declarat gloſſ. &
Doct.in d.c.naturales.& tamen virtute inueſtituræ non
admittebantur, ſed alij agnati in feudo paterno , & anti-
quo,& ſic virtute contractus , vnde inhabilis habilitatur
ex priuilegio principis,& admittitur excluſis agnatis , vt
declarat glo.& Doct.in d.c.naturales.& tamen virtute in
ueſtituræ non admittebantur , ſed alij agnati in feudo pa-
terno,& antiquo,& ſic virtute contractus, vnde inhabi-
lis habilitatur ex priuilegio principis,& admittitur in prę
iudicium illorum, qui virtute inueſtituræ , & contractus
admitti debebant,& non reſpectu ſucceſſionis tantum .
143 †Non obſtat, quòd effectus vtilis dominij eſt de iure
gentium,licet eius natura orta ſit de iure ciuili , quod do-
minium ſine cauſa auferri non poteſt per principem;quia
reſpondetur iſtud procedere, niſi princeps ex voluntate
ſua fuiſſet cauſa , quod ius alicui quęratur , quia tunc ius
ipſum ſola voluntate auferre poteſt,vt per Ange. in l.Lu-
144 tius.ff.de euictio.† vbi tenet quod Imperator poteſt au-
ferre ſine cauſa rem acquiſitam ex præſcriptione, ſeu v-
ſucapione : quia talis modus acquirendi fuit inductus ab
145 co,

145 eo,& ideo ab eo poteſt etiam auferri ſine cauſa.† Idem
dicamus, quod etiam princeps dominium acquiſitum ex
feudo poteſt auferre cum modus acquirendi ab eo fuerit
146 inductus,& per Bru.in conſi.1.† Vel & ſecundo reſpon-
detur illud procedere, poſteaquā dominium eſt perfectè
acquiſitum,ſecus quando lex dedit modū acquirendi do-
minium, & ipſum modum tollit princeps ſine cauſa,ante
quam quis dominium acquiſierit.Ita dicit Fel.in c.quę in
eccleſiarum.in 17 col.in 5.declaratione.& Cur.iun.in cō
ſi.1.in ver.Tertio aduertendum.in fi prout in caſu de quo
agitur,vbi Illuſtriſſ. Duciſſa fuit habilitata ante mortem
illuſtr.quondam Io.Georgij,& antequam ius eſſet perfe-
ctè acquiſitum illuſtr.Marchioni Salutiarum.

Non obſtat,quod feudum ſit contractus,& cum contra
ctus ſint iuris gentium,non ſunt in poteſtate Imperatoris.
147 †Ita quod non habet locum reuocatio, nec pœnitentia,
quia reſpondetur,quod hic non tractatur de reuocatione
contractus,ſed ſolum de tollendo rigore iuris poſitiui ex-
cludentis fœminas in ſucceſſione, quod facile Imperator
auferre poteſt.per no.per Cur.& Brun.in conſ. ſupra alle.
148 Non obſtanr no.per Bal.in d.conſ.327.† vbi Princeps
non poteſt mutare,neque aliquod onus aduentitium ap-
ponere,quia reſponderi poteſt illud procedere ex vi con-
tractus,non ex vi legis: quia ( vt dixi) omnis legum pote
ſtas eſt in pectore ſuo,per not.per Bal.in d.l.fin.in princip.
de Senatoribus.

Non obſtat etiam,quod in tali habilitatione non fuerit ci
tatus prædictus illuſtr.Marchio Salutiarum, quia reſpon-
detur,& primò, ꝙ in caſu præſenti non agebatur de eius
præiudicio,cum ei nullum ius competeret. Primo, quia
non agnatus. Secundò dato, quod agnatus fuit excluſus,
cum traxerit originem ab excluſis,vt ſupra demonſtraui.
Item & quia ſumus in feudo hæreditario, in cuius ſucceſ
ſione requiritur de ſubſtantia, quod ſuccedere volens de-
beat eſſe hæres,& ipſe illuſtr.Marchio non probauit ſe hę
redem. Præterea,dato,quod aliqud ius habuiſſet,erat ius
in ſpe,quod tolli potuit per Imperatorem mediante priui
149 legio habilitationis,†in quo quidem non fuit citatio ne
ceſſaria,vt concludit Bal.in l.nam ita diuus.ff.de adoptio-
nibus,& in l.fi.in ver.extra opponitur.C.de fruc. & lit.ex
pen.Pro qua opinione facit quod not.Bal.in l.fi.C.quibus
150 res iudi.noc noc.vbi dicit,† ꝙ ſicut ſolus princeps legē
condere poteſt,ſic etiam in eius poteſtate eſt condere pri
uilegia,nemine citato.Non obſtat vltimo,quòd imò quan
do fuiſſet extinctum antedictum feudum,ꝙ ſummus Im-
perator debebat ipſi illuſt.Marchioni Salutiarum vti agna
to renouare,per no.in d.l.1.in §.permittitur. & in d.l.1.
151 de priuil.credi.† Quia ad hoc reſpondetur, quod not. in
d.§.permittitur,non poteſt militare in caſu de quo quæri
tur,quia ad hoc, vt no.in d.§.permittitur, vendicent ſibi
locum,requiruntur multa. Primo quod petens dictam re
uocationem ſint ex deſcendentibus illius, cuius feudum
extinctum eſt,vt per Bart.in d.§.permittitur. vel ex agna
tis eiuſdem generis.de quo per Bar.in d.l.1.ff.de priuileg.
cred. Secundò,quod infra annum petijſſet reuocationem
qa talis facultas petendi talē refirmationem,præſcribitur
anuo a tempore ſcientiæ, & taciturnitatis ſecundum Bal.
in c.Titius ſi de feu.fue.contro.inter do.& agnat.vbi dicit
152 Bal.illum textum menti tenendum† pro agnatis proxi-
mioribus,ſeu conſortibus, qui habent ex diſpoſitione le-
gis, vel ſtatuti poteſtatem reuocandi alienata per alios a-
gnatos & conſortes, quia perdunt ius ſuum, niſi illud in-
fra annum conſequantur,alioquin ſilentio contractus con
firmatur,& propterea infert eos debere eſſe de hoc bene
aduiſatos.quem refert,& ſequitur Iaſ.in l.2.C.de iur.em
phy.in 6.colum.Tertiò quod ſint hæredes vltimi inueſti-
ti,vt per Imo.in conſi.ſuo incip.Totius.quem refert,& ſe-
quitur Alex.in l.ſi mihi,& Titio,in prima limitatione. ff.
de verbo.oblig.& in conſi.10.in 3.volum. & Curt. ſenior
in conſi.47.col.4.& Barba.in c.2.locati.& Abba.in ca.bo-
næ.el 1.extra de poſtulatione prælatorum. quem ſequun-
tur & addentes ad eum.& Anch.in conſil.133. in ſecundo
dubio.& Curt.iun.in tract.feud.in 15.char.in verſi.Deci
moquinto principaliter,in fi.& Dec.latè in conſi.ſuo 131.
volum.1. Sed illuſtr.Marchio Salutiarum primo non pro-
bauit ſe de deſcendentibus, neque de agnatis Aledrami,
prout requiritur ex diſpoſitione iuris, prout ſatis ſupra de
monſtratum fuit,ergo &c Item dato quod eſſet agnatus,
non probauit ſimiliter ſe hæredem vltimi inueſtiti defun
cti,nec petijt reuocationem dicti feudi infra annum a die
ſcientiæ.ergo &c.

Ex quibus omnibus firma reſultat concluſio, omnem iuſtitiam æquitatemque militare in fauorem illuſtriſſ. & excellen. D. Margaritæ Duciſſæ Mantuæ,neptis ex frat.illuſtr.& excell.Ioannis Georgij Marchionis Montisferrati vltimo loco defuncti,eiuſque hæredis, & habilitatæ per inuictiſſi. Carolum Quintum modernum Imperatorem dictum feudum Marchionatus Montisferrati,ipſique eundem Marchionatum competere, non obſtantibus fundamentis illuſt.Marchionis Saluciarum,quibus iudicio meo ſatis reſponſum eſſe exiſtimo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Crimen lęſæ maieſtatis ſecundum communem,non poteſt committi niſi per ſubditum.*

2 *Subditus ciuitatis, ſi falſificat monetam ipſius, incidit in crimen lęſæ maieſtatis,aliàs ſecus.*

3 *Forenſis ſi ſcit tractatum,vel coniurationem contra ciuitatem,& & non reuelat,non punitur crimine læſæ maieſtatis.*

4 *Crimen læſæ maieſtatis non poteſt committi per clericum contra ciuitatem.*

5 *Clericatus probatur per inſtrumentum, & teſtes, imò per teſtem vnum.*

6 *Inquiſitio formata per iudicem ſecularem contra clericum non valet.*

7 *Clerici ſunt exempti a iuriſdictione Imperatoris, quia ſunt res ſpirituales.*

8 *Laicus quacunque fulgeat dignitate, nullo modo poteſt cognoſcere de cauſa ciuili contra clericum, & multo magis de criminali.*

9 *Clericus non poteſt renuntiare priuilegio clericatus,cum ſit introductum in fauorem ordinis clericalis, quod amplia etiam procedere in clericis primæ tonſuræ,& nu.16.*

10 *Clericus non poteſt conſentire in laicum, etiam epiſcopo conſentiente.*

11 *Conſuetudo facere non poteſt quod clericus pro crimine coram iudice ſeculari conueniatur,& nu.13.*

12 *Teſtator non poteſt in teſtamento diſponere, quod clericus heres conueniatur coram laico in ciuilibus.*

14 *Epiſcopus cauſam criminalem laico, & clerico ſimul committere non poteſt.*

15 *Papa non poteſt tollere priuilegium conceſſum clericis, vt diſtringantur non à iudice eccleſiaſtico,ſed ſeculari.*

17 *Clericus primæ tonſuræ gaudet immunitatem eccleſiæ.*

18 *Clericus vnius epiſcopi, ſi eſt ordinatus ab alio, ordinatio ipſa non ualet.*

19 *Fallit quando interuenit licentia proprij epiſcopi, uel vicarij generalis.*

20 *Iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de clericatu, ſed iudex eccleſiaſticus.*

21 *Iudex ſecularis dum pendet quęſtio clericatus, debet ſuperſedere à procedendo.*

22 *Clericus purgans in duello non amittit priuilegium fori,ſed deponendus eſt, imò etiam ſi depoſitus eßet, non amitteret priuilegium fori.*

23 *Depoſitus pro crimine cauſante irregularitatem, vt homicidium, non perdit ipſo facto priuilegium fori,ſed remanet ſub iuriſdictione eccleſiæ.*

24 *Fori priuilegium vt clericus amittat, requiritur degradatio actualis.*

25 *Quod amplia etiam procedere in clericis exiſtentibus in minoribus ordinibus.*

26 *Clericus incedens in habitu,ſed non in tonſura,non amittit priuilegium fori.*

27 *Habitus portandus per clericos, non eſt determinatus in iure, ſed ſufficit quòd ſit congruus,& honeſtus.*

28 *Clericus incedens ſine habitu, & tonſura non priuatur priuilegio fori,licet priuetur priuilegio,cap.ſi quis ſuadente,17.q 4.niſi fuiſſet inueteratus in agreſſuris ſæuis,& enormibus.*

29 *Priuilegium fori difficilius amittitur, quàm canonis ſi quis ſuadente.17.q.4.*

30 *Priuilegium fori emanauit à iure diuino, & priuilegium ſi quis ſuadente a iure poſitiuo.*

31 *Clericus,qui incedit ſine habitu & tonſura, ſi immiſcuit ſe enormitatibus ſecundum communem,non perdit priuilegium fori.niſi prius a ſuo epiſcopo vel prælato fuerit admonitus trina monitione,vt à prædictis deſiſtat,& habitum reaßumat.*

32 *Clericus vt amittat priuilegium fori, quatuor requiruntur.*

33 *Cognitio,an veſtes ſint clericales,vel ne,ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum,& non ad ſecularem.*

34 *Priuilegium iudicis eccleſiaſtici non tollitur per delictum.*

35 *Vaſallus clericus ſi uenit priuandus propter proditionem factam contra dominum, pares curiæ, nec alius iudex ſecularis, non poſſunt de proditione cognoſcere, ſed ſolum ordinarius epiſcopus clerici.*
36 *Verba legis ciuilis non poſſunt referri ad impoſsibilia ſtatuentibus.*
37 *Statum diſponens, quod qui declinauit iuriſdictionem poteſtatis poſsit offendi, locum non habet in clerico declinante iuriſdictionem poteſtatis.*
38 *Clericus ſuſpectum qui torqueri debet, à ſuo iudice torquendus eſt.*

## CONSILIVM IV.

IN cauſa inquiſitionis criminis læſæ maieſtatis, nulliter ac iniquè formatæ contra magnificum dominum Hectorem Natam Patricium Caſalenſem, per dominum Vicarium ipſius ciuitatis, ad falſam, & doloſam ſuggeſtionem nonnullorum ipſius Ciuitatis Ciuium, qui tempore mortis Illuſtriſſ. Io. Georgij Marchionis Montisferrati, & pendente cauſa ipſius dominij coram Cæſareis delegatis, tanquam capita illius Reip. vna cum quibuſdam tribunis plebis, more hoſtili, & barbarico nitebantur eandem Rempublicam regere, & gubernare, ſuperiores ſuos vi pedibus conculcando, inferiores contemnendo, ac ſolos ſibi æquales faciendo maleuolos, ſceleſtos, & ab omni iure, tam diuino, & humano, quam ciuili reprobatos, omittendo ſuperflua, & deueniendo ad ſubſtantialia, dico, quod per dominum ipſius Ciuitatis, Vicarium nullo modo potuit formari inquiſitio aliqua contra prædictum dominum Hectorem: quod luce clarius ex infra-
1 ſcriptis demonſtratur. † Nam communis eſt doctorum ſententia, quod crimen læſæ maieſtatis, non poteſt cõmitti niſi per ſubditum, vt eſt tex. iuncta glo. in clem. paſtoralis. in verbo, non ſubfuit. de re iud. Bald. in l. 2. C de falſa
2 mone. † Vbi inquit, quod ſi ſubditus Ciuitatis falſificat monetam ipſius, incidit in crimen læſæ maieſtatis, & quod dixit ſubditus, quia non ſubditus non incidit in crimen læſæ maieſtatis, ſubdens proditorem populi incidere in crimen læſæ maieſtatis ſi eſt ſubditus, alias ſecus. Et Bald. ſequitur Cæpol. in conſi. 17. col. 4. verſic. & ideo videtur. Mart. de Lau. in tract. de princ. in c. de criminæ læſæ maieſta. Fely. in c. 1. col. 2. verſi. Fallit tertio. de offi. deleg. Alex. in addi. ad Bar. in l. 1. in vlt. addit. ff. ad l. Iul. maie. Hanc ẽt partem tenuit Bal. in l. nihil. C. de vindi. manu. & Egi. in conſi. ſuo 15. in ſecundo quæſito, vbi allegat. Io. Fabr. idem tenentem in l. meminiſſe, in princi. C. ad l. Iul. maieſt. do. meus Rui. in conſi. 23. col. 3. vol. 1. Barb. in conſi. 21. in 3. vol. col. 2. Boer. in tract. de ſedit. col. 18. verſic. Præſuppono etiam ſexto. Et ideo dixit Angel. in l. 2. ff. de paricid. quem ſequitur Felyn. in d. cap. 1. & Marſi. in ſingu. 164. in ſine. &
3 Boer. vbi ſupra, † quod ſi forenſis, & ſic non ſubditus ſit tractatum, & coniurationem contra Ciuitatem, & illam nõ reuelat, non punitur tanquam quod commiſerit crimen læſæ maieſtat. ex quo non eſt ſubditus. Huic quoque ſen-
4 tentiæ aſſentit Barb. in d. conſi. 21. † vbi concludit, quod p clericum non poteſt committi crimẽ læſæ maieſtatis contra Ciuitatem Lucanam, quia ille dicitur reus criminis læſæ maieſtatis, qui eſt ſubditus maieſtati, & Barb. ſequitur Boer. vbi ſupra. Sed dominus Hector non eſt ſubditus dictæ Ciuitatis, quia clericus, vt de eius clericatus fides fa-
5 cta fuit per publicum inſtrumentum, † per quod probatur clericatus, vt per Doct. in c. fi. iudex laicus de ſententia ex com. in 6. Alexand. in conſi. 149. colum. 2. volum. 6. Cæpol. conſi. 11. Item & per teſtes, quod pariter ſufficit, vt inquit Bal. in c. nuper. de teſtib. & Bal. ac Feli. in c. licet vniuerſi. de teſti. Feli. in c. cum cauſam. col. 4. eo. tit. Iaſ. in rep. l. admonendi, col. 3. ff. de iureiur. & in l. reſcripta. col. 3. C. de precibus Imper. offeren. Marſil. in l. 1. §. idem Cornelio. col. fin. ff. de quæſt. vbi plus volunt quod ſufficiat probatio
6 vnius teſtis. † Ex quibus ſequitur, quod præmiſſa inquiſitio tanquam formata per iudicem ſecularem contra clericum non ſubditum, non valuit, per tex iuncta glo. in c. 2. de foro compet. vbi dicit text. ꝙ nullus iudicum. ſ. ſecularium, neque presbyterum neque diaconum, aut clericum vllum, aut minores eccleſiæ, ſine permiſſu Pontificis, per ſe diſtringere, aut condemnare præſumat. Quod ſi fecerit, ab eccleſia Dei, cui iniuriam irrogare dignoſcitur, tã diu ſit ſequeſtratus, quouſque reatum ſuum cognoſcens, emendat. Pro quo facit quod no. Inn. in c. ſignificantibus
7 de off. deleg. † vbi dicit, ꝙ clerici ſunt exempti à iuriſdictione Imperatoris, quia ſunt res ſpirituales, & ideo notanter dixit Bal. in c. at ſi cler. de iud. quod non eſt admiratione dignum, ſi ſolum conueniri debeant coram iudice eccleſiaſtico, & non ſeculari: quia iſtud priuilegium indultum clericis, vt non conueniantur coram laicis, non habuerunt diſpoſitiuè, ſed declaratiue: quia vt dixit glo. ſingu. in c. ſi Imperator. 96. diſtinc. antequam emanaſſet cõſtitutio eccleſiaſtica, clerici erant liberi à iudice ſeculari, & quod conſtitutio eccleſiaſtica, eſt declaratio, & non diſpoſitio. Et rectè hoc decidit text. ibi dum dicit, Deus omnipotens voluit clericos diſcuti a Pontificibus, & non a poteſtatibus ſecularibus. Accedit tex. in cap. Clericum. el ſecundo. 11. q. 1. vbi negotia clericorum, ſiue criminalia, ſiue ciuilia, non niſi apud iudicem eccleſiaſticum ventilanda ſunt. Idem voluit Alexan. in conſi. ſuo 8. in princ. volum j.
8 † vbi per multa iura concludit, ꝙ laicus, quacunq; fulgeat dignitate, nullo modo poteſt cognoſcere in cauſa ciuili, & multo magis in criminali contra clericum: quia diſtinctæ ſunt iuriſdictiones. Pontifici. n. eſt aſſignata omnis iuriſdictio in ſpiritualibus, & Imperatori in temporalibus,
9 vt in c. ad verum, 96. diſtin. † & adeo hoc verum eſt, quod vt inquit gl. in c. ſignificaſti. de foro compet. clericus non poteſt huic priuilegio renunciare, cum ſit introductum in fauorem totius ordinis clericalis. Quod etiam voluit Ale. in d. conſi. 8. col. 1. Pol. conſi. 11. col 3. Alb. in 3. parte
10 ſtat. q. 42. & Calca. in conſi. 108. col. 1. † Imo plus non poteſt clericus conſentire in laicum, etiam epiſcopo conſentiente, vt per glo. in d. cap. ſignificaſti. & Alex. vbi ſupra,
11 & Soci. in reg. 56. incip. Clericus. † Et hoc in tantum receptum eſt, quod conſuetudo facere non poteſt, quod clericus pro crimine coram iudice ſeculari conueniatur, vt di
12 cit Abb. in cap. Clerici, de iudi. † adeo, quod nec teſtator in teſtamento diſponere poteſt, quod clericus cõueniatur in Ciuili coram laico, vt nota Bald. in l. 2. vt in poſſe. leg. Et ratio eſt, quia hoc priuilegium fori eſt de iure diuino,
13 vt no. Abb. in c. ſolitæ, in 6. notab. de mai. & obed. † Et propter hoc concludit Rot. in 10. deciſ in tit. de conſuet. in antiquis, non valeret conſuetudinem Angliæ, ꝙ rex habeat iuriſdictionẽ in clericos. Idẽ voluit Alex. in allegato conſi. 8. col. 2. in princ. & Dec. in conſi. 50. col. 2. Moder. in tract. de poteſta ſecul. in 2. reg. in princ. Imo voluit Abb. in d. c.
14 ſignificaſti. in 8. col. † quod epiſcopus cauſam criminalem Laico, & clerico ſimul committere non poteſt. Et hanc opinionem Abb. vti communem ſequitur Dec. in cap. Decernimus. in 5. col. de iud. & ideo dicebat Car. in cap. perpendimus. de ſententia excom. quem ſequitur Bal. in con-
15 ſil. 45. col. 1. in fin. vol. 2. † quod Papa non paſſet tollere illud priuilegium, vt diſtringantur clerici. non à iudice eccleſiaſtico, ſed à ſeculari, quia eſſet venire contra ipſum, quod eſſet abſurdum dicere, ca. qui reſiſtit, c. dixit dominus is qui. 11. q. 3. Pro qua opinione etiam facit, quod voluit Felin. in c. cum ordinem. in 10. colu. in fi. de reſcriptis, vbi proceſſus factus contra clericum, de tecto clericatu, eſt nullus ipſo iure, etiam ſi nunquam comparuerit, & non appellauerit.

Nec obſtat, quod iſta iura loquantur in clericis exiſtentibus in ſacris ordinibus non autem in clericis in minoribus ordinibus conſtituitis, quia ad hoc facile datur re-
19 ſponſum, † quod imo tale priuilegium fori habet locum in clericis primæ tonſuræ, vt no. omnes ſcribentes in c. 2. per illum tex. de foro compet. & in c. cum non ab homine. de iud. Abb. in c. cum contingat. de ætat. & qualita. Dec. in c. clerici in fi. de iudi. vbi etiam dicit glo. in ca. fin.
17 de tempo. ordin. in 6 † quod clericus primæ tonſuræ gaudet immunitate eccleſię. Idem voluit Alex. in conſi. 149. col. 1. volu. 6. Cæpol. in conſi. 11. col 2. in fi. Soc. in conſi. 22. col 5. vol. 1. Barb, in citato conſi. 45. col. 2. & in ſpecie quod per iudicem ſecularem non poſſit formari inquiſitio contra clericum primæ tonſuræ, hoc voluit Alexan. in d conſil. 149. Barba. in allegato conſi. 45. col. 2. & Marſil. in conſ. 67. col. 18. verſi. In qua omiſſis.

Pariter non obſtat, quod clericatus non valet, quia creatus fuit clericus dominus Hector a non epiſcopo ſuo, quo
58 caſu locum habet, c. primum 71. diſtinctione, † vbi dicit text. quod ſi clericus vnius epiſcopi, eſt ordinatus ab alio,
19 ipſa ordinatiò non valet, † quia reſpondetur illud procedere, niſi interueniſſet licentia proprij epiſcopi, per text. in cap. 2 & 3. 71. diſtinctione. & in c. 1. 9. q. 2. & in ca. quod translationem. de tempo. ordin. & in c. fi. de tempo. ordin. in 6. vbi dicit textus. Nullus epiſcopus ſine licentia ſui ſuperioris, homini diœceſis alienæ clericalem præſumat

conferre

conferre tonſuram, qui vero aliter fecerit ſit ſuſpenſus
per vnum annum à collatione clericalis tonſuræ, ſed hic
apparet de tali licentia.
Similiter non obſtat, quod licentia fuit conceſſa à vica-
rio generalis Epiſcopi, & non ab Epiſcopo, quia reſponde
tur, quod vicarius generalis epiſcopi poteſt dare huiuſmo
di licentiam, vt eſt tex. in cap. 2. de ordina. in 6 qui licet
loquatur, quando abeſt epiſcopus, tamen ſufficit in termi
nis quæſtionis præſentis, quia tempore licentiæ, Reueren
dus dominus epiſcopus Caſalenſis, moram trahebat in
curia Romana. Sed plus dicitur, quod dato etiam, quod
fuiſſet præſens dominus epiſcopus, nihilominus valuiſſet
talis licentia, quia, vt dicit gloſſ. in d. cap. 2. hodie per epi-
ſcopos datur vicarijs generalibus poteſtas expreſſa dan-
di licentiam.
20 Secundò reſpondetur, † quod iſta cognitio an dominus
Hector ſit clericus vel nè, non ſpectat ad iudicem ſecula-
rem, ſed ad iudicem eccleſiaſticum, vt eſt tex. & ibi no.
Doct. in c. ſi iudex laicus, de ſenten. excom. in 6. Idem vo-
luit Alex. in d. conſil. 8. col. pen. in verſicu. & cognoſcere
an ſit clericus. & Veronenſis in conſil. 10 col. fin. & Bald.
21 in l. ſi qua per calumniam, C. de epiſco. & cler. col. 2. † vbi
plus dicit, quod dum pendet quæſtio de clericatu, iudex
ſecularis debet ſuperſedere a procedendo. Primo, quia
pendet quæſtio præiudicialis ſuæ iuriſdictioni Secundo,
quia interim neſcit ſe iudicem, vt in dicto c. ſi iudex.
Non obſtat denique, quod dictus dominus Hector ami-
ſerit priuilegium clericale, quia commiſit delictum pu-
gnando in duello, quod eſt enorme delictum, vt voluit
Veronenſis in d. conſi. 11. colum. 5. verſi. ego autem dico.
per tex. in c. 1. de cler. pugn. in duello, qui reſpondetur,
22 † quod clericus pugnans in duello, non amittit priuile-
gium fori, Sed deponendus eſt, vt in allegato cap. j. Imo
plus dicitur, quod etiam ſi depoſitus eſſet, non amitteret
priuilegium fori, per ea quæ no. Abb. & cæteri Doct. in c.
23 cum nõ ab homine in 5. notab. de iud. † vbi inquit, quod
depoſitus pro crimine cauſante irregularitatem, vt eſt
homicidium, non perdit ipſo facto priuilegium fori, ſed
remanet ſub iuriſdictione eccleſiæ. cap. dictum, 81. diſtin.
24 † & ideo quod requiritur ad amiſſionem dicti priuilegij
fori degradatio actualis, per quam ipſo facto clericus pri-
uatur omni priuilegio eccleſiaſtico. c. 2. de pœn. in 6. Idem
no. Abbas in c. tuæ. in vlt. notab. de pœnis. & in cap. noui-
mus. in 2. no. de verb. ſign. ſed dominus Hector non fuit
degradatus, ergo ſequitur, quòd non amiſit priuilegium
25 fori, † quæ degradatio etiam requiritur in clericis exi-
ſtentibus in minoribus ordinibus, vt eſt tex. in cap. ſi quis
epiſcopus, 27. q. 1. vbi patet, quod in quocunque ordine cõ
ſtitutus ratione delicti degradatus eſt, quod etiam voluit
Abb. in c. clericus. de vita, & hone. cle. & in c. ſi quis pre-
ſbyter in 1. not. de cler. excom.
Non obſtat ſimiliter prædictum dominũ Hectorem nõ
inceſſiſſe in habitu, & tonſura atque ideo priuilegium cle
ricale, & per conſequens fori amiſiſſe, iuxta notata in ca.
1. de cler. coniug. in 6. quia multis modis reſpondetur. Et
26 primò † quod licet in clerico coniugato duæ copulatiuæ
requirantur. ſ. habitus & tonſura, vt gaudeat priuilegio
clericali, vt in d c. j. de cle. coniug. in 6. tamen in clerico
non coniugato ſufficit alterum iſtorum, vel quod deferat
habitum vel tonſuram. Ita Zabar. in ca. perpendimus. de
ſent. excom. quem ſequitur Veronenſis conſi. 11. col. pe.
verſi. Nam Aluyſius, ſed dominus Hector licet inceſſerit
ſine tonſura, tamen detulit habitum congruentem cleri-
27 cis & honeſtum, † quod ſufficit, cum non ſit expreſsè à
iure determinatus habitus certus portandus per clericos,
vt dicit gl. in cle. j. in verſ. ſecularis. in fi. de elec. in 6. Alex.
in conſi. 8. in fi. volu. j. & in conſi. 149. col. 1. in fi. vol. 6. vbi
dicit, quod omnis habitus honeſtus dicitur habitus con-
ueniens clericis, dummodò non ſit à conſuetudine repro
batus. quia clerici non habent habitum determinatum à
iure, per glo. in d. cle. j. & no. per gl. Doct. in c. pen. de vita,
& honeſta. clerico.
28 Secundo reſpondetur † quod clericus incedens ſine ha
bitu, & tonſura, nõ priuatur priuilegio fori, licet priuetur
priuilegio c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. niſi fuiſſet inuetera-
tus in aggreſſuris ſæuis & enormibus. Ita Io. And. in cap.
perpendimus. de ſent. excom. quem ſequitur ibi Abba. in
2. col. verſic. Ioan. Andr. & Soc. in conſi. 12. col. 7. volum. j.
29 † vbi aſſignat rationem eſſe, quia difficilius amittitur pri
30 uilegium fori, q̃ canonis, ſi quis ſuadente, † quia priuile-
gium fori emanauit a iure diuino, & a Deo, iuxta illud,
Nolite tangere Chriſtos meos, vt no. in c. Imperator, 96.
diſt. no. Innoc. & alij, de maior. & obed. ſed priuilegium
canonis ſi quis ſuadente à iure poſitiuo. Et ſubdit Soc. hãc
reſponſionem probari in d. cap. ſi iudex. nam ibi clericus
fuit repertus in fragranti crimine, & ſine habitu & ton-
ſura, & tamen non amittit priuilegium fori, ergo multò
magis qui non reperitur in fragranti crimine, non debet
tale priuilegium amittere, & Ioan. Andr. etiam ſequitur
Marſ. in ſing. 338. & in conſi. 67. col. 19. verſi. præterea re-
ſpondeo. vbi etiam citat alias authoritates. Hanc etiam
partem tenuit Alexand. in d. conſi. 8. col 2. volu. 1. vbi di-
31 cit † hanc eſſe communem opinionem, quod qui nõ de-
fert habitum, & tonſuram, ſi ſe immiſcet enormitatibus
non perdit priuilegium fori, niſi prius fuerit à ſuo epiſco-
po vel prælatus admonitus trina monitione, vt a prædi-
ctis deſiſteret, & habitum reaſſumeret. Hanc etiam partẽ
tenuit Fulg. in conſi. 154. in fi. Ant. de Butr. & Card. in d.
cap. perpendimus, & Veronenſis in d. conſil. 1. circa finẽ.
32 Imò dicit ipſe in col. 8. in verſi. ex quibus iuribus, † quòd
ad hoc, vt clericus in minoribus conſtitutus amittat priui
legium fori, quatuor requiruntur ſecundum Ant. de But.
in c. j. de apoſta. Primum quod non incedat in habitu, &
tonſura, ſed vt laicus. Secundum, quod ſe ingerat enormi
tatibus. Tertium quod in illis frequentauerit. Quartum,
quod illis deprehendatur, & cum eo tranſit Cæpol. vbi ſu
pra, ſed Domi. Hector non fuit admonitus à ſuo epiſcop.
nec immiſcuit & perſeuerauit, ac deprehenſus fuit in e-
normibus, Igitur &c.
33 Vlterius dicitur, † quod iſta cognitio, an veſtes ſint cle
ricales, vel ne, non ſpectat ad iudicem ſecularem, ſed ad
iudicem eccleſiaſticum, vt no. Domini in c. j. §. ſi in cæte-
ris in fi. de cle. coniuga. in 6. quem ſequitur Veronenſ. in
conſi. 11. col. 6. in fi. verſ. & ſi veſtes.
Non obſtat vltimò, quod ratione delicti, dominus He-
ctor effectus fuit ſubditus huius ciuitatis, quia reſponde-
tur non eſſe verum, quod efficiatur ſubditus prædictæ ci-
uitatis, ſed iudicis eccleſiaſtici, vbi deliquit, quod proba-
tur ex [illegible] per Bald. in authen. qua in prouincia, C. vbi de
34 crimi. agi. opor. † vbi dicit, quod per delictũ non tollitur
priuilegium ſui iudicis, & ideo quod ſi clericus gallica-
nus Bononiæ delinquat, non poterit declinare forum,
quin coneniatur Bononiæ ſub epiſcopo Bononienſi. Sed
bene poterit declinari iudicium iudicis layci Bononien.
quia per hoc clericus non dicitur declinare forum, ſed
declinare iudicem, quod dicit valde notandum. Hanc ẽt
partem tenuit Abb. in c. licet, el 2. colum. 4. in fi. de foro
comp. in verſi. 2. dicit glo. vbi dicit, quod propter delictũ
non perditur priuilegium ſui iudicis, licet amittat priui-
legium fori, hoc eſt, ꝙ delinquens hic Senis non poteſt de
clinare forũ huius ciuitatis, debet tamen conuenire corã
ſuo iudice, quia ſi eſt clericus, coram epiſcopo, ſi eſt lay-
cus coram poteſtate. Idem dicit infrà in verſicu. ſi autem
priuilegium vbi tradit, ꝙ quando priuilegium eximit à
certo genere iudicum transferens ad diuerſum genus fo
ri, tunc tale priuilegium non tollitur per delictũ, & ideo
clericus delinquens non debet conueniri coram layco.
Facit etiam quod voluit Soc. in conſi. 12. colum pen. in fi.
35 vol. 1. † Vbi dicit, quod ſi vaſallus clericus venit priuan-
dus propter proditionem factam contra Dominũ, ꝙ nec
pares Curiæ, nec alius ſecularis, nec laycus iudex poſſet
cognoſcere, ſed ſolum ordinarius ipſius clerici. Confir-
matur hæc ſententia ex his quæ voluit Bal. in l. ſi. §. in com
36 putatione in fi. C. de iure delibe. † Vbi dicit, quod verba
legis ciuilis non poſſunt referri ad impoſſibilia ipſis ſtatuẽ
tibus prout eſſet in iſto caſu, ſi diſponerent, quod clericus
delinquens in ciuitate, puniretur à iudice layco, & ideo
37 dixit Bar. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condi. inſtit. † ꝙ
ſtatutum diſponens, quod qui declinauerit iuriſdictionẽ
poteſtatis poſſit offendi, non habebit locum in clerico de-
clinante iuriſdictionem poteſtatis. Idem voluit Barb. in
conſi. 21. col. 2. volum. 3. vbi inquit, quod licet in ſtatuto di
ſponatur, quod quęcunque perſona cuiuſuis conditionis
exiſtat &c. talia verba non comprehendunt clericum, &
hoc ex defectu poteſtatis procedit, quæ in quocunque a-
ctu requiritur, l. cum te. C. de dona. propter nup. & in cap.
cum ſuper, de offic. delega.
Vltimò accedit quod voluit idem Barba. in conſilio 47.
38 colum. 21. volu. 1. verſi. & ſi quiſpiam. vbi dicit, † ꝙ cleri-
cus ſuſpectus vt poſſit torqueri, debet torqueri à ſuo iu-
dice, & ideo concludendo breuiter dico. ꝙ ex his quæ ſu-
pra ab vnde deducta fuerunt, clara, & ſolida reſultat con

 cluſio,

cluſio, prædictum dominum vicarium non potuiſſet inquiſitionem aliquam formare contra ipſum D. Hectore clericum primæ tonſuræ, & ipſum relaxandum eſſe, ac remittendum ad Reuerendiſs. dominum Vicarium Curiæ Epiſcopalis iudicem ſuum competentem. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſcripta concedentia immunitatem ſint caſſa, nec valent etiam ſi conſenſu ciuium vel Curiæ concedantur.*
2 *Adminiſtrator minorum, non poteſt remittere debitum liquidū.*
3 *Nec adminiſtrator ciuitatis.*
4 *Ciuitatis minori æquiparatur.*
5 *Confirmatio ſuperioris in forma communi, non tribuit ius.*
6 *Immunitas conceſſa per Ciuitatem, ex cauſa remunerationis non valet, ſi non probentur benemerita alio modo quam per ſimplicē aſſertionem Decurionum Ciuitatis, ſed contra nu.8. & 22.*
7 *Donatio facta per Prælatum Titio de redditibus prædiorum eccleſiæ ad vitam propter benemerita, non valet, niſi vere conſtet de benemeritis, quod declara vt in nu. 25*
9 *Ciuitas poteſt facere donationem ex cauſa remunerationis.*
10 *Immunitas eſt ſpecies donationis.*
11 *Donatio inter virum & vxorem licet regulariter non valeat, tamen ſi ſit remuneratoria valet.*
12 *Donatio, & ſi natiuitate filiorum reuocetur, ſecus tamen eſt ſi eſt remuneratoria ſecundum communem.*
13 *Donatio mera licet prætextu ingratitudinis reuocari poßit, tamē ea reuocari non poteſt ſi eſt remuneratoria.*
14 *Conceſſio feudi facta alicui, ex eo, quòd eum liberauit à morte, vel ab hoſtibus, vel à vinculis, vlla cauſa ingratitudinis reuocari poteſt.*
15 *Iura loquentia de inſinuatione locum non habent in donatione remuneratoria.*
16 *Donans licet beneficium habeat, vt non conueniatur, vltra quàm facere poßit, tamen hoc locum non habet in donatione remuneratoria.*
17 *Donatio remuneratoria non eſt contra ius commune nec prohibita fieri.*
18 *Conceſſio immunitatis ſimpliciter facta, ſi eſt confirmata à ſupremo Principe cum clauſula non obſtante, valet, & multo fortiùs cum clauſula ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, vt num. 20*
19 *Approbatio immunitatis facta à Principe, vt ſupremo, dicitur noua conceſſio.*
21 *Clauſulæ geminatæ latiorem effectum producunt, quàm ſimplex clauſula.*
23 *Cauſæ meri & mixti Imperij poſſunt ex cauſa abſentiæ neceſſariæ delegari, & creditur deleganti de aſſertione cauſæ abſque alia probatione.*
24 *Præſumptio eſt pro geſtis à iudice, & officiali.*
26 *Immunitas conceßa ab oneribus ſecundum communem, non trahitur ad onera, quæ imponitur ratione belli, quod declara, vt nu. 35. & 42. & 51*
27 *Priuilegium immunitatis, quamuis amplum non extenditur ad incogitata.*
28 *Priuilegij cauſa nullus excuſari poteſt à neceßitatibus immunentibus eccleſiæ Romanæ propter guerram, ſiue priuilegium ſit conceſſum dignitati, ſiue religioni, ſiue perſonæ, quod declara, vt in numero 52*
29 *Publica vtilitatis cuilibet priuilegio eſt præferenda.*
30 *Priuilegium generaliter conceſſum non includit caſum publicæ vtilitati contrarium, & ſi includeretur, non valeret.*
31 *Immunitas pleniſſima ab oneribus realibus, & perſonalibus non excuſat ab omnibus realibus, quia non ab illis, à quibus eſt ſpecialiter conceſſum, vt nullus priuilegiatus excuſetur, vt in aduentu Cæſaris.*
32 *Neceſſitas omnibus legibus derogat, & omnem immunitatem excludit.*
33 *Monetarij Imperatoris exempti ab omnibus, non intelligitur immunes à neceſſaria refectione murorum.*
34 *Immunitarem habens per numerum duodecim liberorum non excuſatur à neceſſaria refectione murorum.*
36 *Venalia licet non veniant in legato generali, tamen fallit, quando in legato eßet dictum de omnibus bonis.*
37 *Hæredis appellatione in feudo eccleſiæ vel emphyteoſi, & ſi non ueniant niſi deſcendentes, tamen ſecus eſt quando in conceſſione eſſet dictum de omnibus hæredibus quia tunc veniunt, & alij.*
38 *Imperator concedens caſtrum alicui, cum omnibus iuribus ſuis, nihil videtur in ſe reſeruare.*
39 *Sermo vniuerſalis prolatus ab homine non recipit reſtrictionem.*
40 *Diſpoſitio ſimplex, licet de ſui natura non comprehendat futura, tamen fallit ſi ea ſit dictio, omnia.*
41 *Conſeruata Imperialis, quamuis non poſſit conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam, vel antequam habeatur pro conteſtata, tamen ſecus eſt quando ex verbis conſeruatoriæ conſtaret de contrario, vt puta ſi dicatur in ea, quòd poſſit conſeruator facere omnes actus, quos iudicauerit deportunos, & neceſſarios, quia tunc propter illam dictionem omnes, poterit, iam ante litem conteſtatam procuratorem conſtituere.*
43 *Immunitas conceſſa Franciſo angarijs, & perangarijs, & ab omnibus oneribus ciuitatis Placentiæ; comprehendit omnia onera, quæ dinumerari poſſunt, & quæ ſupportant alij Placentini.*
44 *Dictio vniuerſalis quibuſcunque adiecta verbo alijs quando copulata maiora expreſſi, & nu. 45*
46 *Princeps ſi concedit feudum alicui pro ſe, & hæredibus ſuis quibuſcunque, in ipſa conceßione includuntur extranei qui aliàs non includerentur.*
47 *Dictio quoquo modo operatur, vt in conceſſione complectantur, quæ alias non venirent.*
48 *Dictio quoquo modo, appoſita in prohibitionem alienationis, operatur, vt ipſa extendatur ad alienationem factam etiam ex cauſa neceſſitatis.*
49 *Dictionis quomodocunque, & qualitercunque appoſitæ in ſtatuto, impediunt ſtatutum poſſe pati interpretationem reſtrictiuam, quam ſine dictis dictionibus pati potuißet.*
50 *Immunitas ſi contineat hæc verba, ab oneribus, & alijs quibuſcūque, quæ dici, uel excogitari poſſunt, quocunque nomine cenſeantur, & ex quacunque ratione & cauſa, extenditur etiam ad onera, quæ imponuntur propter guerram.*
53 *Diſpoſitio l.unicæ.C.ui nem.lic.ſe excuſa.libro 10. & l.3. C.de quib.mune.nem.lic.ſe excuſ.eo.lib.locum non habet in immunitatibus conceſſis per uiam contractus.*
54 *Item dictis ll. quanquam habentibus clauſulam derogatoriam, poteſt per Principem derogari.*
55 *Liberatus ſoluendi onera bellica non poteſt præſcribi niſi interuenientibus requiſitis, de quibus infra, ſed contra nu. 61. vel declara, vt num. 62*
56 *Præſcribi non poteſt quod quæri non poteſt per priuilegium, quod declara, ut nu. 63*
57 *Ius exigendi collectas, ſicut non poteſt alienari per communitatē, ita nec præſcribi, intellige tamen, hoc, ut infra nu. 64*
58 *Libertas non ſoluendi collectas præſcribitur ſpatio annorum quadraginta, dummodo allegetur titulus.*
59 *Quod ampliatur procedere, etiam ſi aduerſarij fuißent in quaſi poſſeſsione ſoluendi ipſas collectas, quia per ſecundam liberatoriam tollitur prima.*
60 *Imò ſufficit allegare immunitatem cum præſcriptione longi t̄pis.*
65 *Conſuetudo cumulari poteſt cum præſcriptione.*
66 *Conſuetudo induci poteſt à priuato, quod intellige, ut num. 74*
67 *Exactio uectigalis poteſt competere priuato, ex conſuetudine. declara, ut nu. 77*
68 *Conſuetudine quis acquirere poteſt, ne aliquis poſsit piſcari in flumine, quando ille ſolus piſcatus fuerit pluribus annis, & alios prohibuerit ſciente, & non contradicente populo.*
69 *Facultas piſcandi in mare licet uideatur omnibus competere, id tamen uerum eſt niſi alicui ſit ius quæſitum, ex longa conſuetudine, uel priuilegio in certo loco.*
70 *Conſuetudine poteſt alicui competere, ne uictualia alibi uendantur quàm in certis locis.*
71 *Præpoſitus qui non habet dignitatem in eccleſia, etſi ſingularis perſona, poteſt per conſuetudinem acquirere ius prælationis in ſedendo contra capitulum.*
72 *Conſuetudo licet ex non uſu non inducatur, tamen fallit, quando ille non uſus haberet actum contrarium implicitum.*
73 *Conſuetudo antiqua dicitur eſſe decem annorum.*
75 *Conſuetudo unius hominis propriè non dicitur conſuetudo.*
76 *Præſcriptione acquiritur priuato, conſuetudine autem publico.*

## CONSILIVM V.

PVLCHRA profectò, & dubia videtur præſens conſultatio, in qua quatuor veniunt diſcutienda: Quarum primùm eſt, vtrum immunitas conceſſa per Magnific. Ciuitatem. A. Illuſtriſſimi Comiti. L. valeat. Secundum, poſito quòd valeat, an extendatur ad onera Cæſ. Tertium præſuppoſito quòd non, an ſaltem ex vi præſcriptiones poſſit Illuſtriſſ. Comes ſe tueri aduerſus petitam ſolutionem onerum prædictorum. Vltimum verò eſt, an ceſſante præſcriptione, excuſetur ab huiuſmodi ſolutione, ex vi conſuetudinis non ſoluendi onera Cæſ.

Circa igitur primam dubitationem primò congreſſu dicen-

dicendum videretur prædictam immunitatem iurib.non
ſubſiſtere, per text. in l.vacatis, C.decurio libro decimo,
1 †vbi reſcripta concedentia immunitatem ſunt caſſa, nec
valent etiam ſi conſenſu Ciuium, vel Curiæ concedãtur,
& ibi hoc firmant Bartol.& alij ad idem eſt text.in l.1.C.
de immun.nem conced.eodem lib. & ratio eſt ſecundum
Doct. quia huiuſmodi immunitatis decreta cenſentur eſ-
ſe ambitioſa,& contra publicam vtilitatem.l.prima,l.præ-
ſcriptio.C.de oper.pub.& ideo non ſeruandum.Ita Ioan.
de Plat.in d.l.vacuatis,pro cuius confirmatione facit. Nã
2 ſicut †adminiſtrator minorum non poteſt remittere de-
3 bitum liquidum l pactum curatoris. C. de pact. † Ita nec
4 adminiſtratores ciuitatis.l.præſes.C.de tranſac.† cum Ci
uitas minori æquiparetur.l.rem publicam.C.de iur. Rei-
publ.libro decimo,& quod non teneat dicta immunitas,
hoc voluit Pet.de Ancha.in conſi. 260 colum.prima,& in
conſi 389 colum.2 Alexand.in conſi 101.colum 3 verſic.
ſed præmiſſis non obſtantibus,volum. primo, & in conſil.
30.in 2.colum in 3 dub.volum.5.Abba.in conſi.61 col.2.
volum.ſecundo,Felin.in cap. Accedentes, in fin. de præ-
ſcrip.Barb.in conſi.vigeſimoſexto,colum.2. volum.ſecun
do.Dec.in conſilio 368.colum.ſecunda,verſic.ſecundo con
ſiderandum eſt.Iaſon in conſi.101.colum.ſecunda,volum.
4.quia hoc ſpecialiter conceſſum eſt ei,vt poſſit talẽ conce
dere immunitatem Doctoribus,& Medicis. l.1. C.de de-
cre decur.lib.10.ergo in contrarium eſt ius commune, l.
ius ſingulare.leg.quod verò.ff.de leg. de legi. Idem tenuit
Ruin.in conſi.196.in prin.& 217.in prin.volum.1.& 105.
col.2.& 4,in fi.vol.5.

Nec habet obſtare, quod ex aduerſo obijcitur huiuſ-
modi immunitatem fuiſſe confirmatam per ſuperiorem,
quoniam reſpondetur, quod cum ipſa confirmatio non
ſit facta ex certa ſcientia, ſed in forma communi, talis
confirmatio non tribuit ius,vt per Bartol.in l. priuilegia.
columna prima. C. de ſacroſanct.eccleſ. Dec.in capit.pri
mo,in 4.colum.de confir.vtil.vel inutil.& in terminis con
firmationis immunitatis ita voluit Anchar. in conſi. 289.
colum.2.quem ſequitur Rip.in reſponſo 22 colum.fin in
prima parte,& Dec.in allegato conſilio 638. columna pe-
nult.in fine.

6 Minus obſtat, † quod immunitas. de qua agitur ſit va-
lida,quia facta per Ciuitatem propter merita,ſeu per re-
munerationem,vt per Alexand.in conſi.43.colum.ſecun-
da,votum 4.& in dicto conſi.30 in 3.dub. quoniam con-
cluſio ipſa procedere poteſt, vbi merita alio modo proba-
rentur, quam per ſimplicem aſſertionem Decurionum ip
ſius Ciuitatis.per not.deciſionem Ioan.And.in addition.
7 ad Speculum.in rub.eccleſ.non alien.† vbi quærit, quid ſi
prælatus conceſſit ad vitam Titio redditus prædiorum ec-
cleſiæ propter benemerita, & beneficia impenſa, & quæ
impendere promittebat in futurum, interueniente con-
ſenſu capituli.an talis donatio valeat. Et arguit quod ſic,
quia propter vtilitatem eccleſiæ in benemeritos factum
fuit 16.quæſt.quinta,cap.Ioannes cap.primo,de don. Et
quia donatio facta ob merita præſtita,& præſtanda, reuo-
cari non poteſt.l.penul.C.de don.quæ ſub mod. Sed con-
trarium dicit fuiſſe iudicatum, quia licet prælati poſſint
moderatè donare ſecundum meritum ſeruitij. capit.rela
tum de teſta. tamen cum ex cauſa aliquid permittatur,
non eſt ſumenda occaſio pro cauſa aliquid permittatur,
capit.ſolit.de maiorit. & obedien. ſed veram cauſam, &
ſufficientem ad id præcedere oportet, ſubdens quod in
prohibitis, licet certo caſu permiſſis non ſtatur verbo di-
centis caſum permiſſum ſubeſſe.l.qui teſtamentum. ff.de
prob l.cum quis decedens.§.Titia.ff.de legat 3. quia verè
requiritur,quod conſtet de meritis, alias quod non tenet
conceſſio.& deciſionem Ioan.Andr. ſequuntur Alexand.
in conſi.quinquageſimoquinto,colum.3.volum.primo,Ia-
ſon in l.ex hoc iure,verſic.Octauus effectus. ff.de iuſti. &
iure.& in donatione propter merita facta per communi-
tatem. Per relatam deciſionem Ioan. Andr. conſuluit
Alexand.in conſi.43.colum.2.volum 4. & in terminis im-
munitatis per dictam etiam deciſionem. Ita voluit Alex.
in citato conſi.101.colum.4. verſ. Nec obſtat ſi diceretur
& ex notatis per Bartol.in l.ſi fortè. ff. de caſtrenſi pecul.
vbi ſi quis non poteſt donare niſi pro meritis, & ſeruitijs
non ſufficit ſimplex aſſertio donantis. Idem Alexandr in
allegato conſi.30.colum.penult. verſi. præterea illa gloſſ.
Fel.in d.c accedentes.col.fi.

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium de iure
eſſe arbitror.Nam vera, & indubitata eſt doctorum con-
8 cluſio, † quod communitas, ſeu Decuriones poſſunt ex
cauſa remunerationis concedere immunitatem ciui ſuo,
vt eſt text.in dicta l.prima,C.de decre.Decur.libro deci-
mo,& licet ille textus loquatur de Doctore, vel Medico,
idem eſt de alijs ex cauſa,vt vult Alexand.in dicta leg.va-
cuatis,in vltim.addit.ad Bartol.in fin.Sed clarius in dicto
conſi.101.colum.3.verſiculo præterea dato. & in conſilio
trigeſimo,in tertio dub volum.quinto.Felin.in dicto cap.
accedentes,in fine.Dec.in conſilio 195.columna 3. Iaſon
in conſilio 101.columna quarta,verſic tertio,volum.quar
to.Ruin.in conſilio 175.columna 3.volum.1. & in conſil.
217.colum.1.vol eod.

9 Nec mirum, quia etiam videmus, † quod communi-
tas,ſeu regentes eam, poſſunt facere donationem remu-
neratoriam,vt per Bartol.in l.ambitioſa,columna ſecun-
da,verſic Quæro vtrum liceat.ff.de decret.ab or.fac. per
legem Diuus ff.de bonis damnator. & in l. tutor. Secun-
dum dignitatem.ff.de admini.tut.quem ſequitur Alexan.
in d.conſi.43 colum.2.ergo, & conceſſionem immunita-
10 tis,† quæ eſt ſpecies donationis,ſecundum Ruin.in alleg.
conſi.217.colum.1.Nam ex cauſa remunerationis multa
a iure permittuntur,quæ alias non permitterentur,vt per
Iaſ.in d.l iam hoc iure.de iuſti.& iure. & Dec. in conſilio
11 232.colum.2.† Hinc ſequitur,quod licet regulariter non
valeat donatio inter virum,& vxorem,toto titulo.ff.de do
natio.inter vir.& vxor. tamen ſi eſt remuneratoria valet.
vt per Abb.in rub.de donationibus inter vir. & vxorem.
Socin.in conſi 84 colum.4.verſic 3. Dec. in d.conſil.232.
colum.3.& in conſi. 536. colum. 1. & ratio eſt ſecundum
Abba.quia hæc non eſt propria donatio, ſed quædam per
mutatio, ſeu compenſatio ſeruitiorum. Alibi dixit Bald.
& quidem ſingulariter in l. ſi vnquam. C.de reuocat.do-
12 nationibus. † quod licet natiuitate filiorum ſuperuenien
tium ex vi illius legis reuocetur donatio antea facta,tamẽ
quod ea non reuocatur quando remuneratoria,& Bal. ſe-
quitur Alexan.in conſi.28.colum.fin.volum 3. & in conſi.
30 & in tertio dubio,volum.4.Socin.in conſi.295.colu.3.
& in conſi.39.in fine.volum.3.Corn.in conſi.194.colu.2.
volum.3.Barb.in conſilio 26.in tertio dub Dec.in conſilio
20.colum prima,& in conſi.675.in fin. & hanc eſſe com-
munem opinionem atteſtatur idem Dec.in conſil. 366. in
3 dub.Ripa in reſponſo.13.in tertia parte,& in l.ſi vnquã
quæſtio.14.C. de reuocandis donat. pro quo etiam facit,
13 † nam licet mera donatio prætextu ingratitudinis poſſit
reuocari.l fin.C.de reuoc.don.tamen non reuocatur do-
natio remuneratoria, l ſi pater. § ſi iuncta gloſſ. in verbo
irreuocabilis ff.de don.Roma in d conſi.20 Corn.in con-
14 ſil 134.col.2.vol.2.† Vnde ſi quis alicui feudum conceſſit,
ex eo quod eum a morte liberauit, vel ab hoſtibus, vel a
vinculis,vlla etiam cauſa ingratitudinis poterit reuocari,
ſecundum Bald. in cap. primo. §. ſi quæ fuit prima cau.
ben.amit. & in capit. primo, columna tertia, an mut. vel
ſurd.& ibi Laud.Mod.in repetitione rubricæ.de dona.in-
15 ter virum,& vxorem, §.50.columna 2.in d.quæſt.4. † Si-
militer videmus,quod iura loquentia de inſinuatione, nõ
vendicant ſibi locum in donatione remuneratoria, vt per
Bart.& alios in l.Aquilius ff.de don.Confirmatur iſta opi
16 nio †Nam licet donans habeat beneficium, vt non con-
ueniatur vltra quam facere poſſit.l.inter eos.§.is quoque,
de re iud. tamen hoc non habet locum in donatione re-
muneratoria ſecundum Ang.in l.ſed hoc ita.ff.de re iudic.
& Rom.d.conſi.26.col.penul. quod decuriones potuerint
hoc facere, id etiam voluit Alex.in conſi.168. in 2.volum.
17 colum.fina. † Vbi inquit, quod iſta donatio remunerato-
ria non eſt contra ius commune,nec prohibita fieri etiam
per ſolos decuriones ciuitatis, per no.per Bar. in d.l am-
bitioſa,& Pariſ in citato conſi.68 colum.2.in princ. Non
obſtat modo adducta in cõtrarium, quia quo ad primum
argumentum reſpondetur, quod & ſi regulariter immu-
nitas ſimpliciter conceſſa non valet, tamen ſecus ſi ex
cauſa remunerationis conceſſa per Decuriones ſupra re-
18 latos reſpondetur, † quod dato etiam, quod ipſa conceſ-
ſio immunitatis ſit ſimpliciter facta, tamen quod ea va-
let ex quo a ſupremo principe approbata, & confirmata
19 fuit cum clauſula, non obſtante, † quia tunc ipſa appro-
batio, & confirmatio ſupremi principis cenſetur noua
conceſſio immunitatis, argum. l. adoptio non iure facta.
ff. de adopt. & nemini dubium eſt, quod ſupremus prin-
ceps poteſt immunitatem concedere, vt per Barto.in d.l.
vacuatis.in l.ſi qui.ff.de iure immu. & in l.1. C. de decre.
Decurionum.lib.10 Abbas in capit.2.colum.5. de immu.

eccle. Alexan.in conſi.30.in 3.dub.volum 5. Barb. conſil.
26.colum.2.vol.2.Rip.in conſi.6.colum.1. 2.par. Pariſ. in
conſi.68.colum.1.& in conſi.ſequen.colum.1.volum.1.&
quod ſufficiat ipſa approbatio,ſeu confirmatio,cum clau-
ſula non obſtante,hoc voluit Bart.Bald.Ang. & alij in d.l.
vacuatis.Ioan.And.& Abb.in d.conſi.2.de immun.eccle.
Alexand.in allegato conſi.30.in 3.dub. Barba. in d.conſi.
26.colum.2. Rip.in reſponſo 20.colum.fina.parte 1. Iaſ.in
20 conſi.101.colum.3.volum.4. † imò plus dicitur,quod for-
tius debet valere iſta confirmatio , cum nedum reperia-
tur facta cum clauſula non obſtante,ſed etiam cum clau-
ſulis ex certa ſcientia , & de plenitudine poteſtatis, vt pa-
tet in ipſa confirmatione , quæ quidem clauſulæ operan-
tur idem, quod clauſula non obſtante. l.idem Vlpianus.ff.
de excuſat.tuto.Ita Alexan.in citato conſi. 101. col.5. &
in conſi.30.in 3.dub.Barb.in conſi 26.colum.2. volu.2. qui
proprie loquuntur in materia immunitatis , prout etiam
ſimpliciter facit Ruin.in conſi.196.colum.3.volum.1. Iaſ.
in citato conſi.101.colum.idem vult Dec.in conſi.296. co-
21 lum.fin.& in conſi.498.colum.penul.† Vnde cum ſint ge-
minatæ,& duplicatæ, debent latiorem effectum produce-
re,quam ſimplex clauſula, quia oſtendunt confirmantis ,
& approbantis latiſſimam, & enixam voluntatem , vt eſt
tex.in l.Baliſta.ff.ad Trebellianum. Not.Alexan. in citato
conſi. 101.colum.5 in princ.& Dec.in conſi.51.in 2.col. &
ſic ex his tollitur argumentum factum, quod confirmatio
erat nulla: quia in forma communi cum appareat facta cũ
ipſis clauſulis, non obſtante ex certa ſcientia, & de pleni-
tudine poteſtatis.

Vltimò non obſtat, quòd etiam ſi immunitas ex cauſa
remunerationis per communitatem , ſeu Decuriones fie-
ri poſſet,tamen de merito aliter cõſtare debet, quam per
aſſertionem vniuerſitatis,ſeu Decurionum , quia reſpon-
detur,quod immo aſſertioni ipſorum ſtandum eſt , vt vult
22 Bart.in l.ambitioſa,colum.2.verſ.† Item quæro dixi.ff. de
decre.ab or. fac.vbi dicit Bar.quod ex his,quæ dixit,colli-
gitur alius intellectus ad illum tex.quia dum text.dicit, ꝙ
decreta ambitioſa debent reſcindi, præſupponitur, quod
valeant,quia aliter reſcindi non poſſent, & potuit Bartol.
exemplum , ſi Decuriones aſſerentes coloratè ſe velle ali-
cui remunerare,cum liberarunt à debito : & largiti ſunt :
nam valet decretum,licet reſcindatur , & ſic vult Bartol.
quod quo ad validitatem decreti , ſufficiat aſſertio Decu-
rionum de benemeritis,& quamuis dicat, quod reſcinda-
tur, hoc tamen intelligendum eſt, ſi cõtrarium probetur,
ſed prædictæ aſſertioni creditur,donec contrarium probe
tur.Et idem vult Bar.in eadem l.colum.6.verſic. Viſis,&
examinatis.vbi quærit an præfationibus illorum , qui ha-
bent arbitrium a communitate,ex quibus inferunt , id ꝙ
ſtatutum pertinere ad eorum arbitrium , ſit credendum ,
& demum determinat. quod ſic, non ſolum quantum ad
illos,ſed etiam quantum ad alios, per illum text.vbi dicit
eſſe caſum,ſecundum vnam lecturam,in eo quod dicit,ꝙ
debet reſcindi,ſi enim non crederetur,dicit Bart.decreta
eſſent nulla ipſo iure niſi probarentur, & illa lectura de
qua ibi facis mentionem Bart.eſt illa,de qua ſupra proxi-
mè dixi, ſcilicet quando Decuriones aſſerentes velle ali-
quem remunerare,eum liberant à debito, vel largiti ſunt,
& per quam,vt dixit Bar.in ipſo ver. viſis,dictæ aſſertioni
ſit ſtandum, & ne dum ad finem vt decretum ſit ipſo iure
validum,ſed etiam,quod habeat effectum , donec probe-
tur contrarium,quod patet,quia Bart. ſubdit quod in illis
extraiudicialibus,illis eſt credendum per not.in cap.poſt
ceſſionem,de probationibus,& in clem.1.de probat. Nec
dicas,inquit Bart.eſſe ſpeciale in Papa , quia fateor quod
eſt ſpeciale,vt non admittatur probatio in contrarium, &
ratio eſt ſecundum eum: qui iſta arbitria non concedũtur
niſi electis,& grauibus perſonis , ideo aſſeueratis per eos
credendum eſt.l 1.ff.de offic.præfecti prætorio,& ideo re-
ſpondet Bar. ad l.ſi forte. ff. de caſtrenſ.pecul. ꝙ ea locum
non habet in huiuſmodi perſonis electis,& Bart. ſequitur
Alex.in conſi.34.col.fi.vol.4.Soc.in cõſ.4.col.3.in fi.verſi.
primum probatur.vol. 3.Rui.in conſ.104.col.4.& in conſ.
117.col.3.in fin.vol.3. & in terminis immunitatis, de qui-
bus agitur per dictam doctrinam Bar. Hoc voluit Dec. in
citato conſi. 195.col.3.verſi.nam tali caſu,& Iaſ. in conſil.
227.col.9.verſ.10 ad idem,volum.2.& in allegato conſilio
201.col.4.in ſi.verſi.3.Rui.in conſi.175.col.3. & in conſil.
217.colum.1.vol.1.& pro confirmatione Barto. ſecundum
Alexan.in ipſo conſi.34.colum.fi.& Ruin.vbi ſupra facit,
quod voluit Gul.Albe.de Roſa. & alij in l.1. ff.de off.eius
23 cui mand.eſt iuriſd. † Nam ibi dicitur , quod cauſæ me-
ri,& mixti Imperij non poſſunt delegari niſi ex cauſa ab-
ſentiæ neceſſariæ. Pone ergo,quod præſes in delegatione
talis cauſæ aſſerat oportere , quod ex cauſa neceſſaria ſe
abſente,vel allegat tale impedimentum , propter quod ſi
verum eſſet, delegare poſſet , an ſtetur aſſertioni delega-
tis pro plena probatione, adeo quod valeat delegatio : &
cõcludunt quod ſic: quia creditur literis officialis.l.diuus.
ff.de offic.præſid.Idem vult. Alexan.in caſu ſimili,in l.ſci-
endum,in 9 colum.ff.de verb. obl. vbi reprehendit Paul.
de Caſt.in conſi.81.Super eo,qui voluit,quod vbi non con
ſtet aliter,quam per verba inſtrumenti, & iudicis de cau-
ſæ cognitione,tunc aſſertionis illius non eſt ſtandũ , quia
non debet eſſe in poteſtate iudicis peruertere ordinem iu-
24 dicij,l.ſi fortè.ff.de caſtr.pecul. † nam ſecundum Alexan.
in dubio præſumitur pro geſtis a iudice,& officiali,l.2. C.
de offic.ciuil.iud.Nec obſtat,ſecundum Alexand.d.l.ſi for
tè,quia lex non ita ſuſpicatur de iudice , ſicut de priuato ,
cum pro iudice præſumat.

Non obſtant no.per Io.And.in addi.ad Spec.in rubr.de
reb.eccleſ.non alien.quia reſpondetur ſecundum Paul.de
Caſt.in l.iubemus nnlli.C.de ſacroſ.eccl. Iaſ.in d.l.ex hoc
iure,verſi.octauus effectus,& Ruin.in citato conſi.217.co-
25 lum.3.in fin.† quod illa deciſio eſt vera in caſu ſuo,in quo
propter merita per epiſcopum facta fuit donatio de tãto,
quod excedebat duas partes reddituum epiſcopalium, &
ſic conſtabat,quod erat immoderata donatio,quæ non eſt
permiſſa.c.Ioannes.c.relatum. el 2. de teſtam & quæ non
carebat ſuſpitione fraudis propter exceſſum, arg. l. om-
nes,§.Lucius.ff.de ijs,quæ in fraud.cred. Sed ubi donatio
cum conſenſu capituli euidenter non appareret exceſſi-
ua,& non ſuſpecta,inquit Ruin.in allegato conſi.217.col.
1.in princ.quod putat aſſertioni prælati de meritis donata
rij eſſe ſtandum, & ad hoc dicit facere ſolutionem datam
per Bar.d.l.ſi fortè,in d.l.ambitioſa, ver. Viſis dicentem,
ꝙ præfationibus rectoris eſt ſtandum , niſi euidentia facti
doceret contrarium eius, quod in dictis præfationibus aſ-
ſeritur. Allegat dictam legem ſi forte , & iſto caſu etiam
procedit deciſio. Io.And.& quamuis ipſe generaliter po-
ſtea dicat,abſit quod in prohibitis,licet certo caſu permiſ
ſis:non ſtetur verbis dicentis, caſum permiſſum ſubeſſe.
l.qui teſtamentum.ff.de probat. Tamen inquit Ruin. vbi
ſuprà , quod iſta generalitas excepto caſu præmiſſo, non
comprehendit officiales , & alios per populum electos ad
adminiſtrandum.

Circa ſecundam dubitationem, quæ vertitur an huiuſ-
modi immunitas extendatur ad onera Cæſarea,& quę re
ſpiciunt publicam vtilitatem primo aſpectu videretur di
26 cendum,quod non, † quoniam receptior eſt doct. ſenten-
tia,quod immunitas conceſſa ab oneribus , non trahitur
ad onera,quæ imponuntur ratione belli.Ita Dyn. Alb.de
Roſ.Sali.& Alex.l.ex toto.in prin.ff.de leg.1. vbi Iaſon in
duobus locis,videlicet in princ.col.fi.& in fine atteſtatur,
hanc eſſe magis communem , ſecundum quam conſule-
ret,& iudicaret.Cæp.in cau.30.Ioan.And in Flor.in l.ſer
uitus.in princ.ff.de ſeruit.vrb.præd.Alb.de Roſa.in 2.par
te ſtatutorum.quæſt.138.& ipſam communem dixit Rip.
in d.l.ex toto.num.17 & in tract.de peſte.char.27.colum.
4.& Curt.iun.in conſilio 61.colum.2.quod ampliat Iaſon
27 in ipſa l.ex toto procedere , quando † etiam priuilegium
immunitatis eſſet amplum, quia non extenditur ad inco-
gitata. Alcia.in l.munus.ff.de verb.ſign.pro qua opinio fa-
cit text.in l.iubemus nullam,in princ.C.de ſacroſanc.ec-
28 cleſ.vbi Bald.in primo nota.dicit,nota ex hac leg. † quod
a neceſſitatibus imminentibus eccleſiæ Romanæ propter
guerram,nullus poteſt ſe excuſare ratione priuilegij, ſiue
29 conceſſum ſit dignitati,ſiue religioni,ſiue perſonæ,† quia
publica vtilitas eſt cuilibet priuilegio præferenda, & in
30 ſecundo not. inquit quod † priuilegium generaliter con-
ceſſum, non includit caſum publicæ vtilitati contrarium ,
& ſi includeret, non valeret. Et ita per d.l.dixerunt Ro-
man.in conſi.436.colum.6.in prin.Ale.in conſi.216.col.5.
in fi.volum.2.Fel.in c.cauſam quæ. in verſ. Quinta decla-
ratio,de reſcr.

Accedunt nota.per Ioan.de Plat.in leg.2.C.de quibus
mun.nemi.li.ſe excuſare.lib.10.vbi per illum text. tradit,
ꝙ nullus qualicunque priuilegio munitus , valet ſe excu-
ſare a muneribus perſonalibus,realibus, miſtis principi ,
& eius exercitui exhibendis, per quæcunque loca iter ar-
ripiat, ſiue ſint habitatores domorum principis, vel Au-
guſtæ, ſiue eccleſiarum , ſiue ſint perſonæ illuſtres, & in

alijs

alijs dignitatibus poſitæ, ſiue ſint perſonæ habentes ex-
cuſationem eis conceſſam per pragmaticam ſanctionem
id eſt,cum deliberatione procerum factam,vel per diuinã
annotationem,i.motu proprio factam,vel proprio oracu-
lo viuæ vocis,nemo excuſatur ab angarijs, nec peranga-
rijs,nec curibus,necã quolibet alio miniſterio,& ſeruitio
principis in expeditione accedenti exhibendo. Facit etiã
tex.in l.1.C.vt nem.lic.ab empt.ſpec.ſe excuſa.lib.10.vbi
quando publicã neceſſitate inducuntur munera emendi,
vel vendendi frumenta,vel blada propter milites, nemo
eſt immunis propter quodcunque priuilegium immuni-
tatis quocunque modo, & quocunque tempore, vt dicit
ipſa lex.& glo.ibi in verbo neceſſitate,exemplificat de ne-
ceſſitate ratione guerræ. Corroboratur hæc pars ex his,
quæ voluit Io.de Plat.in rub.C.de excuſa.munerum,lib.
31 decimo. † vbi dicit,quod immunitas pleniſſima a realib.
& perſonalibus non excuſat ab omnib. realibus,quia non
ab illis,a quibus,eſt ſpecialiter conceſſum,vt nullus priui
legiatus excuſetur,vt in aduentu principis. Alibi dicit idẽ
Io.de Plat.in l.cum te.la 2.C.quemadmodum ciuil. mun.
32 lib.10 †quod neceſſitas omnibus legibus derogat,& om-
nem immunitatem excludit.
Vltimo facit quod tradit Bal.in conſi.312. volum.3. vbi
33 † inquit,quod monetarij Imperatoris exempti ab omni
bus oneribus non intelliguntur immunes a neceſſaria re-
34 fectione murorum.† Nec ſimiliter habens immunitatem
propter numerum duodecim liberorum, ergo nec ab one
ribus ratione belli.
35 His† tamen non obſtantibus, alteram partem in ter-
minis de quibus agitur,veriorem credo: nam hæc immu-
nitas conceſſa reperitur ab oneribus perſonalibus, rea-
libus,miſtis,angarijs, perangarijs, ſolitis, & inſolitis, &
ab omnibus,& quibuſcunque alijs oneribus, quæ impo-
ni continget quoque modo, quomodocunque, & quali-
tercunque,quauis cauſa,& occaſione,quę dici, vel exco-
gitari poſſit,quo caſu, cum verba iſta ſint multum præ-
gnantia,& vniuerſalia, dicendum videtur,ſub huiuſmo-
di immunitatem venire etiam onera,quæ imponuntur ra-
tione guerræ, & ſic dicendum moueor ponderando in
primis verba ipſius immunitatis,dum dicunt,& ab om-
nibus oneribus, quæ ſolent operari nullam reſeruationẽ
per tex.in l.Iulianus,ff.de leg.3.vbi qui totum dicit, nihil
excludit. Hinc dixit Barto. in l.generaliter.in §.vxori.ff.
36 de vſufruct.lega. † quod licet in legato ex vi ipſius,l.non
veniunt venalia, tamen quod hoc non procedit, quando
in legato dictum fuiſſet de omnibus bonis : quia tunc ve-
niunt & venalia.Facit quod voluit Bald.in cap.in præſen-
tia,in 2.columna,de probatio. quem ſequitur Alexand.in
conſi.395.colum.penul.vol.6.Curt.iun.in conſi.primo,co
37 lum.2.verſic pro eadem opinione,† vbi licet in feudo ec-
cleſiaſtico,vel emphyteoſi, appellatione hæredis non ve-
niat niſi deſcendentes,iuxta id quod habetur in capit. 1.
de alien.feud.& in §.emphytheoſim,in authen.de non a-
lie.tamen fallit quando in conceſſione eſſet dictum,conce
do tibi,& pro tuis hæredibus omnibus; quia tunc veniũt
& alij.Idem dixit Decius in conſi. 294. colum. ſecunda.
38 Alibi dixit Ruin.in conſi.20.colum.2 volum.1.† ꝙ ſi Im-
perator concedit Caſtrum alicui cum omnibus iurib.ſuis,
nihil videtur in ſe reſeruare, per dictam regulam, quod
qui omne dicit,nihil excludit cap.ſolitæ.de maior.& obe.
39 †Nam ſermo vniuerſalis prolatus ab homine, non recipit
reſtrictionem,per nota.in d.l.generaliter, §.vxori, quod
etiam voluit idem Ruin.in conſil.99.colum.penul.volum.
eodem. & ideo dixit Bald.in lege,omnia priuilegia, C.de
40 epiſcopis,& cleric. † quod licet diſpoſitio ſimplex de ſui
natura non comprehendat futura,l.ſi ita,ff.de auro, & ar-
gento legato,tamen fallit ſi indiſpoſitione ſit dictio, om-
nia,& Bald. ſequitur Abba. in cap. fina.ne cler.vel noma.
Alexan.in l.prima,in pimo notab.ff.de leg.primo. Rui.
in conſi.76.colum.quinta,volum.5.Confirmatur hęc ſen-
tentia ex his,quæ tradit idem Ruin.in conſi.61.colum.12.
41 in fi.vol.5.†vbi inquit, quod etſi conſeruator Imperialis
non poſſit conſtituere procuratorem ante litem conteſta-
tam,vel antequam haberetur pro conteſtata.l.quod quis,
l.neque tutores.l.nihil.l.nulla, C. de procur. tamen ſecus
eſt,quando ex verbis conſeruatoriæ appareret de contra-
rio,vt quia in ea dicitur, quod poſſit conſeruator omnes
actus facere,quos iudicauerit opportunos,& neceſſarios
quia tunc propter illam dictionem, omnes, quæ eſt vni-
uerſalis, poterit conſtituere procuratorem, etiam ante
litem conteſtatam, cum dictio, omnis, prolata ab homi-
ne,non recipiat reſtrictionem, & in terminis immunita-
tis. Ita dixit Alexand.in conſilio 30.columna fi.in princ.
42 vol.5.& in d.l.ſi ex toto.col.2.ver.ſit tamen cautus,† vbi
inquit cautum eſſe illum,cui conceditur immunitas,vt in
conceſſione dicatur ad omnibus ordinarijs, & extraordi-
narijs: quia venit & onus belli,cum collecta propter ſuper
uenientem guerram,impoſita,munus extraordinarium,
id eſt,ſuper indictum appelletur,vt in rub. C. de ſuperin-
dic.lib.10.& illam dictionem omnibus, propriè in mate-
ria immunitatis,etiam ponderat Barb.in conſi.26.colu.2.
& 13.ver.quia reſpondeo vol.2.Hinc etiam voluit Bal. in
43 conſi.112.col.1.vol.1.† quod immunitas conceſſa in caſu
ſuo,domino Franciſco ab angarijs, & perangarijs, & ab
omnibus oneribus Ciuitatis Placentię, comprehẽdit om
nia onera,quæ dinumerari poſſunt, & quæ ſupportant
alij Placentini, ratione illius dictionis, omnibus, poſitæ
poſt illas ſpecies præmiſſas,arg.l.ſed & ſi quis.§.quæſitũ,
44 ff.ſi quis cautio.† & eo maximè hoc dicendum venit con
currentibus dictionibus ſubſequentibus vniuerſalibus,
videlicet dictione quibuſcunque:adiecta verbo alijs, quæ
cum ſit vniuerſalis,copulat maiora expreſſis,vt eſt glo. in
Clem.1.de re iud.& in terminis immunitatis hoc voluit
Barba.in citato conſi.26.colum.3.in princ.& colum.9. Pa
riſ.in allegato conſi.68. colum.penul. quia propter dicta
verba per concedentem tempore cõceſſionis videtur fuiſ
ſe cogitatum in genere de huiuſmodi oneribus. Idem di-
xit Alexan.in præallegato conſil.30.in 6.dubio ponderan
do dictionem, & quibuſuis, appoſitam in immunitate.
Nec obſtat,ſi dicatur, quod ſignum vniuerſale adiectum
verbo alijs,includat ſolum ſimilia,& non maiora expreſ-
45 ſis,vt in l.ſi fugitiui,C.de ſeru.fugit. † quia reſpondetur,
in materia fauorabili non ſolum ſignum vniuerſale, iun-
ctum verbo alijs, includit ſimilia,ſed etiam maiora. Ita
Soc.in l.quidam relegatus, in verſic. Quinta concluſio,ff.
de reb.dub.vbi ex illa concluſione infert,quod cũ conceſ-
ſiones principum ſunt latiſſimè interpretandæ.l.fin.ff.de
conſtit. princ. ſi in ipſis conceſſionibus ſint tales clauſulæ
vniuerſales, ꝙ includuntur maiora expreſſis, & ideo ſub-
46 dit, † quod ſi princeps concedit feudum alicui,& quibuſ-
cunque ſuis hæredibus, quod includũtur etiam extranei,
quia alias non includerentur.l.id tempus.ff.de hæred. in-
ſtit.& Soc.ſequitur Ruin.in conſi.20.colum.2.vol.1. & in
conſi.103.col.6.verſ.nec etiam, vol.3. ſed hæc immunitas
de qua in præſentiarum agitur,eſt fauorabilis, quia facta
propter merita, igitur non mirum ſi ſignum vniuerſale
adiectum verbo alijs,comprehendit maiora expreſſis.
Secundo reſpondetur,quod non obſtante illa dictione,
alijs,verbũ vniuerſale,quod illi adijcitur, debet capi vni-
uerſaliter,& ſine aliqua reſtrictione,quando profertur ab
homine,per not.per Bar.in d.§.vxori,dum vult,quod ver
ba quæ ſimpliciter prolata ſunt, reſtrictiuè, & limitatiuè
non reſtringuntur, ſi illis adijciatur verbum vniuerſale.
Pari ergo ratione idem dicendum eſt, quod dictio alijs,
non operetur reſtrictionem,quando coniungitur cum ſi-
gno vniuerſali,vt vult Imo.& alij in c.j.de tranſac. Doct.
in l.ſi de certa.C.de tranſac. Alex.in conſi.46.col.1. vol.1.
& in conſi.11.col.2 vol.2. vbi dicit, ꝙ ſi quis promittit nõ
petere amplius occaſione rei petitæ, vel ex alia quacunq;
cauſa,quod talia verba intelliguntur vniuerſaliter, & nõ
recipiunt aliquam reſtrictionem.Et non obſtat glo. in l. ſi
fugitiui, quia loquitur in diſpoſitione legis in qua tunc
admittitur reſtrictio, gratia contrarietatis euitandæ. Et
hanc differentiam inter diſpoſitionem legis, & hominis,
in quo exprimantur verba vniuerſalia,facit Bald.in l.fin.
C.ſine cenſ. vel reliq. Alexand.in l.1.circa principium,de
leg.3.dum reprehendit Alexand.in conſi.per eum relato,
& in l.ſi patroni.in princ.ff.ad Trebel.& Rui.in conſi.37.
col.6.in fin.vol.3.
47 † Item etiam ſtante alia dictione quoquo modo vltra
alias dictiones,omnibus,& quibuſcunque alijs, quæ etiã
eſt vniuerſalis, & operatur, vt in conceſſione comple-
ctantur quæ alias non venirent, vt in l.1. verſicu. quoquo
modo.ff.de teſtament.milit.l 1.§.quidam inncta. gloſſ in
48 verbo quoquo modo.ff.de fideicommiſſ.liber. vbi† habet,
quod propter illud verbum, quoquo modo appoſitum in
prohibitione alienationis, prohibitio ipſa extenditur ad
alienationem factam ex cauſa neceſſitatis, quæ non ſolet
comprehendi ſub ſimplici prohibitione.l.peto. §.prædiũ.
ff.de leg.2.Dec.in conſi.37 colum.2.in prin.in conſil. 137.
col.2.in princ.verſic.Accedit,& in conſi.613. col.1. Ruin.
in conſi.20.col.2. vol.1. & propriè in materia immunita-

tis,vt talis dictio operetur quòd veniat onera ratione bel
li,quæ alias non venirent. Voluit in terminis Alex. in d.
conſi.30.in ſexto dubio.

49 † Item etiam dictionibus vniuerſalibus quomodocun-
que,& qualitercunque, quæ ſimiliter operantur, vt ipſa
immunitas non recipiat interpretationem reſtrictiuam,
vt probatur ex notatis per Salice. in l.ſi ſerui. col.3. C.de
noxali.dum vult,quod verba iſta,ſ.quomodocunque qua
litercunque,appoſita in ſtatuto,impediunt ſtatutum pati
poſſe interpretationem reſtrictiuam,quam ſine dictis ver
bis pati potuiſſet,& Salic.ſequitur.Alexan.in conſil. 118.
col.2.verſic.5.Idem voluit Rui.in conſi.109. col.2. volu.1.
& in conſi 77.col.3.vol.2. Alexan.in conſ.103.col.fi.vol.6.
Et tantò fortius hoc dicendum venit ex his quæ voluit
50 Bal.in conſi.406.col.pen. volu.5. † vbi conſuluit,quod ſi
in conceſſione immunitatis ſunt appoſita hæc verba, &
quibuſcunq; alijs,quæ dici,& excogitari poſſunt &c. quo
cunque nomine cenſeatur, & ex quacunque ratione, &
cauſa,quòd talia verba operantur,vt immunes non tenea
tur ad onera,& collectam propter guerram. Idem ergo
& fortius concludendum videtur in caſu de quo nunc
tractatur,vbi ſunt appoſita verba magis vniuerſalia, pin-
guiora,& prægnantia,quam in caſu Bal.Nam hic dictum
fuit in huiuſmodi conceſſione,ab omnibus oneribus rea-
libus,perſonalibus, miſtis,angarijs, & perangarijs ſolitis,
& inſolitis,& a quibuſcunq; alijs, quę imponi continget
quoquo modo,quomodocunq;,qualitercũque,& ex qua-
uis cauſa,& occaſione, quæ dici & excogitari poſſet, quo
caſu cum iſta verba, & iſtæ dictiones ſint magis gemina-
tæ,& triplicatę efficacius demonſtrant intentionem Prin
cipis fuiſſe velle etiam, vt ipſa immunitas comprehende-
ret etiam onera bellica. Pro quo faciunt,quæ dicuntur de
verbis geminatis,per Doc.in l Ballista, ff.ad Trebell.in l.
cum ſimus,C.de agricol. & cenſi.lib.10. & de verbis tri-
plicatis per Barb.in conſ.43.vol.2.& Dec.in conſ.504.co-
lum.fin.in princ.

Non obſtat adducta modò in contrarium, & in pri-
mis nota.per Dyn.& Scrib.in dicta l.ex toto.quia reſpon-
detur, quòd ipſa communis opinio, de qua ſuprà, pro-
51 cedit † in immunitate ſimpliciter conceſſa per priuile-
gium, ſecus in conceſſione immunitatis facta, cum tot
tantiſque verbis vniuerſalibus geminatis, & triplicatis,
de quibus ſuprà,vt per Alexandrum,Barb.Bal. & Pariſ.
in conſilijs ſuprà allegatis, quia alias ſequeretur ſecun-
dum doctores iam citatos, quòd dictæ clauſulæ, vel ſal-
tem maior pars reperirentur ſruſtratoriè appoſitæ; quod
nequaquam dicendum venit, argu l.ſi quando, de leg.1.
cum ſimilibus.

Non obſtant ſcripta per Bald. in dicta l. iubemus nul-
lam,quia ad hoc reſpondet Socin. in dicta l.ſi ex toto, ꝙ
52 dictum Bald procedit,† quando immunet publica neceſ-
ſitas, cui non poſſit prouideri, niſi etiam exemptis colle-
cta imponatur:quia tunc eis imponi poteſt,cum ipſa cõ-
ceſſio ipſos non exiſtimat dicto caſu propter publicam ne
ceſſitatem,& cum Socino pertranſeunt Cur.Iun.in con-
ſilio 61.col.6.verſ.prætereà dato.& Pariſ.conſ 68.col. pe.
in fi.Idem vult Bald.in citato conſi.406.colum.pen.volu.
5.vbi inquit,quod licet non teneantur immunens,& fran
ci ad onera ratione belli, quando immunitate ſunt appo-
ſita verba,& quibuſcunque alijs,quæ dici, & excogitari
poſſunt &c.quocunque nomine cenſeantur,& quacunq;
ratione,& cauſa,tamen,ꝙ hoc non procedit,quoties alio-
rum facultates non ſufficiunt, vel cum magno ſcandalo
ſoppetunt,quia tunc grauari poſſunt ad contribuendum
cum cæteris exemptis, vt notat Dynus in l.2. ff.de iure
immunita. Sed hæc ratio ceſſat in caſu præſenti, ex quo
prouideri poteſt dictæ neceſſitati,etiam ſi dicto Illuſtr.Co
miti non imponatur tale onus, cum per alios Concines
ſolui debeat,& poſſit ſopportari. Igitur &c.

Non obſtat ſimiliter l.1.C.vt nemini liceat,& l.2.C.de
53 quibus muneribus nemini ſe excuſare, † quia illa iura
loquuntur, quando illa neceſſitas publica ſuperueniens,
eſt valde inſolita,& cui aliter non poteſt prouideri, vt vi-
detur ſentire Alex.in dicta l.ſi ex toto col.fin.verſi.& hæc
puto ſaltem vera.& Rip.ibi col.pe.verſ. fallit primò,quia
tunc admitto, quod neceſſitas publica derogat omnibus
legibus,& omnem immunitatem excludit, vt dixit Ioan
nes de Platea, in dicta l.cum te. & iſtud etiam voluit Bal-
dus in d.conſi.406. vbi examinat intellectum huius l. vni-
cæ.col.2.verſi. Aliud de emptione.vbi dicit,quod illa l.lo-
quitur de emptione ſpecierum, quæ rara eſt, & de raro
contingit, & quæ certa prouidentia claudi non poteſt,ar-
gumento l. Fiſtulas.§.Frumenta,ff.de contrahen.emp. &
non de munere ſtipendiariorum.

Secundò reſpondetur,quòd diſpoſitio ipſius l.non pro-
cedit in immunitate conceſſa per viam contractus, vt per
Cacialupum.in l omnes populi colum. 93. circa 9. quæſt.
Bart. ff.de iuſtitia & iure.quem ſequitur Neuiza.in conſi.
11.col.6. in fi.inter conſilia Bru. vbi dicit fuiſſe quondam
de facto in Ciuitate Senarum, in qua dum eſſet magna
penuria, fuit impoſita collecta pro emendo frumento, &
quod tunc fuit conſultum, & obtentum,quod licet exem
ptus per priuilegium non gauderet immunitate tali caſu,
tamen gaudere debebat exemptus per pactum dicens
ita limitari not. per Doc.in d.l.ſi ex toto. idem voluit Pa-
riſ.conſi.68.vol.1.ſed hæc immunitas, cum ſit ex cauſa re
munerationis conceſſa, tranſiuit in contractum, vt per
Ruin.in conſi.217.col.3.vol.1.ergo &c.

54 Tertiò reſpondetur,† quod dictis legibus quanquam
habentibus clauſulam derogatoriã, vt per Lucas de Pen.
in l.j.col.2. C.de piſtoribus.lib.11.& Ruin.in conſil. 127.
colum.1.vol 4.fuit derogatum:quia in confirmatione im-
munitatis facta per Cæſarem, adeſt clauſula non obſtan-
tibus quibuſcunque legibus in contrarium facientibus,
etiam habentibus clauſulam derogatoriam, per quam
clauſulam ſpecialiter derogatum cenſetur dictę l.2.C.de
quibus mune.& l.1.vt nem.lic. & etiam dictæ.l.iubemus
nullam.per ea quæ dicunt Paul de Caſt. in conſi.316.col.
2.ſecundum antiquam impreſſionem. Ruin.in conſil. 80.
colum 2.verſic.3. & in conſi.30. colum.penul.in princip.
volu.5. vbi volunt,quod licet clauſula non obſtante qua-
cunque lege in contrarium faciente,non ſufficiat,quando
reſcriptum eſſet contra legem habentem clauſulam dero
gatoriam ad reſcripta;quia de ipſa lege non dicitur eſſe
facta ſpecialis mentio,ſed generalis l.ſi mihi & tibi, §.in
leg.ff.de lega.3. tamen quod ſufficit ſi dicatur non obſtan
te aliqua lege in contrarium faciente,& verbis derogato-
rijs in ea appoſitis,quia tunc de ipſa lege non eſt opus fa
cere mentionem ſingulariter, puta lege tali non obſtan-
te.per no.in l.ſi quis.in princ.ff.de leg.3.Rui.in conſil.11.
col.2.vol.2.Soci.in conſi.47. col.fin. volu.4. vbi atteſtatur
hanc eſſe communem,& in ſpecie quod ſuprà dictis legi
bus poſſit derogari. hoc voluit Luc. de Penna in l.1. C.de
piſtoribus.col.2.lib.21.& quamuis ipſe tradat derogatio-
nem fieri debere expreſſe, & non ſufficiat clauſula ex cer
ta ſcientia, tamen dicitur quod ſufficit ipſa clauſula non
obſtante aliqua lege &c. & verbis derogatorijs in ea ap-
poſitis. quia tunc expreſſe dicitur fieri derogatio, vt per
Paul.de Caſt.in d.conſi.316.& Soci.in citato conſ.47. co-
lum.pen.& fin.

Succedit & tertia difficultas, an præſuppoſita ipſa im-
munitate pro inualida, poſſit idem Comes ſe tueri præ-
ſcriptione libertatis non ſoluendi ipſa onera, quæ impo-
nuntur ratione belli, & videtur primò dicendum quod
non,ſi per idipſum non reperientur probata requiſita ad
eſſe ipſius præſcritionis,de quibus per Alex.in conſi. 136.
55 col.3.vol.2.† vbi Alexan.concludit multa eſſe neceſſaria,
vt ipſa libertas oneribus præſcribatur. Primò quòd alle-
gans præſcriptionem probet, quod aliquando fuit requi-
ſitus ſoluere, per l.cum ſimus. C. de agri. & cenſi.lib.11.
iunctis ibi notatis per Bar. Secundò, quod requiſitus ſol-
uere recuſauerit ſecundum gl.in l.qui luminibus.ff.de ſer
uit vrb.præd.Tertiò,quod interuenerit ſcientia & patiẽ-
tia vniuerſitatis. l 2.vbi Bar.C.de ſeruit.& aqua. Quartò
bona fides præſcribentis circa ius,quod præſcribere quæ-
rit,& Alex.ſequitur Cur.iun.in conſi.60.col.pen. Rip.in
reſponſo 14.col.4. par.1. & in 4. reſponſo colum. pen. &
in reſponſo 26.col.3.par.2. Alb.de Roſa.in rub. de mune.
& hono.quem ſequitur Iac. de S. Georgio. in trac.de ho-
mag.col.antepenultima.Balb.in tra.de præſcrip.in 5.par.
quæſt.7. Pariſ.colum.penul.volu.1 Petr.Antibol.in trac.
de muner.2.par.princip.num.15. & ſequen. Sed hic non
reperiuntur probata huiuſmodi requiſita, ergo in prę-
ſcriptione huiuſmodi non videtur poſſe fieri fundamen-
tum validum.

56 Secundò facit, † quod non poteſt quæri ex priuilegio,
non poteſt etiam pręſcribi,ſicut è contrà, illud, quod eſt
ex priuilegio quæſibile,eſt etiam præſcriptibile, c.duo ſi-
mul.de off.ord.c.cùm contingat.de foro comp.Abb.in c.
Accedentes.de præſcrip.ſed per communitatem (vt dictũ
fuit) non poteſt concedi priuilegium immunitatis, d.l.va-
57 cuatis,ergo nec præſcribi.† Item hoc ius exigendi colle-

ctas

ctas non poteſt alienari per communitatem d. l. vacuatis ergo nec præſcribi, quia res prohibita alienari per legem, non poteſt præſcribi l. vbi lex. in princ. & ibi Bar. ff. de vſu cap. Ang. in l. j. de præſcrip. long. temporis.

Sed his & ſimilibus non obſtantibus, altera pars, tanquam magis iuri conſona amplectenda venit, pro cuius fundamento facit, nam ex proceſſu apparet prædictum comitem allegaſſe titulum libertatis, cum probatione
58 curſus quadraginta annorum, † quo ſufficere videtur per ea quæ no. Bar. in conſ. 59. per tex. in l. fi C. de fund. patr. lib. 11. vbi qui allegat conceſſionem ſibi factam de collecta non ſoluenda cum curſu quadraginta annorum, habet iuſtam cauſam defenſionis, vt nulla ei nouitas impendatur. Quod etiam voluit Ro. in conſi. 198. col. 2. & in conſ. 275. col. penul. Cor. in conſi. 162. in litera O, volum. 3. vbi inquit libertatem non ſoluendi collectas poſſe præſcribi ſpatio quadraginta annorum, dummodò allegetur titu-
59 lus, † etiam ſi aduerſarij fuiſſent in quaſi poſſeſſione iuris exigendi, quia per iſtam ſecundam liberatoriam tollitur prima. Idem repetit ipſe Cor. in conſil. 278. num. 10. volu. 4. & Cor. ſequitur Pariſ. in allegato conſ. 25. col. 6. in fin. volu. j. Iacobus de S. Georgio in d. trac. de homag. colum. pen. per gloſ. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. Petr. Antibol. in d. tractatu de muneribus, 2. par. col. 3. verſic. Sed moderni. Imò plus voluit Bald. in conſi. 257. in 2. volum. quòd immunitas contra Caſtrum, vel communitatem poteſt præſcribi ſpatio quadraginta annorum, etiam a ſciente ſe teneri. Et Bal. ſequitur Iaſ. 101. colum. fi. vol. 4. Alibi etiam dixit Barba. in conſi. vl. inter conſilia Alexan. in 5.
60 vol. † quòd ſufficit allegare immunitatem, & exemptionem à collectis, cum præſcriptione longi temporis, vt etiã tradunt Repe. in l. placet. colum. 25. verſ. & ſi vultis, C. de ſacroſanc. eccleſ.

61 † Non obſtant modò quæ ex aduerſo adducta fuerunt, videlicet requiſita, de quibus per Alex. in d. conſi. 136. nõ interueniſſe, quia ſecundum Rui. in conſi. 217. col. 6. volu. 1. & Aymo. in conſi. 111. colum. 6. opinio Alex. non videtur vera. Nàm Bar. in d. l. cum ſimus. loquitur in alio caſu diuerſo, & in quo eſt diuerſa ratio ſecundum Rui n. vt facile poteſt intelligi rectè intuenti. Nec ſimiliter faciunt notata per Ang. & Bald. in l. malè agitur, C. de præſcript. triginta annorum: quia loquuntur in colono, vel inquilino, qui ceſſauit ſoluere, qui antequam neget ſoluere domino nõ interuenerit poſſeſſionem eius, ideo non præſcribit rem, nec etiam præſcribitur per eum futuræ præſtationi, & hoc quia interim cognoſcit dominum, vt declarat Io. de Plat. in l. fi. C. de feud. patr. lib. 11. quæ ratio ceſſat in caſu de quo agitur, in quo collectæ, & alia onera nõ ſoluuntur ratione dominij vel poſſeſſionis exiſtẽtis apud illum qui ſoluitur, vel qui in dominum recognoſcatur, ſed quia tenetur ex diſpoſitione legis. Huic ergo iuri exigendi, & actioni perſonali præſcribi tum ſpatio quadraginta annorum, ex ſola ceſſatione ſolutionis, vt eſt tex. in cap. de quarta. de præſcrip. & in l. omnes, C. de præſc. 30. annorum, & abſque eo, quod requiſitus ſoluere recuſaue rit, quia in iſta actione perſonalium currit præſcriptio ſine poſſeſſione, & ex ſola negligentia non petentis ſecundum Bar. in l ſequitur. in § ſi viam, ff. de vſuc. Et per hoc reſpondetur ad notata per gl. in l. j. C. de ſerui. quia loquitur de præſcriptione ſeruitutis, & iuris realis, quæ nõ currit ſine poſſeſſione, & quæ non acquiritur, niſi prohibitus faciat contra prohibitionem aduerſario patiente.

62 Secundo reſpondetur, † quòd dato quod eſſet vera opinio Alex. quod ea procedit, vbi nullus ſubeſſet titulus, ſecus vbi adeſſet titulus, etſi inualidus, vt per Alexand. in d. conſi. 30. vol. 5. Ita declarat Bald. in tracta. de præſcriptio. in 5. par. q. 7. quem ſequitur Ripa, in reſponſo 14. col 5. in princ. in prima parte, & in iſtis terminis procedunt dicta per Ruinum, & Aymo. in conſilij de quibus ſupra, quia in caſu Ruin. aderat conceſſio immunitatis, & in caſu Aymo. aderat conuentio de quid ſoluendo. Et ideo ex his inſurgit vera concluſio, præſentem comitem poſſe ſe tueri præſcriptione libertatis non ſoluendi huiuſmodi onera bellica, de quibus ſuprà.

63 Non obſtat, † quod non poteſt quæri ex priuilegio, non poteſt præſcribi, quia reſpondetur, quod quamuis priuilegium non poſſit concedi à communitate ſimpliciter, vt dicit lex, vacuatis tamen ex cauſa remunerationis poteſt cõcedi, vt abunde demõſtratum fuit ſuprà in primo dubio. Item ẽt põt concedi à Principe, cum clauſula non obſtante, vt notatur p Ale. in citato conſ. 30. & alios ſup. citatos.

64 † Pariter non obſtat, quòd hoc ius exigendi non poteſt alienari per communitatem, ergo nec præſcribi: quia reſpondet Ruin. in d. conſi. 217. col. 6. quod argumentũ procederet quando alienatio ſimpliciter. & indiſtinctè eſſet prohibita, ſecus vbi eſt prohibita, niſi certa formã ſeruetur: quia tunc ſi ipſa forma obſeruetur, non impeditur præſcriptio ſecundum Iacob. de Aret. & Bar. & alios in l. fi. C. in quibus cauſis in integrum reſtit. &c. vbi dicunt, quod licet res minoris immobilis non poſſit alienari, l. ex quæ tutores. C. de admi. tut. poteſt tamen præſcribi, quia cum decreto iudicis, & ex cauſa alienatio eſt permiſſa, ſed immunitas, quæ ſimpliciter non poteſt concedi per communitatem, poteſt ex cauſa meritorum concedi ſubdito, ergo, & præſcribi.

Circa vltimam difficultatem non videtur poſſe fieri fundamentum ſupra conſuetudine allegata, & in qua ẽt aduocati videntur facere fundamentum, & ſi nonnulla allegari poſſint in fauorem ipſius Comitis, quia vt ex infrà dicendis apparebit, demonſtrabitur quæ in eius fauorem
65 adducuntur iuribus non ſubſtere. † Nam pro eo facere videtur, quod conſuetudo potuerit cumulari cum præſcriptio vt per Bal. in l. j. col. 6. C. de ſer. fugi. cum non ſint contraria, vt per Bal. in tract. præſcript. in 1. par. verſic. 10. & vlt in fi. & Pariſ. in conſ. 27 nu. 26. vol. 1. & in conſi. 25.
66 col. 2. vol. 4. † & quod ipſa cõſuetudo indici potuit a priuato, vt videtur ſentire Bar. in l. licitatio, §. earum. & in l. ſi publicanus, §. fi. ff. de publica. & alij in ipſis locis, dum
67 dicunt, † q̃ exactio vectigalis poteſt competere priuato ex conſuetudine. Quod etiam voluit Alex. conſ. 124. col. 2. vol. 4 Guid. Pap. conſi. 56. vol. 1. Balb. in d. tract. præſcriptio. in 5. par. q. 4 col. 1. verſic. ſed ſi competeret. & col. 2. verſi. hanc quæſtionem, & in 5 q. Moder. in tracta. de gabellis in j. par. col. 6. verſi. duodecimo quæro, Ruin. in cõſil. 217. col. 5. vol j. Quod etiam tradunt Io. Fab. & Ange.
68 in §. flumine. Inſt. de rer. diuiſ. dum volunt, † q̃ conſuetudine quis poteſt acquirere, ne quis poſſit piſcari in flumine quando ille. ſolus piſcatus fuerit pluribus annis, & alios prohibuerit, ſciente & non contradicente populo: & eos ſequitur Rui. in cõſ. 28. col. 4. vol j. Dec. in cõſ. 272.
69 col. 3. verſi. non obſtat q̃ facultas, † vbi inquit, q̃ licet facultas piſcandi in mari, videatur omnibus competere, illud eſt verum, niſi alicui ſit ius quæſitum in certo loco, ex longa conſuetudine, vel priuilegio, per l. ſi quiſquam, ff. de diuer. & temp. præſcrip. Idem voluit Abb. quem ſe-
70 quuntur in c. ſignificante in princ. in 1. nota. † Volens, q̃ ex conſuetudine poteſt alicui competere, vt victualia alibi non vendantur, quã in certis locis ſuis, & ſubdit, quod potuit induci conſuetudo, ſi alibi volebant hoc exercere, & inhibiti acquieuerint prohibitioni per tempus legitimum ad præſcriptionem complendam, tradens idem dicendum in furno, molendino, & ſimilibus. Iac. de ſanc. Georg. in inueſtitu. feu. in verbo, & cum piſcationibus, & Aegidius in conſi. 7. col. 3. verſ. dico tamen. Idem voluit
71 Aret. in conſi. 23. col. 5. † vbi tradit q̃ præpoſitus qui non habet dignitatem in eccleſia, & ſit ſingularis perſona, poteſt per conſuetudinem acquirere ius prælationis, in ſedendo contra capitulum. Et Aret. ſequitur Felin. in c. audi tis in 3. declaratione de præſcri. Pro iſta etiam parte facere videtur tex. in l j C. de excom. mil. an. lib. 12. vinctis ibi etiam notatis per Io. de Plat. vbi probatur, q̃ per priuatos poteſt induci conſuetudo libertatis excoctionis panis. Nec habet obſtare, ſi dicatur, quod non vſu non inducitur conſuetudo vt per Docto in l. de quibus, ff. de legibus, & in §. ex non ſcripto. Inſtit. de iure natur. gentium,
72 & ciuili. † quia reſpondetur præmiſſam concluſionem non procedere, quando ille non vſus haberet actum contrarium implicitum, vt per Nic. de Mathe. & Cyn. in l. 2. in 2. q. prin. C. quæ ſit long. conſuetudo. Doct. in c. fina. de conſuetu. Ale. in conſi. 45. col. 2 volum. 2. Iaſ. in conſil. 46. col. 1. vol. j. Sed iſte omnes nunquam ſoluit onera bellica, ſed portionem ſibi tangentem alij conciues, & habitantes ciuitatis pro eo ſoluerunt, ergo iſte non vſus inducit conſuetudinem, cum habeat actum contrariũ implicitũ.

Pariter non obſtat ſi dicatur hanc conſuetudinem debere eſſe antiquam, & tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtat in contrarium, vt Paul. de Caſt. in l. de quibus, ff. de legibus, & Ioan. Monac. & Arch. in c. fi. in gl. in verſi. Antiqua. de electio. in 6 & Ant. de But. in c. fi. de con ſuet. Rom. in ſing. 102. Bal. in rub. C. quæ ſit long. conſue.
73 Barb. in conſi. 5. col. 5. vol. 2. † quia reſpõdetur, quod imò conſuetudo antiqua dicitur eſſe decem annorum, vt per glo.

glo.in d.l.de quibus.& Ange.àc Iaco.ibi,prout etiam vo-
luit Abba.in c.fi.de elect.Petr.de Vbal.in trac. de collec.
col.2.Ioa.de Amicis,in conſi.8.col 2. Barb. & Roch.in d.
c.fi.de conſue.Petr.de Rauen.in tracta.de conſue. nu.98.
Pari in conſi.13.col.6.vol.j.& in conſi.25.nu.61.vol.1.
Tamen his non obſtantibus pro altera parte videtur
74 ſtringere communis Doctorum ſententia,quæ eſt,†quòd
conſuetudo per priuatum,qui ius cõdere non poteſt, in-
duci non poteſt.Ita Petr.de Rauen.in loco de quo ſuprà,
nu.129.Idem voluit Roch.de Cur.in d.c.fi.de cõſue.nu.
379.vbi inquit,ꝙ communiter cùm loquimur de conſue-
tudine, intelligimus de ea,quæ cauſatur a tacito conſen-
ſu vnius vniuerſitatis,vel maioris partis, cùm ad eam in-
75 ducendam tacitus conſenſus exigatur : & ideo cõcludit,
ꝙ conſuetudo vnius hominis, non dicitur propriè conſue
tudo, quia non conuenit communi diffinitioni conſuetu-
dini, ſubdens quoque ꝙ licet Cardinalis, ibi velit, ꝙ ex
moribus vnius hominis poſſit induci conſuetudo, tamen
ꝙ large hoc procedit,quia potius dicitur aſſuefactio,quæ
differt a conſuetudine propriè ſumpta.Idẽ ibi vult Barb.
col.5. & pro confirmatione huius opinionis, facit com-
munis differentia, quæ eſt inter præſcriptionem & con-
76 ſuetudinem, † nam per præſcriptionem acquiritur pri-
uato, ſiue illud trahatur ex publico, ſiue ex priuato: per
conſuetudinem verò acquiritur publico, & non priuato
vndecunque ius trahatur,l.ſi venditor, §.ſi conſtat.ff.cõ-
munia prædiorum. vbi poteſt induci conſuetudo, quòd
vnuſquiſque poſſit dato pretio fodere lapides in ſolo alie-
no: quia licet iſtud ius trahatur ex priuato, tamen acqui-
ritur publico ac communi.ita Abba. Ioan.Andr.Barb.&
Curtius in d.ca.fi.de conſuet. Hoſtien. in ſumma de con-
ſuet.§.fi.verſi.extra.Oldr.in conſi.244.col.2. Abba.in ca.
irrefragabili col.j de officio ordinarij,in ca abbate ſanè,
col.2.de verb.ſigni. Gemi.conſi.123.col.1. Abba. in con-
ſi.118.col.4.in fin.vol.2 Alex.in conſi.6.col.pen.volum.j.
Egi.Bella.in conſi.10.in 4.dubio in 2.diffe. Decius in cõſ.
134.colum.fin.Rip.in l.quominus, num.39.de flum. & in
4.reſponſo, col.penul.in 2.par. vbi loquitur in terminis,
de quibus agitur Ruyn.in conſi.34.nu.16.vol.j.conſi.41.
colum.antepenul. & in conſi.217.col.2. volum.eo. vbi in
ſimili loquitur in materia ſolutionis eorum, & in conſil.
115.col.2.vol.4.& in conſi.142.colum.3. volum.5. Petrus
de Rau.in d.tract.de conſuet.num.101.Balb.in tracta.de
præſcript.in j par.q.vlt. in 2.differ. Si ergo per conſuetu-
dinem non acquiritur priuato, ſed publico : ergo ſequi-
tur quod priuatus non poſſit inducere conſuetudinem.
Non obſtant adducta in contrarium, quia duobus mo
77 dis ad ipſa reſpondetur.† Et primò ꝙ ex ſuprà dictis pro
ximè conſtat conſuetudinem minimè poſſe induci per
priuatum, ſed per vniuerſitatem, vel maiorem partem
ipſius vniuerſitatis.Secundò reſpondetur,dato ꝙ ipſa cõ
ſuetudo per priuatũ induci poſſit, ꝙ ea nihil operari po-
teſt in caſu de quo agitur in fauorem, & ad commodum
fundantis ſe in dicta conſuetudine,non quidem ex defe-
ctu poteſtatis conſuetudinis,ſed quia per exactionem fa-
ctam per rempublicam ab alijs ius exigendi, quod eſt
vnum,fuit in totum conſeruatum, & ſic etiam quo ad il-
lum a quo non fuit exactum. & ſic per conſequens non
poteſt dici, ꝙ inducta fuerit conſuetudo reſpectu illius
qui ceſſauit ſoluere ipſa onera bellica, quod notatur per
tex.iunctis ibi not.per Barto.& alios in d.l.licitatio,§.ea-
rum.Dicitur,enim in d.§.quòd ius exigendi vectigal tol-
litur cõſuetudine. Quærit ibi Barto. quanto tempore de-
bet eſſe ceſſatum,& concludit,ꝙ ſi exactio pertinebat ad
priuatum ex cõſuetudine vel priuilegio, ſufficit eſſe ceſ-
ſatum per decem annos,l.1.C.de nund.vel ad fiſcum,vel
Rempublicam,& debet eſſe ceſſatum per 40.annos, l.ſi-
cut,l.omnes,C.de præſcrip. 30.vel 40.annor. inde quærit
Bart.quid ſi priuatus ceſſauerit tanto tempore, cum oẽs
alij ſoluerint, an proſit talis ceſſatio non ſoluenti? Et re-
ſpondet Barto. quod ſi exactio pertinebat ad Rempubli-
cam,quod non.per l.vacuatis,C.de decurionibus, lib.10.
quia iſtud ius exigendi eſt vnum contra omnes, non au-
tem ſunt diuerſa iura aduerſus ſingulos, ideo exigendo
ab omnibus,vniuerſitas conſeruauit ius ſuum, quod eſt
vnum aduerſus illum qui non ſoluit,l.ſi prius, ff. de aqu.
plu.arcen.& ſic Barto.quem ibi ſequuntur alij,clare præ-
ſupponit priuatum non poſſe facere ex ratione præmiſ-
ſa fundamentum aliquod in conſuetudine. Et cum Bart.
tranſeunt Moder. in tracta. de præſcri. in 2.par.5. par.in
prin.q.5.vbi referunt dictum Bart.in d.§.earum. commu
niter receptum.Idem tenuit Ruyn.in conſ.217.col.5.vol.
1.vbi dicit Ang.in d.§.earum,intelligere illum tex.quan-
do vectigal non erat ſolitum præſtari per aliquem : ſed ſi
per omnes præſtari conſueuerit, vnus autem in præſtan-
do ceſſaret,non eſt attendenda conſuetudo illius priuati.
Quod etiam tenuit Cuma.in d.§.earum,vt citat Ruy.in
alleg. conſi.217.col.4.in princ.& ſic reſumendo breuiter
omnia quæ ſupra deducta fuerunt, concludo prædictum
Comitem poſſe ſe tueri, nedum ratione dictæ immunita
tis ei conceſſæ propter bene merita, quæ abſque dubio
extenditur ad onera bellica, & concernunt publicam vti
litatem, ſed etiam ex vi allegatæ & probatæ præſcriptio-
nis. Et ſi cauſa hæc mihi commiſſa fuiſſet, intrepidè ita
iudicaſſem. Laus Deo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Viam ferro aperit, qui per contraria ſcandit.*
2 *Veritas ſæpius exagitata, magis ſplendeſcit.*
3 *Prolixitas verborum, inimica ſapientibus.*
4 *Emptor licet non teneatur ſtare colono, tamen ſi habet bona oblĩgata pro obſeruatione locationis, poteſt rem locatam retinere, loco pignoris, donec ſibi ſoluatur, quod debetur, ſed contra numero* 12.
5 *Colonus habens hypothecam in bonis locatoris, durante locatione non poteſt ab ea expelli, quod declara, vt in nu.* 10.
6 *Obligatio ad intereſſe licet debeatur in obligationibus facti, tamen id procedit agendo, ſecus in excipiente cum hypotheca bonorum, quia tunc ſecundum communem cogitur aduerſarius ad factum: ſed contra num.* 13.
7 *Actio perſonalis, licet oriatur ex pacto de re nouando, & non afficiatur res ipſa, hoc tamen fallit, ſi in pacto fuerunt bona hypothecata pro illius obſeruatione, quia tunc poterit retineri, res ipſa, donec facta fuerit renouatio non obſtante oblatione intereſſe, quod declara, vt num.* 14.
8 *Veritas eſt mater iuſtitiæ.*
9 *Veritas amanda eſt, & colenda.*
11 *Emptor ſingularis non tenetur ſtare colono, niſi colonus appoſuerit pactum in locatione, quod ea durante, res conductæ non poſſint in alium alienari, & ſi contra fiat, ea ſit nulla, & pro obſeruantia faciat ſibi ſpecialiter obligari rem locatam: quia tunc non poterit transferri dominium in emptorem ad præiudicium coloni non conſentientis.*
15 *Emptor non tenetur ſtare colono, dato, quòd in locatione adeſſet iuramentum, ſed ſoluto intereſſe poteſt eum expellere re conducta, ſed contra, nu.* 36.
16 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur, quod declara, vt nu.* 37.38.& 40.
17 *Obligatio rem dari, quando eſt coniuncta cum obligatione, vel alia actione, in qua ſuccedit obligatio ad intereſſe, aſſumit naturam eius, vt etiam ſuccedat obligatio ad intereſſe.*
18 *Agere non poteſt ex contractu vltro citroque obligatorio quis, niſi prius pro parte ſua adimpleat promiſſa.*
19 *Quod amplia procedere, etiam ſi in contractu ſit appoſitum iuramentum.*
20 *Locator qui promittit facere cum iuramento, duo promittit, vnum expreſsè. ſ. facere, & alterum tacitè, ſcilicet intereſſe, ſed contra nu.* 49.
21 *Actus factus cum iuramento ſecundum communem valet, & tenet, licet contrauenients iuramento efficiatur periurus quod intellige, vt in nu* 52.
22 *Procuratorem iurans non reuocare, ſi reuocat, valet reuocatio, etſi efficiatur periurus, quod declara, vt in nu.* 50.
23 *Secundum teſtamentum reuocat primum, quamuis teſtator iuraſſet primum non reuocare.*
24 *Iurans vendere rem Titio, ſi eam vendit alteri, & tradit ſtatur ſecundæ venditioni, quamuis ſit contra iuramentum, quod intelligæ, vt num.* 53.
25 *Iurans non alienare librum ſi poſtea alienet, valet alienatio, licet ſit periurus.*
26 *Pactum de non alienando cum iuramento, non impedit tranſlationem dominij, & ſic non obligat præciſè promittentem, ſed contra num.* 35.54.
27 *Diuiſio facta contra conuentionem iuratam de nunquam diuidendo valet, licet diuidentes incidant in periurium, ſed contra numero* 55.
28 *Iuramentum non extenditur ad non cogitata, quod limita, vt in num.* 57.
29 *Iuramentum ſeruandum eſt vbi ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ.*
30 *Iuramentum adimpleri debet in forma ſpecifica & non per æquipollens,*

*pollens, ſecundum communem opinionem.*

31 *Compenſatio non admittitur, quando obligatus eſt ſoluere cum iuramento.*

32 *Obligatio licet ad intereſſe, licet locum habeat in obligationibus facti, tamen ſecus eſt quando ſuper obligatione interponitur iuramentum, quia obligat præciſè, ſecundum communem.*

33 *Promittens factum alienum cum iuramento, in caſu contrauentionis nedum ad pœnam & intereſſe, ſed etiam ad factum præciſè obligatur.*

34 *Promiſſio de non adeundo ſuum iudicem, & ſi promittentem non obliget quin poſſit pœnitere ante litem conteſtatam, tamen fallit ſi in promiſſione interuenit iuramentum, quia obligatur præciſè.*

39 *Iuramentum auget contractum, & ipſum efficaciorem reddit.*

41 *Cenſu licet quis non priuetur ſecundum communem ob non ſolutionem ipſius, tamen ſecus ſi cenſuarius iurauerit illum ſoluere, & non ſoluerit: quia tunc etiam ſecundum communem priuatur ipſo cenſu.*

42 *Emphyteota priuati ob non ſolutionem canonis, licet non cadat a re emphytheotica, niſi lapſo triennio, & emphytheotica eccleſiæ niſi tranſacto biennio, tamen ſi iurauit ſoluere ſingulo anno, & non ſoluit ſecundum communem, ſtatim poteſt expelli cum ſit periurus & perdat omne ius ſuum.*

43 *Conductor qui iurauit ſoluere ſingulo anno affictum, ſi non ſoluit poteſt expelli.*

54 *Auth. Niſi debitor. C. de ſolut. locum non habet, ſi debitor iurauit ſoluere.*

45 *Fideiuſſor licet non poſſit conueniri, niſi prius diſcuſſo principali, tamen fallit quando iurauit.*

46 *Purgatio moræ quæ admittitur in multis caſibus, locum non habet, vbi adeſt iuramentum.*

47 *Promittens tanquam aduocatus defendere eccleſiam, non tenetur, niſi fuerit interpellatus, fallit quando promiſit cum iuramento.*

48 *Venditor & ſi non teneatur de euictione antequam facta fuerit denunciatio litis, tamen ſecus eſt ſi iurauit.*

51 *Conſtituens procuratorem ad permutandum beneficium cum iuramento de eum non reuocando, ſi contra fiat, non valet reuocatio.*

56 *Conſtituens procuratorem ad contrahendum matrimonium, ſi iurauit non penitere, licet poſſit eum reuocare, tamen ſi a parte facta fuit ratificatio ipſius conſtitutionis, ante reuocationem, non valebit reuocatio.*

## CONSILIVM VI.

1 QVONIAM † viam ferro aperit, qui per
contraria ſcandit, vt inquit Bal. in l. pre-
cib. col. 9. ver. modo contra, C. de impu.
& alijs ſubſtitutionibus, & Cur. Sen. in
2 conſi. 78. in prin. & † veritas ſæpius exa-
gitata magis ſplendeſcit, c. nec illud, ca.
iudicantem, 3. q. 5. Alexan. in conſ. 51. in
3 prin. volum. 4. in præſenti conſultatione omittendo † pro-
lixitatem verborum inimicam ſapientibus, vt per Aret.
in conſi. 11. in prin. & quæ ſolent poni ornatus cauſa, vt
ab eodem etiam traditur in conſi. 6. col. j. & perſtringen-
do rem ipſam, arguendo ſuccinctè ad partem, circa pri-
mum articulum dico, ꝙ prima facie videretur dicendũ
dominum Baptiſtam de Mazzolis emptorem domus lo-
catæ Ruffino Teſtę per Gabrielem de Gaſpardonibus, cũ
hypotheca bonorum pendente locatione, non poſſe ex-
pellere Ruffinum conductorem a domo locata per obla-
tionem vel ſolutionem intereſſe, vt voluit Barto. in l. j. §.
quod autem, ff. de ſuperficie. Vbi inquit ſe de facto dixiſ-
4 ſe, ꝙ ſi † de contractu locationis fieret inſtrumentum, in
quo ſit appoſita hypotheca bonorũ, quòd quęſitum eſt co
lono ius in re, a qua non poteſt expelli, cũ ea ſit ipſi obli-
gata, adeo quòd ius ipſum proſequitur rẽ penes quemcũ-
que vadat, non obſtante, l. emptorem, C. loca. quæ eo in
caſu tantum procedit in quo conductori nullum erat ius
quæſitum in re, ſed is ſolum perſonam obligatam habe-
bat. Idem tenuit Bar. in l. ſi filio familias, §. ſi vir. ff. ſoluto
matrimonio. Paul. de Caſt. in l. nihil, in fi. de lega. j. Ange.
in conſi. 2. col. fi. Corn. in conſi. 6. col. 2. volum. 4. Soc. cõſi.
17. col. pen. volum. 3. & in conſi. 90. col. 2. volum. 4. vbi re-
fert opinionem Bart. in d. §. ſi vir communem. Moder. in
tractat. de empt. & venditio. in 6. parte principali, q. 18. in
fin. Gozad. in conſ. 24. col. 3. verſi. non obſtat. Marſi. in ſin-
gu. 321. Io. de Amicis in conſi. 113. col. fin. in princ. & ex-
preſſius Bal. in l. ſi merces §. vis maior. in lectura antiqua
5 ff. loca. vbi inquit, † ꝙ licet emptor non teneatur ſtare co
lono, tamen ſi ipſe colonus habet bona obligata pro ob-
ſeruatione locationis, poteſt rem locatã retinere loco pi-
gnoris, donec ſibi ſoluatur quod ei debetur, quod aũt ſibi
debetur eſt factum, ideſt patientia, quod re frui bene poſ-
ſit, donec frui debet, ideſt, donec locatio durat, & ꝙ non
poteſt expelli per emptorem ei offerentem ſoluere inte-
reſſe, quia ipſe ſe reperit in retentione rei obligatæ, qua
vti poteſt pro ipſo facto, quod ſibi principaliter debetur.
Nec habet ſecundum eum obſtare, ꝙ in obligationib.
6 facti ſuccedit † obligatio ad intereſſe, & non cogitur quis
preciſè ad factum, l. j. ff. de actio. emptio. quia reſpondet
ipſe Bal. ꝙ id procedit in agendo, ſecus in excipiendo cũ
hypotheca bonorum, quia quis excipiendo quando repe-
ritur in poſſeſſione rei locatæ vel venditæ cogit aduerſa-
rium ad patientiam, & ad factum. & Bald. ſequitur Soc. in
conſi. 99. col. fin. vol. j. & in conſi. 17. col. pen. volum. 3. &
in conſi. 90. col. 2. volum. 4. Huic quoque ſententiæ aſſen-
tit Guid. Pap. in ſing. 419. & in deciſ. 580. verſic. Secundò
fallit hæc regula. & in verſi. Sed iuxta præmiſſa. vbi poſt
Iaco. de Aret. atteſtatur hanc eſſe communem concluſio-
nem, quod etiam ſoluendo intereſſe non poteſt cõducto-
ri durante locatione per emptorem auferri res locata.
Pro cuius confirmatione accedit, quod dixit Soci. in d.
7 conſi. 90. col. fi. vbi cõſuluit, † quòd licet ex pacto de reno
uando oriatur actio perſonalis, non autem afficiatur res
ipſa, vt per Ang. in conſ. 81. tamen ſi in pacto fuerint bo-
na hypothecata pro ipſius obſeruatione, quòd dicta bona
poterunt retineri per libellarium, non obſtante oblatio-
ne intereſſe donec fuerit facta renouatio.
8 His tamen non obſtantibus ſequendo † veritatem, quę
eſt mater iuſtitiæ, vt per Bald. in l. libertini, ff. de ſtatu ho-
9 mi. † & quæ amanda & colenda eſt, vt tradit Bald. in trac.
ſciſma. in j. col. & in l. cum ita, ff. de condit. & demonſtra.
10 Altera pars eſt de iure verior, † vt eam tenuit Bart. in d. l.
emptorem dum dicit, quòd quando in locatione eſt ap-
poſita hypotheca pro ipſius obſeruatione, poterit dice-
re colonus emptori, ego habeo ius in re ex vi hypothe-
cæ, & ſic inde nolo recedere, donec mihi ſatisfiat, de pœ-
na vel intereſſe meo, cùm hæc res ſit mihi obligata. Et ſic
ſentit Bart. quòd mediante intereſſe non cogitur emptor
ſtare colono. Idem vult Bart. in l. qui fundum, ff. loca. ibi,
tunc colonus poteſt dicere, ego ſto in fundum iure pigno
ris & hypothecę pro intereſſe meo. Sed clarius hoc tenuit
Pau. de Caſt. in d. l. ſi filio familias, §. ſi vir. col. fin. verſi. &
ideo. vbi dicit, quòd quando locato in inſtrumento ſe
obligat ad ſeruandum omnia &c. & obliget ſe & bona
ſua, vt moris eſt, & ſic res locata eſt obligata pro inte-
reſſe, non poterit expelli colonus vel inquilinus per em-
ptorem, quia poterit eam retinere loco pignoris, niſi for-
te offeret ſibi omne intereſſe. Idem Paul. in l. ſi merces,
§. qui fundum, ff. loca. Salic. in d. l. emptorem, colum. 2.
verſi. concludo, quia ſecundum eum, ad aliud non fuit
inuenta dicta clauſula, niſi gratiora facilioris exactionis
pœnę vel intereſſe. Idem Salic. in d. l. qui fundum, & in l.
mancipia. in fin. C. de reb. alien. non alien. quem ſequun-
tur Alex. in d. §. ſi vir. col. 4. & in conſi. 118. colum. penul.
verſ. inſuper volum. 5. Barba. in conſi. 36. in 3. dubio. vol.
2. Soci. ſibi contrarius in conſi. 30. in fi. volum. 4. Iaſ. in l. fi-
liusfami. §. Diui, in prima lectura colum. 14. ff. de lega. j.
& ibi Repetentes Hiſpani, nu. 441. Gozad. conſi. 100. col.
pen. in fi. & hanc vti communem ſequitur Neguſ. in trac.
de pigno. char. 4. colum. penul. in fi. ſecundum impreſſio-
nem paruam.
Et pro iſta opinione facit, quod in fortioribus termi-
nis dixit Imo. in l. qui abſenti, §. ſi quis poſſeſſionem, ff. de
acquir. poſſeſ. & in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verbo.
obligat. & in d. §. diui ſumere notabile remedium in pra
11 ctica ad dictã l. emptorẽ. † quæ dicit, quòd emptor ſingu-
laris non tenetur ſtare colono. quòd id ſit verum niſi co-
lonus appoſuerit pactum, quòd res conductæ non debeãt
in alium alienari, & ſi cõtra fiat, alienatio ſit nulla, & pro
obſeruantia prædictorum faciat ſibi ſpecialiter obliga-
ri rem locatam. nam tunc non poterit transferre domi-
nium in emptorem ad præiudicium coloni non conſen-
tientis. Et Imol. ſequuntur Ale. in d. §. ſi vir, colum. 4. vbi
tradit hoc menti tenendum. Gozad. conſil. 78. colum. 2.
Iaſon in l. quotiens. colum. 8. verſicu. 11. C. de rei vendic.
& in d. §. diui. in j. lectu. colum. 3. verſi. iuxta prædicta, &
ibi Repetentes Hiſpani nu. 442. vbi aſſerunt hanc eſſe cõ
munem opinionem. Si ergo emptor non cogitur ſtare
conductori, niſi vbi ſit pactum de non alienãdo rem loca-
tam, & ei ſit ſpecialiter res obligata, ſed ſolum tenetur

Ei ad intereſſe,iuxta nota.in l.ſi ita quis,§.ea l.ff.de verb.
obl. quanto magis hoc videtur dicendum in caſu de quo
agitur, in quo non eſt pactum de non alienan. arg. auth.
multò magis,C.de ſacroſan.eccle.

Non obſtant notata per Bar. & alios eum ſequentes in
12 locis ſupradictis , † quia reſpondetur, ꝙ Barto.debet in-
telligi qñ ſingularis ſucceſſor, & ſic emptor non offerret
conductori intereſſe: tunc.n.verum eſſe fateor,quòd em
ptor non poſſet expellere cõductorem,ſed poſſet retine-
re rem loco pignoris,ſecus autem qñ ei oblatum eſſet in-
tereſſe. Ita Barto.declarant Sal.in d.l.emptorem. col. 2.
in fi.Anan.in c.fi.col.4.ne præla.vic.ſu.Alex.in d.§.ſi vir.
Rui.in conſ. 80.col.penul.volu.1.Neguſa. vbi ſuprà, qui
aſſerit hanc cõmunem Iaſ.in d.§. Diui.in j.lectu.col. 14.
& Repetentes Hiſpani nu.40.41.in fi.vbi ſimiliter atteſtã
tur hanc eſſe receptam Doctorum ſententiam.

Non obſtant notata per Bald.in d.l.ſi merces, § vis ma
13 ior.† quia reſpondetur,quòd idem Bal.ſenſit contrarium
in d.l.emptorem. & quatenus etiam id non vellet, quòd
contra eum eſt communis Doct. ſententia, quia loquun-
tur in terminis, in quibus conductor erat in detentione
rei locatæ,& ſic opponebat excipiendo, & ita ab ea,in iu
dicando ſupinum & fatuum eſſet recedere. iuxta nota.
per Ioannem Andream,in c.j.de conſti. & Bart. ac alios
in l.fi.C.de pęn.Iud.qui male iudicauit.

Non obſtant ſimiliter ſcripta ꝑ ſoc in citato conſil. 99.
14 col.fin. † quia reſpondetur, ꝙ in caſu conſultationis ſuæ
plurima concurrebant, propter quæ directus dominus
præciſe tenebatur ad renouandum. Nam primò concur-
rebat,ꝙ ille contractus liuellarius non differebat,à con-
tractu emphyteotico in quo finito tẽpore emphytheoſis
dominus tenetur renouare etiam nullo exiſtente pacto,
quia alias diceretur iniuriam facere, vt concludit Barto.
& Ang.in l.j.in §.permittitur,ff. de aq. quot. & æſti. Non
mirum ergo cum eſſet obligatus ex diſpoſitione legis, ſi
præciſè cogitur ad factum, etſi quod debetur ex diſpoſi-
tione legis eſſet reductum ad pactum,vt ibi per Soc.

Secundò ibi concurrebat,ꝙ in promiſſione renouatio-
nis dominus promiſit firmiter obſeruare promiſſa, pro-
pter quod verbum firmiter tenebatur pręciſè ad factum
ſicut in ſimili dicimus de eo,qui promiſit omnia facere,
ſecundum Benedic. de Plombi.in l.ſtipulationes nõ diui-
duntur,§.Celſus,ff.de verbo.oblig.Vlterius in caſu ſuo,
ex forma ſtatuti ciuitatis Ferrariæ, qui promittit locare
vel vendere,tenebatur præciſè ad factum, & ideo nõ mi-
rum ſi ad factum præciſè tenetur. Vltimo aderat etiam
& hypotheca pro obſeruantia pacti,quę omnia ceſſant in
præſenti caſu, præterquam ſola hypotheca, in qua ſola ſi
fundaretur. Soc. firmiter teneo, ꝙ ex authoritatib.ſuprà
citatis,malè loqueretur. & ſic quo ad iſtud caput, impo-
nẽdo ei extremam manum poſtquam ſum requiſitus de
veritate,concludo, ꝙ ſtante dicta hypotheca, ſiue ea ſit
generalis,ſiue ſit ſpecialis,cùm inter eas non faciant vim
communiter Doctores,vt per Neguſan. vbi ſuprà, quòd
emptor poſſit expellere conductorem ei ſoluendo,vel of-
ferendo intereſſe.

Circa ſecundum articulum,an vigore iuramenti appo
ſiti ĩ locatione,emptor præciſè teneatur ad factum, quia
multum difficilis videtur,ideo arguendo pro parte nega-
15 tiua,dico,† ꝙ emptor ſoluendo intereſſe, poteſt expelle-
re conductorem,quia licet locator,vel emptor teneantur
16 ad factum cum iuramento,ipſum † tamen iuramentum
regulatur ſecundum naturam actus ſuper quo interponi
tur.l.fi.C.de non numera. pecu ſed de natura obligatio-
nis facti eſt,ꝙ ſuccedat obligatio ad intereſſe l.ſi quis ab
alio.§.fi.ff.de re iudi.l.ſtipulationes non diuiduntur.verſ.
Celſus.ff.de verbo.oblig.ergo non videtur, quòd iuramẽ
tum obligat præciſè ad factum,pròut in ſimili videmus,
17 † quod obligatio rem dari, quando eſt coniuncta cum
obligatione,vel alia actione, in qua ſuccedit obligatio ad
intereſſe,aſſumit naturam eius,ut etiam ſuccedat obliga
tio ad intereſſe.l.ſi is qui de dona.cau.mor. ergo & idem
in iuramento dicendum eſt quòd aſſumat potius natu-
ram obligationis facti, ex qua cauſatur obligatio ad in-
tereſſe.

18 Confirmatur hæc opinio,† Nam ex contractu: vltro ci-
troq; obligatorio, quis nõ poteſt agere niſi pro parte ſua
adimpleat promiſſa,l.Iulianus,§.offerri.ff.de actio. emp.
19 † quòd procedit etiam ſi iuramentum ſi appoſitum in cõ
tractu, quia reſtringitur ſecũdum naturam ipſius cõtra-
ctus,vt iurãs nõ teneatur ſeruare,niſi promiſſa ſibi adim
pleantur.ca.peruenit el ij.cap.ſicut el ij. de iureiuran.

Secundò probatur hæc ſententia ex not. per Anan.in
20 c.fi.col.2.verſi.nota locatorem. ne præla.vic.ſu.† Vbi in-
quit,quòd locator,qui promittit facere cum iuramento,
non tenetur præciſè ad factũ, quia qui promittit ipſum
factum,duo promittit,vnum expreſsè.ſ.facere, alterum
tacitè.ſ.intereſſe,ſi non faciat.d.verſic. Celſus & ideo eſt
in electione promittentis quid velit ſoluere,vel tacitum,
vel expreſſum: offerendo ergo intereſſe,& ſic tacitum di
citur ſeruare iuramentum, in quo ineſt etiam tacita con-
ditio,& de hoc dicto Ananiæ facit mentionem Iaſ. in l.ſi
pecuniam.colum.3. de conditione cauſa data. & Dec. in
cap.j.de iudicijs,col.13.

21 Tertiò accedit,† quòd actus factus contra iuramentũ
valet & tenet, etſi contraueniẽs iuramẽto efficiatur per-
iurus,vt eſt gl.communiter approbata in cap.fi.in verbo
22 reuocatus. de procurat. in 6. † vbi ſi iuraui non reuoca-
re procuratorẽ, & reuoco, valet reuocatio,etſi reuocans
periurus efficiatur. Hinc dixit Io.And.in regula,quod ſe-
23 mel.de reg.iur. in 6. quòd † per ſecundum teſtamentum
primo reuocatur, quamuis teſtator primum iuraſſet non
reuocare. & Io.And.ſequitur Alex.in conſ. 18.colum.1.
volum.2.& in cõſ.19.col.2.vol.3.Fely.in ca.ſi diligẽti de
foro cõpe. Alibi dixit Dominicus in d.c. fi. de procu.poſt
Feder.de Sen.ꝙ conſtituens procuratorem ad renuntiã-
dum,licet iuret nõ reuocare,nihilominus valebit reuoca
tio,licet reuocans ſit periurus.

Quartò facit tex.in c. ſicut. & in c.ſi inter. de ſponſali.
vbi ſi quis iurauit aliquam accipere in vxorem, & alterã
accipiat,tenet matrimonium.

Quinto confirmatur hæc cõcluſio ex notatis per Imol.
24 in c.cum contingat.col.104.de iureiur.† vbi dicit,quòd ſi
quis iurauit vẽdere rẽ Titio,demũ poſtea vendidit Seio,
& ei illã tradidit,ſtatur ipſi vẽditioni,etſi contra ſacramẽ
tum,l.quoties,C.de rei vendica. iuncto c. ſicut literis de
ſponſ.& Imo.ſequitur Iaſ.in d.l.quoties.col.9.verſ.nunc
vltra.& in cõſ.211.col.2.vol 2.Corſe.in rub. de iureiur.in
41.priuil.iuramẽti.Marſ.in l.qui duob.col.3.verſ.Item ad
de.de falſis.& in ſing.82.in fi Gozad.in cõſ.24 col.j. Cui
accedat, quod voluit Inno.in c.dilecto. de præbend. vbi
25 tradit,† ꝙ ſi iuraui non alienare librum, ſi poſtea aliena-
ui,valet alienatio, licet ſi periurus. Idẽ dixit Cornel. in
conſ.272.colu. 3.volum.3.vbi inquit,quod iuramentum
de aliquo non faciendo,non vitiat actum ſi contra fiat,pu
ta promitto non alienare,& iuro,poſteà alieno,valet alie
natio,licet tenear ad intereſſe,uel ad pœnam,ſi pœna eſt
appoſita,& allegat Panor.in c.intellecto. de iureiur.refe
rentem Cald.hoc tenuiſſe in quodam ſuo conſilio.

26 Sextò facit,† nam pactum de non alienando cum iura
mento,nõ impedit tranſlationem dominij,& ſic nõ obli-
gat præciſè promittentem, vt per Alberi.de Roſa.in l.ea
l.col.fi.C.de condi.ob cau. & Iaſonem atteſtantem hanc
magis cõem in d.conſ.211.col.2.& dominium meũ Ruin.
in conſ.109 col.9.in prin.volum.4.vbi pariter firmat,hãc
eſſe receptam Doctorum ſententiam. Hoc idem tenuit
Gozad.in d.conſi.14 col.1.& Repetentes Hiſpani in d. §.
diui.num.429.poſt.Crot.ibi colum.25.in fine.

Septimo corroboratur hæc opinio ex dictis ꝑ Alex.in
conſ.18.vol.2.quem ſequitur Fely. in c.edoceri. in 5.col.
de reſcr.Dec.in conſ.265.col.2.Cur.Sen.conſi.52.col.3.&
in conſi.68.col.pen.

27 † Vbi inquit,quòd ſi duo conueniant ſe nunquam diui
dere, quòd ſimplex conuentio non valet,l.ſi conueniat,
§.in hoc iudicio.ff.commu.diuidundo. quamuis iuramen
tum interponatur,poterit nihilominus contra conuentio
nem prædictam diuiſio peti,etſi is incidat in periurium.
Idem tenuit Corn. de Alex. non faciens mentionem in
conſi.13.col.2.vol.4.

Penultimò accedit dictum Abba.in conſ.48.colum.fi.
vol.2. vbi decidit, quòd pactum factum inter coniuges,
vt bona deueniant ad ſuperuenientem, cum conditione,
quod illud quod reſtaret poſt mortem vxoris perueniret
& eſſet Angeli fratris mariti acceptantis, quòd talis con
uentio, poſito quod ſit valida, poteſt reuocari in præiudi-
cium Angeli,non obſtante iuramento, etſi reuocans effi-
ciatur periurus,per notata,in d.c.ſicut. & Ioan.Andr.ac
Imo.in locis ſupra relatis. Si ergo in caſibus de quib. ſu-
pra non obſtante iuramento, quis poteſt venire contra
pactum de non alienando, etſi efficiatnr periurus,multò
magis hoc dicendum venit in caſu præſentis locationis,
in qua pactum de non alienando non reperitur.

28 Vltimò facit, † nam iuramentum non extenditur ad
non cogitata, l. ſi libertus, no. in c. Quintauallis de iureiu.
& in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis cautio. ſed tpe
locationis Gabriel non cogitauit de alienationē. ergo &c.
Quibus tamen non obſtantibus contrarium de iure cē
ſeo, & pro fundamento huius partis fecit communis re-
29 gula, quæ habet, † quòd iuramentum ſeruandum eſt, vbi
ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ. c. ſi verò. c. cum
contingat. de iureiuran. c. licet. eod. tit. in 6. Alex. in conſ.
42. col. 2. vol. 1. & in conſi. 181. colum. 1. volum. 5. ſed iura-
mentum de quo in præſenti locatione poteſt ſeruari, igi-
tur ſeruandum venit.
30 Secundò † iuramentum debet adimpleri in forma ſpe
cifica. & non per æquipollens. cap. ad noſtram vbi Docto-
res atteſtantur hanc communem opinionem de iureiur.
Corſet. in tract. de iurament. in quinto priuileg. Iaſ. in cō
ſil. 4. colum. 2. vol. 3. & in conſi. 41. col. 2. in fin. vol. eod. Ba-
31 uer. in tract. de iuramen. num. 57. † Hinc videmus, quòd
qui obligatus eſt ſoluere cum iuramento poteſt compen-
ſare ſecundum communem opinionem, vt per Fel. in d. c.
ad noſtram. col. pen. & Alex. conſ. 91. col. 2. volu. 2. Afflict.
deciſ. 381. Gozad. conſil. 69. col. 1. & Marſi. in ſingul. 288.
vbi atteſtatur hanc eſſe magis communem.
32 Tertio facit. † nam obligationibus facti, licet ſuccedat
obligatio ad intereſſe, d. l. ſtipulationes non diuiduntur.
verſic. Celſus. tamen ſi ſuper ipſa obligatione interponi-
tur iuramentum, obligat præcisè iuramentum promittē
tem ad factum per gloſ. communiter approbatam in l. ſi
pecuniam, ff. de condit. cau. dat. & per Aret. ibi, & Iaſ. &
Aret. in l. iuſiurandum, ff. de iureiur. & Doct. in d. l. ſtipula
tiones non diuiduntur. verſic. Celſus. Cuman. conſil. 182.
col. fi. & hanc eſſe communem opinionem dixit Iaſ. in cō-
ſil. 9. col. 6. vol. 1. & in conſi. 41. col. 3. vol. 3. Dec. in ca. j. ex-
tra. de iudicijs, col. 13. verſi. j. quia, & Neguſ. in trac. de pi
gno. in 5. par. in 5. memb. col. 9. verſicu. adde. Idem tenuit
Bar. in conſi. 36. colum. 20. verſi capio vltimo loco. volu. 2.
Gozad. in conſi. 27. colum. 2. & in conſil. 32. colum. 2. & in
conſi. 100. col. fin. & Alex. in conſ. 37. col. 3. vol. 2. vbi atte-
ſtatur hanc eſſe magis communem, a qua in iudicando nō
eſt recedendum. Et hanc partem tanquam magis com-
munem ſequitur idem Alex. in conſi. 91. col. 2. vol. eo.
Quæ quidem ſententia primò confirmatur ex eo, ꝙ vo
luit dominus meus Ruin. in conſi. j. in 4. volu. in fi. vbi di-
33 xit. † ꝙ valet promiſſio facti alieni cum iuramento, quia
promittens intelligitur factum proprium promiſiſſe. i. ſe
facturum, & curaturum, §. ſi quis alium, Inſtitu. de inuti.
ſtip. c. ex literis. de ſponſal. & per Doct. in l. ſtipulatio iſta.
in princ. ff. de verb. oblig. & ideo ſi contra fiat non ſolum
promittens tenetur ad pęnam, & intereſſe. d. verſic. Cel-
ſus. ſed etiam virtute iuramenti poteſt cogi præcisè ad fa-
ctum, vt per Moder. in d. l. ſi pecuniam. Anton. de Butr. &
Abb. in c. veniens de iureiur. cum alijs ibi per eum citatis.
Secundò ex not. per Ancha. in conſi. 192. col. 2. quem ſe
34 quitur Fely. in d. c. ad noſtram. vbi vult ꝙ † promiſſio de
non adeundo ſuum iudicem, licet non obliget promitten
tem quin poſſit pęnitere ante litem conteſtatam. l. ſi con-
uenerit, ff. de iuriſ. om. iud. tamen ſi in promiſſione adeſt
iuramētum, quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis ęter-
næ, obligat præcisè, vt per Doct. in d. l. ſi conuenerit. Alex.
conſi, 89. col. 2. volu. 7. & hanc eſſe communem opinionē
fatentur Dec. in d. c. j. colum. 13. verſicu. 6. fallit. Corſet. in
tract. iuramen. priuilegio 16. & Bauer. etiam in tracta. de
virtute iuramen. num. 28.
Tertiò ex dictis per Aret. in l. ſi ita quis, §. ea l. col. fi. de
35 verb. oblig. vbi concludit, † quod pactum de non alienā-
do cum iuramento, impedit alienationem dominij, & ſic
obligat paciſcentem ad factum. & Aret. ibi ſequitur Iaſ.
& dominus meus Rui. in repe. l. filiusfami. §. Diui. col. 42.
ff. de leg. j. & ibi Rip. col. 20. in princ. verſi. Septimo fallit.
30 Quartò principaliter † in terminis quæſtionis noſtræ
hoc voluit Anto. de But. in c. fi. ne præla. vic. ſuas. Socin. in
conſi. 90. col. 2. vol. 4. Moder. in tract. de pign. char. 4. col. 3.
in fi. Gozad. in conſi. 24. col. 2. & in conſi 100. col. fi.
Non obſtant adducta in contrarium. Et primò quod iu
ramentum debet regulari ſecundum naturam promiſſio-
nis facti, ſuper qua interponitur, de cuius natura eſt, quod
ſoluendo intereſſe quis liberetur. Quia reſpōdetur, quod
37 dicta † opin. procedit in his, quæ ſunt de natura primor-
diali contractus, non autem accidentali, ſecundum Aret.
in cap. j. de iud. & Dec. ibi col. 16. Iaſ. in d. l. ſi conuenerit.
col. 3. & in d. l. ſi pecuniam. col. pen. in princ. Marſ. in ſing.
226. Corſet. in d. tract. de iuramen. priuil. 16. Ripa. in l. ſi
inſulam. col. 20. verſi. Quintò quæritur. ff. de verbo. oblig.
Aymo. in conſ. 102. col. pen.
38 Secundò reſpondetur, ꝙ † ipſa regula procedit quando
in principali diſpoſitione deficit conſenſus, vel actus eſt
certo modo limitatus, tunc eodem modo intelligitur iura
mentum. ita Bartol. in l. ſi quis pro eo. colum. penul. in 8.
memb. de fideiuſſo. Iaſ. in d. l. ſi inſulam. in 5. q. de verbor.
oblig. in d. l. ſi ita quis, §. ea l. col. 8. verſ. Septimò ad idem.
& in l. is qui. col. 4. verſic. Nec obſtat, ff. de acquir. hære. ſe
cum in alijs actibus, quia tunc iuramentum nō intelligi-
39 tur ſecundum naturam actus, † imò ei addit, & ipſum ef
ficaciorem reddit, vt per Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. & in d. l.
ſi pecuniam, & Aymo. in citato conſi. 102. col. pęnul. Cum
itaque iuramentum non ſit appoſitum in his, quæ ſunt
de natura primordiali contractus in præſenti caſu, ſed in
his, quæ ſunt de accidentali, item etiam non deficiat con-
ſenſus principali diſpoſitione, ſequitur quod iuramentū
ex authoritatibus ſuprà citatis, non reguletur ſecundum
naturam contractus, ſed ei addat, & eum efficaciorem
reddat, quia, quòd præcisè teneatur, non dicitur in plus
obligari, ſed efficacius.
Vltimò poteſt reſponderi, ſecundum Iaſ. in d. l. ſi conue
nerit. col. 2. verſi. Quartò moueor. & in d. l. ſi pecuniam.
40 † quod imo regula eſt in contrarium, quod iuramentum
not debet reſtringi ſecundum naturam actus, ſed quod
ſemper aliquid addit actui, & quod hoc ſit verum, quod
addatur ipſi actui, per iuramentum demonſtratur. Nam
41 licet ſecundum communem opinionem, † ob non ſolu-
tionem cenſus, quis non priuetur ipſo cenſu, c. conſtitu-
tus. & ibi Doct. de religio. domi. tamen ſi in contractu cen
ſuali ſit appoſitum iuramentum, & cenſuarius cenſum nō
ſeruat in tempore conuento, priuatur à cenſu. Et iſtam
eſſe communem dixit Caſſado. in titu. de iureiur. deciſ. 2.
ergo ſequitur, quod non imitatnr naturam contractus
42 principalis. † Idem videmus idem in ſimili in emphyteo
ta priuati, qui non cadit à iure emphyteotico, niſi lapſo
triennio, & in emphytheota eccleſiæ qui non priuatur eo
dem iure emphytehotico niſi a ceſſatione ſolutionis per
biennium, l. 2. de iure emphytheotico, & tamen ſi iurauit
ſoluere ſingulo anno, & non ſoluit, ſtatim poteſt expelli,
cum ſit periurus, & perdat omne ius quod habet in re.
ita Bal. in c. querelam. de iureiu. Corſet. in d. tract. iura. in
11. priuil. Iaſ. in d. l. 2. de iure emphyt. q. 9. & in l. ſi quis
maior. col 3. in fi. C. de tranſac. Bologn. in conſi. 31. col. 3.
Goza. in conſ. 57. col. 3. & col. pen. in fi. vbi atteſtatur hanc
eſſe communem. & in conſ. 69. col. 2. Marſ. in ſing. 226. A-
lex. in conſ. 85. vol. j. duplicato. in conſi. 126. eod. volu. vbi
43 idem † dicit in conductore, qui iurauit ſoluere ſingulo an
no aſſictum vel canonem. Baue. in d. tract. de virtu. iura-
men. nu. 22. ergo ſequitur, quod non imitatur naturam
44 contractus principalis. Cui accedit, † Nam debitor non
habens pecuniam liberatur offerendo de bonis immobili
bus, & melioribus creditori ſuo, authen. niſi debitor. C.
de ſolutio, & tamen ſi debitor iurauit ſoluere, non habet
locum diſpoſitio ipſius auth. Ita in ſpecie dixit Iaſ. in cōſ.
9. in 3. dub. vol. 1. Gozad. in conſil. 27. col. 2. & in conſil. 32.
per totum. ergo &c.
45 Ad idem facit, † Nam fideiuſſor non poteſt conueniri,
niſi prius excuſſo principali, auth. præſente. C. de fideiuſ.
& tamen ſi iurauit, poterit conueniri, non exacto princi-
pali. Ita Bal. Anch. & Abb. in c. ex reſcripto. de iureiuran.
Alex. in addi. ad Bart. in l. Marcellus. ff. de fideiuſſ. Alex. in
conſi. 32. col. 4. vol. 4 Marſ. in rub. de fideiuſſ. col. 4. verſic.
Alius eſt etiam caſus, Corſet. in d. tract de iura. priui. 12.
vbi dicit ita obtinuiſſe Bononiæ. Bauer. in d. tract. de vir-
tu. iura. nu. 23. Gozad. conſi. 32. col. 2. quod dictum refert,
& multum commendat dominus Baptiſta de S. Blaſ. in tra
cta. de arbitr. q. 70. col. 4. verſi. Quinta concluſio.
46 Accedit & aliud. † Nam in caſibus, in quibus aliàs ad-
mittitur purgatio moræ, ea ceſſat, vbi appoſitum reperi-
tur iuramentum: ita Sal. in l. ſi pacto, quo pęnam. col. 12.
verſi. Secunda concluſio. C. de pac. quem ſequitur Corſe.
vbi ſuprà, priuil. 10. Doct. in d. l. ſi quis maior. de tranſa-
ctionib. Penultimo accedit mirabile dictum Specula. in
tit. de aduoato, §. j. verſ. ſed nunquid is. quem ſequitur
Iaſ. in l. quod te. col. 8. verſi. Quid tenendum, ff. ſi cert. pet.
47 vbi inquit, † ꝙ & ſi is qui promittit tanquàm aduocatus
eccleſiam defendere, non teneatur niſi fuerit interpella-
tus, tamen ſecus ſi iurauit, cui facit, quod voluit Sicul. in
48 c. fi. de emptio. & vendit. † vbi tradit, ꝙ licet venditor nō
tenea-

teneatur de euictione, niſi quando emptor ei denuntiauit litem, vt ibi per Abba. tamẽ ſi iurauit, non requiritur interpellatio, per l. cum pater, §. filius, de leg. 2. Ita etiam dixit Alex. in l. 2. in §. voluntatem, ſolu. matr. licet de eo Barb. non faciat mentionem, & attribuat ſibi hanc limitationem, & cum Alex. etiam pertranſit Iaſ. ibi col. fi. Hoc etiam tenuit Goza in conſ. 31. colum. 1. in fi. & in cõſ. 57. col. 3. Iaſ. in d. l. quod te. Cremen. in notab. 122.

Secundo non obſtant notata per Aman. in d. c. fi. ne prę
49 la. vic. ſuas. † quia dictum ipſius reprobatur communiter, vt conſtat, ex authoritatibus ſupra relatis in 3. & vlt. fundamentum, vbi omnes concludunt, allegando Anto. de Butr. in d. c. fi. iuramentum obligare locantem præciſè & in ſpecie. Anan. reprehendunt Iaſ. in d. l. ſi pecuniam & Dec. in d. c. j. de iudi. col. 13. Præterea attenta opinione ſua, ſequeretur quòd obligatus ad factum cum iuramento, ſoluendo intereſſe, ſemper liberaretur, quod quam ſit falſum, conſtat ex ſupra deductis & allegatis.

Non obſtant notata in c. fi. de procur. in 6. vbi ſi iuraui non reuocare procuratorem, admittitur reuocatio, licet
50 reuocans efficiatur periurus: † quia reſpondetur quòd id procedit in iuramento ſimplici, ſecus ſi eſſet aliquid promiſſum parti cum iuramento: quia tunc non datur reuocatio. Ita limitando gl. in d. c. fi. dixit Bald. in rubri. extra de procurat. col. 2. vbi inquit, quòd licet ſtante iuramento de non reuocando procuratorem, admittatur reuocatio per dictum c. fi. quòd ratio eſt quia ex tali iuramento nulla inſurgit obligatio, ſecus ſi eſſet promiſſum aduerſario, de non reuocando, quia ex tali pacto licito & honeſto, ne aduerſarius illudatur, bene oritur obligatio. l. ſi quis maior, C. de tranſac. & ideo reuocari tunc nõ poteſt, & ſubdit Bal. quòd ſi notarius reciperet tale iuramentum nomine omnium quorum intereſt, non poſſet reuocari. & Bald. ſequitur Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, col. 3. ff. de cond. indebi. ſed in caſu preſenti iuramentum fuit pręſtitum conductori: ergo &c.

Confirmatur iſta reſponſio ex dictis per Bald. in c. veniens, in fin. de iureiur. vbi inquit, quòd ſi mulier iurauit alicui cui intereſſe poterat, non alienare rem dotalẽ, poſtea ea vendidit cum iuramento, ſtatur primo iuramento: quia illi eſt ius quæſitum, ſecus ſi nulli iurauit, ſed in genere: & tunc quia nulli alij eſt ius quæſitur, ſtatur ſecundo iuramento tanquam potiori & certiori, & ſubdit hæc verba notanda. Et idem dixit Iaſ. poſt Bal. in l. duobus, §. fi. ff. de iureiur. quem ſequitur Alex. in conſ. 16. col. 3. ver. poſſet etiam, vol. 3. Hinc voluit Rota, in deciſ. 104. in anti-
51 quis. in tit. de procu. † quòd ſi aliquis facit procuratorem ad permutandum, vel reſignãdum ex cauſa permutationis, & iurat non reuocare, ratione iuramenti non poteſt venire contra, & ſi reuocat, non valet reuocatio: quia altera parte inuita non poteſt fieri. Et ideo dixit Fel. in cap. ex parte Decani. col. 6. ver. conſidera primò, ꝙ licet Dominicus in d. c. fin. col. 2. poſt Fede. de Sen. voluerit, quòd cõſtituens procuratorem ad renuntiandum, licet iuret non reuocare, valeat tamen reuocatio, etſi reuocans ſit periurus, tamen quod illud dictum procedit in procuratore conſtituto, ad renuntiandum ſimpliciter, ſecus in procuratore ad renuntiandum ex cauſa permutationis: quia in primo caſu non agitur de alterius præiudicio, quod ſecus eſt in ſecundo caſu, in quo præceſſit quodammodo contractus innominatus inter partes, in quo etiam re integra locus non eſt pœnitentiæ.

Non obſtant notata per Ioan. Andr. in regula, quod ſe-
52 mel. quia reſpõdetur, † quòd quãdo actus dependet a mera facultate ſeu voluntate iurantis, tunc valet actus geſtus contra iuramentum primo præſtitum, licet faciens ſit periurus. Ita Philip. Franc. in d. c. licet mulieres, col. 2. ver. quare. de iureiur. no. Bar. in l. cum precario, ff. de precar. ſed reuocare teſtamentum eſt de his quæ dependet a mera voluntate & facultate ipſius iurantis. Præter ea ante mortem teſtatoris non quæritur ius tertio, non mirũ ſi datur reuocatio. Ita dixit Rota. in d. deciſ. 104. quam ſequitur Fel. in d. c. ex parte decani. col. 6. de reſcrip. in c. cũ acceſſiſſent, col. 6. in prin. verſ. eſt verum ꝙ dominus Anto. de conſtit. in c. ſi diligenti. col. 2. de foro compet.

Non obſtat tex. in c. ſicut. & in c. ſi inter. de ſponſa. quia reſpondetur verum eſſe, ꝙ ſponſalia de futuro cum iuramento, ſoluuntur per ſponſalia de pręſenti, eo quoniam matrimonium de præſenti eſt indiſſolubile. Ita Feli. in ca. ſi diligenti. col. pen. verſ. Amplia. de foro compe. poſt domi. de Rot. in d. deciſ. 104. ſuperius allegata. vbi dicunt ꝙ in d. c. ſi inter. & in d. c. ſicut. ibi erat talis actus, qui bono modo non erat retractabilis, ideo non mirum ſi nõ obſtante iuramento tenet actus ſponſaliorum de præſenti. Ita etiam dicit Fely. in d. c. ex parte decani. col. 6. ver. Amplia quintò, de reſcrip. Imol. in c. cum contingat, col. 103. ver. Secundo caſu, de iureiur. vbi propriè dicit, quòd quando loquimur in actu non merè ſpirituali, & ſumus in actu, qui quando ſequitur iuramẽtum non eſt plenior actu, qui continetur ſub iuramento, exemplum. Si quis iurauit accipere Bertam in vxorem, & poſtea iurat accipere Margaritam, nam vtrumque iuramentum recipit ſponſalia de futuro, & tunc primum iuramentum, cum ſit licitum, eſt ſeruandum, non ſecundum, licet pro eo debeat imponi pœnitentia, vt in d. c. ſicut. in fi. Si autem actus qui ſequitur poſt iuramentum, eſt fortior illo, qui continetur ſub iuramento, vt quia iurauit accipere Bertam in vxorẽ; poſtea contrahit per verba de præſenti cum Margarita, & tunc tenet actus qui fit contra ſacramẽtum. Nam fortius eſt matrimonium de præſenti, quã ſponſalia de futuro, vt habetur in c. ex publico, de conuerſ. coniug. nam partes poſſunt recedere à ſponſalibus etiã de futuro iuratis, vt habetur in ca. 2. de ſponſ. & tamen non poſſunt recedere a contractu matrimonij per verba de præſenti, ẽt ſi nõ interueniret iuramentum. Et ita loquitur d. c. ſicut, ita ẽt reſpondet Alex. in conſ. 16. col. 2. ver. Sed ſi actus, volum. 3. & Imo. in d. c. dilecto, col. 9. de pręebendis & dignitatibus.

Non obſtant notata per Imol. in d. c. cum contingat, & notata per Iaſ. in locis ſupra citatis, vbi ſi quis iurat rem vendere Titio, demum poſtea vẽdat Seio, & ei tradat, ſta-
53 tur ipſi venditioni, licet contra ſacramentum. † Nam reſpondetur ꝙ hoc procedit, ex eo ꝙ actus, qui fit contra ſacramentum eſt fortior eo qui continetur ſub iuramento: quia potentius ius videtur is habere, cui venditio facta eſt, quam ille, cui ſolum facta eſt promiſſio vel iuramentum de vendendo. Ita dixit idem Imo. in d. c. cum contingat, col. 104 verſ. Tertio caſu, & in verſ. Si autem neutri. Et eodem modo reſpondetur ad notata per Inn. in d. c. dilecto. per Imo. in citato c. cum contingat, col. 104. verſi. Si verò iuramentum. & pariter in d. c. dilecto, col. 9.

Pariter non obſtat, quòd pactum de non alienando cũ iuramento, non impedit tranſlationem dominij quoniã, vt ſuprà dictum fuit in tertio fundamento, etſi nonnulli
54 teneant hanc partem, † tamen verior videtur opinio, qđ imò iuramentum impediat ipſam trãſlationem dominij, vt per Aret. in d. §. ea lege. & Ripa in d. §. diui. & in dictis Iaſ. & domini mei Ruy. in conſilijs ſupra relatis, non licet facere fundamentum; cum idem Iaſ. cõtrarium tenuerit, in d. §. ea lege. & dominus meus Ruy. in d. §. diui, col. 43. verſ. & ex hoc videtur inferri.

Non obſtant notata per Alex. in d. conſ. 18. vol. 2. quia
55 reſpondetur, † quòd Alex. non bene loquitur, dum vult conuentionem iuratam de non diuidendo, poſſe reuocari, etſi contraueniens efficiatur periurus. Nam ſi bene conſideretur authoritates & deciſiones per eum allegatę de notatis in d. c. fin. de procura. & per Ioan. And. in d. c. qđ ſemel, luce clarius apparebit, ꝙ ipſæ loquuntur in actibus, qui dependent a mera voluntate reuocantis, vt eſt in teſtamento, & in conſtitutione procuratoris. Quo caſu non mirum ſi admittitur reuocatio, cum in his, non poſſit quis ſibi legem imponere, a qua recedere non liceat, vt per Bart. in l. cum precario, ff. de precarijs. Sed quòd liceat recedere a pacto iurato, ex quo quæſitum ſit ius alteri perſonæ, neſcio videre quomodo hoc poſſit procedere, cum iure cautum reperiatur aliquem non poſſe auferre ius quæſitum parti, ea inuita, arg. l. quidam in teſtamento, in prin. & in l. rogo, ff. de fideicom libert. & per no. per Bal. in l. cum a ſocero, C. de iure dotium, & Decium in cõſilio 5. 239. col. 4. & Tiraq. in tractatu de retract. char. 860. num. 18. cum quatuor ſequentibus. & tantò fortius, cum dicto eius repugnent dicta per Bald. in d. l. duobus, §. fin. de iureiuran. & in dicta rubrica, de procurat. & in d. ca. veniens, in fi. de iureiuran. ac notata per dominos de Rota in citata deciſio. 104. & Felin. in d. cap. ex parte decani. colum. 6. Sed vlterius dicitur, quod in ſpecie Alexan. improbatur per Iaſon in l. ſi non ſortem, §. ſi cẽtum, de conditio. indeb. & dominum meum Ruy. in d. §. diui col. 43. vbi inquit, quod opinio Alexand. non videtur vera per cap. cum contingat, de iureiuran. & cap. quamuis, de pactis in 6. & authent. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus vend. Subdens notata per Alexand. procedere in actu dependente a libero arbitrio iuratis, ſecus ſi actus non pen-

deret

deret à liberta voluntate,ſed interdiceretur per legem fa
uore ipſius iurantis: quia tunc iuramentum obligat & a-
ctum validat,alias nullũ, ſecundũ Abb.qui ita declarat in
c.intellecto,colum.penult.de iureiur.& Fran.in d.c.licet
mulieres,col.2.verſic. Quære.de iureiuran.Pro cuius cõ-
firmatione facit,quod dixit idem Franc.in d.c.fin.de pro-
56 curat.in 6.vbi inquit,quòd licet† dominus,qui conſtituit
procuratorem ad contrahendum matrimonium,& iura-
uit non pęniteret,poſſit reuocare procuratorem, non ob-
ſtante iuramento,tamen quod ipſum reuocare non pote-
rit ſi à parte facta fuerit ratificatio dictæ conſtitutionis
ante reuocationem domini,nec in dicto Cornei in d.cõſ.
13. vis fieri poteſt cum non dicat , quod pactum de non
diuidendo,iuramento firmatum,reuocari poſſit,ſed quod
tantum appoſito ipſo iuramento valeat.

Similiter non obſtant notata per Abb. in allegato con
ſil.48.col.fin.vol.2.quia primo reſpondetur quod tale pa-
ctum non valet, quia in effectu videtur factum de futura
ſucceſſione, quòd non valet, l. pactum quod dotali, C. de
pactis,l.ex eo.C.de inutil.ſtipulat.l.hęreditas,C.de pactis
conuentio.& adeo hoc eſt verum,etiam ſi eſſet firmatum
iuramento,vt per Bar.in i.fin. col.3. verſic. Tertiò quæro.
C.de pactis,& in conſ.108. promitto tibi,& tu mihi. Ale-
xand.in conſi.18.vol.3.Dec. in conſi.266.col.pen.& fin.&
in conſ.236.col.pen.in fi.Iaſ.in conſi.60.col.3. volum.3.

Secundo reſpondetur , quòd poſito,ſed non conceſſo,
quod talis conuentio eſſet valida, quod non potuiſſe reuo
cari ſtante iure quæſito alteri perſonæ , per iura , & deci-
ſiones ſupra relatas.

Non obſtat vltimò , quòd iuramentum non extenda-
57 tur ad non cogitata , quia † reſpondetur id procedere
quando nõ fuit cogitatum in ſpecie, nec in genere,& hoc
modo procedunt ſupra allegata: Secus quando fuit cogi-
tatum in genere, vt concludit.Bald.in l. 1.verſi. Secundo
quærit,C.commo.Alexand.in l.j.§. Si quis ita, colu.3. de
verb.oblig.Dec.in conſ.343.colum.fi. & ſic ex his reaſſu-
mendo quæ dictat fuerunt, concludo, attento iuramento
præſtito in locatione, quod ſeruari poteſt ſine interitu ſa-
lutis æternæ,& quod obligat præcisè, & debet ſeruari in
forma ſpecifica,& ſic non poteſt commutari de vno in a-
liud,vt pulchre dixit Feli.in c.ad noſtram, in fi.de iureiu.
& actus contra iuramentum factus propter ius quęſitum
conductori, non valuit locatorem & emptorem teneir &
obligatos fore ad permittendum , quod durante locatio-
ne,conductor vti & frui valeat re locata,& ita,vt ſupradi
ctum eſt, iuris eſſe conſeo,ſaluo ſempre iudicio cuiuſcun
que rectius ſentientis. Laus Deo.

### *SVMMARIVM.*

1 *Coitum habens cum aſina punitur pœna mortis , etiam de iure canonico .*
2 *Coitum habens cum brutis , committit ſcelus contra naturam humanis generis .*
3 *Teſtis vnicus deponens de actu proximo , & immediato, facit inditium ad torturam, & præſertim quando cum dicto concurrit aliud adminiculum .*
4 *Coitum habere cum brutis eſt delictum adeò nephandiſſimum & atrociſſimum,quod punitur affectus,quando aliquis procedit ad actum ordinatum de pręſenti ad ipſum actum, licet non ſequatur effectus,quod declarat,vt nu.37.*
5 *Delicta atrociſsima, quæ occulte committi ſolent,non ita planiora indicia requiruntur ad torturam,ſicut in alijs delictis requiritur,quod declaratur,nu.38.*
6 *Iura tranſgredi licet in delictis attrociſsimi , & quæ clam committi ſolent,quod intellige,vt in nu.42.43.44. & 45.*
7 *Iudex in delictis atrociſsimis promptior eſſe debet ad torturam , quod declara,vt in nu.38.*
8 *Fugiens à carcere habetur pro confeſſo, vel ſaltem fuga ipſa facit indicium ad torturam,quod declara vt in nu.46. & 47.*
9 *Mendacium eſt ſufficiens indicium ad torturam .*
10 *Teſtis vnicus quamuis faciat indicium ad torturam, quando deponit de actu proximo & immediato,tamen id procedit,quando eſſet teſtis omni exceptione maior, & non pateretur aliquem defectum,& nu.36.*
11 *Teſtis vnus, vt faciat indicium ad torturam , debet eſſe probatæ vitæ,vel bonæ famæ,adeò quòd non poſsit etiam haberi ſuſpectus familiaritate , vel mala fama, vel alia cauſa , arbitrio iudicis committenda .*
12 *Mulier ſecundum aliquos non admittitur in criminalibus , & poſito quod admittatur , vt eſt communis opinio,& ita ſeruetur in practica, tamen non eſt omni exceptioni maior,cùm teſtimonium ipſius ſit varium & mutabile .*
13 *Teſtis dicitur omni exceptione maior quando contra eum nulla exceptio opponi poteſt.*
14 *Mulier in criminalibus & in caſibus, in quibus aliter veritas haberi non poteſt, dicitur integer teſtis , quod declaratur , num. 15.& 16.*
17 *Teſti veriſimilia non doponenti, non creditur, quia redditur ſuſpectus .*
18 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
19 *Adulterium directo probari non poteſt , & hoc etiam procedit ſi teſtis viderit hominem ſuprà mulierem , quia poteſt eſſe, quod rem ſecum non haberet.*
20 *Teſti multum animosè deponenti fides adhibenda non venit.*
21 *Pauper repellitur à teſtimonio in criminalibus.*
22 *Periurius ſecundum communem repellitur à teſtimonio in criminalibus.*
23 *Fides teſtis pendet à iuramento,& hoc adeò verum eſt quòd excluditur à teſtimonio,quamuis falſitas eſſet circa acceſſoria .*
24 *Teſtimonio patris in fauorem filij , & ed eius defenſionem in criminalibus valet,quando habet conſocium .*
25 *Frater admittitur pro fratre in criminali ad eius defenſionem , quamuis eius diſtum redundaret etiam in præiudicium fiſci , quod procedit etiam ſi ſimul habitarent,vt nu.27.*
26 *Idem dicitur de conſanguineo,familiaribus, & cubicularijs .*
27 *Viſitati loci eſt ſuperlatiua probatio aliarum probationum .*
29 *Teſti deponenti tale quid fuiſſe factum de nocte,non creditur propter obſcuritatem,niſi probetur quòd luna lucebat.*
30 *Iuſtè ignoratur quod fit de nocte.*
31 *Probatio eorum quæ de nocte fiunt difficilis eſt.*
32 *Officialis ſi non denunciat maleficium infra triduum excuſatur ſi fuit commiſsum de nocte*
32 *Teſtis deponens homicidinm fuiſse commiſſum de uocte, ſi probetur quòd luna non lucebat redditur falſus.*
34 *Indicia ad torturam talia eſſe debent,quæ de iure ſubſiſtant.*
35 *Probationes ad condemnandum in criminalibus,ſicut eſſe debent luce meridiana clariores, & ita indicia in genere ſuo ad torturam debent eſſe clara.*
39 *Indicia ad torturam contra aliquem eliduntur per unumquodque quod urgea in contrarium,in tantum quòd ille torqueri non poteſt uigore illorum indiciorum.*
40 *Torquendus quando habet aliqua indicia pro ſe, indicia,quæ urgent contra ipſum debet eſſe magis grauia , ita quòd præponderent,aliàs ad torturam deueniri non poteſt .*
41 *Venenum quod occultè dari ſolet,eſt crimen deteſtabile .*
42 *Præſumptio eſt pro ordinaria iuriſdictione,& ſi illa negetur,non debet probari,ſecus ſi eſt pro iuriſdictione delegata .*
49 *Incertitudo non poteſt facere aliquod adminiculum contra inquiſitum.*
50 *Intellectus duplex , ubi capi poteſt , is ſempre capi debet per quem quis non cadit in delictum.*
51 *Indicia eliduntur per probationem bonæ famæ .*
52 *Probatio malæ famæ in ſpecie,præfertur bonę famę in genere .*
53 *Fama mala ad minus probari debet per duos teſtes, qui deponant hoc audiuiſſe à maiori parte populi , & quòd ea traxerit originem à probis,& honeſtis iuris.*

## CONSILIVM VII.

IN cauſa Antoni Brunelli detenti & in-
quiſiti pro nephandiſſimo ſcelere ei a-
ſcripto , quòd coitum habuerit cum a-
1 ſina , † & pro quo crimine imponitur
pęna mortis etiam de iure canonico, vt
2 in cap. reos.23.q.5.† cum tale ſcelus di-
catur fieri contra naturam humani ge-
neris vt in ca.hoc ipſum.33.q.2. & per Boer.in deciſ.316.
in prin. Prima facie videtur dicendum contra dictum in-
3 quiſitum extare indicium ſufficiens ad torturam , † quia
vnus adeſt teſtis , videlicet Agneſina omni exceptione
maior , quæ deponit vidiſſe ipſum Antonium coeuntem
cũ aſina,quo caſu, cùm deponat de actu proximo, & im-
mediato,ſcilicet de viſu , ideo eius dictum ſufficit ad tor-
turam,vt per gl. communiter approbatam in l. ſi quis.C.
ad l.Iul.maieſt.Barto. & Marſ.in l.fin. ff. de quæſt. Idem
Bar.in l.maritus. ff. eod. tit. Marſ.in pract.ſua Crim.in §.
diligenter,colu.1.& in conſi.29.col.7. Boer. in deciſ.163.
colu.2.& præſertim hoc concedendum venit, cum vltra
dictum ipſius teſtis concurrat aliud adminiculum cõtra
eum , quia eo tempore , quo ipſe inquiſitus aſinam à ſta-
bulo abduxit,erant duæ perſonæ,quæ deponunt audiuiſ-

ſe.Secundinū partem prędicti inquiſiti,qui redarguendo
filium de eo, quod geſſerat, ſibi dicebat, quòd erat vnus
aſinus baptizatus,& ignis tradēdus:ex quo adiuuatur di-
ctum Agneſinæ deponentis de viſu, quod multum opera-
tur,vt per Cy.in l.fin.C.de quæſtionibus, vbi inquit di-
ctum vnius teſtis cum alio adminiculo ſufficere ad tortu-
ram. & Cyn.ſequitur Iaſ in l.admonendi.verſi.prædicta
regula,ff.de iureiur.

4 Secundò facit,† Nam habere cum brutis eſt delictum
adeò nephandiſſimum, & atrociſſimum, quòd punitur
affectus,quando aliquis procedit ad actum ordinatum de
præſenti ad ipſum actum, licet non ſequatur affectus. Ita
5 Boe.in citata deciſ.316.col.5.in fin. † Sed in atrociſſimis
delictis & quæ ſolent committi occulte, non ita planiora
indicia requiruntur ad torturam ſicut in alijs delictis,
6 † Imò licitum eſt tali caſu tranſgredi iura, & per Inno-
centium in ca.1.de conſt.& Marſ. in conſ.121.num.18.&
Boer.vbi ſuprà, qui loqnitur in terminis de quibus in ca-
7 ſu præſenti.† & in his promptior eſſe debet iudex ad tor-
turam,vt inquit Bal.in l.3.C. de epiſcopali audiē. quē ſe-
quitur.Alex.in cōſ.71.vol j.col.2.& Dec. conſ.137.col.fi.

Tertiò contra eum accedit, nam exiſtente eo in carce-
re,& in compendibus pro hoc delicto eidem impicto,fra
ctie compedibus, & oſtijs carceris aufugit,ex quo ſequi-
8 tur † quod ratione ipſius fugæ, habendus ſit pro confeſ-
ſo,l.in eos,C.de cuſt.& exhib.reo.l.j.de effracto.Doct.in
l.admonendi,ff.de iureiur.Bald.in conſ.32.vol.3.Marſi.in
dicta ſua pract.Crim.§.attingam.& maxime cum deten
tus fuerit pro inquiſitione ſpecialis criminis,vel ſi non eſt
habendus pro confeſſo,ſaltem negari non poteſt, quin fu
ga ipſa faciat indicium ad torturam vt hanc eſſe commu-
nem opinionem Doct.atteſtantur. Iaſ in d.l.admonendi,
in lectura.num.89.

Quarto etiam facit, Nam dictus Antoninus repertus
fuit in mendacio, quia in ſua prima depoſitione dixit ve-
rum eſſe, quòd aufugit, & fregit carceres, & in ſecunda
9 depoſitione dixit contrarium: quod quidem † mendaciū
eſt ſufficiens, indicium ad torturam. Ita Rom.in conſi.8.
poſt Bartolum in l.de minore,in §.plurium,ff.de q.Marſi.
in d practica,in §.diligenter,num.76.& 98.Boe. deciſio.
ne 163.colum.pen.

Verum præmiſſis non obſtantibus, contrarium verius
10 fore exiſtimo. Et primo quia licet verior ſit opinio † ꝙ te
ſtis vnicus deponens de actu immediato ſine alijs admi-
niculis faciat indicium ad torturam, vt per Bart.in d.l.fi.
de quæſtio. & Ale.in conſ.180.col.2.vol.2. & in conſ.89.
col.2.vol.3. & Marſi.in conſ.29 nu.19. & in conſil 65. nu.
33.quamuis contrarium tenuerit Cynus & Iaſ.vbi ſupra,
& Marſi.in ſing.442.& in conſ.74 nu.12.& in conſi.101.
nu.38.& in conſ.102 nu.10.tamen illa procedit, quando
ille vnicus teſtis eſſet omni exceptione maior, & non pa-
teretur aliquem defectum, & aliqua coniectura illi non
reſiſteret,vt dixit Bal.in c.j.§.ſacramentum, de conſ.rec.
11 feud.vbi inquit,† quòd ad hoc vt vnus teſtis faciat indi-
cium ad torturā,debet eſſe probatę vitę,vel bonę opinio-
nis,adeo,quod non poſſit ēt haberi ſuſpectus familiarita-
te,vel fama mala, & alia cauſa,arbitrio iudicis cōmitten-
da. Quod dictum refert,& ſequitur Ale. in conſi.180.col.
2.vol.2.vbi ēt concludit, ꝙ etſi vnus teſtis faciat iudiciū
ad torturam,qñ deponit de actu proximo,tñ ſi alias eſſet
vilis vel infamis,quia condemnatus de maleficijs, vel in-
famis infamia facti,non facit indicium ad torturam. Idē
Ale.in conſ.14.col.j.vol.3.& in conſi.124.col.2.in fi.vol.6.
Marſ.conſ.29.nu.19.conſ.74 nu.34.& in conſ.101.nu.37.
Capic.in deciſ.126.col.j.vbi inquit,quòd dēt eſſe probatæ
vitæ talis teſtis,ſecūdum Bal.vbi ſupra,& omni exceptio-
ne maior,ſecundum Ange.in l fi.C.de accuſ. & idoneus
ſecundum Bar.in l.maritus,col.2.ff.de quæſt. Sed in caſu
12 præſenti, teſtis qui deponit de viſu, † eſt mulier quę pri-
mo ſecundū aliquos nō admittitur in criminalibus,vt vo-
luit Iac.de Aret.in l.qui teſtō,§ mulier, ff.de teſt & Mar.
in conſ.22.col.j.vel & ſecundò dicitur,quod ēt poſito,qđ
admittatur,vt firmat Ang.,in tract. ſuo maleficiorum, in
verbo,Comparuerunt dicti inquiſiti. & ibi Arim. in ad-
ditione Ale.conſ.11.col.2.vol.j.Oria.in c.quoniā contra.
in verbo,teſtium depoſitiones,de prob.nu.110. Feli.in c.
quoniam,de teſt.vbi inquit hanc eſſe communem opinio
nem,& in practica ſeruari.& Beltr. in conſ.259. vol.3.tñ
quòd dicta cōmunis limitatur nō procedere quo ad hoc,
vt eam faciat omni exceptione maiorem,& dictum ipſius
mulieris integrum, vt not.Cępo.in conſ.32. in 2.col. vbi
formaliter dicit,& licet mulier de iure ciuili videatur, ꝙ
quādoque poſſit eſſe teſtis in criminalibus, per tex.in l.ex
eo.ff.de teſti. & in l.qui teſtamento, §.mulier. ff de teſta.
tamen negari non pōt illā non eſſe omni exceptione ma-
iorem,cū teſtimonium ipſius ſit varium & mutabile, c.fo
13 rus,de verb.ſign.† quia ille teſtis dicitur omni exceptio-
ne maior,cōtra quem nulla exceptio opponi poteſt,vt eſt
gl.in §.item verborum,inſt.de inutil.ſtip.gl.in c.1.in ver-
bo maiores,de conſang.& affin.Ale in conſ.64.col. 2 vol.
1.& in conſ 72.col.pen.vol.2.Dec.in l.2.ff.de reg. iu. Cra.
in conſ.99.col.pen.Oldendor.in ſuo tract. de teſt. vbi di-
cit, ꝙ minor fides adhibetur, & quod cōſuetudo propius
accedit ad ius pontificium quam ius ciuile,non admittēs
de facili mulieres in teſtimonium, niſi virorū veritas ha-
beri non poſſit. Hoc quidem voluit & Oria.in d.c.qm̄ cō-
tra.in verbo, teſtium depoſitiones. Cum ergo mulier ip-
ſa non ſit teſtis omni exceptione maior,merito ſequitur,
quòd eius dictum ex cauſa præmiſſa,'& ex alijs quæ infra
dicentur,non faciet indicium ad torturam.

14 Nō obſtat quod ex aduerſo deducitur & allegatur, † ꝙ
vbi veritas aliter haberi non poteſt, mulieres admittan-
tur,& dicantur integri teſtes. vt per Alex.conſ.64. col.2.
vol.j.Marſil.conſ.5.num.12.& Alciat.in tract.de præſum-
ptione regula prima præſumpt. 47. & quod hic ſumus in
tali caſu,quia huic facto non interfuit alia perſona,quam
ipſa mulier,nec ex natura facti,ſeu negotij, veriſimiliter
ſiue actu,ſiue habitu alij interuenire potuerunt,cū habe-
re rem cum aliqua muliere, ſit de his in quibus veriſimi-
liter nec actu, nec habitu alij ſoleant interuenire, ergo
multò fortius,quando coitus habetur cum aſina.

15 Quia reſpondetur, † ꝙ illa fallentia procedit, quando
nec actu,nec habitu alij veriſimiliter nō potuiſſent inter
uenire,vt per Doct.vbi ſupra. Sed in caſu, de quo agitur,
licet actu nō interueniret alia perſona quam dicta Agne-
ſina, tamen actu & habitu potuiſſent alij interuenire,li-
cet non adfuerint.ergo &c.

16 Vlterius dicitur ꝙ præmiſſa † ſententia poſſet locū ha-
bere quoties producens teſtes inhabiles,& dicēs alios re-
periri nō poſſe,iſtud probaret, alioquin ſemper quis poſ-
ſet producere inhabiles,& dicere,ꝙ alij non potuerūt in
teruenire.Ita Alex.in conſ.citato 64.col.2. Marſ. conſ.31.
nu.33.conſ.41.col.2.cōſ.80.nu.62. ſing.37. & in l. infans.
ff.ad leg.Cor.de ſica.Alc.in dicta præſump.47.in fi.Et iſta
opinio adeo vera eſt, quòd etiam ſi mulier diceret, quòd
alius non eſſet,ſibi non crederetur,vt not. Alex.in alleg.
conſ.64.in fi.quem ſequitur Marſ.in d.conſ.80.col pen.

17 Plus dicitur,† quòd dictæ mulieri non eſt credendum,
quia deponit non veriſimilia,& redditur ſuſpecta,vt per
Abb.in c.quia veriſimile,in vlt.not.de præſumpt. quē ſe-
quitur Iaſ.in l.ſi extraneus,in 2.col.de cōd.cau. data &c.
& Marſ.in conſ.31.nu.19.& 27. ꝙ aūt non deponat veriſi
milia demonſtratur. Nam ipſa dicit in ſua ſecunda depo-
ſitione,[che quando fu all'vſcio della ſtalla, gli dette den-
tro di butto,tanto che l'aperſe,e allhora vidde che Anto-
nino,qual era di dietro a l'aſina,faceua quel fatto a l'aſina
con la coda di eſſo Antonino poſtea nella natura di detta
aſina, qual coda vidde cauar da eſſa natura de l'aſina da
detto Antonino.] Item tertia depoſitione inquit,[che ſu
bito aprendo l'vſcio della ſtalla, vidde che Antonino ha-
ueua il membro nella vulua de l'aſina.& haueua ambe le
mani appreſſo i teſticoli,] vt vtar verbis ipſius mulieris,
[& che ſubito vedēdo eſſa detto Antonino tiro fuori del-
la natura de l'aſina il membro]. Quomodo.n.eſt veriſimi
le,quod Antoninus cum ſenſerit perſonam ad oſtium ſta-
buli conantem velle illud aperire,ſi verum eſt quòd habe
ret rem cum aſina, perſeuerauerit in perficiendo opus cę
ptum tam abhominabile & nephandiſſimum, vt voluerit
videri a dicta muliere. Certè hoc non eſt credibile mi-
18 nuſq; veriſimile,quia vt docet † experientia magiſtra re
rum,c.quàm ſit,de elect. in 6. ſi quis habet rem non cum
brutis,ſed cum muliere,ſtatim ꝙ ſentit aliquē ſtrepitum,
ceſſat ab opere,dubitans ne reperiatur in flagranti crimi
ne,ergo multo fortius qñ quis rem habet cum brutis. Itē
quomodo eſt veriſimile,ſi Antoninus vertebat terga mu
lieri,vt ipſa firmat in ſua tertia depoſitione, quòd viderit
Antoninum habētem membrum in vulua aſinæ, & illud
extrahētem, ac ſimiliter quod haberet ambas manus ad
teſticulos. Profectò hoc eſt incredibile, nec debet intra-
re in mentem ſenſati,ꝙ quis poſſit videre ea quæ quis fa-
cit,qñ de directo ſibi vertit terga, & maximè firmare, ꝙ
habebat membrum in vulua,quia nos videmus,ꝙ Docto

res

19 res paſſim dicunt,† ꝙ de directo non poteſt probari adul
terium, etiam ſi quis viderit hominem ſupra mulierem,
quia poſſet eſſe,ꝙ non haberet rem ſecum, vt per Docto-
res in c.præterea,de teſtib.in c.tertio loco, de præſumpt.
Marſil.in conſilio 1. nume. 47. & in conſilio 28. colum. 2.
Ergo multo magis hoc dicendum venit in caſu iſto, quia
dato,quòd eſſet retro aſinam Antoninus potuiſſe eſſe, ꝙ
non haberet membrũ in eius vulua, & impoſſibile eſt ꝙ
potuerit videre.Et ideo cum non deponat veriſimilia ip-
ſa mulier,eius dicto non eſt credendum, quia in veritate
20 negari nõ poteſt, † quin animosè multum deponat,ergo
ei fides adhibenda non venit, iuxta not.in c.2. de reſtit.in
integ.& per Brun.in conſ.27.in fi. Et profectò male cogi-
tandum eſt de hac muliere,ne ſit impudica, cùm honeſtę
mulieres,& probatæ vitæ,nedum ſi videant talia, verum
etiam ſi ſentiunt aliquod turpe obſcenum verbum pro-
ferre, aufugiunt.
21 Accedit etiam contra dictam mulierẽ, † ꝙ eſt pauper,
propter quam paupertatem in criminalibus quis repel-
litur à teſtimonio,vt late per Alex.in conſ.15.col.1. volu.
5.Marſ.in conſi.31.nu.31.Ruin.præceptor meus in conſi-
lio 147 colum.2.conſi.149.colum.7.in fi. & in conſilio ſe-
quenti col.6.vol.5.
22 Tollitur etiam dictum huius mulieris, † quia periura,
quo caſu periurus repellitur à teſtimonio. Ita Alex.in cõ-
ſilio 114.col.2.vol.4.in conſi.93.col.fin.vol.5. & in conſil.
53. col.4. volum.7. vbi atteſtatur hanc eſſe communem,
23 † quia tota fides teſtis pendet a iuramento, & hoc adeo
eſt verum,ꝙ inquit Crau.in conſ.96.num.14.quod etiam
excluditur a teſtimonio, quamuis falſitas eſſet circa ac-
ceſſoria.Bene facit quod voluit Alex.in conſ.45. col.2.vo
lum 2.vbi poſt Oldra.in conſ.ſuo 35. dicit ꝙ ſi teſtis circa
id quod poteſt comprehendi ſub iuramento depoſuit in
aliqua parte falſum, dictum ſuum in totum eſt nullum,
quia dictum cenſetur vnicum propter iuramentum : de
periurio autem mulieris demonſtratur. Nam in primis
duabus ſuis depoſitionibus dicit,ꝙ inquiſitus habebat ca
ligas diſſolutas,& in tertia,quod tãtum habebat braghet
tam diſſolutam.Item in prima,& ſecunda depoſitione ſi-
militer inquit, ꝙ inquiſitus ambabus manibus cooperuit
membrum ſuum,in tertia verò dicit,quòd habebat ſagũ,
cum quo cooperiebat braghettam cum ambabus mani-
bus.Plus in ſecunda depoſitione firmat,ꝙ quando Secun
dinus pater dicti inquiſiti fuit ad ſtabulum,quòd Antoni
nus cooperuit cum ambabus manibus locum braghettę,
& vidit dictum Antoninum ita ſtantem, & in tertia de-
ponit, quòd Secundinus reperit filium cooperientẽm bra
ghettam cum ſago,fingendo tangere ſolutaria,vnde cum
conuincatur de periurio,& ſit varia, ac falſe deponat me-
ritò in obolo non eſt ei credendum,l.quia varia,cum ſimi
libus,ff.de teſtibus.
Accedit,& aliud contra dictam mulierem,nam ipſa di-
cit,ꝙ in die Aſcenſionis,interrogauit patrem inquiſiti v-
bi erat ſua aſina,qui reſpondit,quod erat in ſtabulo, & ta
men ipſe examinatus negat ſe fuiſſe ab ipſa muliere inter
rogatum, ſed quod bene interrogauit Iacobum de Priue
rio vbi erat ſua aſina,cui dixit,quod Secundinus illam du
xerat ab ſtabulum,& quod ei dederat funem ipſius aſinę,
& examinatus ipſe Iacob. ſic formaliter depoſuit:& ideo
cum de mendacio etiam conuincatur,nulla fides eſt ei tri
buenda per deciſiones ſupra citatas, quas non repeto.
Nec habet obſtare,quod dicto Secundino tanquam patri
inquiſiti non ſit credendum in fauorem filij,quia duobus
24 modis reſpondetur.Et primò quod † teſtimonium patris
in fauorem filij,quando habet conſocium, vt in caſu iſto
valet.Ita Ang.in conſi.1.quem ſequitur Marſil.in l.de mi
nore in §.tormenta.in dicta q.ff.de quæſt.
Secundò reſpondetur ex mente Bal.in l.parentes,C de
25 teſtibus, vbi tradit, † quòd quando frater producitur in
cauſa criminali in teſtem pro fratre, & ad eius defenſio-
nem,quòd teſtimonium fratris eſt idoneum, quãuis eius
dictum redundaret in præiudicium fiſci,per tex.in c.lite-
ras.de præſump.vbi frater ad defenſionem fratris admit
titur in cauſa hęreſis.Et ſubdit.Bal.quòd fiſcus non debet
de hoc conqueri,quia pœnæ non irrogatæ indignatio, ſo-
lam duritiem continet.l.Seruus.ff.de ſer.expor.& Bal.ſe-
26 quitur Alex.in conſi.5.col.3. vol.j. † vbi idem dicit de cõ
ſanguineo,& familiaribus,ac cubicularijs,& in conſi.24.
col.pen.vol.2.& in conſi.4.col.fi.vol.6.Marſi.in ſua practi
ca criminali.§.opportunè.num.15.in conſi.68.nu.19.Feli
nus in c.literas,de præſumpt.& in c.cum oporteat.in 5.li
mitatione,de accuſ.Ana.conſ.59.col.2.Dec.in conſil.469.
col.2.Crauet.in conſi.119.col.pen.Alcia.in tracta.de præ-
ſump.regula prima,præſump.25. Quod amplia Salice.in
27 d.l.parentes, † etiam procedere, ſi ſimul fratres habita-
rent cum quo pertranſit,& Alex.in conſi.119.vol.7.Sicut
ergo frater,& alij de quibus ſuprà, admittuntur in crimi
nalib.ad defenſionem fratris,& familiarium:ita etiam di
cendum venit, vt pater admittatur ad defenſionem filij,
cũ non tractetur de præiudicio alicuius, præter q̃ fiſci,qui
vellet tractare de lucro,ſecundum Bald. in d.l.parentes.
Ex alio etiã non eſt ſtandum dicto huius mulieris,quia
tã per teſtes examinatos ex parte inquiſiti,quàm per viſi
28 tationem † loci factam per perſonas approbatas a fiſco,
& a dicto Antonino, quæ etiam eſt ſuperlatiua omnium
aliarum probationum.gloſ.in l.ſi irruptione.ff.fi.regund.
clarè cõſtat,ꝙ locus allegati coitus eſt obſcurus, quia ca-
ret feneſtris,& lumine,adeo quod eundo ſuper portã ſta-
buli,non poteſt quis videre,nec cognoſcere quid ibi aga-
tur,niſi ſe aliquantulum firmet. Si ergo eſt ita, vt omnes
teſtes vnanimiter deponunt,& etiam apparet ex dicta vi-
ſitatione ſuprà dicta, quomodo debet dari fides huic fœ-
minæ,ꝙ viderit incontinenti, dum aperuit oſtiũ dicti ſta-
29 buli,ea quæ depoſuit? Certè nulla.† Sed quod tantum ſit
credendũ ei,prout teſti,qui deponit tale quid fuiſſe com-
miſſum de nocte,cui non creditur propter obſcuritatem,
niſi probetur,ꝙ Luna lucebat, vt per gl.in l.ſi cum exce-
ptione.§.in hac.in verbo,ignoret,ff.quod met.cau.vbi gl.
30 dixit,† ꝙ iuſte ignoratur quod fi de nocte,& per eam di
cunt ibi Bald.& Ang.alias per Old.fuiſſe defenſum quẽ-
dam,qui accuſabatur de homicidio commiſſo de nocte,&
teſtes deponebant ſe vidiſſe, fuit probatum quod Luna
non lucebat illa nocte, & quod illi teſtes fuerunt reproba
ti.Bene faciunt quæ dicit Bald.in l.ſi non ſpeciale.in j.col.
C.de teſt.vbi inquit, ꝙ teſtis, qui propter obſcuritatem
noctis non poteſt videre,non probat de viſu: quia (vt di-
31 cit Alex.in conſ.24.col.2. volu.2. ) † difficilis eſt probatio
eorum,quæ fiunt de nocte. Et ideo dicit Angel.ibi relatus
32 per Alex.† ꝙ ſi officialis non denunciauit maleficium in-
tra triduum,quod excuſatur, ſi fuit commiſſum de nocte,
vel in loco occulto.Idem firmat Dec.in conſi.429.col.fin.
33 Vbi dicit, ꝙ quando probatur, ꝙ Luna non lucebat, † ꝙ
dictum teſtis deponentis homicidium fuiſſe commiſſum
34 de nocte, redditur falſum. † Ergo idem etiam dicendum
in caſu noſtro, ꝙ redditur teſtimonium huius mulieris
nullum, & falſum, & ꝙ eius dictum nullum facit indiciũ
clarũ,nec tale quod de iure ſubſiſtat, prout eſſe deberet,
quando agitur de tortura inferenda, vt per Bald. in conſi
35 lio 229.vol.3.col.2.& Marſil.in conſi.20.col.2.† vbi dicũt,
quòd ſicut in criminalibus ad condemnandum proba-
tiones debent eſſe luce meridiana clariores.l.fi.C.de pro
bat. Ita & indicia in genere ſuo ad torturam debent eſſe
clara,& talia quæ de iure ſubſiſtant.
Non obſtant modo adducta in contrarium. Et primò
quod dictum teſtis deponentis de viſu, facit indicium ad
torturam,qñ deponit de actu proximo,quoniam,vt ſuprà
36 dictum fuit,† iſtud locum habet, vbi teſtis eſſet omni ex-
ceptione maior,& nullos pateretur defectus,prout in ca-
ſu iſto,vbi hæc mulier laborat multis defectibus,vt demõ
ſtratum fuit, & patitur plures defectus, quam ſolet dici
de Gonella. Non obſtat, quod ex quo iſtud delictum eſt
nephandiſſimum,ꝙ punitur affectus,licet nõ ſequatur ef
37 fectus,† quia reſpondet hoc locũ ſibi vendicare, vbi poſ-
ſet conſtare de affectu:aliàs ſecus,vt in caſu, de quo agi-
tur,vbi non conſtat iuridice nec de affectu, nec de exitu.
Non obſtat & tertio,quòd in his quæ occulte fiunt,iu-
dex debet eſſe promptior ad torturam, quia reſponde-
38 tur. Primò quòd † iſtud debet intelligi quando fuit pro
ceſſum legitimè,& datis defenſionibus, & ex ipſis vel ex
inſpectione proceſſus non reſultaret tale quid, quod e-
neruaret indicia militantia contra inquiſitum:ſecus ſi ali
ter, quia tunc non poteſt deueniri ad torturam, per ea
quæ notat Ioann. Andr. in cap. cum in contemplatione,
de reg.iur.in 6.& Alexan.in conſilio 179. col.3. volum.2.
39 † vbi dicunt, quòd indicia ad torturam contra aliquem
eliduntur per vnumquodq;,ꝙ vrgeat in contrarium,in tã
tum, quòd ille torqueri non poteſt vigore illorum indi-
ciorum.Ita dixit Gram.in voto ſuo 30 num.30. Sed in ca-
ſu præſenti non vrget vnum,ſed plures contra indicia mi
litantia contra inquiſitum,vt latè dictum fuit. Igitur &c.
Et adhoc bene facit,quod voluit Bart.in l.j. §.ad quæſtio
40 nem,verſ.nec facile,ff.de quæſtio vbi dicit,† quòd quan-

do torquendus habet aliqua indicia pro ſe, indicia quæ vr
get contra ipſum, debent eſſe magis grauia, ita quòd præ-
ponderent, adeo, vt ad torturã deueniri poſſit, & Barto. ſe
41 quitur Gram. in voto tertio, nu. 20. † vbi loquitur in cau-
ſa veneni, ꝙ occulte dari ſolet, & eſt crimen deteſtabile.
Nec etiam obſtat quod in atrociſſimis licitum ſit tranſ-
42 gredi iura, quia dicitur † quod id procedit in puniendo,
& quando conſtat reum eſſe delinquentem: ſecus autem
in procedendo, vt per Marſil. in pract. ſua, in §. diligenter,
num. 175 quem ſequitur Gram. in voto 34 col. fin. Sed hic
non conſtat hunc inquiſitum fore delinquentem, imò po
tius innocentem, de intitulatis, ergo &c.
Secundò reſpondetur, quod etiam dato, ſed non con-
43 ceſſo, ꝙ iſtud locum haberet etiam in procedendo, † ꝙ
id poſſet ſibi locum vendicare in maioribus magiſtrati-
bus, nõ autem in minoribus, vt ſunt Poteſtates terrarum
qui iurauerunt ſeruare ſtatuta, vt in caſu præſenti. Nam
tales non poſſunt ſtatuta tranſgredi, nec leges, nec cõſue-
tudines. Ita Bald. in auth. hodie, C. de iud. quem ſequitur
Iaſ. in §. ex maleficijs, in ſecunda colum. inſti. de act. &
Marſi. in d. §. diligenter, nu. 176.
44 Tertiò dicitur, † quod iſtud dictum poteſt militare in
cauſis ordinis, in quibus incurritur ſtatus Reipublicæ, vt
inquit Sal. in d. auth. Sed hodie, quem ſequitur Gram. in
voto 30. nu. 15.
Quartò dicitur, quòd dictum Innocentij, hoc volentis
45 in cã. 1. de conſtit. † non reputatur vſque quaque verum,
quia Lud. Ro. in l. ſi verò. §. de viro, ff. ſol. mat. in 46. fallen
tia, non tenet illud dictum pro vero, ſed dicit Principem
conſulendum eſſe, & ita ſequendo Rom. dicunt Iaſ. in d.
§. ex maleficijs, col. 2. Marſ. in dicto §. diligenter, nu. 176.
& Gramm. in voto 30. nu. 14.
Non obſtat deniq; aliud fundamentum de carcere rup
to, & compedibus fractis, ex quibus inquiſitus habetur
46 pro confeſſo, vel ſaltem torqueri debet, † quia primo re-
ſpondetur, quòd an habeatur pro confeſſo, non eſt ita paſ
ſim expeditum, quia requiritur, quòd fregerit, & conſpi-
rauerit ſimul, vt habeatur pro confeſſo, alias non, vt de-
clarat expreſsè d. l. in eos. Ale. in add. ad Bar. in d. l. in eos.
47 Secundò reſpondetur, † quòd talis fractio non facit in-
dicium ad torturam, nec inquiſitum haberi pro confeſſo
per communem theoricam Doct. in l. admonendi, ff. de
iureiur. & Marſ. in §. attingam. nu. 38. vbi dicunt, quod frã
gens carceres non ponitur, nec habetur pro confeſſo, qñ
fuit indebitè, & ordine iuris non ſeruato detentus. Sed
hic Antoninus fuit ĩcarceratus ad inſtantiã vnius, qui di
cit ſe procuratorem caſtri Cunigi, & quem cõſtat ex pro-
ceſſu non eſſe talem qualem ſe facit, & per quendam ſimi
liter ſe dicentem eſſe Conſulem, & locum tenentem ius
dicentis, de quorum mandato, conſulatu, & locum tenen
tia non cõſtat, & pro qua non præſumitur, cùm non ſit or-
dinarius, per ea quæ notat Alex. in conſil. 181. columna 2.
48 vol. 6. † vbi dicit, quòd pro iuriſdictione ordinaria præ-
ſumitur, & illa ſi negetur non debet probari, ſed ſi videa
tur in cedula exordinate malè, & peſſimè in fol. 25. & in
duabus ſequentibus, quæ productæ fuerunt per defenſo-
rem inquiſiti, luce clarius apparebit ſemper fuiſſe oppo-
ſitum contra perſonas prædictorũ, qui aſſerebant, ſe pro-
curatorem, conſulem, & locum tenẽtem. Igitur ſequitur,
cùm non conſtet de eorum delegatione, & poteſtate, de
quibus fides facienda erat, c. licet vndique de offi. deleg.
l. 1. cum ibi not. c. de procur. & in l j. C. de mand. Princip.
quòd talis fractio non videtur ſufficiens, vt inquiſitus ha
beatur pro confeſſo, nec vt per eam ſubijciantur quæſtio
nibus tormentorum, per ea quæ deducta & allegata ſu-
pra fuerunt, & eò maximè hoc dicendum venit, cum ite-
rum in carceribus reclusus fuerit, in quo de præſenti de-
tinetur.
Non obſtat ſimiliter obiectum de mendacio, quia reſpõ
detur, quòd ſi linceis oculis, & toruis inſpiciantur depoſi
tiones inquiſiti, ad quas breuitatis cauſa me remitto, nul-
libi apparebit de mendacio allegato.
Penultimo non obſtat adminiculum reſultans ex dictis
teſtium. qui audierunt patrem inquiſiti proferentem ver
ba contra filium, de quibus ſuprà, quia reſpõdetur, quod
ipſi teſtes ſunt ſingulares, & non conteſtes, quo caſu eis
non creditur, l. ob carmen, §. fin. ff. de teſti. cap. bonæ de
elect. cap. licet cauſam de probationibus.
Secundò dicitur, quòd teſtes non deponunt quo tem-
pore illa verba prolata fuerunt, quo caſu, cùm incertum
ſit de tempore, quia ita potuerunt proferri huiuſmodi ver
ba antequam mulier iuerit ad ſtabulum, ſicut poſt meri-
49 tò ſequitur, † quod talis incertitudo non poteſt aliquod
adminiculum facere contra inquiſitum, per ea quæ tra-
50 dit latè de incertitudine Marſi. in rub. C. de prob. † Item
etiam facit qui vbi capi poteſt duplex intellectus, is ſem-
per capiendus eſt per quem quis non cadit in delictum,
& per Marſi. in prac. ſua. in §. deligenter, nu. 190.
51 Vltimò in fauorem inquiſiti accedit † probatio, bonæ
famæ, quæ elidit indicia, vt per Bal. in l. fi. C. de prob. Dec.
in conſ. 176. col. pen. & in conſil. 189. nu. 15. Marſi. latè in
conſ. 109. nu. 27.
52 Nec videtur obſtare quod ex aduerſo dicitur † malam
famam in ſpecie præferendam bonæ in genere, vt per A-
lex. conſi. 77. col. fi. vol. 1. Marſi. in conſi. 3. num. 22. & con-
ſilio 44. num. 20. quia dupliciter reſpondetur. Et primo
quòd idem Marſi. in d §. diligenter, num. 199. & in conſi.
49. num. 66. refert Gaud. & alios tenentes contrarium,
cum quibus pertranſit.
Secundò reſpondetur, quod non reperitur probata ma
la fama in ſpecie iſtius detenti per teſtes contra eum exa-
53 minatos, † quoniam ad probationem malæ famæ requi-
runtur ad minus duo teſtes, qui deponant hoc audiuiſſe
à maiori parte populi, & quod ex traxit originem à pro-
bis, & honeſtis viris, & per Doct. in l. de minore, §. pluriũ,
ff. de quæſt. & Marſil. in conſi. 20. num. 21. ſed hoc factum
non fuit, igitur &c.
Cùm itaq; indicium huius mulieris non ſit ſufficiens
& clarum (prout dictũ fuit) imò in totum, ſi quod erat,
eneruatum, meritò ex his concludendum arbitror, hunc
inquiſitum detentum omnino abſoluendum fore ab inti-
tulatis, & relaxandum à carceribus, & ita vt poſtea mihi
relatum fuit, iudicatum ſenſi in eius fauorem ſub die 27.
Iulij. 1552. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *A verbis claris contractus non eſt recedendum.*
2 *Donatio cauſa mortis in dubio præſumitur, quando in donatione ſit mentio de morte, quod declara, vt in num. 24.*
3 *Conceſſio an dicatur feudalis vel ne, inſpicienda ſunt verba contractus.*
4 *Mortis mentio, quando eſt facta in donatione per viam dilationis tunc non dicitur donatio cauſa mortis, ſed inter viuos.*
5 *Verba geminata magis demonſtrant enixam voluntatem diſponentis, quod declarat, vt nu. 33.*
6 *Mortis mentio, & ſi facta ſit in donatione, tamen ſi in ea eſſent geminata appoſita verba, quòd donabat irreuocabiliter, tunc non cenſetur donatio cauſa mortis, ſed inter viuos.*
7 *Donatio cauſa mortis eſſe cenſetur, ſi in donatione ſunt appoſita hæc verba, quam quidem donationem voluit donator valere & vires habere poſt mortem ſuam, & ſtatim ſecuta eius morte & non ante, vel aliter, nec alio modo, ſed contra nume. 34. vbi etiam declaratur.*
8 *Teſtes quinque requiruntur in donatione cauſa mortis.*
9 *Donatio inter viuos facta. per conſtitutum in infirmitate, cum pacto quòd reuocari non poſſit, tamen reuocatur ſed contra num. 35. & 36.*
10 *Scholaris veniens ad mortem & habens pecuniam apud campſorem ſi fecit eam promitti fratribus prædicatoribus, & demũ euaſit à morte poterit ipſam promiſſionem reuocare.*
11 *Donatio cauſa mortis facta tibi, & hæredibus, dicitur donatio cauſa mortis, ſed contra nu. 19. & 32.*
12 *Donatio quæ de ſui natura eſt reuocabilis propter iuramentum de ei non contraueniendo efficitur irreuocabilis.*
13 *Iuramentũ recipit illas tacitas conditiones, quas recipit contractus ſuper quo interponitur, quod intellige, vt nu. 38. & 42.*
14 *Pactum appoſitum in uerbis diſpoſitiuis donationis cauſa mortis, quòd reuocari non poſſit facit donationem ipſam inter uiuos, ſecus ſi in uerbis executiuis, ſed contrà nu. 26. & 37.*
15 *Clauſula acceſſoria, quæ recipit executionem diſpoſitionis iam factæ, non uidetur alterare principalem diſpoſitionem.*
16 *Donatio iurata inter uirum, & uxorem, ſecundum communem ualet.*
17 *Donatio inter uiuos ex pœnitentia reuocari non poteſt.*
18 *Donatiò ſemel perfecta, conditionalis fieri non poteſt.*
20 *Donatio inter uiuos, tranſmittitur ad hæredes.*
21 *Legatum non tranſmittitur ad hæredes, ſi legatarius decedat antequam dies legati cedat.*
22 *Donatio præſumitur inter uiuos, & ſi in ea facta ſit mentio mortis,*

*tis,ſi duo teſtes tantum interuenerunt in ipſa donatione.*

23 *Donatio facta ex cauſa mortis cum pacto de non reuocando, licet cenſeatur inter viuos,tamen ſi eſt facta per patrem filio in poteſtate,qui non eſt capax donationis inter viuos,ſit interpretatio quòd ſit donatio cauſa mortis, qua valet vt actus valeat, & non pereat,*

25 *Clauſula omni meliori modo &c. operatur ut ſi actus non valet eo modo quo ſit, valeat eo modo, quo valere poteſt .*

27 *Iuramentum facit irreuocabile,quod alias erat reuocabile.*

28 *Pactus ſi quis fecit de proroganda iuriſdictione ſui iudicis, licet eo non obſtante ante litem conteſtatam poſſit panitere , tamen ſecus eſt ſecundum communem ſi adeſt iuramentum.*

29 *Penitentia qua reglariter admittitur in contractibus innominatis,locum non habet, ſi in eo interuenit iuramentum.*

30 *Verba contractus non ſunt attendenda, ſed mens.*

31 *Verba contractus ſe habent vt corpus & ſuperficies & mens , vt ſpiritus & anima.*

39 *Lex ſecunda C. de reſcindenda venditiona , ſecundum communem locum uon habet quando minor cum iuramento promiſit omnia & ſingula perpetuò rata habere, tenere, & obſeruare,& in nullo contra facere,dicere,& opponere.*

40 *Stipulatio licet ſequatur naturam actus ſuper quo interponitur , illud eſt uerum,quantum ad effectum,vt in plus non obliget,ſed efficacius.*

41 *Emphyteota eccleſiæ , licet non poſſit priuari nihil lapſo biennio propter canonem non ſolutum,tamen fallit ſi in conteaſtu eſt oppoſitum iuramentum.*

## CONSILIVM VIII.

IN preſenti conſùltatione prima facie videtur dicendum , donationem factam per Catharina Barateriam Iacobo de Diano eius coniugi fuiſſe & eſſe cauſa mortis, & non inter viuos : ad quod dicendum moueor ,
1 † Nam a verbis claris contractus non eſt recedendum. l.
non aliter, ff. de lega.3. ſed verba inſtrumenti huiuſmo-
2 di donationis cantant † de donatione cauſa mortis, ergo
&c.Et hoc argumento vtitur Alex. in conſi.14. vol.1. vbi
arguit donationem inter viuos,& non cauſa mortis,quia
inſtrumento dicebatur ex titulo donationis inter viuos ,
ſed in terminis noſtris hoc voluit Dec.in conſ.305. col.1.
& 2. & in conſ.470. col.2. qui vltra ad propoſitum addu-
3 cit deciſionem Old.in conſ.159.& in 1.dub.vbi † ad iudi-
candum an conceſſio ſit in feudum, vel contractus, pon-
derat verbà cõtractus,quæ dicebant,donamus.Iſtud quo
que firmat Alex.in conſ.81.vol.1.vbi donatio cauſa mor-
tis in dubio probatur eſſe,quando de morte in ea fit men-
tio,l. Seia.in prin.& ibi gl.ff.de don.cau.mor. & in l.Seia.
ff.de dot.præleg. & tantò fortius hoc dicendum venit,cũ
dicta verba ſint appoſita in verbis diſpoſitiuis,& nõ exe
cutiuis,per not.ꝑ Bald.in add.ad ſpec.in tit.de inſtru.edit.
col.vlt.verſ.ſi quis donat. & mouetur optima ratione, qa
quando tẽpus mortis fuit adiectũ verbis diſpoſitiuis im-
portantibus ſubſtantiam donationis, tunc cenſetur cau-
ſa finalis , quæ mouet donantẽ ad donandũ poſt mortẽ &
non ante,ſecus qñ tempus mortis adijcitur verbis execu-
tiuis , tunc ſolum adijcitur cauſa demoſtrandi tempus
qñ talis donatio debeat executioni demandari , & Bal.ſe
quitur Alex.in l.quæ dotis,col.6.verſ.Quintò fallit,ff.ſol.
matr.& in citato conſ.14. col.2. vbi ad hoc ẽt allegat Bal.
4 in l.2. eo de iure dot.dicentem † ꝙ vbi in donatione eſt fa-
cta mentio mortis per viam dilationis , tunc non dicitur
cauſa mortis,ſed inter viuos, & dicitur facta mẽtio mor-
tis ſecundum Alex. per viam dilationis,qñ de morte ipſa
mentio habita fuit circa verba executiua.Idem dixit Iaſ.
in conſ.5.col.fi.& in conſ.ſeq.col.4.verſ.Confirmatur vo-
lumine.3. & D.meus Rui.in conſ.51. col.pen.vol.1.
5 Confirmatur hec ſententia.† Nam donator ſæpius in
d.donatione vſus eſt verbis , mortis cauſa & in diuerſis
partibus inſtrumẽti,vnde iſte verba geminata magis de-
mõſtrant enixam voluntatem donantis , quod voluerit
facere donationem cauſa mortis, argumento, l.Baliſta.ff.
ad Treb.& in terminis hoc ponderat Iaſ. in d.conſ.6.col.
4 in prin.verſ.confirmatur,vbi dicit, ꝙ ipſa verba gemi-
nata cauſa mortis oſtendunt enixam voluntatem donan-
tis,ꝙ fit donatio cauſa mortis,cum ampliant effectum,vt
aliquid operẽtur ſecundum Bald. in l. fructus C. de actio.
emptio . Item quia verba geminata demoſtrant præci-
ſam voluntatem deponentis , vt per Bald.in capit. cum
te. colum.2. de reſcript. Adducitur etiam deciſio Corn.
6 in conci.158. colum. fin. volumin.4. † vbi licet in inſtru-
mento donationis ſit facta mentio mortis , tamen ſi in
ea ſunt appoſita verba , quòd donabat irreuocabiliter ,
& iſtud verbum ſæpius in inſtrumento fuerit repeti-
tum , cenſetur donatio inter viuos , propter illa verba
geminata, quæ ſolent multum operari, argumen.dicta.l.
Baliſta.

Secundò principaliter facit deciſio Angel.in conſi-
lio.254. incip. Hæc quæſtio eſt multum dubia , quem ſe-
quitur Iaſ. in alleg. conſilio 6. columna 4. in fin. & Do-
minus meus Ruin. in conſilio 182. columna 2. volumine
7 1 vbi conſuluit, † quòd ſi in donatione ſint adiecta iſta
verba quam donationem voluit donator valere, & vires
habere poſt mortem ſuam, & ſtatim ſecuta eius morte ,
& non ante , vel aliter ſeu alio modo , quòd iſta dicatur
8 donatio cauſa mortis , dato etiam quod ſit nulla, † quia
non vallata numero quinque teſtium,qui requiruntur in
donatione cauſa mortis ,quia fons, & origo huius contra-
ctus ſunt collata poſt mortem ipſius donatoris,& hæc om
nia voluit incipere ab hærede,vnde cum omnia ſint colla-
ta poſt mortem,clarè patet ex his,hanc non eſſe donatio-
nem inter viuos cuius principium inter viuos eſt , licet
effectns executionis differatur poſt mortem , ſed in caſu
præſenti iſta donatiris eius cnniugi fecit donationem ex
cauſa & titulo donationis cauſa mortis perpetuo valitu-
ræ & duraturæ, ſi ipſam donantem ab eius infirmitate cõ
ualeſcere,& liberali non contingat, & ſic ſumus in caſu
Angeli,cum ipſa donans non voluerit donationem inci-
pere niſi ab hærede,& niſi poſt mortem ſuam .

Tertiò principaliter pro iſta opinione facit. Nam in
principio inſtrumenti ſunt appoſita verba , Catharina la
borans infirmitate, & dubitans de morte repentina.& in
alio loco facit etiam mentionem de infirmitate, quæ ver-
ba demonſtrat , ꝙ ipſa donatrix mota ſit ad donandum
timore mortis , propter quam ſolẽt fieri donationes cau-
ſa mortis.l.2. ff.de dona.cau mor. ergo etiam dicendũ eſt
in caſu, de quo agitur. ꝙ hæc donatio ſit cau. mor. Ita in
terminis dixit Corn. in conſ.126. litera L.vol.1.& Goza.
9 in conſi.80. col.3. in fin. vbi plus dixit † ꝙ ſi in infirmita-
te conſtitutus donauit inter viuos,cum pacto,ꝙ non poſ-
ſit reuocare,ꝙ tamen donans poterit reuocare, quia cre-
dendum eſt,ꝙ donans,qui valde ęgrotabit,timore mortis
fuerit motus ad donandum . Ad hoc faciunt notata per
10 Bart.in l.fi.de ſol.quem ibi ſequunur omnes, † vbi ſi ſcho
laris veniens ad mortem habens pecuniam apud cam-
pſorem,fecit eam promitti fratribus Prædicatoribus , ſi
poſteà euaſit,poterit reuocare,quia videtur facta cõtem-
platione cuiuſdam relicti,

Quibus ſtantib. cum fuerit donatio cauſa mortis , ſe-
quitur , ꝙ locus fuit pœnitentiæ, & ſic reuocationi, per
tex.in l. nõ omnis. vbi doctores.ff.ſi cert.pet. & in l. quæ
mortis.l.Senatus.§.ſed mortis cauſa.& l. Seia.ff. de dona-
tio.cauſa mort.& in §.1.Inſtitutio.de donatio.ac per Ale
xan.in conſi.81.volum.1 .

Nec præmiſſis habet obſtare,quod dicitur per donata-
11 rium, videlicet, ꝙ imò huiuſmodi † donatio ſit inter vi-
uos , cum in ea dictum fuerit pro ſe , & hæredibus , vt in
ſpecie decidit Bal.in l.2.C.de iure dot.& ibi Sali. in ver-
ſic.Sed tunc inſurgit dnbium . quia illa verba debent in-
telligi ſecundum ſubiectam materiam,videlicet,vt ſi do-
natio ſit confirmata, & locum hebeat in perſona denota-
rij,ꝙ tunc tranſeat ad hæredes ex perſona donatarij,non
autem incipiat ab ipſis hæredibus noua donatio ex per-
ſona eorum , Ita Bal. in conſi 107. volu.3. quem ſequitur
Dec.in cõſi.379.col.2.& Beltran. in conſ.156. col.2.vol.1.

Vlterius non obſtat etiam , ꝙ donatrix promiſerit in
inſtrumento donationis , in nullo contrà facere dicere ,
vel venire contra dictam donationem.ſed.omnia ,& ſin-
gula in inſtrumento contenta attendere & obſeauare cũ
12 inramento,per quam clauſulam † donatio quæ de ſui na-
tura eſt reuocabilis efficitur irreuocabilis.l.vbi ita dona-
tur.ff.de dòna.cau.mor.& ꝑ Alex.in citato cõſi.14. col.1.

Quia ad hoc reſponderi poteſt, quod contrariũ tenuit
Bal. in l.cum quis. ff.de cond. ob cau. in verſ. Sed quid ſi
dixi, dono poſt mortem meam , & promitto non contra-
venire , an erit donatio inter uiuos ? Et primo arguit , ꝙ
ſic,quia donans , ſibi impoſuit neceſſitatem vt non reuo-
cetur l.vbi ita donatur. ff.de donat. cau. mor. tamẽ demũ
concludit in contrarinm ; quia iſta promiſſio debet ada-
ptari ad naturam contractus , & non dicitnr contraueni-
re,qui vtitur natura contractus. l. quæro. §. inter locato-

rem. ff. locati. & talis promiſſio debet intelligi, rebus ſic
ſe habentibus, i. niſi reuocetur. l. Seruius, ff. de cond. ob
cauſam, cũ non dicatur contrauenire qui reuocatur. quia
reuocatio ineſt, arg. l. quidam cum filium. ff. de verb. obl.
& cum Bal. tenet Alex. in add. ad Bar. in d. l. vbi ita dona-
tur, & in l. quæ dotis. col. 3 in 6. fallentia. ſolu. mat. Dec. in
conſi. 239. & 470 col. 2 poſt Ang in conſ. 254. vbi dicit, ꝙ
talia verba non operantur, vt fiat tranſitus de donatione
cauſ. ad donationem inter viuos, ſed ſtat in ſua ſpecie do-
nationis cauſa mortis, & quod dicta verba habent effectũ,
& intelliguntur rebus ſic ſtantibus, & præſertim cum ſo
leant apponi per notarios non ex voluntate donantis,
ignorantes ſubſtantiam, & ſignificatum doctorum ver-
borum Idem voluit Corn. in conſi. 126 col. 2. vol. 1. & Iaſ.
in citato conſi. 6. col. 5. vbi etiam loquitur quando donatio
13 erat iurata & Dec in conſ. 305. col. 2. † quia iuramentum
recepit tacitas conditiones, quas recipit contractus, ſuper
quo interponitur. c. peruenit. c. quemadmodum. de iure-
iur. Hanc quoque partem amplectitur Bald. in conſil. 108.
vol. 3. Pariſ. conſi. 88. col. fi. vol. 1. & dominus meus Ruin.
in conſi. 51. col. 4. vol. 1.

14 Secundo reſpondetur, † ꝙ à principio in donatione, &
in verbis ſubſtantialibus cõtractus dictum eſt, quod ea re
uocari non poſſit, quo caſu donatio ipſa cenſetur eſſe in-
ter viuos, prout loquitur text. in d. l. vbi ita donatur, dum
ibi dicitur, vbi ita donatur, cauſa mor. vt nullo caſu reuo-
cetur. Et iſto modo procedit opinio eorum, qui tenent
hanc eſſe donationem inter viuos, ſecus quando à princi-
pio facta fuit donatio cauſa mortis ſimpliciter. & in ver-
bis ſubſtantialib. nihil fuit dictũ de reuocatione, ſed tan-
tum in clauſula, acceſſoria, quæ reſpicit executionem con
tractus, vt in caſu præſenti, prout patet per clauſulam in
ipſa donatione appoſitam, quæ omnia, & ſingula promiſit
ipſa donatrix attendere, & obſeruare &c. quia tunc do-
natio eſt cauſa mortis. Ita declarat Dec. in conſi. 305. col.
pen. Curt. iun. in conſi. 56. col. 2. Pariſ. conſil. 16. volu. 2. &
in effectu idem vult pręceptor meus Rui. in d. conſil. 51,
ſuprà citato, & hoc per text. in clemen. 1. in fi. de præben,
15 † vbi clauſula acceſſoria, quæ reſpicit executione diſpo-
ſitionis factæ, non videt alterare principalẽ diſpoſitionẽ.

Quibus tamen non obſtantibus, contrariam partem
vti veriorem tenendam arbitror, præmittendo prius vnã
16 veram, & communem concluſionem, † ꝙ donatio inter
viuos facta inter virum, & vxorem iuramento firmata va
let, vt per Beltr. in conſi. 175. col. 2. vol. 1. & D. meum Rui.
in conſi. 179 col. 2. volu. 1. & in conſil. 132. col. 3. volum 5.
Et eam vti magis communem ſequuntur Alex. in conſil.
157. col. 3. volum. 2. Dec. in conſi. 202. col. 2. & in conſi. 232.
col. 3. & in conſi. 240. in princ. Rub. Alex. in conſ. 35. col. 2.
in princi. & in conſi. 130. col. 2. ac Pariſ. in conſil. 86. col. 3.
& 7 volum. 3.

17 Item, & ſecundò, ꝙ † donatio inter viuos ex pęniten-
tia non poteſt reuocari. l. poſſeſſionem. l. fin. C. de reuoc.
don. & in c. fi. extra eod. Ruin. conſi. 123. col. 3. vol. 1. nam
donatio inter viuos ſemel perfecta, etiam prætextu Impe
rialis reſcripti, reuocari non poteſt. l. ſi donatione. C. de re
18 uocandis donat. † Similiter, & donatio ſemel perfecta,
conditionalis fieri non poteſt. l. perfecta. C. de dona. quæ
ſub mo. Quibus præmiſſis ſic ſtantib. dico ꝙ imò talis do-
natio, de qua agitur, non dicitur eſſe cauſa mortis, ſed in-
ter viuos: quia facta marito pro ſe, & hæredib. per quæ
19 verba apparet, ꝙ † intentio donantis, quæ fecit mentio-
nem de hæredibus donatarij, fuerit donare inter viuos,
vt probatur ex not. per Bald. in l. 2. C. de iure do. vbi dicit,
ꝙ licet donatio cauſa mortis in dubio dicatur quando eſt
facta mentio mortis, vt in d. l. Seia. ſi tamen donatarius
20 ſtipulatus eſt pro ſe, & hæredibus, † tunc eſt donatio in-
ter viuos: quia mentio hæredum magis adaptatur ad do-
nationem inter viuos, cum ea tranſmittatur ad hæredes,
quàm ad donationem cauſa mortis, quæ non tranſmitti-
tur ad illos, ſi prius decederet donatarius, quàm donator.
21 l. non omnis, in princ. ff. ſi cert. pet. † Sicut nec legatum,
ſi legatarius decedat, antequam dies legati cedat. l. vnica.
§. ſi autem ſub conditione. C. de caduc. tollend. & Bald. ſe
quuntur Alex in conſi. 14. col. 1. vol. 1. in conſil. 78. colum.
2. volu. 4. & in conſil. 7. col. fin. vol. 6. Bald. in conſi. 83. vo-
lum. 2. Aret. conſi. 74. col. 2 Soci. in l. 2. col. pen. de leg. 1. &
in conſ. 53. col. 3. vol 1. & in conſ. 72. col 3. volum. 3. Corn.
in conſi. 289. col. 9. vol. 4. Lancel. Decius in l. quæ dotis. col.
fi. ſol. matr. Beltran. in conſi. 38. colum. fin. volum. 1. conſi.
100. col. fi. volum. eo. & in conſi. 8. col. 3. volum. 2. Iaſ. in d. l.
non omnis. & in conſi. 5. col. fi. vol. 3. & in conſi. 6. colum.
2. vol. eo. Thom. Ferre. in caut 30. col. fi. Boer. in deciſ. 353.
num. 12. Ruin. in conſi. 98. num. 16. volu. 1. conſ. 123. col. 2.
volum. eodem, & in conſilio 133. nu. 12. vol. 2. & Crauet.
in conſi. 214. vbi inquit, ꝙ ſi facta eſt donatio cauſa mor-
tis pro ſe, & filijs, arguitur quod donator voluerit facere
donationem inter viuos. quia illud pactum eſt contra na-
turam donationis cauſa mortis, de cuius natura eſt, quod
præmoriente donatario euaneſcat donatio, nec tranſeat
ad filios, & ideo cùm iſta ſit communis opinio, ab ea in iu
dicando, temerarium eſſet recedere.

22 Secundò, ꝙ ſit etiam † donatio inter viuos demonſtra
tur, nam licet in dubio, vbi fit mentio de morte in dona-
tione, ea cenſetur cauſa mortis, & non inter viuos, tamen
id verum exiſtimamus, dummodò donatio ipſa valere
poſſet, vt in caſu mortis, aliàs ſecus, vt quia interueniſſent
duo teſtes, qui non ſufficiunt in donatione cauſa mortis,
cum quinque requirantur. l. fina. C. de codicil. licet ſuffi-
ciant in donatione inter viuos. cap. in omni. de teſti. l. vbi
numerus, ff. de teſti. quia tũc ſumitur interpretatio, quod
donatio ſit inter viuos, licet collata poſt mortem donan-
tis, vt actus valeat. Ita in terminis dixit Corn. in conſi. 68.
col. 6. verſi. non obſtat tertium, volu. 3. vt in conſil. 259. li-
tera G. volum. 4. vbi inquit, quòd donatio cenſetur inter
viuos, etſi in ea facta ſit mentio mortis. quando reſultaret
inualiditas actus, ſi fieret interpretatio, quòd eſſet cauſa
mortis, vt quia in inſtrumento donationis non interuene
runt quinque teſtes, prout requiritur, & quia non debet
interpretatio actui adhiberi, per quem actus reddatur
nullus. l. quoties, ff. de rebus dub. & per not. per Petrum
de Bellapertic. & Cyn. in l. licet. C. de pactis, vbi tradunt,
ꝙ quamuis ibi fiat mentio mortis, tamen non iudicatur
donatio cauſa mortis, quia non fuit facta coram legitimo
numero teſtium. Et licet ibi Bald. dicat rationem hanc
friuolam, tamen aduertendum eſt, ꝙ ipſe non impugnat
rationem, ſe ſed quantum ad illam legem, quia ibi ageba-
tur inter milites, inter quos valet vltima voluntas coram
duobus teſtibus. l. 1. ff. de milit. teſtam. & ſic tantum quo
ad milites impugnat, non quo ad pugnatos, quia quo ad
eos firma manet. Idem voluit Beltr. in conſil. 140. col. 11.
verſic. Ad decimum ſextum. Alex. in l. quæ dotis, in vlti-
ma fallen. & Lancel. Dec. in fi. ff. ſolut. matr. & Iaſ. ibi col.
9. verſi. 7. limita. qui dicit ab hac limitatione non eſſe re-
cendendum. Idem Alex. in l. ſtipulatio hoc modo conce-
pta col. 8. ff. de verbor. oblig. Dec. in conſi. 305. in fin. Crot.
in rubr. ff. de lega. 1. verſic. Circa primum. Pariſ. conſil 9.
col. pen. volum. 1. & Ruin. in conſ. 51. num. 15. in fine. vo-
lum. 1. pro cuius ſententia facit quod decidit Soci. in con-
ſi. 137. col. 1. volum. 1. quod eſt duplicatum in conſilio 232.
23 vbi inquit, † ꝙ ſi quis donat cauſa mortis hoc pacto, ꝙ
non poſſit reuocari, licet talis donatio cenſeatur inter vi-
uos l. vbi ita donatur. tamen ſi fiat per partem filio in po-
teſtate, qui non eſt capax donationis inter viuos, ſed cau-
ſa mortis, fit interpretatio, quod ſit cauſa mortis, vt ea
potius valeat, quàm pereat. Et ſubdit, quod cum hanc ſen
tentia concordat Paul. de Caſt. in conſ. 99. quod eſt in cõſ.
75. in 2. vol. ſecundum nouam impreſſionem, vbi ſi quis
donauit, omnia bona, quæ habet, & habiturus eſt vſq; ad
mortem, cum promiſſione de non reuocando, non habe-
bit locum diſpoſitio d. l. vbi ita donatur. ex quo donatio
omnium bonorum præſentium, & futurorum, non valet.
l. fi. C. de pactis. ſed erit iudicanda donatio cauſa mortis,
vt magis actus valeat, quam pereat. Si ergo donatio. quę
in ſui prima figura apparet inter viuos, iudicatur, vt cau-
ſa mortis, vt actus valeat, ergo eodem modo è contra di-
cendum eſt, vt donatio quæ in prima ſua figura, apparet
cauſa mortis, iudicanda ſit inter viuos, vt actus valeat. nã,
quod operatur propoſitum in propoſito, idem debet ope
rari oppoſitum in oppoſito. l. ſi vt proponis. C. de nupt.
Idem voluit Socin. in conſi. 130. colum. 3. volum. eo. quod
eſt duplicatum in conſi. 235. vbi concludit, quod licet do-
natio facta ab infirmo non cenſeatur donatio cauſa mor-
tis ſed inter viuos. d. l. Seia. quod tamen id procedit quan-
do valere poſſet in vim donationis inter viuos, ſecus quã-
do eo modo valere non poſſet, quia tunc ſi fiat ab exiſten-
te in articulo mortis, valebit in vim donationis cauſa
mortis, per tex. ſingularem in l. apud Celſum, §. Iulia-
nus, ff. de except. vbi donatio facta coniugi ab infirmo, ſi-
ne mentione mortis, ex quo non poteſt ualere, vt dona-
tio inter viuos, valet in vim donationis cauſa mortis per
ſupra dictam regulam, quia interpretatio fieri debet; vt

actus

actus valeat, & non pereat. Item & quia non præſumitur quis viam elegiſſe per quam impugnetur iudicium ſuum, l. miles qui deſtinauerat, ff. de teſtamento militari, quem ſequitur Rip. in tract. de peſte. charta, 9. num. 17. Accedit quoq; quod inquit Craue. in conſil. 51. col. 1. vbi donatio iudicatur inter viuos, vel cauſa mortis. prout melius valere poteſt, imò ſi verba donationis ſonant inter viuos, ſi non poteſt valere vt inter viuos, ſed vt cauſa mortis, valebit vt donatio facta cauſa mortis. Alibi idem tenuit Craue. in conſi. 139. in fi. ſed in caſu præſentis conſultationis non interuenerunt niſi tres teſtes, qui vt dixi non ſufficiunt in donatione cauſa mortis: igitur vt actus valeat & non pereat, concludendum eſt, quòd valebit tanquam donatio inter viuos.

Tertiò pro iſta ſententia facit, † Nam in inſtrumento
24 donationis ſunt apposita hæc verba, omni meliori modo &c. quæ habent illam virtutem, vt ſi actus non valet eo modo, quo ſit, valeat eo modo, quo valere poterit, vt per Bar. in l. 1. §. ſi quis ita, ff de verb. oblig. & in terminis noſtris ponderando hæc verba, ita voluit Cor. in conſil. 289. col. 9. vol. 4. Pariſ. in conſ. 90. col. 2. vol. 3. & Craue. in conſi. 214. in fi. col. & ad hoc bene facit text. in l. cum pater, § filius matrem, ff. de leg. 2. † Vbi illa clauſula omni
25 meliori modo &c. oſtendit enixam voluntatem donantis, & operatur effectum vt illa exequatur eo modo quo actus valere poteſt, quod & fortius dicendum eſt, cum in prædicto inſtrumento clare appareat de mente & expreſſa voluntate donantis, quòd voluit eã valere in vim donationis inter viuos, ſi non poterat valere in vim donationis cauſa mortis, dum in eo dicitur: & quam quidem donationem, ſi non valet cauſa mortis, voluit eam valere omni meliori modo, iure, via, cauſa, forma, & effectu, quibus melius de iure valere poſſit, quo caſu cum manifeſtè liqueat de voluntate ipſius donantis, ab ea non eſt recedendum, l. 3. C. de lib. præter. cum ſimilibus.

26 Quartò facit, † nam in donatione ſunt apposita & deſcripta hæc verba, Promittens ipſa donatrix omnia & ſingula ſupra ſcripta, & in præſenti inſtrumento donationis contenta attendere & obſeruare, & in aliquo non contrauenire, per quæ verba donatio cauſa mortis quæ de ſui natura eſt reuocabilis, efficitur irreuocabilis propter promiſſionem de non reuocando, l. ſi alienam, §. fin. l. vbi ita donatur, ff. de dona. cauſ. mort. gloſſ. in l. ſi interim in princ. in glo. magna, ff de donatio. inter vir. & vxor. Bald. in l. 2. C. de iure dot. Paul. de Caſt. in conſ. 98. Notandum eſt. & in conſ. ſeq. Alex. in conſ. 14. col. 1. volum. 1. conſil. 78. col. 2. vol. 4. & in conſi. 7. col. pen. vol. 6. Aret. in conſil. 74. col. 2. Beltran. in conſi. 38. col. 1. vol. 1. cõſ. 88. 121. 160. col. 2. 175. col. 2. & 206. col. 3. vol. eo. in quibus locis concludit, quòd dicta verba de quibus ſupra, operatur effectum, ac ſi eſſet factum pactum de non reuocando. imò ſubdit, ꝙ ſi in donatio non eſſet dictum, valitura poſt mortem, & non aliter, nec alio modo, ꝙ iſta verba in nihilo obſtarent quin eſſet donatio inter viuos, licet illius effectus eſſet collatus in tempus mortis, per l. 1. C. vt ſe abſti ab hære. Hanc quoque ſententiam ſequitur Ange. in conſ. 179. Iaſ. in conſ. 50 col. pen. vol. 3. in conſ. 169. col. pen. volum. 4. & in l. non omnis, col. 2. ff. ſi cert. pet. Rip. in reſponſo. 11. colum 3. in 3. par. Tho. Ferrer. in cautela. 30. D. meus Ruy. in conſ. 182. col. 3. in fi. vol. 1. & in conſi. 187. col. fin. volum. 2. & Boe. in deciſ 353. & eo magis hoc dicendum eſt, cum in donatione adſit iuramentum, quod facit donationem irreuocabilem, vt dixit Aret. in d. conſi. 74. colum. 2. verſi. Prima ratio. per tex. in c. 2. in verbo Non contrauenire. de iureiur. in 6. Beltrand. in conſi. 38. col. 1. 85. colu. 1. 175. col 2. & 206. colum. 2. volum. 1. & Iaſ. in d. l. non omnis. & Craueta in conſ 214 col. fin Pro cuius confirmatione fa-
27 cit. Nam nos videmus † ꝙ ea, quæ de ſui natura ſunt reuocabilia ex pęnitentia, ſi iuramentum interuenit, effi-
28 ciuntur irreuocabilia, † & ideo ſi quis fecit pactum de proroganda iuriſdictione ſui iudicis, & ſic litigare coram iudice non ſuo, tamen non obſtante pacto ante litem conteſtatam, poteſt pęnitere, l. ſi conuenerit, ff. de iuriſd. om. iud. ſed ſi vltra pactum ſit appoſitum iuramentum, tunc non eſt locus pęnitentiæ. Ita Doctores communiter atte-
29 ſtantur in d. l. ſi conuenerit. † item in contractibus innominatis reſpectiuis regulariter re integra admittitur pęnitentia, l. ſi pecuniam, ff. de condit. ob cauſam datorum, quod ſecus eſt, quando interuenit iuramentum. Ita Tho. Ferre. in d. cautela 30. & Iaſ. in d. l. ſi pecuniam.

Non obſtant modo allegata in cõtrarium, quibus quãuis ſatis ex ſupra dictis reſponſum remaneat, tamen vt nihil intactum omittatur, ſigillatim eis reſpondetur. Et ad primum argumentum reſpõdendo dicitur, quòd licet in dubio quando ſit mentio mortis in donatione, ea cenſeatur cauſa mortis, quia verba ita clarè ſonant, a quib. non eſt recedendum, Tamen ſecus eſt, quando apparet, quòd intentio donantis fuit velle eam facere inter viuos quia tunc curandum non eſt, quod in donatione facta fuerit mentio mortis. Ita Bar. in l. quæ dotis, col. j. dum opponit dè l. cùm maritus. & ibi Doct. ff. ſol. matr. Beltran. in cita-
30 to conſi. 206. col. 2. † quia non verba, ſed mens attendi debet, vt inquit tex. in l. fi. C. quæ res pignori obligari poſſunt. mentem enim & veriſimilem intentionem contrahentium amplecti debemus. gl. in c. blanditus, C. de fideiuſ. Bal. per illum tex. in l. quamuis, col. 2. C. de fideicom. menti enim debent deſeruire verba, non autem mẽs verbis, c. ſedulo, 38. diſtinct.

31 † Nam verba ſe habent vt corpus & ſuperfices, & mẽs vt ſpiritus, & anima, vt per Curt. Senio. in conſ. 25. col. 8. Quòd autem voluerit donare inter viuos, demonſtratum fuit ſatis abundè ſuprà in primo argumento affirmatiue,
32 † quia donatio facta fuit coniugi pro ſe & hæredib. quæ etſi in ea facta ſit mentio mortis, tranſit in vim donationis inter viuos, quia mentio hæredum magis adaptatur ad donationem inter viuos, quam cauſa mortis, ut per doctores communiter in locis ſupra citatis. Item quia non præſumitur donatricem voluiſſe facere actum inualidũ, & ſic donationem cauſa mortis, cùm non interfuerint niſi tres teſtes; qui non ſufficiunt, vt dictum fuit in donatione cauſa mortis, cùm quinque requirantur, l. fin. C. de codicil. ideo ſumenda eſt interpretatio ex mente donatricis, quòd uoluerit facere actum, qui magis valeat, quã pereat, ut per Cor. in d. conſ. 68. col. 6. uol. 3. Soc. Iaſ. Decium, & alios ſupra relatos, & eo maximè cùm in ea dixerit donatrix quod uolebat donationẽ ipſam ualere omni meliori modo, iure, forma, & effectu, quibus melius de iure ualere poſſet, quæ clauſula operatur, quòd donatio ſi non poteſt ualere ex cauſa mortis, ualeat ut inter uiuos, ut in terminis ponderando ipſa uerba dixit Corn. in conſ. 289. col. 9. uol. 4. Pariſ. conſi. 90. colum. 2. uolum. 3. & Crauet. in allegato conſi. 214. col. fi.

33 Non obſtant † uerba geminata, cauſa mortis, appoſita in dicta donatione, quæ demonſtrant præciſam uoluntatem donantis: quia reſpondetur, quod quamuis ipſa uerba ſint geminata & præciſa, tamen reſtringi debent ſecundum mentem & intentionem ipſius donantis, per not. per Craue. in conſi. 3. nu. 12. & 22.

34 Non obſtant tertiò † not. per Ang. in citato conſil. 252. quia duobus modis reſpondetur. Et primo ꝙ contra eum eſt communis opinio, ut conſtat ex his, quę abundè diximus ſupra in ſecundo argumento, vbi dictum fuit, quòd quando donatio non poteſt ualere ut cauſa mortis, etſi in ea ſit facta mentio mortis ob defectum numeri teſtiũ, ſi tamen ualere poteſt, inter uiuos, ſumenda eſt interpretatio, quòd donans voluerit facere donationem inter uiuos, ut actus ualeat, & non pereat, argumento l. quoties. ff. de rebus dubijs.

Secundò reſpondetur, quòd in caſu Ang. donatio cauſa mortis non erat facta pro ſe & hæredibus, nec in ea appoſita clauſulà, quod ſi non poterat valerę vt cauſa mortis, ualeret omni meliori modo, &c. ideo ex ſeparatis, non bene infertur, l. Papinianus exuli, ff. de minor. l. minor. ff. de ſeparatio.

35 Ad quartum, ꝙ † imò eſt donatio cauſa mortis ex quo donatrix erat infirma, quæ præſumitur cogitatione mortis donare. vt per Corn. in citato conſil. 126. reſpondetur, quod in caſu ſuo aderat tot & tantę qualitates, ex quibus apparebat, quod donans ualebat facere donatione cauſa mortis, & nõ inter uiuos. Nam fuerat factã mentio mortis, & donans laborabat graui infirmitate, item ibi erant quinque teſtes deſcripti in inſtrumento, quæ adeſſe donationis mortis cauſa requiruntur, plus Notarius aſſeruit donatrici tẽpore donationis celebratæ ſe illã poſſe reuocare, quæ qualitates non interuenerunt in caſu præſentis donationis, nam hic non adeſt niſi numerus trium teſtium, qui ſufficiunt in donatione inter uiuos. Itẽ donatio fuit facta coniugi pro ſe & hæredibus, ex quib. arguitur donatricẽ per ea quæ ſupra deducta fuerunt noluiſſe facere donationẽ cauſa mortis inualidam, & tanto magis ſtãte clauſulæ omni meliori modo &c. ſed omnino facere uoluiſſe donationem inter uiuos, & ſi actum ualidum.

Similiter non obſtat conſilium Goza.in conſi.80. dum
36 voluit, † quòd infirmus conſtitutus in periculoſa infir-
mitate faciens donationem cum pacto de non reuocan-
do,cenſetur eam feciſſe cauſa mortis, quia reſpondetur
quòd malè loquitur,quia iſtud eſt contra caſum.l.Seia,§.
fi.ff de dona. cauſ.mort. vbi text. propriè loquitur in eo,
qui grauiſſimè languebat, & tamen ibi decidit iuriſcon-
ſultus quod ſi non eſt facta mentio mortis,quod eſt dona
tio inter viuos, & tantò magis hoc admittendum venit,
vbi in donatione eſt appoſitum pactum de non reuocan-
do,auth.multò magis. C.de ſacroſanc.eccle. Et ita etiam
dicunt communiter Docto. in d. l.quæ dotis. vt refert ibi
Alex.col.4.verſ.Quod tamen limita. ff.ſol.matr.
Vlterius dicitur, dato quòd eſſet vera eius ſententia,
tamen quod non poteſt militare in propoſito noſtro, in
quo donatio facta fuit pro ſe, & hæredibus, & cum nu-
mero trium teſtium, pariterq; cum dicta clauſula omni
meliori modo &c. Et quibus qualitatibus clarè intelligi-
tur mentem donatricis fuiſſe velle facere actum inter vi
uos validum,& non inualidum,prout eſſe ſi diceretur, ꝙ
eſſet donatio cauſa mortis,quę ex defectu teſtium corrue
ret,cum in ea requirantur quinque teſtes,qui in huiuſmo
di donatione,de qua agitur,non interuenerunt.
Non obſtat vltimum argumentum, quod per clauſulã
appoſitam in donatione,videlicet, quæ omnia, & ſingula
promiſit attendere,obſeruare,& non contra uenire,non
fuerit factus tranſitus ad donationem inter viuos,per no.
per Bald in l.cùm quis. præſertim cùm ipſa clauſula repe-
37 riatur deſcripta in verbis executiuis, † quia reſpondetur
quòd imò clauſula ipſa tantum operatur, ac ſi eſſet factũ
pactum de non reuocando per iura,& authoritates ſuprà
relatas, & tantò fortius cùm contra Bald. ſit communis
Doct.ſententia,vt conſtat ex his,quæ in vltimo argu, de-
ducta fuerunt. Vlterius Bal.in d.l.cùm quis ſi bene videa-
tur,nõ meretur ad hoc allegari. quia concludit quod imò
per dictam clauſulam videtur quis promiſiſſe non reuoca
re,vt ponderat Bald.Boer in deciſ.353. & Ruin. in conſil.
123.colum.4.volum.j.nec fienda eſt vis, quod illa promiſ-
ſio, quæ eſt iurata recipiat illas conditiones tacitas, quas
38 recepit contractus,† quia reſpondetur quòd per iuramẽ
tum regulariter alteratur natura contractus, vt clarè de-
monſtrat Iaſ.in l.ſi pecuniam. de condictione ob cauſam.
vbi dicit ſe credere falſam eſſe hanc regulam,& quod re-
gula eſt in contrarium,quod iuramentum debet intelligi,
vt ſemper addat robur,& maiorem efficaciam præter, &
vltra naturam actus, ſuper quo interponitur per deciſio-
nes ibi per eum citatas,Idem vult Rui.in conſi.16. col.3.
39 volu.4 vbi inquit † quòd remedium l.2, C.de reſcinden.
vend.ſecundum communem, non competit minori, qui
cum iuramento promiſit omnia,& ſingula perpetuò rata
habere,tenere,attendere,& obſeruare,& in nullo contra
facere,dicere,& opponere. Nec habet obſtare ſecundum
eum,quòd iuramentum debet regulari ſecundum natu-
ram contractus,quia reſpondet,verum eſſe,ꝙ iuramentũ
non extendit conſenſum nec obligat in plus, ſed ſolum
efficacius,& ideo iurans non poteſt a contractu iurato di-
ſcere ex beneficio d.l.2.quia in plus non obligatur,ſed ef-
40 ficacius ſicut videmus, † quòd licet ſtipulatio ſequatur
naturam actus,ſuper quo interponitur.l.damni infecti ſti
pulatio.in princ.de dam.infec. l.ſi ſtipulatus. in 1. §.de v-
ſuc hoc tamen eſt verum,quantum ad effectum,vt in plus
non obliget,ſed efficacius l.miles, §. decem,& ibi. Doct.
ff.de re iud.& ideo ſi interponatur ſuper contractu inno-
minato, non habet locum pęnitentia l.ex placito. C. de
rer.permuta.quia iſtud non eſt ſolum obligare efficacius,
& non in plus,ita declarat Alex.in l.j.ff.de pact. & in ru-
brica.ff.de verb.oblig. & l.ſtipulationes non diuiduntur.
eo.tit.iſtud etiam voluit Gozad.in conſi.57.col.pen. in fi.
41 vbi concludit.† quod & ſi emphyteota eccleſiæ non poſ-
ſit priuari propter canonem non ſolutum,niſi lapſo bien
nio,tamen iſtud fallit, niſi ſit appoſitum iuramentum in
contractu,per not.per Bal.& alios in c.querelam,de iure-
iur. Et non obſtat, ſi dicatur,quòd iuramentum regula-
tur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur, &
ſic niſi ſit elapſum biennium, quia illud procedit quo ad
hoc,vt iurans in plus non obligetur vt loquitur gloſſ.in l.
fin.C.de non nume pecun.idem firmat Rub.Alexand.in
conſil.146. nu.5.
42 Præterea,dato,† quòd illa regula ſit vera, tamen limi-
tatur procedere vbi deficit conſenſus in principali diſpo-
ſitione: quia tunc iuramentum regulatur ſecundum na
turam actus, ſuper quo interponitur, aliàs ſecus, vt per
Bar.in l.ſi quis eo.col.pen. in 8.membro, ff. de fideiuſſor.
Iaſ. in l.ſi inſulam, in 5.q. Baruer. Quid dicendum, ff.de
verb.oblig. quia in alijs actibus non intelligitur ſecundũ
naturam actus ſed addit robur, & cum efficatiorem red-
dit,vt per Iaſ.in l.ſi conuenerit.ff de iuriſd.omn.iudic. &
Craue.in conſi.101.vol 3.vbi etiam alias limitationes dat
ad hanc regulam,quæ conferunt ad propoſitum. Sed in
donatione de qua agitur,non adeſt conſenſus,ideo ſequi-
tur,quòd virtute ipſius clauſulæ de qua ſuprà,donatio ip-
ſa ſit inter viuos.
Secundò reſpondetur,quod pręmiſſa ſententia,poſito,
quòd eſſet vera,poſſet habere locum, vbi clauſula ipſa ap
poſita eſſet in donatione, quæ potuiſſet valere vt cauſa
mortis,alias ſecus,vt actus valeat,& nõ pereat per autho-
ritates,& deciſiones ſuprà citatas. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſultario deciſiua debet eſſe ſine iurium, & authoritatum allegationibus.*

2 *Reſponſo deciſiua conſulentis, æquiparatur ſententiæ iudicis, in qua non ſolet exprimi cauſa.*

3 *Dos conſtante matrimonio peti non poteſt,nec reſtitui, & vbi fiat reſtitutio eſt nulla.*

4 *Fallit vbi maritus vergit ad inopiam, & nu.12*

5 *Mulier,quando maritus vergit ad inopiam, non poteſt ſecundum communem, agere contra tertios poſſeſſores, non excuſſo principali debitore.*

6 *Mulier,licet in dote habeat plures fauores, & plura priuilegia, tamen non reperitur habere aliquod priuilegium, excuſſione fienda de bonis mariti.*

7 *Paria ſunt quòd non ſit facta excuſſio, vel quòd ſit facta minus legitimè.*

8 *Excuſſio quando fit, ſi certi ſunt tertij poſſeſſores ſecundum communem ſpecialiter debent citari, aliàs ſi incerti, ſufficit proclama generale ſi quis eſſet, qui vellet contradicere excuſſioni.*

9 *Idem ſi certi non ſunt,dummodò citari faciens de facili poſſit certificari.*

10 *Quod limita,niſi eſſet citanda multitudo perſonarum, quia tunc etiam quòd perſonæ eſſet certæ propter ipſam multitudinem,admitteretur citatio per præconem publicum in genere.*

11 *Excuſſio non ſufficit, vt præcedat, quando agitur contra tertios poſſeſſores, ſed etiam requiritur ſecundum communem pronunciatio iudicis,quòd excuſſio legitimè ſit facta.*

13 *Mulier quando maritus vergit ad inopiam, nedum poteſt agere ad dotem,ſed etiam ad donationem propter nuptias, & ad bona parafernalia.*

14 *Bona mariti,ſicuti tacitè ſint obligata pro dote,ita etiam pro donatione propter nuptias, & pro bonis parafernalibus.*

15 *Manifeſtum illud eſſe dicitur,quod conſtat per inſtrumentum,et præſertim quando contra inſtrumentum nihil obijcitur.*

16 *Inſtrumentum dicitur probatio probata, & euidens probatio.*

17 *Saluianum interdictum,eſt fauorabilius hypothecaria.*

18 *Excuſſio non requiritur in Saluiano interdicto.*

19 *Excuſſio non requiritur remedio l.ſi.C.de acq. poſſ.*

20 *Excuſsio non eſt neceſſaria, vbi notorium eſt debitorem non eſſe ſoluendo.*

21 *Excuſsio non eſt de ſubſtantia, quando cauſa eſt commiſſa ſola facti veritate reſpecta.*

22 *Excuſsio non eſt opus,quando principalis debitor eſt abſens.*

23 *Excuſsio non eſt neceſſaria, ſi tertij poſſeſſores tempore emptionis bonorum ſciebant ipſa bona fore ſpecialiter obligata vxori pro dotibus ſuis.*

24 *Emens ignoranter rem ſubiectam fideicommiſſo, poteſt opponere exceptionem excuſsionis extra fideicommiſſarium, ſecus ſi ſciebat rem ipſam eſſe ſubiectam fideicommiſſo.*

25 *Conductor ſciens tempus belli imminere non poteſt petere remiſsionem mercedis ſibi fieri ob cauſam belli.*

26 *Deceptus vltra dimidiam iuſte pretij non habet remedium legis ſecundæ.C.de reſcrind.vendit ſi rei pretium ſciebat.*

27 *Diſpoſitio legis, quoties C.de rei vendi. locum non habet quando ſecundus emptor ſciebat rem fuiſſe prius alteri venditam.*

28 *Maritus ſi vendit rem dotalem præſente vxore, & tacente rem fore dotalem,mulier nullum habet regreſſum contra dictam alienationem.*

29 *Mulier ſi iurauit non alienare rem dotalem,nec alienationi conſentire,niſi cum authoritate iudicis,ex cauſa neceſſaria ſi poſteà alienet, non valet alienatio, ſi contrahens cum muliere de*

*hoc*

*hoc habuiſſet notitiam.*

30 *Excuſſio legitimè facta dicitur, ſi ad inſtantiam creditoris iudex ſtatuit terminum tertijs poſſeſſoribus ad oſtendendum alia bona eſſe debitoris, quæ ſine controuerſia poſſideri poſſint & per tertios poſſeſſores in tempore nihil edoctum fuerit.*

31 *Excuſſio non debet fieri in mobilibus pauci vel nullius momenti.*

32 *Bona mobilia, quæ reputantur inutilia, non debent capi pro exequutione rei iudicatæ.*

33 *Nihil & inualidum æquiparantur.*

34 *Paria ſunt vxorem non habere maritum, vel habere ſed inutilem.*

35 *Excuſſio etiam dicitur legitimè facta quando per nuntium facta fuit diſcuſſio de commiſſione iudicis qui retulit, facta diligenti inquiſitione nihil inueniſſe vltra alienata.*

36 *Citatio nulla re conualidatur per ſpontaneam comparitionem citati.*

37 *Pronunciatio excuſſionis legitimè factæ ſufficit quòd fiat in diffinitiua ſententia.*

38 *Statuto ſi caueatur quòd contumax habeatur pro confeſſo & conuicto licet requiratur interloquutoria antequàm condemnetur, tamen ſufficit quòd ea fiat in diffinitiua.*

39 *Poſteriores creditores, licet poſſint offerre priori creditori debitum, tamen, ſecus ſecundum communem, quando mulieri conſtante matrimonio adijciuntur bona mariti vergentis ad inopiam.*

40 *Vxori agenti ad dotem contra tertios poſſeſſores bonorum mariti vergentis ad inopiam ſunt conſignanda tot bona quæ æquiualeant quantitati dotis ſuæ.*

## CONSILIVM IX.

1 IN præſenti conſultatione deciſiua, † etſi vt
traditur a Specul.in tit.de requiſ. conſ. verbo.porro procedendum eſſet ſine iurium &
& authoritatem allegationibus, cùm vt in-
2 quit Abb.in conſil. 2.in princ. vol.1. † talis
deciſiua reſponſio conſulentis æquiparatur ſententiæ iudicis, in qua non ſolet cauſa exprimi, vt in ca.ſicut, de re iud.omittendo dictam Specul.doctrinam, & ſolitum morem meum ſequendo, in primis nonnulla adducam quæ concernunt fauorem partis conuentæ, deinde fundabo partem actricis, poſtremo argumentis deductis in fauorem ipſius conuenti reſpondebo, ex quibus reſultabit, quænam eſſe debeant partes magnifici. Comitis Nouiliæ in iudicando, cui huiuſmodi cauſa commiſſa fuit, ſola facti veritate inſpecta decidenda.

Primò igitur dicendum videretur, quod hæc nobilis matrona, domina Margarita non potuit agere ad conſequutionem dotium ſuarum virtute inſtrumenti ſui dotalis contra dominos fratres de Buſſis tertios poſſeſſores
bonorum eiſdem per dominum Antonium eius maritũ
3 venditorum, cum regula ſit,† quod dos conſtante matrimonio peti non poſſit, nec reſtitui, & vbi fiat reſtitutio, ipſa eſt nulla cùm ſolum ſoluto matri. fieri ſoleat l.2. vbi not.Doct.ff.ſol.matr. Caſus eſt clarus in l.vnica, C.ſi dos. conſtan.matr.fuer.ſoluta.

4 Nec habet obſtare ſi dicatur † quod ſuprà regula limitetur non procedere, vbi maritus vergit ad inopiam, prout in caſu de quo agitur, quia tunc agi poteſt ad conſignationem dotis; vt ea deſeruiat oneribus matrimonij, vt in §. illud.in authen. de æqual.dot.l. vbi adhuc, & ibi Scriben.C.de iure dot. Doctores in l. ſi conſtante. in princ.ff.ſolu.matr.Ang.in §.fuerat, col.12.ver. in ea glo. ibi ſi conſtante. Inſti.de action. Pract. Papien. in form.libel.quomo.vxor arg.ad dot.in glo.in verb.vxor. Beltr.in conſi.179.col.2.vol.2. Afflictus deciſ.199.col.1. Moder.in repet.c.per veſtras, §.18.col.1.cum ſequen. de donat.inter virum & vxorem. Necnon & ad donationem propter nuptias, vt in d.l.vbi adhuc.& per Afflic.vbi ſupra. Quia reſponderi poteſt. ſupra dictam concluſionem eſſe receptam, dummodo conſtaret & probaretur maritum vergere ad inopiam, aliàs ſecus. Et ideo cum non cõſtet de inopia mariti, videtur dicendum quod ceſſare debet fundamentum quod ſit per vxorem pro conſecutione dotis, vt collocentur in tutum.

Secundo reſpondetur, quod dato, ſed non conceſſo, ꝙ
5 maritus vergeret ad inopia, † quod non potuit agere etiam domina Margareta contra tertios poſſeſſores, non excuſſo mariti principali debitore, vt per Barto.& Doct. in d.l.ſi conſtante.in 2.q.3.princ. Cap.in tract. de dote, q. 56. & hanc eſſe communem opinionem refert Bald. Nouel.in tract.dot.in 8.par.q.pen. Et hàc quoque partem tenuit Neguſ.in tract.de pigno.in 2.par.in 4.memb.nume. 60.& in 8.par.num.23.vbi atteſtatur hanc eſſe magis veram & communem ſententiam, & ſequendam in iudicãdo, per glo.in d.l.vbi adhuc.in ver. qui priora iura. & ibi
6 Cy.in 11.q. & Bal.dicentem, quod licet † mulier in dote habeat plures fauores & plura priuilegia, tamen ꝙ non reperitur habere aliquot priuilegium, excuſſione facienda de bonis mariti: Hanc ſimiliter vti communem amplectitur Crauet.in conſi.263.col.3. & Cro.in d.l. ſi conſtante.nu.100.verſ.2.quærit Bar.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd reperitur facta excuſſio de
7 bonis mariti. † quia reſponderi poteſt paria eſſe vel quòd facta non fuerit, vel minus legitimè, argum.l. quoties, ff. qui ſatiſda.cogan. Quod autem ſecundum ordinem iuris facta non comperiatur, demonſtratur. Nam iſta eſt com-
8 munis Doct. ſententia, † quòd quando ſit excuſſio, ſi certi ſunt tertij poſſeſſores ſpecialiter debent citari, alias ſi incerti ſunt, ſufficit, quòd proclama generale, ſi quis eſſet qui vellet contradicere excuſſioni. Ita Ang.in §.Item ſi quis in fraudem.colum.4. verſi. Quæro quando excuſſio.inſti.de actione. vbi atteſtatur hanc eſſe communem, & ipſam magis communem ibi firmat Iaſ.colum.22.ver. ſucceſſiuè circa hanc materiam. Idem tenent Bart.& alij in l.decem. de verb.oblig.col.2. verſic Quæro. Alexan.in conſi.106.col.fi.vol.5.vbi inquit, non ſolum eſt neceſſaria
9 citato ſpecialis, quando quis certus eſt.† Sed etiam ſi non ſit certus, dummodò citari faciens de facili potuerit certificari. Hinc tradit not. Petrus de Anchar. in cap.fin.de elec.in ſexto.ſe de facto conſuluiſſe, quòd non ſufficiat citatio generalis, quòd quilibet compareat, qui putet ſua intereſſe, ne fiat miſſio in poſſeſſionem talis rei, quia debuit citari detentor, quod veriſimiliter potuit ſciri, & cũ hac doctorum recepta ſententia etiam pertranſit Neguſan.in tract.de pignor.in 8.par.in 1.memb. colu.7.verſi. Tertio amplia, dummodo tamen non eſſet citanda mul-
10 titudo perſonarum, † quia tunc etiam quòd perſonæ eſſent certæ, tamen propter multitudinem admitteretur citatio per preconem publicum in genere.ſecundum notata per Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo citatum. & expreſsè per Cacialup. in repe.l.cunctos populos, col.50.C.de ſum.trinit.& fid.catho.à quo Iaſ.dicit ſe didiciſſe hoc, & eſſe paucis notum, & perpetuò menti tenendum. Sed hi tertij poſſeſſores non fuerunt citati nominatim, qui tamen erant certi, vel faciliter ſcire poterant. igitur &c.

Secundò dicitur, quod non ſolum debet præcedere di-
11 ſcuſſio, ſed etiam † pronunciatio iudicis, quod ipſa excuſſio fuerit legitimè facta. Ita Barto. & Alex.in l.Prætor.§. hoc interdictum, ff.de nou.oper.nunc. & idem Alex. in l. ſi.in prin.ff.ſi certum pet.& Iaſ.in l ſtipulatio.§.habet, ff. de nou.oper.nuncia.vbi firmat hanc eſſe veram, & magis communem. & idem atteſtatur Neguſ.in tract.de pigno. num.8 par.in 1.memb. colum.7. verſi. iſta autem regula ampliatur. Barb.in conſi.28.col.8.verſ. & licet lex.vol.1. Hanc etiam communem dicit Rom. in conſi.93.col. pen. in fi.quæ facta non comperitur.ergo &c.

His tamen non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure verior, pro cuius fundamento ſeu curatio, capio ve-
12 ram & ſolidam iuris concluſionem, quæ eſt, † quod mulier conſtante matrimonio, viro eius vergente ad inopiã, nedum contra eum, ſed etiam contra tertios poſſeſſores bonorum mariti, poteſt agere, vt conſequatur dotes ſuas collocandas in tuto, vt poſſint deſeruire ſibi marito, ac filijs & familiæ, vt probatur ex d.l. vbi adhuc. & ibi ſcri-
13 bentes, C.de iur.dot.& in d.l. ſi conſtante. † Imo etiam poteſt agere pro donatione propter nuptias, quam ſperabat poſſe lucrari, & etiam pro rebus parafernalibus da-
14 tis marito, † pro qua donatione & rebus cætera bona mariti ſunt tacitè obligata, ſicut pro dote, vt eſt text. in d.l. vbi adhuc. quam dicit notabilem & ſingularem Paul. de Caſt.in d.l.ſi conſtante in 1.col.

Non obſtant modò quæ ex aduerſo adducta fuerunt. quia incipiendo a primo argumento, quod non conſtat maritum vergere ad inopiam, reſpondetur, quod imo de paupertate ipſius viri dicitur manifeſtè conſtare:
15 † Nam manifeſtum illud eſſe dicitur, de quo conſtat publicum inſtrumentum, vt dixit Bart.in l j.in prin. 2.colu. ff.de nou.oper.nuncia. Dec.in conſi.33.col.2. & in conſil. 587.col.1.& præſertim quando contra inſtrumentum nihil obijcitur, vt tradit Dec.in conſi.474.col.2. ſed nedum

per vnicum inſtrumentum , ſed plurima conſtat de alie-
nationibus bonorum ipſius mariti , & in tanta quantita-
te, quòd non exiſtunt alia bona aſcendentia ad tertiam
partem dotis ſuæ, quod ſufficere veditur , vt agi poſſit ad
ipſam conuerſationem, vt per Doct.in d.l.ſi cõſtante.er-
16 go illis ſtandum.l. in excernendis, C.de fide inſtru.† Item
inſtrumentum dicitur probatio probata, vt per Bald. in l.
quoties.in fi.C.de iudi.Dec.in conſi.ſupra relato, imò di-
xit Abb.in c.cum dilecti.in 1.not.per illum tex.de dona.
quòd dicitur euidens probatio , & Dec. in conſ.682. col.
1 .ergo &c.

Pariter non obſtat ſecundum fundamentum factum
de diſcuſſione, quia reſpondetur pluribus modis. Et pri-
mò quòd non fuit opus ipſa excuſſione in præſenti caſu ,
quia per mulierem actum non fuit hypothecaria, ſed in-
tentauit ipſa vxor omne & quodcunq; remedium ei ma-
17 gis fauorabile, vtile, & proficuum, † & ſic Saluianum in-
terdictum, quod quidem fauorabilius eſt hypothecaria ,
& demonſtrat Neguſan, in tract.de pignor.in 8.part.in 3.
18 memb.† in quo quidem Saluiano interdictio non requi-
ritur excuſſio, vt tradit Socy. in conſi.80. col.2. vol.3. &
Crauet. in conſ.1.col.3.vol.2.

19 Secundò reſpondetur, † quòd videtur etiam intenta-
tum remedium.l.fi.C. de acquirenda poſſ. ratione conſti
tuti appoſiti in inſtrumento dotis cùm hypotheca bono-
rum, in quo caſu poteſt agi directo contra tertium poſſeſ-
ſorem abſque alia diſcuſſione. Ita Iac. Butri. & Bal. in
d.l.fin.idem Bal.in l.1. C. de reuocandis ijs quæ in fraud.
cred. Imo.Rom.& Alex.in l.exitus in fi, ff.de acq.poſſ. A-
lexan.in conſi.83.col.1.vol.6. & in conſ.195.col.pen.vol.
eod.Crot.in l.ſi conſtante.nu.100.ff.ſolu.matr. Neguſ. in
tract. de pign.in 6.par. in 1.memb.nu.36.in 8.parte, in j.
mẽb.col.10.verſ.Quartò fallit. Gozad. in conſ.42.coul.2.
in fi.& ideò dixit Bal.in l.1.col.1.C.de ſeruo pignori da-
to &c. Quod cautela eſt, quòd apponatur in pacto de do-
te reſtituenda precarium , quia tunc poterit mulier abſ-
que alia ſolennitate propria authoritate ingredi poſſeſ-
ſionem & Bal. ſequitur Ang. inter conſ.Alex.128. volu.2.
& Alex. in conſ.83.col.1.vol.6. & Goz.in citato conſi.42.

20 Tertiò † non requiritur excuſſio vbi notarium eſt debi-
torem non eſſe ſoluendo , vt per Bal. in conſi.198. volu.
j.quia inanis eſt excuſſio quam excludit inopia debito-
ris.l.nã is.ff.de dolo. notat.gl.Bar. & Alex.alij in l. fin. in
prin.ſi cert.pet.Neguſ.in d.tractat. de pign.in 8. par.in j.
memb.nu.14.Corn.conſi.46.col.pen.vol.2.

21 Quartò , † Nam vbicunque commiſſa eſt cauſa , cum
clauſula ſola facti veritate inſpecta prout fuit huiuſmo-
di cauſa, tunc non requiritur excuſſio.ita Ange. & Iaſ. in
§.item ſi quis in fraudem. Inſtit.de action. Alex.in conſi.
114.col.fi.vol.6.Barba.in c.peruenit. verſ. Quartò limita.
de fideiuſſo.& in conſi.12.vol.4.Aret. in conſi.226. colu.
pen. Soc.conſi.24.col.fi. volum.j. Nat.in Clemen.ſæpe.in
princ.col.92.de verb.ſig.Marſ.in rub. de fideiuſ.num.13.
verſ.Et idem dicas.

Et ſi formam diceretur quòd iſta opinio non ita ſupi-
nè procedit, ſed intelligi debet quando oppoſita fuit ip-
ſa exceptio reſpectu ordinis iudicarij, vt ſcilicet de ordi-
ne iudicij ſit, quòd prius excutiantur bona principalis de
bitoris quàm poſſit agi hypothecaria contra tertiũ poſ-
ſeſſorem , ſecus ſi oppoſita fuiſſet non habito reſpectu ad
ordinem iudicij, & eius præpoſterationem, ſed ſolum re-
ſpectu intereſſe tertij poſſeſſoris, quod conſiſtit in hoc vt
ſi debitor principalis ſit ſoluendo , ipſe exigatur ante
quam moleſtetur tertius poſſeſſor, quia tunc poterit ſe
tueri exceptione non quidem excipiendo de ordine iu-
dicij non ſeruato , ſed præpoſterato, ſed ſolum de ſuo in-
tereſſe, & in eo fundando ſuam exceptionem, vt per Cor.
in conſ.55.col.pen.vol.3.& Neguſan.in d.tract. de pign.
in 8.par.in j.memb.colu.22.verſi. Ego putarem. Qua re-
ſpondetur, quòd ſi bene videatur proceſſus , luce clarius
conſtabit magnifico dominio iudicare debenti , ꝙ tertij
poſſeſſores non oppoſuerunt hanc exceptionem , niſi re-
ſpectu ordinis iudicij non ſeruati , & non reſpectu ſui in-
tereſſe: & ideo quod militat ſupradicta concluſio , quòd
non requiritur diſcuſſio per authoritates ſuprà relatas
& citatas, etiam ſi actum eſſet hypothecaria.

Quintò alia datur reſponſio quòd ex quo maritus hu-
22 ius notabilis matronæ eſt † abſens a patria ſua, quia ban
nitus, non opus erat excuſſione, vt per Rom.in conſil.93,
in principio, poſt gl.in auth. hoc ſi debitor. C. de pigno.
Alex.in conſi.100. colu.pen. vol.5. Dec.in l.fi.col.pen.ff.ſi
cert.pet.& Doct.in d.l.ſi conſtante.

23 Vltimò reſpondetur , † iſti tertij poſſeſſores videntur
excluſi auxili diſcuſſionis , cùm ſcirent tempore emptio-
nis bona per eos empta ſpecialiter fuiſſe hypothecata
huic nobili matronæ pro dotibus ſuis.argum.l.fin.§. fi.ff.
24 de legatis ſecundo.† Vbi emens ignoranter rem fideicõ-
miſſo ſubiectam , poteſt opponere contra fideicommiſ-
ſarium exceptionem diſcuſſionis, Agas prius contra alie-
nantem, vel eius hæredem ad pretium, quæ tamen excep
tio non competit data ſcientia emptoris, quòd ſciret bo-
na eſſe ſubiecta fideicommiſſo, vt per Paul.de Caſt.in cõ
ſil.318.ad fin.lib.2.Alex.in conſ.184.circa fi.lib.2. Dec.in
conſi.236.col.5.in 7.dub.Corn.in conſ.294 volum.3.& in
conſ.133.col.2.vol.4 Curt.Iun.in conſil.88.colu.2.Soc. in
conſil.75.vol.j.col.fi.& in conſ.49. col.fi.eo.vol.Soc. Iun.
25 in conſi.129.vol.j.Simile videmus, † ꝙ conductor ſciens
tempus belli imminere, non petit remiſſionem mercedis
ſibi fieri ob cauſam belli.Bald.in conſi.247. volu.3. Vide-
26 mus etiam † quod deceptus vltra dimidiam iuſti pretij ,
non habet remedium l.2.C.de reſcind.vend.ſi rei pretiũ
27 ſciebat, vt per docto.in d. l.2. † Pariter videmus quando
quis vendit eandem rem duobus , is præfertur , cui prius
traditur res.l.quoties.C.de rei vend. & tamen iſtud non
procedit quando ſecundus venditor ſciuit rem prius al-
teri venditam: quia tunc apparet de fide eius mala, ꝙ vo-
luerit fraudare priorem emptorem . Ita Iaſ. in d.l. quo-
ties.in nona limitatione. Sic per deciſiones ſuprà allega-
tas in terminis tenuit Craue.in conſi.77.col.5.verſ.Secũ-
dò reſpondeo. Quæ opinio confirmatur ex not. per Ale-
28 xandrum in conſi. 109 col.pen. vol.4. † vbi concludit, ꝙ
ſi maritus vendidit rem dotalem præſente vxore, & tacẽ
te illam rem eſſe dotalem , quòd ipſa mulier nullum re-
greſſum habet contra dictam alienationem : quia tunc
ceſſat fauor mulieris, propter quam iura permittunt in-
fringi contractum, vt probatur in l.ſi ſine. C. ad Valleia.
Similiter poteſt adduci quod not. Imol. in c.cùm contin-
29 gat. col. 105. verſ. Item adde de iureiur. † vbi inquit, ꝙ ſi
mulier iurauit non alienare rem dotalem , nec alienatio-
ni conſentire niſi cum authoritate iudicis ex cauſa neceſ-
ſaria, quòd ſi poſteà alienet, non valet alienatio, ſi contra-
hens cum muliere ſciret , ſiue haberet notitiam: quia im-
putandum eſt ſibi, quare contraxerit. arg. l.j. in fin.ff.de
act.empt.& l.qui cum alio contrahit.ff. de reg. iuris.

Sed dato quòd fuiſſet neceſſaria excuſſio bonorum ma
30 riti, † dicitur quòd ad inſtantiam vxoris per iudicem ſta-
tutus fuit terminus tertijs poſſeſſoribus ad oſtedendum
eſſe alia bona debitoris, quæ ſine controuerſia poſſunt
poſſideri , poſito quòd bona alienata non eſſent ſpeciali-
ter hypothecata , in quo termino elapſo , & hoc non do-
cto legitimè excuſſio facta dicitur. Ita vult.gl. quam dicit
perpetuo menti tenendam Ang. ibi in l. a Diuo Pio.§. in
vẽditione.ff.de re iud. vbi inquit, quòd iſta eſt tutiſſima di
ſcuſſio.Idem tradit Ang.in authe.hoc ita ſi debitor. in fi.
C. de pign. Ang.in §.item ſi quis in fraudem, col 3. verſi.
Quæro, quæ erit forma.Inſtit. de actio. & ibi Iaſ. colu.22.
verſic.vltimò ad complementum. Pariſ.in conſi.103.co-
lum.fin. volum.3. Sed hi tertij poſſeſſoris in termino eis
præfixo non oſtenderunt legitimè eſſe alia bona mariti
disbrigata, igitur. &c.

Non obſtat ſi dicatur, quod imò per hos tertios poſſeſ-
31 ſores oſtenſa fuerunt nonnulla bona mobilia , † quia re-
ſpondetur, quòd cùm ſint pauci, vel nullius momẽti, cùm
conſiſtant in tripodibus catedris alaribus & luminari-
bus, & alijs rebus nullius valoris, vel pauci, quæ pro inu-
tilibus reputantur : ideo non veniunt in excuſſione , vt
per Bald. in authen.ſed hodie.in fi.C.de actio.& obli. per
tex.notab.in l.ſi inutiles. ff. vt in poſſeſ le.quem ſequitur
Neguſ.in tract.de pig.in 8.par.in j.membr. col.30.verſi.
32 † tem add.prout etiam non deberent capi in executione
rei iudicatæ, vt tradit pract. Papien. in form.execu. ſent.
diffi.col.6. verſi. Sed qui dices de eo. pro quo facit, Nam
33 † nihil, & inualidum æquiparantur. l. ſi aut nullum . &
34 ibi Bal. C. de legit. hæredibus.† ſicut paria ſunt vxorem
non habere maritum, vel habere inutilem.glo.in l.fin.C.
ad legem Flauiam de plagia . Et ideo videtur dicendum,
quòd cum iſta bona poſita in diſcuſſione ſunt inutilia ,
& talia, quæ nõ poſſint deſeruire oneribus matrimonij ,
non mirum ſi operantur ꝙ excuſſio legitimè facta dica-
tur , ac ipſi tertij poſſeſſores nihil demoſtraſſent in tem-
pore eis per iudicem in ſtato, argumento, l.quoties.ff. qui
ſatiſd.cognatur,

35 Dicitur

Dicitur vlterius, † quòd & per nuntium facta fuit diſ-
35 cuſſio de commiſſione iudicis, qui retulit facta diligenti inquiſitione, & inueſtigatione, nihil inueniſſe vltra alienata, & prædicta de quibus ſuprà. Quæ diſcuſſio legitima fuit, vt per Iacob. Butrig. & alios in d. authen. hoc ita ſi debitor, C. de pign. Ang. in d §. ſi quis in fraudem, col. 3. ver. eſt alia 2. forma. & ibi Iaſ. col. 22. in fi. Barto. in l. perſecutione. col. fi. de pigno.

Non obſtat etiam quod in diſcuſſione nuntij fienda, non fuerint citati nominatim, licet per proclama, tertij poſſeſſores, vt conſtat iuris eſſe per auctoritates ſupra citatas. Quia reſpondetur quod licet fuiſſent citãdi nominatim, cùm eſſent certi, † tamen ipſa citatio tanquàm nulla
36 reconualidata fuit per ſpontaneam compar'tionem ipſorum poſſeſſorum, qui interuenerunt in diſcuſſione facta per nuntium. vt vult tex in l. j. in princ. ff. de ferijs. vbi notant Bald. Iaſ. & alij. Alex. conſi. 123. col. 2. vol. 2. Feli. in c. illud. in 4. col. 4. in 4. declara. de præſcr. Dec. in conſil. 187. col. 2. verſ. Et quia iſte citatus.

Vltimò non obſtat, quod facta non fuerit pronunciatio ꝙ excuſſio legitimè facta fuerit, prout requiritur ſecundum communem, quia tribus modis reſpondetur. Primò quod ita paſſim non videtur eſſe verum, quod ipſa pronũciatio requiratur, vt demonſtrat Corn. in citato conſi. 46. colum. pe. vol. 2. Sed admiſſa ipſa communi reſpondetur & ſecundò, non fuiſſe neceſſariam ipſam pronunciationem, cùm pluribus medijs ſatis abundè ſuprà demonſtratum fuerit, quòd in præſenti cauſa locus non erat diſcuſſioni. Tertiò dicitur, † quod etſi facta non fuerit, ſatis e-
37 rit, ſi ea fiat in diffinitiua ſententia, quod probatur. Nam nos videmus † quòd ſtante ſtatuto, quod contumax ha-
38 beatur pro confeſſo, & conuicto, requiritur interlocutoria antequam condemnetur, vt dixit Anto. de Butr. in ca. cum dilecti. verſ. Vltimò aduerte, de dolo, & contumacia. Bal. in l. j. in j. col. C. de pœna iudi. qui malè iudi. vbi inſtruit aduocatum, vt faciat interloqui ſuper contumacia, aliàs ea non haberetur pro probatione. Marſi. in rub. de falſ. nu. 26. & in ſingul. 283. & in conſil. 63. nu. 13. & tamẽ ſufficit quòd ipſa interlocutoria fiat cũ diffinitiua, vt per Nellum in tractatu banni. in 3. parte, in 20. q. vbi inquit, quòd licèt poſt lapſum termini, qui facit reũ haberi pro cõfeſſo, requiritur pronũciatio eum haberi pro confeſſo, tam quod hæc pronunciatio fieri poteſt vna cum diffinitiua, argumento. l. eius qui declaratorem. & ibi Barto. ff. de iure fiſci. Quod dictum tanquam ſingulare tradit Marſ. in pract. ſua crim. in §. poſtquam. colum. 16. veſ. & faciũt. Quod dixi notandum in practica, cùm ſæpius occurrat in facto. & in l. de vnoquoque. nu. 183. verſ. vlterius ſcias. ff. de re iud. Ang. in trac. malefi in gl. in verbo, qui iudex videns quod inquiſiti in verſ. quæritur tamen ibi, & maximè ſi iudex. Idem vult Aret. in ca. At ſi clerici. in prin. de iud. & in terminis excuſſionis voluit Cor. in citato conſi. 46. col. pen. in princ. ibi, cùm itaque ſint. volu. 2.

Et quia in proceſſu agitato per ipſos tertios poſſeſſores dictum fuit per eos, quatenus teneantur ad huiuſmodi conſignationem dotis de iure, & non aliter, ꝙ ipſi offerunt dotes huic nobili, ideo reſtat videre an aſtringatur ipſa acceptare dotem ſibi oblatam in pecunia numerata.

Deueniendo igitur ad articulum dictæ oblationis videretur primo aſpectu dicendum, quòd locum habere debeat ipſa oblatio cùm liceat poſterioribus creditorib. offerre ſuum debitum priori, per tex. in l. j. C. ſi antiquior creditor pignus vendiderit.

Secundò in terminis hoc voluit Bal. Angel. Imo. Rom. Alex. & Lancel. Dec. in l. ſi conſtante, in 3. q. princ. in 7. q. ff. ſol. mat. quia cùm maritus poſſit offerre dotem, l. ſed ſi ideo, l. mutus, §. manente, ff. de iure dot. ergo idem in creditoribus ſuis, qui habent ab eo cauſam, argumento l. mulier. qui potiores in pignor. habean. idem tenet Bald. in authent. quod locum, in 5. q. C. de collat. Camp. in tract. de petitione, & reſtitutione dotis, q. 51. Moderni in repetitione capituli per veſtras, §. 21. col. pe. de donationibus inter virum, & vxorem.

Quibus tamen non obſtantibus contrariam partem tanquàm veriorem, & magis communem ſequendam fore in iudicando arbitror. Nam primò hanc partem tenuerunt Iac. de Aret. Cyn. Pet. & Salic. in l. cùm tibi, C. qui potior. in pignor. habean. Bald. ſibi contrarius in conſ. 84.
39 vol. 3. † vbi inquit, quòd quando mulieri conſtante matrimonio adijciuntur bona mariti vergentis ad inopiam, ꝙ poſteriores creditores non habent ius offerendi ipſi mulieri, ſicut ſi nec bona accepiſſet in ſolutum: quia conſignantur mulieri vt exiſtant penes eam, & ſeruiant oneribus matrimonij, & non diſſipentur. pecuniæ autem poſſunt de facili diſſipari, & conſumi, per not. per Cyn. in d. l. cùm tibi. idem etiam tenuit Ang. in l. 1. col. fin. ſol. mat. & ibi Imol. colum. 4. verſicu. Item adde ſecundum eum, & Bald etiam colum. fin. verſic. ſed pone quòd dos. Bald. in cap. contingit, col. 3. verſi. Qui ergo, de dolo, & contumac. quia cùm iſta non ſit vera reſtitutio dotis, ſed collocatio in tutum, & dos a matrimonio ſeparari non poſſit, ideo ceſſare debet ius offerendi, & ius cedendarum actionum. Et hanc partem, & doctrinam tanquam ſingularẽ, & menti tenendam dixerunt Pau. de Caſ. in l. 2. colum. 2. ff. ſolut. matrimon. & Aret. ibi col. 2. verſic. Tangit etiam. Idem etiam ibi tenuit Parpal. col. 12. num. 45. Hanc etiã ſententiam amplectuntur Cyn. & Bald. in l. vbi adhuc, C. de iure dot. & Dy. Iacob. de Aret. & Alber. de Roſ. col. 5. in fin. quia cùm mulieri non poſſit fieri vera reſtitutio vt dictum eſt, ergo nec oblatio. l. ſi finita, §. poſtquam autẽ, ff. de damno infe. item cùm non ſit tempus ſoluendæ dotis, oblatio non fit congruo loco, nec tempore, l. ſi ſoluturus, ff. de ſol. & quia fauore mulieris inductum eſt, quòd agere poſſit hypothecaria, licet perſonalis nondum competat, ergo in eius læſionem nõ debet retorqueri, l. quod fauore, ff. de leg. & ideo non mirum ſi non poteſt ei fieri oblatio, & pro qua opinione dicit facere text. in d. l. cùm tibi, a contrario ſenſu. Huic etiam ſententiæ adhæret Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de dot. reſtit. in §. formatis, in gloſ. in verbo viro, in fi. Bar. in d. l. conſtante, in 7. q. in fi. tertiæ quæſtionis principalis, Bald. nouel. in trac. dot. part. 2. priuileg. 24. in fi. & 47. Corn. in conſi. 85. colum. 2. volum. 4. vbi refert Raphaelem Fulgoſ. dicere quòd nemo contradicit Iacobo de Aren. adeò quòd eſſet durum in practica contra eum obtinere, & inquit Socin. in conſ. 111. quòd iudex poſſet de temeritate reprehendi, qui diſcederet ab opinione tantorum virorum, & communi, iuxta not. in l. fin. C. de pẹn. iud. qui male iudic. & maximè in cauſa dotis, & contra dotem, cùm pro ea in ambiguis iudicandum ſit, vt in l. in ambiguo, de iu. dot. & ita bis pronunciaſſe ſacrum conſilium Neapolitanum atteſtatur Afflic. in deciſio. 199. Et vltimo loco reperio hanc ſententiam ſequutum fuiſſe Neguſ. in trac. de pig. in 5. parte, in primo membro, col. 22. cum ſeq. verſic. Sed dubitatur, vbi inquit ſe ſemper vidiſſe ſecundum iſtam opinionem iudicari, & ita tenendum eſſe.

Non obſtant adducta in contrarium, & primò quòd ſecundus creditor poteſt offerre primo, quia reſpondetur illud procedere regulariter, ſecus autem quando mulier conſtante matrimonio agit ad conſignationem dotium ſuarum propter vergentiam viri ad inopiam, quia ſpeciali priuilegio legis conceditur mulieri, vt talis oblatio locum non habeat. Ita Doc. in dicta l. cùm tibi, & in l. vbi adhuc, & per Socin. in d. conſi. 111. colum. 2. ac Corn. in citato conſi. 85. col. 2.

Ad ſecundum fundamentum reſpondetur per Soc. in alleg. conſi. 111. col. 2. verſ. Ad ſecundam rationem. & primo negari poſſe, quòd maritus offerendo pecuniam poſſit impedire conſignationem dotis, ex quo per talem petitionem non minuitur dos, nec tollitur, quominus ſoluto matrimonio ſit eodem modo cõſultum viro, vt dicit text. in l. vbi adhuc, & in fi. & ideo hac ratione dicit Bart. in d. l. conſtante. in d. 7. q. 3. quæſt. principalis, quòd maritus nõ poteſt opponere exceptionem compenſationis, ſed poſito quòd maritus poſſet offerre ſpeciali priuilegio dotis, eſt ſtatutum, quod ſecundus creditor hoc facere non poſſit ad hoc vt magis ſit cautum mulieri in dote vt poſſit ſe, maritum, & ſuos adimentare, ad quem effectum permittitur petitio, vt in d. l. Vbi adhuc. quam creditores poſteriores impedire non poſſunt, vt probatur in d. l. vbi adhuc, in princ. & ideo tantum pro quantitate dotis dicitur agere ſecundum Cy. ibi in d. l. vbi adhuc. q. 14.

Non obſtat ꝙ contrarium voluerint Bal. Ang. & Imo. ac alij ſuprà relati, quiam cùm communis ſententia Doc. ſit in contrarium, ab ea non eſt recedendum, & tantò magis cùm idem Bald, Paul. de Caſt. Ang. & Imo. fuerint ſibi inuicem aduerſantes, vt conſtat ex ſuprà allegatis. Nec eſt verum quod Imol. in d. l. ſi conſtante. teneat ita abſolutè, ꝙ habeat locum oblatio, ſed ſolum quando poteſt ſuccurri mulieri, quia poſſit pecuniam dotalem deponere penes mercatorum idoneum ad partem honeſti lucri, iuxta. c. per veſtras. de dona. inter virum, & vxor.

quia tunc æquum eſt conſulere creditoribus per viam oblationis, ex quo id fieri poteſt ſine præiudicio mulieris, alias ſecus. Quod quàm ſit difficile hodiernis temporibus, ſatis experientia docet, quæ eſt rerum magiſtra. ca. quam ſit. de elect. cum ſæpe iſti mercatores efficiantur falliti, & ſi non falliti, ſaltem duriores & litigioſi ad ſoluendum lucrum mulierib. adeò quod non poſſunt conſulere ſibi, & familiæ ſuæ, quamuis ſecundum Socinum vbi ſuprà Doc. magis communiter non admittant, quod mulier poſſit retinere pecuniam ad certum lucrum, & non poſſit periculum ſeu damnum pati, vt patet ex not. in d. ca. per veſtras, ſubdens ipſe Soc. alias ſecundum iſtam partem conſuluiſſe Florentiæ. cui conſilio ſe ſubſcripſerunt. Doctiſſimi viri. Et ita dixit Parpal. in d. l. 2. ſol. matr. nu. 48. dictum Cy. indiſtinctè verum, pro quo ſecundum eum videtur eſſe caſus de hoc in l. vir vxori. §. ſi mulier, ff. ad Velleian. vbi mulier ſolùm repellitur à bonis, quia voluit accipere pecuniam, ergo ſi recuſaſſet non fuiſſet repulſa, ſubdens dictum, §. ſi mulier. debere intelligi, quando adhuc matrimonium durabat. Vnde concludendo in hac præſenti cõſultatione tam circa primum, quàm vltimum articulum,
40 † dico partes magnifici domini iudicare debentis fore, & eſſe in condemnando præfatos tertios poſſeſſores ad conſignandum huic nobili matronæ tot & tantum de bonis alienatis, quæ æquiualeant quantitatem dotis ſuæ, & donationis propter nuptias, iuxta modum traditum per Bart. in d. l. ſi conſtante in 3. q. 4. par. princ. Cuius opinio eſt receptior, vt per Doc. in d. l. vbi adhuc. & Alex. in conſ. 142. col. fi. vol. 5. & Neguſ. in d. tract. de pign. in 5. par. in j. memb. nu. 33. vt ipſa dos deſeruire valeat oneribus matrimonij, non obſtante dicta oblatione facta per dictos poſſeſſores. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Mulier quæ dotem non ſoluit, donationem propter nuptias non lucratur: ſi autem pro parte, pro ea lucrabitur.*

2 *Quod amplia procedere etiamſi in inſtrumento dotali appoſitum eſſet iuramentum.*

3 *Statuto ſi caueatur quod mulier lucretur donationem propter nuptias, ea ſolùm lucrabitur pro ea parte, pro qua dos ſoluta comperiatur.*

4 *Mulier licet ſecundum communem pro rata tantum dotis ſolutæ lucretur donationem propter nuptias, tamen hoc fallit vbi per maritum datus fuiſſet terminus mulieri ad ſoluendum dotem promiſſam, quo tempore pendente mortuus fuiſſet maritus, quia tunc lucratur totam donationem propter nuptias.*

5 *Mulier donationem propter nuptias lucratur, ſi marito obtulerit dotem vel ſoluere voluerit, & ipſe illam recipere recuſauerit.*

6 *Statutum diſponens quòd præmoriente vxore ſine liberis, maritus lucratur dotem perceptam licet locum non habeat in dote promiſſa, tamen, limitatur non procedere, quando per vxorem ſtetiſſet quò minus data eſſet, quia ratione moræ perinde habetur ac ſi percepta foret.*

7 *Statuto ſi diſponatur, quòd præmoriente vxore in matrimonio copulato, maritus lucretur dotem, ſi ſtat per vxorem quò minùs compleletur, vir dotem lucrabitur.*

8 *Donata per conſanguineos ſponſi ſponſæ, cedunt commodo ipſius ſponſæ, & ſuæ efficiuntur.*

9 *Donatum ambaſciatoribus occaſione ambaſciariæ cedit ad commodum ipſorum, & nu. 12*

10 *Donata per conſanguineos viri ſponſæ efficiuntur ſecundum communem uxoris, ſi conſtat ipſos conſanguineos vxori donaſſe, vt ei acquirerentur, alias ſecus.*

11 *Vel vbi eſſet conſuetudo, quòd donata per conſanguines, vel amicos mariti efficiantur propria ipſius vxoris, & apud eam remaneant, vel eius hæredes.*

12 *Veſtes datæ per maritum vxori, conſtante matrimonio, in dubio, ſecundum communem ſoluto matrimonio per mortem viri ſi erant quotidianæ efficiuntur propriæ vxoris, ſecus ſi feſtiuæ, niſi cõſuetudo aliter ſi habeat in contrarium.*

13 *Donatio nunquam in dubio præſumitur.*

14 *Neceſſariò dicitur fieri quod pudore verecundiæ fit.*

15 *Sponſus, uel maritus ſi dicat ſponſæ, uel vxori, dono tibi ris iſtas, vel trado, per iſta uerba non inducitur donatio proprietatis, ſed tantum cenſetur facta donatio ad uſum.*

16 *Verbum donare impropriatur ſecundum ſubiectam materiam.*

17 *Veſtes quæ dicuntur quotidianæ, uel feſtiuæ relinquitur arbitrio iudicis inſpecta qualitate, & dignitate mariti, & uxoris.*

18 *Veſtes lugubres factæ per hærehes uiri eius uxori, ſi uilis ſunt pretij, & deputatæ ad uſum quotidianum, repeti non poſſunt, aliàs ſecus.*

19 *Dos conſiſtens in pecunia, & ſi ſoluto matrimonio per hæredes uiri quamuis diuites, ſtatim reſtituenda non ſit, ſed infra annum, tamen hoc fallit, & locum non habet, quando dos legata fuit per uirum uxori.*

20 *Cautela pro teſtatoribus, ſi nolunt auferre hæredibus commodum dilationis legalis ad reſtituendum dotem in pecunia conſiſtentem.*

## CONSILIVM X.

CIRCA primum articulum huius conſultationis, an Margaritæ vxori q. Vincentij de Capris, debeatur ſolùm quarta pars donationis propter nuptias per Ioannem eius hæredem, ſtãte forma inſtrumenti dotalis, & donationis ꝑpter nuptias, de quo in pro
1 ceſſu? Videretur quidem prima facie dicendum, † quod
duntaxat quarta pars donationis prædictæ, huic Margaritæ debeatur, cũ quarta pars dotis tantum perſoluta demõſtretur, & hoc per textum, §. hoc igitur, iuncta gl. in verbo virum, in auth. de æquali. dot. vbi ſi dotẽ promiſſam vxor non dedit, nihil ex pacto lucratur: ſi verò partẽ dotis ſoluit, pro parte lucratur donatione propter nuptias. Ad idem eſt tex. in §. illud quoque. Vbi Angel. not. in auth. de non eligendo ſecundo nubentes. Et hanc partem tenuit Ang. in §. fuerat, col. 12. ver. Et aduertas quod mulier. inſti. de actio. vbi inquit aduertẽdum eſſe, ꝙ mulier quę nõ ſoluit dotem, non lucratur donationem propter nuptias, quod dicit menti tenendum, & maximè per te de Aretio, & de Ciuitate Mucinæ, vbi mulier ſolut. matr. morte viri lucratur donationem propter nuptias, vt ſcias quantum lucrari debeas. Huic quoque ſententiæ applaudit Guido
2 Pac. q. 274. vbi idem determinat, dato † ꝙ in inſtrumento eſſet appoſitum iuramentum, quod debet intelligi, dũmodò promiſſa obſeruentur, & ſic ꝙ dos fuerit ſoluta. Idem tradit Neuiz. in ſylua. nupt. char. 8. col. 3. ver. Quin-
3 imò. vbi dicit ꝙ ſtante ſtatuto † ꝙ mulier lucretur donationem propter nuptias, quod ſolum lucrabitur pro ea parte, pro qua dos comperitur ſoluta. Quod etiam inquit Pariſ. in conſi. 95. col. 6. verſ. Verum quia. vol. 2. Necnon Afflict. in deciſ. 242. vbi refert ita iudicatum fuiſſe in ſacro conſilio Neapolitano. Vltimò iſtam partem amplexus fuit Boer. in deciſ. 22. col. 7. & Beltran. in conſi. 24. col. 2. vol. j. Soc. in conſi. 32. col. pen. vol. 3.

His tamen non obſtantibus, in terminis de quibus agi-
4 tur contrarium credo de iure verius eſſe, † quia etſi recepta ſit docto. ſententia, quod mulier pro rata dotis ſolutæ lucretur donationem propter nuptias. attamen ea limitatur non procedere, vbicunque per maritum datus eſſet terminus mulieri ad ſoluendum dotem promiſſam. tunc enim ſi maritus pendente dicto termino dotis ſoluendæ, vitam cum morte commutauerit, mulieri debetur tota donatio propter nuptias. Et ita pronunciatum fuiſſe in dicto ſacro conſilio Neapolitano atteſtatur Afflic. in deci. 333. quia tunc non eſt imputandum mulieri, cur dotem ante diem non ſoluerit, ex quo maritus fuit contentus facere tempus ad ipſam ſoluendam, quod tempus adiectũ videtur ad commodum mulieris. l. cum tempus, ff. de regulis iuris. Idem Afflic. in citata deciſ. 242. dum conſiderat moram mulieris, & in conſtitutione regni, in titul. de donatio. num. 6. Sed ante Afflict. hoc voluit Guido Pap. in conſi. 19. col. 3. vol. 1. & in q. 430. & in q. 274. col. 2. dum remittit ad dicta der eum, in allegata. q. 430. & idem tenet in q. 565. col. 3. verſi. Alia ratione. Hanc quoque partem ſecutus eſt Neuiz. in loco ſuprà citato poſt Soc. ibi per eum relatum. & Boer. in d. deciſ. 222. num. 21. & 41. & Beltr. in citato conſi. 24. col. 2. in fine.

Non obſtat tex. iuncta gloſ. in d. §. hoc igitur. in verbo virum. & text. in d. §. illud, quia reſpondetur ſecundum Guid. Pap. & alios vbi ſuprà, quod illa iura procedunt, quando dos non fuit ſoluta in tempore promiſſo, & ſic quando mulier fuit in mora, quia ipſa iura voluerunt punire moram mulieris non ſoluentis dotem, quod apparet, quoniam de eo quod ſoluit, & ſic non fuit in mora
5 percipit de donatione. Demõſtratur etiam, † quod ſi mulier obtulerit marito dotem, vel ſoluere voluerit, & is eam acceptare recuſauerit, mulier donationem omnino percipit, dicto §. illud. in gloſſ. in verbo percipiat. Dum dicit reſpondeo, ibi fuit parata dare. Hoc etiam probatur per textum in authent. dos data. C. donatio. ante nupt.

dum

dum dicirur,ac ſi per dilationem,id eſt per moram. Nec
6 hoc admiratione dignum eſt,cum in ſimili videamus,† ꝙ
licet ſtatutum diſponens, quòd præmoriente vxore ſine
liberis, maritus lucretur dotem perceptam, locum non
habeat in dote promiſſa. tamen id limitatur non proce-
dere, quando per vxorem ſtetiſſet, quò minus data eſſe t,
quia ratione moræ perinde habetur, ac ſi dos percepta fo-
ret, & conditio ſtatuti impleta, argumen. l. Labeo ſcribit
ſi mihi.ff.de contrahenda emptio.& per text. in §. penul-
ti. in authentic. de non eligen. ſecun. nubentes, vbi ſi ſtat
per aliquem quò minus ſolutio dotis fiat, quantum ad lu-
cra, ſolutio habetur pro perfecta, etiam ubi verè require-
tur ſolutio Idem voluit Bald.in conſil.234. volum.3.domi-
nus meus Rui. in conſi.225.in princip.volum.1.& Alex.in
conſi.63.col. fi. volum.4. vbi atteſtatur hanc communem,
& ad ſaturitatem dixi in libro meoque, quòd vxore præ-
moriente ſine liberis, maritus lucratur dotem, quæſt.7.vbi
etiam tradidit poſt Bal. in l. non ſine,col.2.C.de bon.quæ
6 libe. †quòd ſtante ſtatuto quòd præmeriente vxore in ma-
trimonio copulato maritus lucretur dotem, ſi ſtat per vxo
rem quo minus copuletur, vir dotem conſequitur ex be-
neficio dicti ſtatuti, quia ſecundum Paul.de Caſt.in cõ.123
in vltimis verbis, ſecundum impreſſionem antiquam,
mora vxoris non debet nocere viro. Pro confirmatione
quoque faciunt que dixi in d.lib.j. queſt.106.& ſeq. & ſic
ex his luce clarius apparet quòd huic mulieri tota dona-
tio propter nupt. debeatur, cum ei nulla mora imputa-
ri poſſit. Capio modo ſecundum articulum, in quo,
8 primo aſpectu videbatur, dicendum, † quòd donata per
conſanguineos viri ſponſæ, cedant commodo ipſius
ſponſæ, & ſua efficiantur. per tex. iu l.ſi mater. C.de do-
natio. ante nupt. vbi dicit text. ſi mater veſtra filiæ ſuæ
ſponſæ, vel marito prædia ſine vlla repetendi lege, dona-
uit, & eum in vacuam induxit poſſeſſionem, nuptijs
diuortijs ſolutis, perfecta non diſſoluitur donatio. Et
ſic ibi eſt caſus, quòd donatio facta alteri coniugum
per conſanguineos alterius coniugis perfecta eſt, & ſta-
tim valet & tenet. Et ita per hac l. decidit Bald. hanc
queſtionem in conſil. 62. volumine primo, repetito in
conſil.316. vol. 4. vbi inquit, quòd licet Bartol. in l. ſed ſi
plures.§.in arrogato.ff. de vulgari & pupilla.teneat, quod
donamenta facta mulieri per conſanguineos viri rema-
neant viro, & ſi per conſanguineos mulieris reſtituenda
veniant hæredibus ipſius mulieris tamen quòd contra-
rium eſt verius, quia cum donatio ſit perfecta,& per eam
ſit quæſitum ius mulieri, tranſmittitur per eam res donata
ad ſuos heredes.

Secundò pro hac parte facit textus in l. ſi ſeruus com-
munis in ſecundo reſponſo.ff. de donatio. inter virum &
vxorem. vbi litera dicit ſi ſeruus communis viri & fra-
tris, puerum donauit vxori fratris, pro qua parte is ſer-
uus qui donaſſet, viri eſſet, pro ea parte munus non eſſet
factũ vxoris, reſponde, idem iuris erit, ſi ex tribus fratrib.
vnus vxorem haberet, & rem communem vxori donaſ-
ſet. Nam ex tertia parte mulieris res facta non eſt, ex
duabus autem partibus reliquis, ſi id ſcirent fratres, aut
poſtquam donata eſſet, ratum habuiſſent, non debere
mulierem reddere, ex quibus colligitur quòd res dona-
tæ vxori à conſanguineis viri ſunt propriè ipſius vxori.
Ita per illum textum voluit Rom. in conſil.172.colum.2.
verſ.Quod ad vitimam, vbi inquit caſum d.l.ſi ſeruus cõ-
munis. eſſe nouum & ſingnlarem. Idem dixit Angelus &
Rom. in l. vt liberis C.de collationibus.

Tertiò facit textus in l. ſi conſentiente. C. de don. ante
nupt. Vbi ſi ſponſus donauit ſponſæ mancipia matris ipſi-
us ſponſi, ea conſentiente, erunt propria ipſius ſponſæ, &
illa tranſmittit ad ſuos hæredes.

Quartò accedit quod voluit Ang. & Rom. in d. l. vt li-
beris per gloſſ. ibi in verbo ſponſos. quam dicit ibi
Angel. ſingularem ad hoc quod ſi coniuncti ſponſæ do-
nant aliquid ſponſo intelligitur donatum ſponſo, non
autem ſponſæ, niſi aliter appareat, & idem dicit econ-
tra, ſi donatur ſponſæ aliquid à coniunctis ſponſi, quòd
debet eſſe ſponſæ.

Quintò adducitur textus in l. ſocium qui eo. §. fi. ff.pro
ſocio. vbi ſecundum communem lecturam probatur,
quod ſi donatur ſocio, occaſione ſncietatis, eſt quo tamen
donatur perſonæ & non ſocietati, cedit ipſi ſoli donata
rio,& non mirum: quia idem eſt in damno. Nam ſi ſocius
ex ſocietate, non occaſione ſocietatis tantum damnum
paſſus eſt, ſibi imputabit, & non ſocietati, vt veſtes text.
in eadem l. in princip. Vnde ad propoſitum, cùm matri-
monium ſe habeat ad inſtat ſocietatis, vt in c. cùm ſocie-
tatis.27.q.2. quinimò maritus & vxor ſint ſocij diuinæ &
humanæ domus. l. j. de rit. nupt. quamuis aliquit donetur
vxori à conſanguines viri ratione matrimonij,& ſic ratio-
ne ſocietatis, ſuum erit, & non viri.

9 Sextò in ſimili videmus,† ꝙ quicquid donatur Amba-
ſciatoribus occaſione ambaſciarię, cedit ipſis ambaſcia-
toribus, vt per. Bar.in l.ſi verò.§ Item quicquid.ff.ſol.ma-
tri.vbi Alex.atteſtatur hanc eſſe communem ſententiam.

Vltimò hanc partem vltra Bald. Angel. & Roman.
vbi ſuprà, idem tenuit Angel. Raphael. Cuman. & Aret.
in d.§. in arrogato. Salic, in l. nec inter. C. de donatio. in-
ter virum & vxorem. & in l. ſi ſponſus. §. donatio. ff. eod.
tit.Ioan. Nicol. Arelata.in add. Alciat.in tract.de præſum
pt.in 1.reg.præſ.18.

His tamen, & ſimilibus non obſtantibus, contrariam
ſententiam vti magis receptam tenendam fore arbitror,
10 † Quoniam etſi vbi appareat conſanguineos mariti vel
le donare vxori, vt ei acquirantur donata, poſſit proce-
dere opinio ſupra citata, vt determinat Antonius de Bu-
tri.in citato conſ.37.in 2. dubio quem ſequitur Iaſ. in d.
§. in arrogato.in fin. quod & voluerunt Bernar. de Biſgn.
in deciſ.ſua Rot.j.in titulo de donatio inter virum & vxo-
rem.Corn.in conſi.81. colum. pen. in fine. volum.j. Dec.
in l. vt liberis, colum. penul. C.de collatio. Moder. in di-
cta repetitio rubricæ de donatio, inter virum & vxorem.
11 §.45.colu.3. † vel ętiam vbi eſſet conſuetudo in loco quod
talia donata efficerentur vxori, vt per Bal. in l. cùm te. C.
de donatio. ante nupt. quem ſequitur Alexan. in d. §. in
arrogato.colum.4. Quem tamen intelligit, quando con-
ſuetudo eſſet talis, quòd donata vxori à conſanguineis,
vel amicis mariti efficiantur propria vxoris. & rema-
neant apud eam & eius heredes. Cor. in citato conſi. 81.
colum.fi.& Mod. vbi ſuprà colum. 5. verſ. Et intellige. Ta-
men in dubio ſecundum communem opiniouem. dona-
ta ipſa quæruntur marito, ex quo eius contemplatione
donata fuerunt. Ita voluit Bart. in dicto. §. in arrogato.
quem ibi ſequitur Imola, Paulus, & Alexan. ac Iaſ. qui in
vltima colum. inquit quod in practica durum eſſet ab
opinione Bartol. recedere, & quod tutius putat teneri
hanc partem. idem voluit Butr.in alleg. conſ.37.in ſecun-
do dubio. Angelus in §. fuerat. colum. antepen. verſicul.
Quid erit de donationibus, Inſtitut. de action. Cor. vbi
ſupra, per text.in dicto.§. in arrogato. vbi datum filio ar-
rogato a cognato, vel amico patris arrogatoris, cenſe-
tur datum contemplatione patris, & perinde eſt ac ſi à
parte profectum eſſet. Hoc etiam ſequitur Rot. vbi ſu-
prà Bald.in d.l.cum tex. Idem ceſſante conſuetudine ſen-
tiunt Modern. in dicta repetitio rubricæ, de donatio. in-
ter virum & vxorem.§. 44. colu. 2. verſic. hoc tamen ego.
& in §. 45. colum.2. vbi ad hoc allegat text. non ſolitum
allegari ad hoc in l. ſi quid earum. verſic. in quibns. ff. de
legatis tertio. vbi ſi maritus legauit vxori quæ ſui cauſa
comparata ſunt, in hoc legato veniunt ea quæ ſocer nu-
rus nomine comparauit. Ergo non erant ipſius vxoris,
ſed potius mariti & illum text. tradit eſſe menti tenen-
dum. Huic etiam ſententiæ adherent Alexan. & Docto.
in d. l. vt liberis. vbi etiam Iaſon atteſtatur hanc eſſe ma-
gis communem, licet prius ipſam communem faſſus
fuerit Roman. in d. conſil.172. colum.2. cum qua ſenten-
tia concordat etiam Alciatus in Tractatu præſumpt. in j.
regula preſump. 18.

Non obſtant allegata in contrarium, & in primis text.
in d.l.ſi mater, quia reſpondetur, quòd ille text. procedit,
eo quia conſtabat quod mater voluit donare vxori. Ideo
non mirum ſi donatio non reuocatur, & ipſa donata effi-
ciantur propria ipſius. Ita illum textum intelligit Sali-
cetus in l.cum veterum colum.2. C. de donatio. ante nu-
ptias quem ſequuntur Angelus in §. eſt aliud. colum. 2.
Inſtitut. de donatio. Moderni vbi ſuprà. §. 44. colum. 2.
circa finem. Idem reſpondet Butrig. vbi ſupra, col.2. ver-
ſic. Venio ad ſecundum quæſitum. Et ſic ibi ſumus in ca-
ſu claro, ſec hic ſumus in caſu dubio, quo caſu procedunt
iura & deciſiones ſuprà relatæ. quod res donatæ cenſean-
tur contemplatione martiri.

Non obſtat text.in l.ſi ceruus communis. quia reſpon
det Alex. in d.§.in arrogato. col. fin. & Corue. in allegato
conſi. 81. colu. pen. in fine, quod ibi non acquiritur, ma
rito pro patribus pertinentibus ad fratres mariti: quo-
niam totus ille ſeruus donabatur mulieri conſtante ma-
trimo-

trimonio ſcientibus & patientibus, fratribus mariti: Vnde quia erat intentio mariti in totum velle donare vxori, ideo non videtur tacitè donaſſe marito eorum fratri, ſed vxori, cui ipſe frater donare volebat. Idem etiam volunt Moderni vbi ſuprà, §.44.col.2. circa fi.

Pariter non obſtat tex. in d.l. ſi conſentiente, quia reſpondetur quòd ille tex. procedit, quia cõſtabat quòd donare volebat ideo &c. ita ad illum textum reſpondent Modern. vbi ſupra.

Non obſtant notata per Angelum in d.l. vt liberis. per gloſſ. ibi in verbo ſponſos. quia reſpondetur ſecundum Alexan. Corn. Iaſon, & Dec. ibi quòd illa gloſſ. ſi iungatur cum tex. ſolum loquitur in parte donante ipſi ſponſo, non autem in coniunctis ſponſæ, & e contrà. Nec obſtat dum gloſſ. dicit propter ſponſos. quia ſolum voluit dicere de donatione facta à parte filio ob cauſam ſcilicet, vt conſtitueret donationem propter nuptias ipſi ſponſæ, quæ bene confertur. authen. ex teſtamento. C. de collatio. Idem etiam reſpondendo dixerunt Alex. in d.§. in arrogato. col. fi. Corn. in ipſo conſi. 81. colu. fi. & Moder. vbi ſupra, §.45. col.2.

Non obſtat penultimo text. in l. ſocium qui eod. §. fina. quia reſpondetur ſecundum Abb. in capit. poſtulaſti. de conceſſ. præbend. & Modern. vbi ſuprà, colum.3. verſic. Ad iſta. quod ille text. procedit quando conſtat quòd res donata fuit ipſi ſocio, & pro eo, & ſic in caſu in quo res erat ſi dubitatione: ſed hic loquimur in caſu dubij, quo caſu donatum cenſetur datum contemplatione mariti, ex quo ab eius conſanguineis vxori fuit donatum.

Vltimo non obſtat quod dicitur de donis factis Ambaſciatoribus: quia rationes doctorum in illa quæſtione, ſecundum Alexand. in dicto §. in arrogato in fin. & Modern. vbi ſupra. columna 4. verſicul. Nec etiam obſtat. non militant in caſu noſtro: Conuenit enim Ambaſciatores remunerari, vt dicit tex. in l. Diuus. ff. de bonis damnato. Vnde ſi munera non eſſent talia, quæ viderẽtur domino conuenire magis quam Ambaſciatoribus videntur eis donata, & erunt ſua: ſed quando donantur munera ſponſæ etiam ad ornamenta capitis, quamuis donentur a conſanguineis viri, tamen propter virum non autem propter vxorem exhiberi videntur, cuius vtilitatem concernere videntur fortè, quia ſibi opus fuiſſet de talibus ornamentis vxori prouidere. Vnde concludendo in hoc articulo dico hanc communem ſententiam in iudicando fore amplectendam, cùm ſatis conſtare videatur, quod contemplatione mariti conſanguinei inuitati ad nuptias donauerint vxori, non autem eius contemplatione, quam veriſimiliter nunquam viderunt, & à qua non fuerunt inuitati, vnde tanquam amici mariti acceſſerunt & conſanguinei, & propter interuẽtum in nuptijs donauerunt, aliàs non donaturi.

Deſcendo ad tertiam dubitationem, an veſtes, annulli, & iocalia, data per maritum conſtante matrimonio, vxori, efficiantur propria ipſius, an verò teneatur reſtiſtituere ſoluto matrimonio hæredibus viri. Doctores in hoc articulo fuerunt adinuicem repugnantes, vt conſtat per Barb. & Doctor. in le. penultima. §. ſeruus vxori. ff. ſoluto matrimonio. quorum opiniones, ne conteram tempus in vanum, non refero, quia videri poterunt. Sed recolligendo quæ faciunt ad propoſitum quæſtionis noſtræ, dico ex quo ſumus in dubio, an voluerit maritus donare, vel ne, quòd ſequenda eſt diſtinctio magis communiter recepta à doctoribus, vide-
12 licet, † quòd ſi veſtes ſunt quotidianæ, quòd ipſæ ſtatim efficiuntur vxoris. le. ex annuo, in principio. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Si verò ſunt veſtes feſtiuæ, & iocalia pretioſa tunc non efficiuntur vxoris, nec maritus eas videtur dediſſe animo donandi, ſed propter ſeipſum, vt vxor ſua magis ornatè accedat. le. mortis ſuæ cauſa. in principio. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Ita dixit Bartolus poſt Iacobus de Aretio in d.l. his. §. ſeruus. ſubdens pluries ita conſuluiſſe, & Bartol. ibi ſequuntur Bald. Angelus. Paulus de Caſtr. Alexand. & Angelus de Perig. idem dicit Bartolus in l. ſi vt certo. §. interdum per illum textum. ff. commodati. vbi inquit, tene menti hunc caſum, quod ſtragialia, burſæ, ac coronæ, quas vir mittit vxori quando ducit eam, non videntur in dubio donatæ, ſed magis accommodatæ, vt ornatè ad virum accedat, & propter hoc non confirmantur morte, nec debent apud vxorem remanere, niſi conſuetudo aliter haberet. Et cum Barto. pertranſeunt ibi Baldus, & Paulus, & Raphael Fulgoſ. idem Bart. in l. ſi mulier. §. ſi de donatio. inter virum & vxorem. in l.j. §. nec caſtrẽſe. col.4. ff. de collatio. bonor. & in conſilio 50. colum. final. Bald. in l. cùm tex. colum.2. C. de donat. ante nup. in authentic ex teſtamento. colum.4. verſicu. quæro. C. de collatio. in l filiæ. col.5. verſicul. Sed circa veſtes. C. familiæ herciſcundæ. Vbi tradit quòd ſi pater fecit nurui ſuæ veſtes, & exinde mortuo eo, orta ſit controuerſia inter alios fratres cum vxurato, quia velint veſtes venire in diuiſione & collatione, quòd ſi ipſæ veſtes ſunt quotidianæ, & alia neceſſaria, ea non ſunt conferenda. ſed ſunt mulieris propriæ, & ab initio tenuit donatio inter ſocerum, & nurum perdictam leg. ex annuo. Si verò ſunt veſtes, & alia ornamenta pretioſa, & feſtiua, & iſta tunc veniunt in collatione, quia remenſerunt ſoceri. d.l. mortis. Subdẽs hanc diſtinctionem probari in l. id veſtimentum. ff. de pecul. Nec poteſt dici ſecundum eum, quòd morte ſoceri ſit confirmata talis donatio, quia non fuerunt res donatæ, ſed ad vſum traditæ, Præterea poſito, quòd fuiſſet donatio non confirmaretur morte ſoceri, conſtante matrimonio inter filium & nurum. l. cùm hic ſtatus. §. oratius, cùm ſequent. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Baldus in conſil.92. volum.2. Guliel. de Cũg. Baldus & Paulus de Caſtr. in dicta l. id veſtimentum. Angelus in §. fuerat. colum. antepenul. verſicul. Ex quo ſequitur. Inſtitutio. de action. vbi inquit, ita tenuiſſe Iacob. Butrig. in l. cùm inter. C. de donatio. ante nuptias. Anton. de Butr. in conſil.37. in ſecundo dubio. Et hanc eſſe communem opinionem dixit Ancharan. in conſilio 181. vbi refert ita etiam conſuluiſſe dominum Ioannem de Canamonte, cuius authoritas fuit magna in vrbe dum vixit, & inquit ita determinaſſe Andreæ. de Piſ. ſubdens quoque quòd hæc fuit opinio Caij in d.l. filiæ. & Rayn. de Forl. in l. poſt dotem. ſoluto matrimonio, & ipſam communem fatetur Roman. in conſilio 146. in primo dubio, & in ſecundo, in tertio caſu. Iſtam quoque partem tenuit Alexand. in conſi. 42. colum. fin. volum.5. & in conſil. 155. in fine. volum.7. vbi refert etiam ipſam communem, & in l. ſi vſufructus. §. ſi dos. ff. ad legem Falcidiam. vbi aſſerit hanc eſſe magis Doctor. receptam ſententiam, quam vti communem amplectitur Corn. in conſi. 81. in primo dubio, volum. primo, vbi refert Imolam ita etiam tenuiſſe in conſ. ſuo incipiente in caſu præmiſſo. cui ſe ſubſcripſit dominus Flori. & dicit etiam ita conſuluiſſe Iac. Butrig. in quodam ſuo conſi. incip. Circa iſtud. Idem Cornel. in conſi. 65. in princip. volum.3. & in conſi. 114. colum. fi. volum.4. Iaſ. in conſi. 65. colum. 11. volum.j. Beltran. in conſil. 24. colum. penul. & in fin. Similiter tradit eam magis communem, volum.j. & in conſ. 57. colum. fin. volum. eodem. & in conſi. 45. in fin. volum.2. Modern. in repetitione rubricæ. de donatio. inter virum & vxorem. §.6. Afli. in deciſ. 315. colum.2. Et ratio prædictorum eſſe poteſt ſecundum ipſos, quia cùm in hac conceſſione, quam facit vir ſponſæ, vel vxori, poſſit ſimul hæc coniectura, quòd concedit ad ſolum vſum, vt magis ornata accedat ad virum, vel incedat quando eſt cum viro, vt no. in d.l. ſi vt certo. §. interdum meritò non eſt præſumendum, q̃ mari
13 tus animo donandi conceſſerit, † quia in dubio nunquam præſumitur. l. ſi cum aurum. ff. de ſolut. l. cum de indebito. ff. de probatio. maximè, quia hodie ex generali conſuetudine, quæ viget vbique, iſta ornamenta & veſtes ſolent mitti ſponſis, & concedi vxoribus. Itaque verecundia eſſe marito, vel ſponſo illa non concedere, vel mittere, quia violaret conſuetudinem, & per conſequẽs eſſet redarguendus apud bonos, & graues viros. cùm lex dicat morem ſequendum. l. teſtamenta C. de teſtam.
14 † Quòd autem quis facit ob pudorem verecundia, dicitur facere neceſſario. l. pecuniæ. ff. de alimentis & cibarijs legatis. l. quintus. ff. mandati. l. filius. ff. de cond. inſtitut. Ibi nanque facta ledunt pietatem, æſtimationem, verecundiam noſtram, & quę vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt. Si ergo iſta miſſio, vel conceſſio veſtium, iocalium, vel ornamentorum fit ex quadam neceſſitate morum, ergo non eſt præſumenda donatio: quia in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. l. donari. ff. de regu. iur. l.
15 rem legatam. ff. de adimen. leg. † imò plus dicitur, quòd etiam ſi ſponſus vel maritus dicat ſponſæ, vel vxori, dono tibi vel trado iſtas res per hæc verba non erit inducta donatio proprietatis. ſed ſubintelligitur ad vſum tantum. Ita Bartol. in dicta l. prima. §. nec caſtrenſe. colum.

3. verſi-

3.verſicul.Et ideo puto.quem ſequitur Bald.in d.authen. ex teſtamento,colum.5.verſi. Duodecimum capitulum, C.de collatio.Imol.in d.l.penul.in §.ſeruus, ſolut.matri.
16 † quia illud verbum donare impropriatur ſecundum ſubiectam materiam,l.ſi vno,§.ſi verbo donationis,ff.locati,in l.ff.eodem titul.Idem tenet Alexan. in d.conſi. 155. colum.fin. vol.7. quod maximè dixit procedendum eſſe quando eſſet verecundiam ſponſo ſponſam eſſe ſine illis rebus. Quod etiam placuit Cornel.in conſil.114. in fine. volum.4. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe cum clariſſimo iureconſulto domino Bald. de Bartholinis apud Ariminum. Et vere dicit, quia iſtud conſi. reperitur in conſi. ſuo 81. volum j. colum.3. & 4. vbi refert etiam ita tenuiſſe dictum dominum Bald. & Bartho. in d.§.ſeruus, ſubdens quòd licet Rom.in conſi.146. aliud velle videatur, tamen longè maior eſt authoritas Bar.ſi ſolus eſſet, fortius cùm concurrant authoritates Bald.in d.authen. ex teſtamento.& dicti domini Bald. de Barto. Idem tenuit Compeg. in tract.de exact.dot.q.55.col.fi & Moder.in d.repetitio. rubricę de donat.§.7.col.j.vbi dicunt mirabilem fore deciſionem Bar.in d.§. nec Caſtrenſe. & eam communiter receptam. Vnde ex his concludo per dominum Iudicem iudicando ſequendam eſſe hancq́ diſtinctionem, qui arbitrio ſuo conſiderata qualitate & dignitate mariti, &
17 vxoris arbitrabitur † quæ veſtes dicantur quotidianæ,& feſtiuæ,vt nos inſtruit Cornel. in d.conſi.81.j.col.pen.& Modern.in dicta repet.rubricæ de donat.§.11.nu.11.poſt Imol.in d.§.Seruus,col.fi.& optimè Afflict.in dicta deciſ. 315.colum.2.& finali.

18 Quo ad quartum,† An veſtimenta lugubria facta per hæredes viri debeant computari in dotem, vel pretium illarum, vel ipſas veſtes repetere poſſint, omittendo ſuperflua,puto tenendum eſſe opinionem. Ang.in l.ſi ex re, §.quæſitum,ff de ſtipulatio.ſeruorum. quod imputentur hæredi,cum modificatione tamen.Imo ibi videlicet, quādo veſtes ſunt vilis pretij, & deputatæ ad vſum quotidianum,ſecus ſi eſſent veſtes feſtiuæ,& magni valoris, quia tunc videtur,quòd potius ſint traditæ,vt ſeruet honorem mariti,quamdiu ſit vidua,quàm videantur donatæ per l.ſi vt certo,§.interdum,ff.commodati.& ideo, quòd ſi mulier nuberet, poſſet hæres tales veſtes pretioſas repetere quales erunt, vel pretium earum quantum tunc valent, quaſi ceſſet cauſa traditionis, ſubdens ſe multoties fuiſſe interrogatum de iſta quæſtione,& ſemper ſe reduxiſſe ad hanc concluſionem. Idem tenet ipſe Imol. in l. in his, §. ſeruus,ff.ſoluto matrimo. cum quo concordant Campeg. in tractatu de exactio.dot.quæſtione.56.& Modern.in repet.rubricæ de donat.inter virum & vxorem,§.11.col.5. verſicul.Quinimò tenentur hæredes.

29 Circa vltimam difficultatem,† dico quòd & ſi quando dos conſiſtit in pecunia ſoluto matrimonio morte viri, dos per hæredes viri ſtatim non veniat reſtituenda, ſed infra annum,vt eſt caſus legis expreſſus in l.j.§.exaction. C.de rei vxo. action. etiam ſi hæredes ipſi eſſent diuites, & haberent facultatem ſtatim eam reſtituendi, vt per Bartol.& alios,in l.diuortio.in principio, ff.ſoluto matrimonio & Iaſon in §.fuerat.col.octaua.in principio.Inſtitutio.actio.vbi reprobando Ang qui contrarium dicebat in campſore,mercatore,vel alio pecunioſo.affirmat hanc eſſe communem, licet interim alenda ſit ab ipſis hæredibus, ſi non habeat vnde ſe alat, ſecundum receptam doctorum ſententiam in dicta l.diuortio.in princip.& Iaſon in d.§.fuerat,columna ſeptima,in princip.verſicu.teſtat. Tamen hoc fallit,& locum non habet,quando dos fuit legata a viro vxori, quia licet videretur dicendum legatum huiuſmodi non valere,cùm legat creditori,l.ſi creditori. ff.de leg.primo. nihilominus hoc caſu legatum ipſum valebit,cùm per illud auferatur hæredi beneficium dilationis anni dati a lege ad reſtitutionem dotis, de quo in dicto,§. exactio. propter commodum repreſentationis, vt vult gloſſ.in §.ſed ſi vxori Inſtitut.de leg. vbi dicit Ange. hoc bene tenendum menti in practica,quia vt plurimum viri hodie relinquuntur dotes vxoribus.Idem voluit Bartolus in l.prima in principio,ff.de dote prælegat. Bald. & alij in l.diuortio,ff.de verborum obligation. Ange.in dicto.fuerat.columna quarta. verſic. aduertendum tamen eſt. Paul.de Caſtro in conſilio 240.colum. ſecunda. Ioan. Dilect.in tractatu de arte teſtandi. in titu.de lega.cautel. decimaſeptima. Et ideo, cùm in caſu de quo tractatur ſummus in terminis in quibus maritus in vltimo eius eulogio legauerit dotem vxori, conſiſtentem in pecunia numerata, & quæ non reperitur ſubrogata loco rei dotalis venditæ,in quo tunc haberet locum diſpoſitio dicti §. exactio,vt refert ſe ita conſuluiſſe Roma.in ſingul.225.concludo partes domini iudici fore in condemnando ipſos hæredes viri ad reſtituendum huic mulieri dotem petitā abſque alia expectatione temporis, ideo cùm ſæpiſſimè videamus quòd per huiuſmodi ſolutiones ſtatim faciendas vxoribus,ſæpe deſtruuntur bona mariti,quia coguntur hæredes bona pluris valentia pro viliori pretio uen-
29 dere † conſulo teſtatoribus, vt cauti ſint, & non volunt hæredibus auferre commodum dilationis, vt ipſe diem præfigat reſtitutioni dotis, dum tamen dilatio annum non excedat. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Filia,quæ renunciauit hæreditati paternæ cum iuramento ipſi patri,non præiudicat filijs ex ea,& num.4.*

2 *Renunciatio facta per filiam patri. habet in ſe tacitam conditionem,ſi hæreditas paterna fuit ei delata,& num.5.*

3 *Renunciatio filiæ facta patri nocet nepotibus, ſi ea dotæ recepta, qua dicit ſe fore contentam, viuo patre moriatur, quia non dicitur renunciatio ſimplex, ſed ſatisfactio, licet contra ſecundū communem, num.7.*

6 *Stipulatio purè facta animo nouandi obligationem conditionalem, habet tacitam conditionem ſi eueniat conditio obligationis nouandæ,alias ſtipulatio habetur pro non facta.*

8 *Renunciatio facta per filiam patri cum iuramento de hæreditate eius, & quæ ſuperuixit patri præiudicat nepotibus venire volentibus ad ſucceſsionem aui, vti hæredes matris.*

9 *Idem ſi hæredes matris, ſed ex perſona ſua uellent ſuccedere, ſi concurrant cum eis auunculi, & ſic fratres matris,quia per eius accreſcendi, ipſi fratres admittuntur ad partem matris.*

10 *Portio, quæ deficit filiæ excluſæ per renunciationem accreſcit pariter coniunctis, & vocatis.*

11 *Ius accreſcendi eſt potentius ſucceſſorio edicto.*

12 *Nepos admittitur ad ſucceſsionem aui per ſucceßorium edictum, non obſtante renunciatione matris facta eius patri, & quæ ei ſuperuixit, ſi non concurrunt cum eo fratres matris, ſed remotiores in gradu, qui non poſsint venire per eius accreſcendi.*

13 *Quod limita procedere niſi filia aliquid recepiſſet pro dote, & ſic portionem ſuam, quia tunc nepos excluderetur non ui renunciationis, ſed ui ſucceſsionis.*

14 *Cautela pro patribus obſeruanda, ſi uelint quòd ne poteſt ex filia ipſis non ſuccedant, quòd faciant filiam reuocari ſe contentam portione ſibi data.*

15 *Filia quæ in renunciatione paterna,dixit ſe ſufficienter dotatam, ſi demum ſuperuixit patri præiudicat nepotibus ex ea,etiā quòd non habuiſſet quod ſufficeret ad legitimam: quia perinde eſt ac ſi ſufficeret & habuißet integram portionem,quę ſibi debebatur in bonis paternis,*

16 *Lex,ſi vnquam, C. de reuocandis donationibus. locum habet in renunciatione facta per matrem de bonis paternis, & num.23. vbi contra declaratur.*

17 *Renunciatio eſt donatio,& 24 ubi declaratur.*

18 *Mandatum ad donandum ſicut requiritur ſi ſpeciale, ita etiam ad renuntiandum.*

19 *Lex ſi unquam locum habet nedum in donatione omnium bonorum, ſiue partis, ſed etiam unius rei notabilis æſtimationis, ſecundum communem opinionem.*

20 *Lex ſi vnquam etiam locum habet in donatione iurata,ſecundū communem opinionem.*

21 *Quod amplia procedere etiamſi in donatione eſſet iuratum eam non reuocare aliqua ratione uel cauſa,etiam ſub pœna.*

22 *Imò plus ſi iuraſſet donans non contrauenire donationi ex aliqua cauſa etiam incogitata.*

25 *Renuncians hæreditati delatę, cenſetur ardire.*

26 *Cedens iura hæreditatis ſibi delatę cenſetur ardire.*

27 *Hæreditas patris uiuentis non dicitur debita filijs ſpe certa.*

28 *Spes filijs anhelantis ante diem ad hæreditatem patri,dicitur prææmatura.*

29 *Renunciatio de qua in ca. quamuis de pactis in ſexto non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum, ubi agitur de iure quærendo, ſecus ſi de iure quæſito.*

30 *Lex ſi nunquam, ſecundum communem, locum non habet, ubi renuncians cogitauit de liberis.*

31 *Lex ſi unquam locum non habet in contractu dotali, in quo uerisimiliter de filijs cogitatur.*

32 *Lex ſi vnquam locum ſibi non vendicat in renunciatione ob cauſam,prę ſertim vbi ea correſpondet cauſę.*

CON-

## CONSILIVM XI.

CASVS ad me tranſmiſſus à ciuitate Ianuæ formaliter ſic ſe habet. Magnificus Dominus B. duas habuit filias, vnam nomine D. Alteram L. quibus tempore nuptiarum fuerunt conſtitutum dotes duorum mille ſcutorum pro qualibet, & mediante dicta dote renunciarunt cum iuramento hæreditati paternæ, vt cõſtat publicis documentis, & in ampla forma euenit, quod viuente adhuc patre, mortua eſt domina D. relictis tribus filij, exinde mortuus eſt Dominus B. relicta Domina L. Poſtremò mortua eſt dicta Domina L. relicto filio. Orta eſt controuerſia inter filios Dominæ D. & filiũ Dominæ L. cum hæredibus dicti Dominis B. quod non obſtantibus renunciationibus factis per eorum matrem, ipſi habent ſuccedere auo ſuo pro rata ſua, vnà cum dictis hæredibus, quia dictæ renunciationes non habent eis obeſſe, dubitatur quid iuris, & quia hæ renunciationes continent capita ſeparata. Ideo ſeparatim de iuribus ipſarum renunciationum opus eſt cognoſcere.

Veniendo igitur ad primum caput renunciationis factæ per Dominam D. Prima facie videtur dicendum nepotibus dicti Domini B. ex dicta Domina D. obſtare renũciationem matris factam de hæreditate paterna, mediante dotis conſtitutione eidem facta & ſi mortua fuerit viuente patre,
1 quia licet iuris concluſio ſit, † quòd vbi filia, quæ renunciauit cum iuramento hæreditati paternæ ſi moriatur in vita patris, talis renunciatio non poſſit ob-
2 eſſe nepotibus, † quia cenſetur habere tacitam conditionem, ſi eidem renuncianti ſucceſſio deferatur, quæ cenſeri non poteſt delata in caſu noſtro, ex quo Domina D. viuente patre ab humanis deceſſit. l. prima, §. ſed nec impuberis, ff. de collatio bonor. & per Doctores, in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquirenda hæreditate, & Baldus in l. pactum quod dotali, in ſecunda quæſtione, C. de collatio. tamen, quia dicta Domina D. non ſtetit in puris terminis renunciationis, iuxta l. fuit quæſtionis, ff. de acquirenda hæredita. Sed mediante ſumma ſcutorum duorum millium & in dotem conſtitutorum, dixit ſe tacitam & contentam pro hæreditate paterna, ſuccedere videtur, quòd ipſa renunciatio modo præmiſſo facta ei habeat nocere, iuxta no. per Roman. in dicta l. qui ſuperſtitis, in quarta
3 columna, verſicu. quod limita, vbi dicit, † quòd ſi mulier non renunciat ſimpliciter, ſed accipit aliquam portionem, de qua dicit ſe forte contentam, talis acceptio bene præiudicat nepotibus, quia non dicitur renunciatio ſimplex, ſed potius ſatisfactio. Idem voluit Paul. de Caſtr. in conſi. ſuo 311. in fine, viſo puncto, vbi concludit, quòd talis renunciatio filiæ nocet nepotibus, licet filia viuo patre moriatur, quia habetur perinde, ac ſi ipſa filia patri ſucceſſiſſet, nec poſſent nepotes dicere ſe venire ex propria perſona, & Rom. vbi ſupra ſequuntur Decius in l. pactum quod dotali, colum. penult. de collatio. & in conſil. 381. columna tertia, vbi reſpondet nonnullis obiectis Paul. de Caſt. & Alexander, qui tenent contrarium, & cũ hac limitatione, etiam tranſit Ripa. in reſponſo ſexto, colum. 3. in prima parte. Oldr. conſ. 40. ac Rub. Alexand. in conſil. 42. colum. fin. vbi confirmat hanc opinionem, ex not. per Bart. in l. 1. §. filium, ff. de bonorum poſſeſſio. contra tab. & per Bald. in l. duobus, ff. de lega. 1. & Alex. in conſi. 199. colum. 3. volum. 7. vbi dicunt, quòd vbi filia non renunciat hæreditati ſimpliciter, ſed aliquid accipit, & vocat ſe contentam, quòd iſto caſu dicitur ſatisfactio, & ideo portio ſua alteri non accreſcit: & ideo ex his videtur dicendum hos filios Dominæ D. excludendos fore ab hæreditate aui.

Quibus tamen non obſtantibus, contrariam partem vti veriorem & magis æquam tenendum fore arbitror.
4 † Nam iſta eſt communis Docto. ſententia, quòd renunciatio facta per filiam de hæreditate patris cum iuramento, & quæ viuo patre deceſſit, non nocet nepotibus, vt per Bartol. & alios in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquirenda hæreditate, & per Alex. & alios in l. pactum quod dotali, C. de collat. per tex. in l. ſi ex patronis, §. fin. ff. de bon. liber. & in l. ſi quis filio exhæredato. in princip. ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Idem voluerunt Paul. de Caſtr. in conſ. 311. colum. 2. ſecundum antequam impreſſionem. Aretin. in conſi. 143 colum. 4. & in conſi. 90. colu. 2. verſi. ex quibus, Corn. conſil. 358. col. 1. vol 4. Alex. conſil. 75 vol. 1. colum. 2. Socyn. conſil. 187. colum. 1. volum. 2. Beltrand. in conſil. 13. colum. fin. vol. 2. Nata in cap. quamuis, colum. 20. de pact. in 6. verſic. quæſtio iſta. Pariſ. conſi. 94. colum. 2. vol. 3. Et hanc communem firmant Alex. & Dec. in dicta l. pactum quod dotali. Dec. in conſi. 181. col. 3. Beltran. conſ. 63. volum. 2. Rub. Alex. in conſ. 42 colum. fin. Ripa. in dicto reſponſo 6. colum. 3. volum. 1. Gozad. conſ. 75. colum. penult. Ray. in conſi. 204 colum. 2. & conſ. 205. col. 1. vol.
5 primo, & ratio eſt ſecundum eos, † quia renunciatio talis videtur habere tacitam conditionem ſi ſucceſſio ei deferatur, & ideo ſi illa tacita conditio non euenit, renun-
6 ciatio habetur pro non facta, † ſicut dicimus in ſtipulatione purè facta animo nouandi obligationem conditionalem, quæ ſtipulatio habet tacitam conditionem, ſcilicet ſi eueniat conditio obligationis nouandæ, & id ſi illa deficiat, ſtipulatio habetur pro non facta, l. quoties eo ſi ff. de nouat.

Non obſtant modo adducta in contrarium, videlicet quòd ex quo Domina D. renunciauit cum iuramento hæreditati paternæ, mediante dote, quæ in legitimam imputatur, & de qua vocauit ſe contentam, quamuis mortua fuerit viuo patre, quòd talis renunciatio habeat obeſſe nepotibus ex ea, & per ipſam ſint excluſi, quia perinde eſt ac ſi totam portionem, quæ ſibi tangebat ab inteſtato fuiſſet conſecuta, per Docto. Bart. in dicta l. j. §. penult. de
7 contra tabu. † quia ad hoc reſponderi poteſt, vt dicit Paul. de Caſtr. in dicta l. qui ſuperſtitis, quòd imò non nocet ipſis nepotibus iam dicta renunciatio: quia conſecutio talis dotis, vel alterius portionis in vita patris, ſi non interueniret renunciatio cum iuramento, non excluderet filiam quò minùs ſi ſuperuiueret patri, poſſit ſuccedere ab inteſtato, vel etiam contra teſtamentum, dicendo eum nullum ſi fuiſſet præterita dummodo id quod habuit, conferat cum fratre cum quo ſuccedit, vel in ſuam legitimã vel in ſuam portionem computet ſecundum text. notabiliſſimum ſecundum eum in l. ſi verò, §. ſi ſeruo. de bo. li bro illud ergo, quod filia excludit eſt renunciatio cum iuramento, c. quamuis, de pact. in 6. ſed nepotes ex ea nõ renunciauerunt, & cum veniant ex perſona eorum, poſt quam eorum mater deceſſit viuo patre, nihil eſt quod eos impediat. Et ſubdit Paulus quòd habuit hunc caſum in facto, & continuo contingit, & Paulum ſequitur Alex. in d. l. pactum quod dotali, colum. pen. motus etiam ratione, quia illa renunciatio habetur pro non facta, poſtquã non euenit illa tacita conditio, ſi ſucceſſio deferatur, & inquit ita eſſe tenendum. Hoc voluit Bald. in d. l. pactum, in ſecunda quæſt. in fin. & Nata. in dicto cap. quamuis columna 20. verſiculo quæſtio iſta, in prima limitatione. Idem ſentit Aretin. in conſil 90. columna 2. verſicul. ex quibus, dum refert Bald. in dicta l. pactum, in 2. quæſtio. dum dicit, quòd obſtat nepoti ſi mater quæ recepit partem ſuam, vel aliquid loco partis puta dotem, ſuperuixit patri, aliàs ſimplex renunciatio non nocet, & ſic ſentis ſecùs eſſe ſi non ſuperuiueret patri, & dicit Aymo. in conſilio 84. columna 2. in fin. ſe putare, quòd in practica ſeruaretur, quòd talis renunciatio non noceret nepotibus, & hanc partem mordendo Dec. in præallegato conſilio 181. col. 3. dixit communem Gozad. in conſi. 75. colu. pen in fin. Et ex iſtis videtur in præſenti articulo concludendum, cum hac communi ſententia à qua in iudicando durum eſſet recedere, maximè cum habeat æquitate renunciationem prædictam non debere obeſſe his nepotibus, quin poſſint ex perſona eorum ſuccedere ipſi auo in portione eiſdem ſpectante.

Quo verò ad ſecundum articulum Dominæ L. quæ renunciauit cum iuramentum hæreditati paternæ & ſuper-
8 uixit, videtur dicendum, quòd ſi dictus † nepos vult venire tanquam hæres matris ad hæreditatem aui, quòd excludatur, quia iſtud ius ſuccedendi auo, non inuenitur in hæreditate matris excluſæ per renunciationem, vt voluit gl. fin. in c. quamuis, de pac. in 6. quæ eſt communiter approbata, vt per Alex. in conſi 29. col. fi. vol. 3. Aut verò nõ venit tanquam hæres matris, & tunc aut extant alij fra-
9 tres mulieris, † & iſto caſu admittuntur ipſi fratres ad
10 dicta partem mulieris per ius accreſcendi, † quia portio quæ deficit in perſona filiæ excluſæ, accreſcit coniunctis,
11 ſeu pariter vocatis l. 1. C. quando non pet. &c. † Quod ius actreſcendi eſt potentius ſucceſſorio edicto, & ſic impeditur venire per ſucceſſorium edictum nepos qui eſt ſequens in gradu d. l. 1. ſecundum vltimam lecturam, gl. communiter approbatam, & per Bald. in l. meminimus

C. de

C.de lega.hæred. Idem voluit Pau.de Caſtr.in d.l.qui ſuperſtitis. Aut non ſunt fratres ipſius mulieris, ſed remotiores in gradu,qui non poſſunt venire per ius accreſcen
12 di, † & licet iſto caſu regulariter admittendus ſit nepos per ſucceſſorium edictum, quando eſt excluſa filia per repudiationem, vel per mortem, vel aliter, l.ſi is qui in pri.
13 ff.de inoff. teſta. tamen ex quo † filia aliquid recipit pro dote,& ſic portionem ſuam, excluditur nepos non vi renunciationis,ſed vi ſucceſſionis, quia cum ipſa ſucceſſiſſe videatur, non eſt tractandum, quòd nepotes veniant per ſucceſſorium edictum. Ita Bald. in l.pactum quod dotali C.de collati.per not.per Bar.in d.l.1.§.filium, in 4.quæſt. de contratabu.quod tamen intelligit Bal.verum, vbi filia aliquid accepit pro ſatisfactione ſuæ partis, ſecus ſi accepit.vt nullo modo ſuccederet, & repudiaret, argumen-
14 to,l.fuit quæſtionis,ff.de acquiren.hæred. † & ideo propter hoc conſuluit patri,ſi velit,quòd nepotes ex filia non ſuccedant,faciat quòd filia cum iuramento vocet ſe contentam ſua portione. Nam cùm partem habuerit per inde habetur, ac ſi totaliter ſucceſſiſſet. Et licet Imol.in d.l. qui ſuperſtitis, reprobare videatur iſtam opinionem reſpectu huius vltimi capitis, tamen iſtam diſtinctionem de verbo ad verbum ſequitur Alex. in d.l. pactum quòd dotali,col.4.in fi.cum ſeq.& Doct.ibi per not.per Bald.in l.duobus,ff.de leg.1. vbi per illum textum dicit. quòd ſi filia quæ habuit dotem,vel quid aliud, vocauit ſe contentam pro ſua legitima,quòd tali caſu eius portio alteri non accreſcit, quia non eſt mera repudiatio, ſed quædam ſatisfatio. Et ibi eum ſequuntur Paul.de Caſtr & Alexan. Cum eadem etiam diſtinctio Alex.pertranſit Natt.in ca. quamuis,col.21.verſi.quod verum limitat Paul.de Caſtr. in d.conſi.311.col pen. vbi concludit quòd virtus renunciationis factæ per illam Aurialdam filiam cum iuramento,quæ ſuperuixit patri cum fratre operatur, quòd hæreditas pro dimidia fuit ad ipſam Aurialdam de iure communi deuoluta, & altera dimidia ad fratrem eius, ſed quod eodem inſtanti, quòd fuit deuoluta ſucceſſit virtus ipſius renunciationis, & iuramenti,ſicut ſi tunc facta foret ipſa renunciatio, per quam dicta dimidia Aurialdæ defecit, & accreuit fratri ſuo cohæredi, excluſo filio Aurialdæ, & alijs ſuis hæredibus vel deſcendētibus ad quos non potuit deuolui per ſucceſſorium edictum, quia illud procederet ſi non eſſet alius in eodem gradu cum ipſa renuntiante,qui poſſet venire per ius accreſcendi,tūc enim deuolueretur ad gradum ſequentem, ſed quando extat alius deuoluitur ad eum,l.1.§.his ita, C.de caducis tollē.
15 † & tanto magis ſecundum, quando dixiſſet in renunciatione ſe ſufficienter dotatam,dato quod non habuiſſet quod ſufficeret ad legitimam, quia perinde eſt,ac ſi ſufficeret,& habuiſſet integram portionem quæ ſibi debebatur in bonis parentum, quia ſequens in gradu non poſſet venire ex propria perſona, quia mater eius habuit à parentibus quod ab eis ſibi debebatur,ſcilicet integram dotem,quæ computatur in legitimam, l. quoniam nouella, C.de inoff.teſta. & ſic fuerunt liberati non ſolum ab Aurialda,ſed ab omnibus deſcendentibus per no.per Barto. in d.l.1.§.fi.de contratabu. Hoc idem tenuit Are. in conſ. 90.col 2.verſic.ex quibus. Alex. in conſ.149.col.3. vol.7. Dec.in conſi.181.col.3.Rub.Alex. in conſi.42.col.fi. Gozad.in conſi.75.col.pen.Par.in conſi.26 nu.46. & in cōſ. 69.nu.70.ac in conſi.94.col.fi.vol.3.& iſta eſt veritas.

Dum eſſe in procinctu huius expeditionis literæ mihi redditæ fuerunt, in quibus certiorem me faciunt, quòd
16 videtur ex parte horum nepotum fieri fundamentū,† ꝙ tales renunciationes fuerunt reuocatæ per ſuperuenientiam ipſorum filiorum, per l.ſi vnquam, C.de reuocand. dona. Atque ideo, vt velim etiam ſcribere ſuper hoc articulo. Vt igitur votis ſatisfaciam illius,cui tantum debeo, videtur prima facie dicendum, ꝙ ex vi dictæ legis, ſi vn-
17 quam reuocatæ fuerunt ipſæ renunciationes, † quia huiuſmodi renunciationes ſunt donationes, l.hoc iure, §.1.
18 ff.de don.l.ſi quis delegauerit,ff.de nouat.† Et ſicut ad donandum requiritur ſpeciale mandatum, l. filiusfamilias in prin.ff.de dona. Ita etiam ad renunciandum, l. contra
19 iuris,§.fi.ff.de pac. † Sed donatio ſiue ſit omnium bonorum,ſiue partis, ſiue vnius rei notabilis æſtimationis, reuocatur uirtute ipſius l.ſi vnquam, vt per Bar.in l.Titia.§. Imperator,ff.de leg.2.Bald.in d.l.ſi vnquam.Ro.in l.ſi cū in vtero,C.de teſtamen.milit.Socin. in conſi.147.colum. pen.in princ. vol.1. vbi dicit ita tenuiſſe inſignes præceptores ſuos D.Ioan.Baptiſtam Cacialupum, in d.l.ſi cum in vtero, qui dicit ita vidiſſe iudicatum in ciuitate Senarum,& quòd ita etiam conſiderat illud lumen iuris & pręceptor ſuus Aretin.in l.Titius,in princ.ff.de liberis & poſthumis.Idem Soc.in conſ.53.vol.4.in fin.Rip.in d.l.ſi vnquam, quæſt.8.& 9.Gozad.in conſi.80.col. pen. Ruyn.in conſil.107.vol.1.col fi.in prin.& in conſi.124.col.2. & 4.& conſi.174.colum.6.eod.volum. vbi dicit hanc partem cō-
20 munem,† & cuius diſpoſitio ſimiliter ſibi locum uendicat,quamuis in donatione ſit iuramentum interpoſitum: quia illa tacita conditio ſi liberos non ſuſceperit, ſicut dicitur ineſſe donationi ſimplici, ex tacita mente defuncti, ita quoque dicitur ineſſe in ipſo iuramento, l.ſi C.de non numerata pecunia, vt per Bar.in d.§.Imperator, vbi dicit cum multis alijs ita conſuluiſſe. Idem tenuit Bal. & Salic. in l.j.C.de inoff.dona.& Socin.conſ.22. vol.4. vbi firmat hanc communem,& in conſ.53.col.2.eod.vol. & Ruy.in conſil.15.vol.3. in fi. pariter dicit hanc communem opinionem,& in conſ.174.col.7.vol.j.& Rip.in d.l.ſi vnquā,
21 in verſ.Tertio quæro, vbi † ampliam hoc etiam procedere,ſi in donatione iuratum eſſet donationem non reuocari aliqua ratione,vel cauſa,etiam ſub pœna, quia natis filijs ſi repeteret donata donans,non committeretur ſtipulatio pœnalis. Allegat Imo. qui ita decidit in cap. fin. de donatio.imò fortius dixit Ruy.in conſ.170.col.3. & 4. vo
22 lum.j.† quòd iſtud etiam habet locum, ſi cum iuramento promiſiſſet donans non contrauenire ex aliqua cauſa etiā incogitata,quia dicta promiſſio debet intelligi rebus ſic ſtantibus, & ex cauſa incogitata de præſenti per le. quod ſeruus,ff.de condic.ob cau.& in conſi.174.colum.7. eo. vol.Rip.in d.l.in 8.quæſt. ex quibus videtur dicendū, ꝙ ſicut donatio propter ſuperuenientiam liberorum reuocatur,quia donans non cogitauit de filijs, ita etiam reuocentur renunciationes quæ ſunt donationes.

Quibus tamen non obſtantibus,intrepidè contrarium cenſendum eſſe arbitror,quod probatur per not.per glo. in cap.quamuis,de pactis,in ſexto relata ad tex. ibi, dum
23 dicitur, dum nupti dabatur &c. Nam ibi habetur, † ꝙ ſi filia tempore matrimonij renunciat ſucceſſioni paternæ in manibus patris dote contenta filij dictæ mulieris, poſtea ſuſcepti non poterunt venire contra dictam renunciationem,& ita per illam gloſſ. iuncto tex. voluit Alexā. in cōſ.29.col.fin.vol.3. qui poſt Doct. per eum ibi citatos, refert hanc eſſe communem. Idem voluit Dec. in conſil. 181.col.fin.& l.pactum quod dotali, col.5. C. de collatio. volens expreſſe diſpoſitionem & contenta in dicto cap. quamuis,non reuocari propter ſuperuenientiam liberorum Hoc quoque voluerunt Pariſ.in conſ.72.in fin.vol.j. & in conſi 69.nu.98.vol.3.Socin.in l.1. C.de pactis. & in conſ.53.vol.4.Corn. in conſi.216. col.8. ad fi.vol.3. Pariſ. in conſ.26.vol.3.vbi teſtatur hanc communem.

Non obſtant allegata in contrarium, quòd ſicut donatio reuocatur ex vi dictæ l.ſi vnquam, propter ſuperuenientiam liberorum, de quibus non fuit cogitatum, ita
24 & remuneratio,† quia prædicta procedere poſſent, ſi ius cui renunciatum eſſet, fuiſſet radicatum de præſenti in perſonam renunciantis,ſpe certa & probabili,quia tunc verum eſſet natiuitate liberorum renunciationem reuocari, quia talis renunciatio dicitur donatio, vt in d.l. hoc iure,& in alijs locis ſupra citatis: ſecus ſi renuntiatur iuri quærendo non radicato, vlla ſpe certa, tunc non habet locum diſpoſitio d.l.ſi vnquam. Ita declarat Rip.in d.l.ſi vnquam,in 11.q.vbi dicit, ꝙ ſi filia renunciaret hæredita-
25 ti iam delatæ,locus eſſet diſpoſitioni huius l. † Tum quia renunciaret hæreditati iam delatæ, & ſi iuri radicato de præſenti,tum quia renunciando cenſetur adire, arg.l.ad rem mobilem,& l.ad legatum,ff.de procur. Facit l.ſi auia,
26 C.de iure de lib.† vbi qui cedit iura hæreditatis ſibi delatæ,cenſetur adire: ſecus ſi filia renunciaret hæreditate patris,vel matris viuentis, quia tunc renunciatio non reuo
27 cabitur propter ſuperuenientiam liberorum,† cum hæreditas viuentis non dicatur debita filiis ſpe certa, ſecundum Bal.in l.poſt emancipationem,§.illud,de li.leg.cum filii poſſint præmori, l.nam & ſi parentibus,ff.de inoff.te. & cum pater poſſit teſtari, & alium hæredem vniuerſa-
28 lem inſtituere,l.j.l.ſcimus, C.de inoff. teſt. † Præmatura eſt enim ſpes filii anhelantis ante diem ad hæreditatem parentum,l.1.§. ſed nec impuberi. ff. de colla. bon. & ita dicit procedere not.per Alex.in d.conſi.29.& in terminis iſtis hoc voluit Ruyn.in conſi.170.in 3.colum. verſic non obſtat not.in c.quamuis,vol.1.& in conſi.140.col.fi.vol.4.
29 † vbi dicit talem renunciationem factam per filiam patri

tri ad formam, c. quamuis, non reuocari propter liberos ſuſceptos: quia per talem renunciationem filia fuit exclu ſa à iure quærendo, & non à iure quæſito. Hoc etiam tenuit Corn. in conſi. 206. col. 10 in prin. vol. 3. Bene faciunt etiam quæ ſcribit Rip. in reſponſo 15. in 7. colu. verſ. non obſtat itaq; prima ratio.

30 Secundo reſpondetur, † quòd diſpoſito d. l. ſi vnquam, non habet locum vbi renuntians cogitauit de liberis, vt per Bar. in d. l. Titia. §. Impe. & conſi. 206. litera Q. volu. 3. & per Soc. conſi. 147 col. 5. verſ. j. & in conſi. 53. col. 3. vol. 4. vbi indictis locis firmat hanc eſſe communem. Sed in caſu de quo agitur, ſatis conſtat ꝙ ipſi renunciantes co-
31 gitauerint de filijs, † fuerit facta renunciatio eo tempore, quo dotes cõſtitutæ fuerunt, & quo tractabatur de nuptijs contrahendis, quæ principaliter gratia ſobolis pro creandæ ordinantur, & quo tempore veriſimiliter de filijs cogitatum fuit, & ita conſuluerunt D. Ang. de Perig. & D. Leo de Carpellis, Doc. Peru. vt refert & ſequitur So. in l. 2. in princ. ff. ſol. mat. & in conſil. 53. vol. 4. in verſicu. Secundo reſpondetur, vbi dicit, ꝙ ſatis dicitur cogitaſſe de filijs ipſa renuntians, cum fuerit facta ipſa renunciatio tempore quo erat deſponſata, & erat ſibi promiſſa dos, & inde ad paruum tempus iuit ad Domum viri, & quòd talis præſumptio non eſt ſpernenda, quia referunt plerique Moderni in l. 2. ff. ſol. matr. in ſimili fuiſſe conſultum per plures ſolennes Doc. & maximè per dictos D. Ang. & Leonem, Doc. Peruſinos in puella, quæ renunciauit fratribus bona paterna, materna, & fraterna, dicẽdo ſe contentam dote aſſignata per fratres pro matrimonio contrahendo, ꝙ licet poſtea talis mulier ex illo matrimonio liberos ſuſceperit, nihilominus talis renunciatio firma manet, ex quo tunc veriſimiliter cogitauerit de liberis procreandis ex matrimonio contrahendo cum eius ſponſo, quoniam talis eſt finis matrimonij, videlicet ſobolem procreandi, l. j. ſol. matr. l. j. §. ius naturale, ff. de iuſti. & iur. & ideo dicit ibi Soci. ꝙ licet in dubio non cenſeatur quis cogitaſſe de filij, quòd illud procedit q̃n iam eſſet nupta, & filios adhuc non habuiſſet, vel adhuc non eſſet deſponſata, & donaret, non habito reſpectu ad futuras nuptias, vt contingit in filiabus, ſeu ſororibus, quæ debent tranſire ad virum, qui propter hoc receptis dotibus renunciauit omnibus alijs eorum iuribus bonorum paternorum ſeu maternorum, quaſi cogitent de futuro matrimonio, & de futuris liberis. Iſtam quoque par tem amplectitur Corn. in conſil. 206 litera quæſt. volu. 3. col. 9. Necnon & Par. in conſi. 26. num. 61. vol. 3. Soci. Iun. in conſi. 128. vol. 1. nume. 207. & 238. ac Tiraq. in rep. l. ſi vnquam in princ. nu. 67. & 70. vbi dicit eam communio-rem ſententiam Doc. vbi eam limitat pluribus modis, quæ non adaptatur ad caſum noſtrum, & in verſic. donatione largimur, nu. 151. & 152. vbi pariter dicit eam communem.

32 Tertiò reſpondetur, † ꝙ diſpoſitio eiuſdem l. locum nõ habet in renunciatione ob cauſam, prout ſunt iſtæ, quæ factæ fuerunt ob cauſam dotis receptæ, vt voluit Alex. in conſil. 29. ſupra allegato. Socin. conſ. 247. volum. 1. colu. 5. Dec conſi. 181. in fin. Gozad. in conſ. 81. nu. 13. vbi dicit hanc communem. Pariſ. in conſil. 26. num. 62. volu. 3. & in conſil. 69. num. 100. eod. vol. 3. & tanto fortius cum correſpondeant cauſę, quia dos eſt ſcutorum duorum millium, quæ habito reſpectu ad valorem bonorum patri, potius dicitur exceſſiua, quam aliter, vt mihi relatũ fuit, ex quo magis inferre dicitur non habere locũ dicta lex, vt dixit Rip. in dicto reſponſo 15, colu. fin. vol. 3. & in l. ſi vnquam, in quęſt. 14. Rui. in conſil. 170. volum. j. num. 15. Socin. Iun. conſi. 129. num. 49. & 71. vol. 1. Laus Deo.

## SVMMARIVM.

*1 Legitima capi non poteſt de rebus legatis, ſi beſſem non excedunt, quod limita, vt num. 2.*

*3 Legitimam eligere non poteſt filius in aliqua re arbitrio ſuo, ſed ſecundum communem ſibi aſſignanda eſt cum authoritate iudicis.*

*4 Trebellianica ſecundum communem prohiberi poteſt per teſtatorem.*

*5 Quod ampliatur etiam procedere in filijs primi gradus, ſed contra nu. 6 ſecundum magis communem.*

*7 Filius grauatus ſub conditione non poteſt detrahere duas quartas, ſed contra ſecundum communem, nu. 8.*

## CONSILIVM XII.

1 INSPECTIS iuribus ad me tranſmiſſis, dicẽdum videtur, † quòd de rebus legatis per D. Franciſcum de Puteo Antonio, & alijs nominatis in eius teſtamento, D. Ioan. eius filius detrahere non poſſit legitimam, cum eam conſequi poſſit in alijs bonis, vt in terminis decidit Bald. in rub. ff. de rerum diuiſio. col. j. verſi. Sed pone. Quærit enim ibi Bal. pater mandauit in teſtamento, quòd fiat hoſpitale in domibus ſuis, filius verò vult illas domos eligere pro ſua legitima, an poſſit. Et determinat quòd non: quia pater poteſt eligere vnam rem de qua teſtari poſſit, & hoc ſi filius in cęteris bonis relictis poteſt habere legitimam, electio enim quę datur filio, datur in alijs bonis non legatis, quando legata ſunt integraliter pręſtanda, ſi beſſem non excedunt. §. quamobrem, in authẽ. de reſt. & ea quę parit. & Bal. ſequitur Alex. in conſil. 117. col. 15. in fin. volu. 6. duplicato per errorem in conſil. 154. volu. 7. vbi inquit, iudicio ſuo hoc melius probari in l. ſi cognatione, C. famil. hercilcun & in l. parentibus, C. de inoffic. teſta. idem Alex. in l. in ratione la 2. col. 2. verſi. & adde in quantum, ff. ad leg. Fal. vbi refert hoc dictum notabile, & in l. in quartam, colu. 10. verſ. confirmo prędicta. eod. tit. Bal. in l. non amplius, in §. fi. & ibi Alex ff. de leg. j.
2 & Dec. in conſi. 81. colum. 3. in 7. dubio. † vbi dicit hoc locum habere, niſi omnes res legatę eſſent pretioſiores: quia tunc in illis poſſet conſtitui legitima, vt etiam fatetur Alex. in d. l. in quartam. Hanc quoq; ſententiam ſequitur Iaſ. in l. ſcimus in prin. col. 2. in fi. C. de inoffic. teſta. & in l. filium quem habentem, col. 7. verſi. limita tamen ſingulariter, C. fam. hercif. Rub. Alex. in conſil. 137. in 1. & in conſi. 156. col. pen. Ruin. pręceptor meus in conſil. 27. col. fin. vol. 1. & in conſil. 57. nume. 22. volum. 2. & Craue. in conſil. 108. colum. 3. & ideo exprę miſſis ſequitur, quòd ſi Dominus Ioannes vult habere legitimam, illam conſe-
3 qui debet in alijs rebus non legatis, † cum precioſiora bona non fuerint relicta, & cum authoritate iudicis, qui illam aſſignare debet, cùm illam ipſe eligere non poſſit in aliqua re arbitrio ſuo, vt per Alex. in citato conſi. 117. col. 2. Iaſ. in d. l. filium quem habentem, col 7. & Dec. in conſ. 86. in 7. dubio, & in conſ. 336. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem.

Circa ſecundum dubium, in quo verſatur maxima difficultas propter conflictum ſcribentium, vtrum teſtator poſſit filijs primi gradus prohibere Trebellianicam. Pri-
4 ma facie videtur dicendum, ꝙ ſic, † quia teſtator ſecundũ communem poteſt in teſtamento ſuo prohibere detractionem Trebellianicę, vt per gl. in §. ſi verò expreſſim, in auth. de hęre. & fal. & Ang. i §. ſed quia, Inſtit. de fidei com. hęre. vbi dicit hoc ita communiter tenere, & Alex. in conſi. 50. col. pen. vol. 3. vbi aſſerit hanc magis communem, & in conſ. 101. col. 4 vol. 6. Iaſ. cõſ. 84. in ſecũdo dub. vol. 1. conſi. 99. ſecundo dubio, volum. 4. & in conſil. 146.
5 col. 3. vol. eo. & Gozad. conſ. 45. in 2. dubio, & non ſolum extraneis, ſed etiam filijs primi gradus, vt voluit Cuma. in l. hęredi. § cum filię. ff. de vulg. & pupil. l. in fideicommiſſaria, in prin. ff. ad Trebel. Alex. & Soc. in l. Marcellus, §. res quę, ff. eod. tit. vbi dicunt hanc eſſe magis communem. Alex. & in conſi. 67. col. 2. volum. 1. & in conſi. 29. in princ. volu. 5. vbi etiam inquit hoc magis communiter teneri. Caſſado. in deciſio. ſuis, in tit. de teſtam. deciſione 4. vbi dicit, quòd maior pars dominorum de Rota inclinabat in hanc partem, licet cauſa fuerit poſteà ſopita per concordiam. Goza. in conſi. 45. colu. pen. Aret. in conſ. 37. in 5. dubio. Corn. in conſi. 187 vol. 1. & in conſi. 22. volu. 2. & in conſi. 207. vol. 3. & in conſil. 17. & 80. vol. 4. Beltr. in conſi. 153. col. fi. vol. j. Corſe. in tractatu de Trebe. in primo dubio, vbi tradit hanc communem, & in tract. de regia poteſta. char. 23. Moder. in rep. l. Centurio, fol. 12. colum. 2. verſic. & in quantum, ff. de vulga. & pupil. Pau. Pic. in l. in 4. col pen. ff. ad legem Falcid. Cur. Iun. in conſil. 16. colum. penult. & Pariſ. conſil. j. colum. 9. volum. 3. & in conſil. colum. penult. vol. eod.

Veris prę miſſis non obſtantibus, contrarium eſt de iu-
6 re verius, † quòd imò Trebellianica ipſa filijs primi gradus prohiberi non poteſt, vt voluit Bal. in l. iubemus, colum. 3. per illum tex. C. ad Trebel. vbi ſicut teſtator non poteſt diſponere, quòd liberi primi gradus ſibi imputẽt fructus in Trebellianicam, qui aliàs eſſent imputandi. l. in

in fideicommiſſaria. ff. ad Trebellia. & ſic non poteſt diminuire Trebellianicam filij, ita nec etiam in totum tollere, ſeu prohibere, arg. l. videamus, §. j. ff. de in lit. iuran. Idem ibi tenent Sal. Ful. Pau. Cor. & Iaſ. & mouetur Sal. quia iura noua auth. quæ volunt teſtatorem poſſe prohibere Trebellianicam, debent diſtingui & limitari ſecundum iura vetera, l. non eſt nouum, ff. de legib. & ſecundũ. l. iubemus. in prin. & Bal. ſententiam etiam ſequitur Ro. in conſi. 206. col. 2. Alex. in conſil. 5. col. pen. in fi. volu. 3. vbi dicit dictam deciſionem Bal. ſolemnem, & quod noluit contra eam conſulere. Soc. ſibi contrarius in reg. 432. Barb. in c. Rainutius, col. 164. de teſta. nu. 37. in prin. Fabia. in auth. nouiſſima. q. 24. C. de inoff. teſta. Galiaul. in l. Centurio, col. 92. ff. de vulg. & pup. Cur. Iun. ſibi contrarius in conſil. 21. & in conſ. 70. col. fin. Dec. in conſ. 495. colum. fin. Ioa. Dilect. in trac. de arte teſtandi in tit. de ſubſt. caut. 31. Dominus meus Rui. in conſ. 163 vol. 2. & in conſil. 21. vol. 3. Par. ſibi quoq; contrarius in conſil. 45. col. 3. in fi. vol. 2. Et hanc partem communem ſequuti fuerunt Dec. in conſ. 269. colum. pen. in fi. Claud. Sayſel. in l. Marcellus, ff. ad Treb. Gozad. in conſ. 81. colum. 3. conſi. 92. in princ. in conſil. 94. col. 2. in conſ. 97. col. pen. in fi. & in conſi. vlt. col. 6. in fi. rub. Alex. in conſ. 43. & in conſ. 143. Iaſ. in d. l. Marcellus. Soci. Iu. in conſ. 121. vol. j. & conſi. 28. col. j. vol. 2. vbi etiam inquit ita alias conſuluiſſe ſecundũ iſtam opinionem, & ita iudicatum fuiſſe Veronę refert Rip. in l. nemo poteſt. de lega. j. & dicit Guido Papa in q. 51. iſtam opiniomem eſſe veram, & ſeruari in curia Parlamenti Delphinatus. Et hanc quoque magis communem atteſtantur. Dec. in conſ. 81. col. 2. ſubdens, quòd iſta opinio Bal. quæ fauet filijs, maiorem habet ęquitatem, & in conſi. 480. colum. penul. dicit, quòd non recederet ab illa opinione ſecundum quam conſuluit in citato conſil. 81. Crot. in l. nemo poteſt. col. 70. ff. de legat. j. Mantua. in conſil. 103. col. 2. & in conſi. 148. col. 3. Rub. Alex. in conſ. 73. vbi iſtam partem dicit veriorem. Iaſ. in conſi. 99. in 2. dubio. vol. 4. vbi dicit ab hac opinione in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, & in conſil. 146. colu. pen. vol. eo. Pariſ. inter conſilia Soc. Iun. in conſi. 132. in primo volumi. vbi inquit quòd hanc partem pluries ſequutus eſt tam legendo, quàm conſulendo nec immeritò, cùm hæc ſententia ſit fulcita optimis authoritatibus iuribus, & rationibus. Pariſ. in conſi. 27. vol. 2. & in conſ. 47. col. 3. vol. eo. vbi dicit hanc eſſe veriorem, & magis communem, ac æquiorem Socin. Iun. in conſi. 137. in fin. volum. j. Picus in l. in quartam. ad Fal. colum. 110. eam ſequitur tanquam veriorem & æquiorem, & licet dicat contrariam partem magis communem, in hoc errare videtur: & ſimiliter hanc veriorem inquit eſſe Dec. in conſilio 218. columna 2. & ita alias in Senatu Montisferrati fuit iudicatum tempore meo.

7 Quo verò ad tertium articulum, in quo quæritur † an dicta communis opinio poſito, quod ſit communis, & vera, locum habeat, quando duæ quartæ veniunt detrahendæ: vt eſt quando filius grauatur reſtituere hæreditatem ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, prima fronte videretur dicendum, quòd non, vt decidit Pau. de Caſt. in l. mulier, §. cùm proponeretur, ff. ad Trebel. quia diſpoſitio dictæ l. iubemus ſolum loquitur quando detrahitur vna quarta, & ſic Trebellianica, quæ imputatur in legitimam, ſed eo caſu, quo detrahitur legitima & Trebellianica, poſſet dici quod ſtandum éſſet regulæ, de qua in d. l. fideicommiſſaria, quod fructus in ea computentur, vt eſſet diſpoſitio illius. l. ſubdens ſe alias ita conſuluiſſe, & multis hoc placuiſſe, licet dubitauerit conſulere: quia hoc eſt dictum ſuum nouum, & non ab aliquo tractum, & vere dicit, quòd ita conſuluit, vt patet in conſ. ſuo 92. in fine ſecundum àntiquam impreſſionem. Idem tenuit ipſe Paul. in l. quod de bonis, §. fructus in fi. ff. ad legem Falcid. vbi inquit ita probari in dicta l. iubemus, ibi dum dicitur dodrans reſtituatur, alibi idem Paul. in l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoffic. teſtam. vbi quoq; dicit, quod ita conſuluit in ciuitate Bononiæ, & quod ita iudicaret, ſi eſſet iudex, & Paul. in dicto, §. cum proponeretur, ſequitur ibi Alexand. dicens hoc obliuioni nunquàm tradendum, quia eſt peregrina limitatio, ad dicta in l. iudemus, & quòd non inuenit hoc ab alio ſcriptum, & quod ſibi magis placet opinio Paul. quam Angel. tenentis contrarium in conſ. 121 Zollus idem tenet Alex. in conſ. 29. colum. 2. vol. 5. & in conſil. 165. col. fi. vol. eod. Curt. Senior in conſ. 51. col. 12. Corſet. in trac. de poteſt. reg. quæſt. 73. verſ. his tamen. Picus in dicta l. in quartam char. 10. colu. 4. verſic. vnum pro nunc. vbi aſſerit opinionem Alex. ſeruari in pract. Corn. conſ. 22. litera Q. vol. 1. vbi inquit, ꝙ licet in lectura in dicta l. iubemus, tenuerit contrarium ſequendo Bal. ibi, quia non viderat contradicentem, tamen quòd nunc contra eum tenet. Cum hac quoque ſententia tranſit Dec. in conſ. 480. col. pen. & in conſ. 495. colum. fin. Iaſ. in conſ. 221. col. 2. vol. 2. & in conſ. 43. col. fin. vol. 3. & Gozad. in conſ. 45. col. pen.

8 Quibus tamen non obſtantibus † ſequenda eſt opinio contraria, vt determinat Bart. in l. quod de bonis, §. quod auus, & ibi Alex. ſibi contrarius, ff. ad l. Fal. qui dicit, ꝙ in practica durum eſſet contrarium obtinere, propter authoritatem Bart. & Ang. ſubdens dicta per eum ibi eſſe addenda ad ea, quę ſcripſit in d. §. cùm proponeretur, vbi tenuit contrarium, idem tenuit Pau. de Caſt. ſibi quoque aduerſans in d. l. iubemus, vbi inquit, quòd iſta pars eſt ſecurior, licet præcedens de rigore iuris videatur magis placere: ſed quia non reperit aliquem aduerſantem, ideo ſequitur hanc partem, ſecundum Ang. in d. conſil. 124. Corn. ſibi contrarius in conſi. 180. col. 7. verſ. Circa decimam quæſtionem, & verſ. Alius ſcrupulus, vol. 4. Claud. Sayſel. in d. §. cum proponeretur, vbi adducit textum formaliter deſtruentem opinionem contrariam in c. Raynutius, verſi. in eo vero, de teſtam. vbi reſpondet omnibus adductis ibi per Pau. Idem tenuit Dec. virtualiter in conſil. 269. col. pen. vbi inquit, ꝙ ille Ellionus de quo in themate ſuo filius teſtatoris poteſt detrahere legitimam & Trebellianicam, licet in inſtrumento fuiſſet prohibita detractatio Trebellianicæ, & in conſi. 81. col. 2. & ſic clare oſtenditur, ꝙ Dec. intelligit d. l. iubemus, procedere etiam in caſu, in quo per prius legitima erat detrahenda, & Iaſ. etiam virtualiter in conſ. 108. col. pen. vol. 4. ſed expreſſe in conſ. 99. col. pen. in fi. vol. eo. vbi inquit, ꝙ iſta imaginatio Pau. in d. §. cum proponeretur, non eſt vera, & nullus tangit, & ſic caret authoritate. Idem firmat Iaſ. in conſil. 146. col. pen. vol. eo. Et hanc eſſe communem opinionem tradit Gozad. ſibi etiam contrarius in conſ. 81. col. pen. quicquid dixerit Pau. in d. §. cum proponeretur, & in conſ. 97. col. 5. in conſ. vlt col. antepen. in fi. Et hanc eſſe magis communem teſtatur Rip. in l. fideicommiſſaria, nu. 30. ff. ad Trebel. Guid. Pap. in deciſ. 52. vbi inquit hanc opinionem ſeruari tam in curia Parlamenti, quàm in alijs inſenioribus patriæ Delphynatus, & quòd ita etiam practicatur, & ſeruat totus mundus, & Pariſ. in conſ. j. nu. 98. vol. 2. vbi aſſerit hanc partem veriorem, & in conſil. 25. num. 55. vol. eo. & in conſ. 132. col. 2. inter conſil. Soc. Iun. in 1. volu. Et cum hac ſententia vti communi tranſit etiam Soc. Iun. in conſ. 131. nu. 62. vol. 1 vbi dicit eſſe falſum, quod d. l. iubemus locũ non habeat niſi quando vna quarta detrahitur; quia veritas eſt, quòd ea procedit indiſtrinctè, ſubdens, quòd iſta eſt communis opinio, quæ per totum mundum ſeruarur, vt euangelium, quod filius ſub conditione grauatus detrahit legitimam, & Trebellianicam, vt traditur per omnes in l. quanquam, C. ad l. Fal. & per Paul. de Caſt. in d. l. iubemus, & quòd quælibet detractio de per ſe conſideratur, & ſuo tempore, & ſecundum leges, quæ eam inducunt procedit, propter quòd ſtatim quòd filius ſuccedit parti de dota hæreditate detrahit legitimam ſibi debitam iuræ naturæ tanquam æs alienum, vt declarat Bald. in l. ſcimus, in prin. C. de inoffi. teſtamẽto, & ſic remanet illa hæreditas in conſideratione ſine legitima, quæ ab ea dicitur remota, & ita illud reliquum pro aſſe hæreditario conſideratur, vt Hoſtien. & Io. And. tradunt in c. Raynaldus, dicentes, quòd in qualibet detractione conſideratur vnus as, & ſic vna vniuerſitas hæreditatis, & ſic poſt detractionem legitimæ conſiderabitur as ex reliquo, ad finem, vt poſt ea eueniente conditione fideicommiſſi ex illo aſſe ſic abſque legitima conſiderato; & ſic ex hæreditate eo modo accepta quarta Trebellianica & illius aſſis & hæreditatis ſic conſideratæ, dodrans reſtituatur: & hoc modo debet intelligi d. l. iubemus, in eo, quod dicitur dodrantem reſtitui quia intelligitur dodrans reſpectu illius aſſis poſt detractionem legitimæ conſiderari. Et ita illum tex. ibi intelligit & declarat Bal. in d. l. filium quem habentem, col. 9. verſ. non obſtat iſta, l. iubemus. Ita etiam dicit Pau. de Caſt. in d. l. iubemus, & Alex. in d. §. quod auus, & iſta communis opinio ſecundum Soc. optima raitone iuſtificatur, quia niſi eſſet vera, ſequeretur quod d. l. iubemus, volens liberis primi gradus prærogatiuam illam concedere, eis de ni-

hilo ſeruiret, quoniam etiam nepotes deſcendentes idem ius haberent, cum omnes debeant habere legitimam liberam, & abſque aliquo onere, & de ipſis rebus hæreditariis, abſque eo, quod in ea imputarentur fructus, vt in d §.repletiorem, vnde vt liberi primi gradus habeant aliquam prærogatiuam, prout intendit eis concedere d.l.iubemus, debet illa generaliter intelligi & in caſu, in quo per prius legitima detrahenda veniret, prout eſt caſus noſter, Ita arguit Alexand. in d.§.quod auus. Corn. in citato, conſi.180.& Iaſ.in conſ.ſupra relatis, 99.colum.penul. & 146. colum.fin.

Non obſtant modo adducta in contrarium, quia reſpondetur, quod communis opinio eſt in contrarium, & quamuis Pau.Alex.Iaſ.Dec.& Goza.tenuerint contrariū in locis ſupra citatis, tamen etiam ipſimet ſibi aduerſantes fuerunt, vt patet ex authoritatibus ſupra relatis, vbi magis fundamentaliter loquuntur, quamuis Ale. in conſil.250.in fi.vol.6.& Pariſ.conſ.17.nu.25.vol.2.& in conſil.18.num.106.vol.eo. noluerint partem contrariam ponere etiam pro conſtanti. Vnde ſtantibus his quæ ſupra adducta fuerunt, concludēdum arbitror a ſententia Bar. qui eſt lucerna iuris ciuilis, & ſequacium, non eſſe recedendum, cum hæc pars ſit fulcita melioribus rationibus & maioribus authoritatibus, & æquior. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Tranſactio facta non inſpectis nec cognitis verbis teſtamenti, non valet, & num. 26.*
*Fallit ſi ſit iurata, contra num. 27. & nume. 28. vbi hoc ſaltem declaratur procedere, quando in ſpecie l.de his, ff.de tranſ. fuit renunciatum & non aliter, & nu. 34.*
3 *Iuramentum non habet vim ſpecialis conſenſus.*
4 *Legibus prohibitiuè loquentibus, cum iuramento nuntiari poteſt ſecundum communem.*
5 *Solemnitas l.de his, eſt de iure poſitiuo.*
6 *Clauſula omni iuris & legum auxilio ſaltem cum iuramento operatur, vt ſit renunciatum beneficio Senatuſconſulti Velleiani, quod declara, vt nu. 37.*
7 *Item tollit purgationem moræ.*
8 *Plus, vt conductor non poſſit petere remiſſionem occaſione guerræ ſuperuenientis.*
9 *Item per eum cenſetur renunciatum beneficio tam iuris municipalis, quam communis.*
10 *Nec vt quis non conueniatur, niſi in quantum facere poſſit.*
11 *Item beneficio inuentarij.*
12 *Beneficio cedendarum.*
13 *Beneficio excuſſionis.*
14 *Necnon l.plerique de in ius vocando.*
15 *Item beneficio ordinis.*
16 *Beneficio diuiſionis.*
17 *Necnon & facultati renunciandi donationem propter inſinuationem non factam.*
18 *Item beneficio non incarcerandi.*
19 *Ac etiam exceptioni ſimulationis.*
20 *Pariterq; l de his, ff.de tranſactionibus.*
21 *Tranſactio facta per errorem, nihil operatur, quod declara vt num. 23.*
22 *Error impedit conſenſum.*
24 *Deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, & qui præſumitur ignoraſſe verum & iuſtum pretium, ſi iurat non contra venire excluditur a remedio legis ſecundæ, C.de reſcin. vend. quod declaratur, num. 36.*
25 *Abſolutio a iuramento licet concedi poſſit a vicario epiſcopi, id tamen verum eſt parte citata, & non aliter, ſed contra ſecundū communem, nu. 38.*
29 *Errans nunquam obligatur ex actu quem facit.*
30 *Iuramentum vbi caret conſenſu, dicitur etiam carere, & ſpiritu.*
31 *Iuramentum de non veniendo contra laudum occaſione legati latum ab eo qui legatum purum putabat non præiudicat in legato conditionali.*
32 *Aſſertio minoris ætatis facta cum iuramento per errorem poteſt reuocari*
33 *Iuramentum debet habere iudicium, quo caret error.*
34 *Iurans certus de facto, ſi ignorat aliquod beneficium iuris ſibi competere, virtute iuramenti excluditur ab illo beneficio iuris, quod ſibi datur a lege: ſecus quando iurans non eſt certus de facto, quia ignorantia non ſuppletur per iuramentum.*

## CONSILIVM XIII.

VISA tranſactione facta inter Dominum Antonium de Angelerijs, & Dominam Franciſcam eius neptem ex fratre, prima fronte eſſe dicendum tranſactionem factam per ipſam Dominam & Franciſcam obſeruan-
1 dam fore. † Quoniam ſi in ea ſcripta non comperiantur verba, non inſpectis, nec cognitis verbis teſtamenti iuxta diſpoſitionem l.de his, & l.non eſt ferendus, ff.de tranſact.& l.primæ, ff.quemadmodum teſt.aper. vbi Ang.quē ſequuntur alij, dicit cautos eſſet tranſigentes, vt in inſtrumento tranſactionis ſemper faciāt apponi iſta verba, inſpectis & cognitis verbis teſtamenti, alias quod non va-
2 let, † tamen cum adſit iuramentum quod habet vim ſpe-
3 cialis † conſenſus, vt per Bal.in l.1.C.commodati, cenſetur per iuramentum renunciatum dictæ l.de his, nam neptis iurauit tranſactioni non contrauenire, ſed omnia & ſingula in ea contenta, rata, grata, & firma habere. Quod non eſſet ſi exciperetur, & excipi poſſet de nullitate dictæ l.de his, & quod per iuramentum renuncietur ipſi l. voluit Cuma. in l.ſi quis pro eo, ff.de fideiuſſo. D.Ioa. de Petruciis & Iaſ.in d.l.de his. Imol.in c.cum contingat, co
4 lum.penul.& ibi Butr.de iureiur. † quia legibus prohibitiue loquentibus cum iuramento renunciari poteſt, vt firmauit Ioa.And.in add.ad Spec. in tit.de inſtru.ædit.in §. pono circa fi.Alex.in l.qui Romæ, §.duo fratres, col. penult.de verbo oblig.in conſil.11.col.4. vol.2. & in conſil.
5 118.col.2.vol.7. † quia ſecundum eum talis ſolemnitas dictæ legis de his, eſt de iure poſitiuo. Itemq; tenuit Corne. in conſil.6.col.4.vol.1.Soc.conſ.200.colum.pen. in conſil. 125.vol.4.& in conſi.103.col.pen.volum.3.Bologne.conſi. 32.col.fi.Dec.conſ.345.col.1.Alcia. in d.c. cum cōtingat, nu.154.vbi dicit hanc eſſe communem.Soc.Iun. in conſi. 116.col.antepen.volum.1. vbi atteſtatur magis communem Bauer.in tract. iuramen. verſicu.35.incip. Nam licet tranſactio Ruy.conſi.16.col.3. & in conſi.137. col.2. & in conſ.167.col.pen.& fi.vol.2.

Secundò quia dicta Domina Franciſca in dicta tranſa-
6 ctione renunciauit † omni iuris & legum auxilio, quæ clauſula operatur ſaltem cum iuramento, vt per eam ſit renunciatum beneficijs dictæ legis, ſicut in ſimili videmus, quod per dictam clauſulam cenſetur renunciatum beneficio ſenatuſconſulti Velleiani, vt per Barto. & alios in auth. matri & auiæ, col.pen. verſ. quæro quod ſi non renunciauit, C. quando mulier tutelæ officio fungi poteſt, & in l ſub conditione, col.penul. verſ. quæro quid ſi, &c. ff.de teſtamentaria tutela, quem ſequitur Alex.in conſil. ſupra citato 11.col.pen. verſ.pondero illa verba Aret.cōſi. 33 colum.pen. Socin. in d.conſil.200. colum. pen. & 103. columna fin.

7 Item † & per dictam clauſulam tollitur purgatio moræ, vt per Crot.in l.ſi inſulam, in fi ff. de verbor. obligat. Dec.in conſil.452.col.pen. Afflict. deciſ.174.col. fin. Goz. conſi.57.col.5.in fi.

8 Tertiò etiam operatur dicta clauſula, † vt conductor non poſſit petere remiſſionem occaſione guerræ ſuperuenientis, vt per Alb.in l.Item quæritur §.excepto, ff.loca. quem ſequitur Iaſ.in l 1.col.antepen.in fin. C. de iure emphy. vbi dicit, quod quando in inſtrumento emphytheotico renunciatum fuit exceptioni doli mali, condictioni ſine cauſa & omni auxilio, quo emphyteota ſe tueri poſſit a præſtatione canonis vel penſionis, quòd teneretur etiam emphytheota ad canonis ſolutionem dato, quod guerra ſuperueniſſet poſt contractum celebratum: & iſtud tenetur procedere nedum in emphytheota & liuellario, ſed etiam in quocunq; ſimplici colono ſeu conductore, & in omnibus caſibus in quibus propter ſterilitatem remiſſio fieret, vel ob alium quemcunque caſum. Et ſubdit ſe ita obtinuiſſe coram collegio Pergamenſi, & quod ita ſeruatur in Lombardia. Quod dicit ibi Iaſ. ſingulare & diligentiſſimè multum notandum: quia dicta clauſula ſemper in inſtrumentis apponi conſueuit, quia magnam affert vtilitatem. Et hoc etiam notandum eſſe voluit Cæpol.in cautel.51.regula. Quod & tenuit Gozadin. conſi.59 col.3.in fi.conſi.87.col.3.& 88 col.4.in fin. Anto. Capi.in deciſ.87.col.pen.& deciſ 88.col.1.in fi.

9 Quartò † renunciatum quoque cenſetur beneficio iuris municipalis, vt per Barto. Ange. Cuma. & alios in l.ſed & ſi quis, §.quæſitum, ff.ſi quis cau. Rom.conſil.251. Dec.

452.col.pen.Goza.conſi.69.87.& 88.ſupra citatis. Ruyn. in conſi.51.col.7.vol.1.

10 Quintò † ne quis conueniatur, niſi in quantum facere poteſt. Ita Cor.in conſi.128.col.3.verſ.confirmantur prædicta, vol.3.quem ſequitur Gozad.in d.conſil.col.3. & 88. colum.pen.

11 Sextò † beneficio inuentarii vt per Corn.conſi.31.vol.1.col.5.verſ.confert quem refert & ſequitur Goza.conſi.69.colum.pen.

12 Septimò † beneficio cedendarum. ita Angel. in l.2. C. de fideiuſ.Socin.conſ.200.col.pen.Cor.conſi.51.vol.2.colum.pen.Dec.conſi.27.colu.2.& 452.colu.pen.& in l.fin. col.4.verſi.illud tamen,ff.ſi certum pet.Afflic.deciſ.188. Moder.in tract.de pign.in 3.memb.quintæ partis princ. Purp.in l.neque pact.num.67.C.de tranſ. & dicit Bald.in conſ.4.quæritur vtrum,volum.4.quòd de rigore iuris hoc eſt verius.

13 Octauò † beneficio excuſſionis, vt dicit Bald.in l.1.col.3.C. de conueniendis fiſci debitoribus, quem ſequuntur Aret.in conſi.33.col.pen.in princ. Alexand. in conſil.32. colum.3.& conſi.34.col.2.volum.4.Dec.in d.l.fin.col.4.& in d.conſi.27.colum.pen.

14 Nonò,†necnon l.Plerique,ff.de in ius vocando,vt ibi in d.l.per Iaſonem in 4.col.verſi 13 limita.

15 Decimò, † Beneficio ordinis, vt per Guid. Papa deciſione 67.

16 Vndecimò † etiam diuiſionis beneficio, vt per Guid. vbi ſuprà,& Aretinus in præallegato conſi.33.colum pe. in princ.

17 Duodecimò † facultati reuocandi donationem,ob non inſinuationem factam.Ita dixit Cor.in conſil.54.col. vol.4.Goza.conſ.87.col 3.Ruy.conſ.180.nu.15.vol.1.

18 Decimotertiò † beneficio non incarcerandi,vt per Bartol.in d.l.matri & auiæ,colum.pen.& ibi Sali. & Alexan. ac Iaſ.in d.l.plerique,Socin.conſi.126.col.2.verſi.confirmatur,volum.1.

19 Decimoquartò † exceptioni ſimulationis, vt per Goz. in d.conſil.69.colum.3. ergo idem dicendum videtur, vt per eandem clauſulam cenſeatur renunciatum diſpoſitioni d.l.de his.

20 Sed in † indiuiduo in caſu dictæ l.de his, eſt deciſio in terminis Alex.in conſi.11.col.4.vol.2.Soc.in conſi.200.colum.pen.& 103.col.fi.vol.3.Dec.in conſi.452. colum.pen. Iaſ.in d.l.de his,col.4.Goza.in conſi.69.col.3.in fi.Socin. Iun.in conſi.116.col.antepen vol.1.

21 Nec habet obſtare, ꝙ ex aduerſo dicitur † quod imo iuramentum & dicta clauſula nihil habuit operari, dato errore in tranſactione,prout in terminis de quibus agitur
22 præſupponitur, † cum error impediat conſenſum, vt per Docto. in l.1.ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, & iuramentum non ſuppleat conſenſum, vt in l.fin.C.de
23 non nume.pecu.† quia reſponderi poteſt,quòd imo iuramentum per errorem præſtitum,obligat, quod iurans nõ poteſt venire contra, tanquam periurus, vt probatur ex not.per glo.in l.2.C.de reſcinden.vend.& in cap.pen.de emp. & vend. cum qua Doctores communiter pertran-
24 ſeunt,† vbi deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, & qui præſumitur ignoraſſe verum, & iuſtum pretium, l.quiſquis,C.de reſcinden.vend. ſi iurat non contrauenire, excluditur a remedio dictæ l.2.& ſic error impedit iurantẽ, qui non excuſatur, quantum ad hoc vt poſſit contrauenire.Ita dixit Imo.in c.cum contingat.in 3.membro principali,de iureiur. quem ſequitur Alex. in conſ.17. in princ. vol.3.& alii Doc.citati per Dec.in conſ.350.col.2.

Pariterque non obſtat, quod petita fuit abſolutio ad effectum agendi a iuramento præſtito in dicta tranſactione,per quod (vt ſupra dictum fuit) cenſetur renunciatum dictæ l.de his,quæ peti potuit,& concedi debuit,cum renunciatio ipſa iurata mero iure obligat,vt per Alexan. in l.qui Romæ,§.duo fratres,col.antepe.ff. de verborum oblig.Rayn.in conſi.167.col.3.vol.1. & in conſil.116.col.
25 3.& 107.col.fi.vol.2.Pariſ.in conſi.12.vol.2.† quia reſponderi poteſt, quod licet vicarius epiſcopi poſſit concedere abſolutionem a iuramento, tamen id verum creditur parte citata,& non aliter, vt voluit Ancha. in conſi.198. quia vinculum iuramenti ſecundum eum multipliciter operatur. Quandoque enim contractum inualidum confirmat,ſimiliter & iurantem arctat ad ipſius obſeruantiã c.cum contingat,c.debitores,de iureiur. Sed nulli dubiũ eſt,quod per abſolutionem a iuramento, vire contractus debilitantur, & perſona quæ ab agendo repellitur propter vim dicti iuramenti ad agendum admittitur, & in iſtis vertitur præiudicium partis, cuius intereſt, contractus vires ſuas habere ac ſumptibus, & litibus non vexari, ꝙ poſſet contingere propter multas moras iudicij, & dubium eius euẽtum, l.quod debetur,ff.de pecul.& ideo cum tractetur de eius intereſſe, non poteſt iudex aliquid ſine cauſæ cognitione attentare, quæ tunc dicitur adhiberi, cum pars eſt præſens, vel per contumaciam abſens,l. in cauſæ,§.cauſa cognita,ff.de minor. Contra autem partem inauditam nihil poſſumus diffinire, c.inter quatuor, de maior.& obed.& ex iſtis concludit Ancha.ꝙ relaxatio iuramenti eſt nulla,tanquam facta ex abrupto ſine cauſæ cognitione, & quod non habet vim ſententiæ, etiam interlocutoriæ,idem tenuit ipſa Ancha.in conſi.382.col.1. Federicus in conſ.300.Card.Flor.poſt Imol. in c.debitores de iur.Cal.in conſ.1.de ferijs.Alex.in conſ.222. col.3. verſi.præterea.vol.2.Socin.conſi.59.col.3.volum.3.dicit hanc partem tutiorem, vt etiam teſtatur Felin. in capitu.1.de iureiur.& communiorem eam affirmat Beltr.in cõſ.41 col.3. volu.1. vbi ab ea in conſulendo, & in iudicando non eſt recedendum, & eam amplectitur idem Beltr. in conſi 154.col.2.eod.vol.Curt.Sen. in conſi.44.col.7. verſ. aggrediendo ſecundum paſſum dixit iſtam communem. Iaſ.in l.nequicquam,§.vbi decretum,ff.de offic.procu. & leg.col.9.Marſi.de l.vnoquoque num.163. ff.de re iudica. Gozad.conſi.69.col.fi.Pariſ.conſ.43.col.3. conſ.54. nume.85.conſi.96.num.88.vol.j.& dixit Ruy.in conſil.26. in 4. vol.poſt Abba.in conſi.12.vol.2.quòd iſta opinio eſt probabilior,licet aliqui in hoc aliter ſenſerint.

Quibus tamen non obſtantibus contrariam partem veriorem fore exiſtimamus, & pro firmo carrotio ſtat Doc.
24 iuris concluſio,† quòd trãſactio facta non viſis nec cognitis verbis teſtamenti nòn valet dicta lex de his, & lex 1. ff.quemadm. teſta. aper. & vbique per ſcribentes,& per Ang.in l.tres fratres,ff.de pact.vbi dicit ſemper eſſe adijcienda hæc verba, viſis & inſpectis ac cognitis verbis teſtamenti,tam per ipſos contrahentes, quâm per alios iuris peritos, quia omnem euitabunt telorum amaritudinem,quem ſequitur Barb.in conſ.48.vol.1. col.10. in fi.

Et ſtante dicta communi, non videntur obſtare argumenta, quæ pro altera parte adducta fuerunt, & primo, quòd per iuramentum cenſetur eſſe derogatum, d.l. de
27 his.† quia reſpondetur hoc non eſſe verum, vt in ſpecie dixerunt Fed.de Sen.in conſi.199. Fulg. in d.l.de his Angel.in conſil. 94. col.3. Signorol.de Homod.in conſi.252. col.5. verſic.præterea.Barb.in conſi.55.vol.2. col.penult. Socin.conſi.214.col.pen.verſic.2.reſpondeo.Corn.conſil.135.col.pen. cum ſequen. vol.2. vbi multas rationes citat quas non tranſcribo.Pariſ.in conſ.11.col.4.in fi.vol.2.vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, & ipſam communem firmat etiam Pariſ. conſil.12. colum. 10. eodem vol.2.& in conſi.95.col.pen. in princip. & conſil. 95.col.pen.vol.2.Soc.iun.in conſi.129. col.antepen. vol.j. & Tiraq.in repe.l.ſi vnquam,in prin.nu.257.C.de reuoc. donationibus.

Secundò reſpondetur quòd poſito, ſed non conceſſo,
28 † quòd per iuramentum poſſit renunciari diſpoſitioni, dicta l.de his, id tamen procedere poſſet vbi ſpecialiter eſſet ipſi l.renunciatum, & non aliter. Ita videtur velle Imol.in cap.cum contingat,columna penult. in 6. quæſt. Quærit enim ibi primo an d.l.de his, poſſit renuntiari, & dicit quòd non. Poſtea ſubdit, quod ſi fiat cum iuramento,& tunc decidit, quòd ſic ecce, quòd Imol. videtur loqui quando ſpecifice renuntiatur dicta l.de his. Hoc idem, & apertius dixit Tiraquell. vbi ſuprà numero 156. Alcia.in dicto capit.cum contingat,numero 195. verſicul. aut partes præciſe renunciauerunt d.l.de his, cum iuramento,& Socin.iun.in d.conſi.129. numero 64. vbi dicit, quòd requiritur, vt expreſsè, & nominatim ſit ipſi legi renunciatum.

Tertiò reſpondetur, quòd hoc maximè dicendum venit in caſu huius thematis, vbi interuenit error, quia hæc mulier deuenit ad ipſam tranſactionem ſub falſo prætextu,& erroneo,quòd virtute teſtamẽti paterni patruus vna cum ipſa deberet ſuccedere, vt cantant verba tranſactionis,quod tamen erroneum eſt,cùm ex forma teſtamẽti res aliter cognoſcatur quia in eo ſola hæres vniuerſalis ſcripta reperitur, & de patruo nulla mentio habita
29 fuit,quo caſu ſuccedit,† quod errans nunquam obligatur ex actu quẽ facit: quia errans non conſentit l.error, ff.de iuris, & facti ignor. cùm nihil magis, ſit contrarium con-

ſenſui, quàm error, l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. om. iudi.
& ad hoc bene facit tex. qui loquitur in errore teſtamen-
ti, in l. fi. ff. de conſti. pecu. vbi dicitur quòd promittens, vt
hæres, ſi non reperitur hæres, non valet obligatio facta
per eum, quinimò, ſi ex hoc aliquid ſoluit, poteſt repetere
quem tex. dixit ſingularem Bal. in l. ſi abſentis, in fi. C. ſi
cert. pet. & facit magis in terminis noſtris, quod no. Ang.
in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 1. q. vbi limitat d. Bart. in
4. q. Nam in caſu ſuo filia Mathaſiæ Hebræi ditiſſimi pro
certa quantitate renunciauit bonis & hæreditati pater-
næ, aſſerens ſibi plus non deberi ex teſtamento paterno,
viſis & cognitis verbis teſtamenti paterni, & tamen ex
inſpectione illius apparebat, quòd multò plus debebatur
dictæ filiæ. Conſuluit Ang. tranſactionem & renunciatio-
nem non valuiſſe: quia re vera facta per mulierem lite-
rarum ignoram, quæ verba teſtamenti nõ cognouit, quia
ſenſum verborum non intellexit, l. ſcire leges, ff. de legi.
& ad hoc allegat Philoſophum dicentem, quòd tunc arbi-
tramur aliquid ſcire, cum intelligimus primas cauſas ip-
ſius, & prima principia: dicta autem mulier videtur hæc
omnia ignoraſſe, vt apparet ex tenore teſtamenti: ſecus
dicit ſi litterarum peritus, & in iure doctus, dictam tran-
ſactionem feciſſet, quia non poſſet dici erronea, ſed falſa,
& a ſciente emiſſa, d. l. de his. Et quamuis Imo. in d. §. duo
fratres, & Cald. in conſ. 11. videantur contrarius tenere,
tamen Aretin. defendit Ang. cum quo etiam tranſit Ale.
in dicta 4. q. qui concordando opiniones dixit, quòd aut
in inſtrumento continetur quod plus non erat relictum,
& tunc euidenter conſtat de errore, & quòd non fuerũt
cognita verba teſtamenti, & iſto caſu procedit opinio
Ange. non obſtante, quòd in inſtrumento dicatur, inſpe-
ctis & cognitis verbis teſtamenti, etiam quòd in illo eſſet
appoſita clauſula ex certa ſcientia, & non per errorem,
quamuis dicta verba operentur, quòd non præſumatur
error. vt per Bal. & Ange. in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum,
§. ſi quis caut. Aut in inſtrumento dicebatur, quod mu-
lier ſciebat ſibi ex teſtamento paterno nihil amplius de-
beri, & tunc per inſpectionem teſtamenti non dicitur cõ-
ſtare euidenter de errore, dato quod in teſtamento eſſet
plus relictum: quia non ſequitur, eſt plus relictum, ergo
plus debetur tempore tranſactionis: quia potuit eſſe ſolu-
tum prius mulieri. Et iſto caſu procedit opinio contraria,
& iſtam opinionem Alex. ac Ang. ſequuntur Soc. in conſ.
214. col. 4. verſ. ex quibus. & Barb. in conſi. 55. col. 11. vol.
2. idem voluerunt Pariſ. in conſ. 12. col. 10. vol. 2. & in conſ.
95. vol. 3. colum. 3. vbi error probatur, ex tenore teſtamẽ-
ti, & aſſertione renunciantis, Ruyn. in conſil. 107. col. 3.
volum. 1. & in conſi. 167. col. antepen. vol. 2. ſi ergo vbi cõ-
ſtat de errore, etiam quòd dicatur in tranſactione, inſpe-
ctis & cognitis verbis teſtamenti, nõ valet ipſa tranſactio,
quanto magis hoc dicendum eſt, vbi dicta verba appoſita
non ſunt, vt in caſu de quo agitur.

Et licet iſtæ deciſiones loquantur vbi deficiebat iura-
30 mentum, † tamen idem dicas, vbi etiam adeſſet iuramẽ-
tum, quia cum careat conſenſu, dicitur etiam carere & ſpi-
ritu. Ita Bal. in l. 1. col. 2. C. de oper. liber. Et quod iuramẽ-
tum erroneum non noceat, vult, Bal. in l. erro. col. pen. C.
de iur. & fact. igno. Bal. in c. Sacram. col. 2. de pact. iur. fir-
ma vbi errore omnia iuramenta ſunt inualida, per l. fi. C.
de non num. pec. & Bal. in l. fi. ff. qui ſatiſda. cogan. vbi iu-
ramentum poteſt ſperni ratione ignorantiæ & erroris.
Item tenuit Paul. de Caſt. in conſ. 70. in 4. dubio, vbi con-
31 cludit, † quòd iuramentum de non veniendo contra lau-
dum occaſione cuiuſdam legati, latũ & præſtitum ab eo,
qui legatum purũ putabat, non præiudicat in legato con-
ditionali, eo quia illud iuramentum erat præſtitum per
errorem. Soc. in conſ. 25. vol. 4. vbi loquitur de quadam di-
uiſione erroneæ facta, & cũ iuramento & tamen conclu-
dit, quod poteſt retractari, quia iuramentum nõ officit &
in diuiſione idem concludit Dec. in conſ. 408. col. pe. & fi.
Iaſ. in conſ. 160. col. fi. vol. 4. vbi firmat, ꝙ donatio facta per
fratrẽ ſorori, qui tñ ignorabat prius fuiſſe dotatam a pa-
tre tanquam erronea, licet iurata prætextu erroris reuo-
canda venit, quia iuramentum non impedit reuocatio-
nem, quæ fit prætextu erroris: quia error qui remouet cõ-
ſenſum, l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. om. iud. impedit etiã
effectum iuramenti. Marſ. in conſ. 118. col. 7. vbi conſuluit
in cauſa tranſactionis iuratæ & erroneæ, & dicit, quod er-
ror excuſat iurantem a periurio ſecundum Bald. in auth.
niſi rogati, pen. col. C. ad Treb. Soc. Iun. in conſ. 30. col. 3.
32 in fi. vol. 2. † vbi aſertio minoris facta cum iuramento per
errorem poteſt reuocari; quia eo errore quo minor du-
ctus eſt ad ita aſſerendum, ita etiam & ad iurandum. Pa-
riſ. in conſ. 20. nu. 114. vol. 1. vbi iuramentum non ſupplet
errorem, nec impedit repetitionem quę per errorem, cõ-
peteret nec tollit conditionem indebiti. Hoc etiam dixit
in conſ. 72. col. pen. & in conſ. 99. col. fi. eo. vol. Ruyn. conſ.
134. col. 3. vol. 1. vbi pariter ſolutum ex cauſa tranſactio-
nis iuratæ, ſed erroneæ poteſt repeti, quia error effectum
33 iuramenti impedit, † & quia iuramentum debet habere
iudicium quo caret error, & iſtam partem communem
teſtatur ipſe Ruy. in conſi. 190. col. fi. vol. 1. & in conſ. 137.
col. 6. in fi. vol. 3. Dec. in conſ. 350. col. fi. Soc. iu. in conſ. 48.
vol. 1. col. 7. & in terminis noſtris dictæ l. de his, voluerunt
in ſpecie Fed. de Sen. conſ. 199 Soci. conſil. 214. col. antep.
Barb. in conſ. 55. col. pen. vol. 2. Calca. conſ. 17. col. 2. in fin.
Pariſ. conſ. 12. nu. 90. vol. 2. & in conſ. 95. vol. 3. col. 4. Ruy.
conſ. 107. col. 2. vol. 1. & in conſi. 167. col. 4. volum. 2. & Ay-
mo. in conſ. 144. col. pen. & Ruy. conſ. 92. col. pen. vol. 3. &
præſertim hoc veriſſimum eſſe exiſtimamus, cum iſte er-
ror fuerit cauſatus facto patrui, qui habens veram noti-
tiam teſtamenti, ſuggeſſit nepti, quod bona paterna vigo-
re ſui teſtamenti erant communiter diuidenda, quod fal-
ſum erat, quo caſu facilius vires iuramenti annichilan-
tur ſecundum Iaco. de Bel. in §. 1. in auth. de iureiur. a mo-
riente præſtito col. 5. quem refert & ſequitur Calca. in cõ-
ſil. 16 in fi. & Soc. iun. in d. conſ. 48. quod & confirmatur
in caſu de quo agitur, cum vltra errorem ſit & ignoran-
tia facti, quæ cauſat, vt iuramentum eam non ſuppleat,
vt per Paul. de Caſt. in d. conſ. 70. in 4. dubio. vbi conclu-
35 dit, † quod quando iurans eſt certus de facto & ignorat
aliquod beneficium iuris ſibi competere, puta reſtitutio-
nem in integrum; quæ datur minoribus, vel benificium,
l. 2. de reſcind. vend. tali caſu iuramentum excludit tale
beneficium iuris, quod ſibi datur a lege, & ita dicit pro-
cedere quod iuramento dicitur porrigere vires quo ad
ignorata, ſecus verò quando iurans non eſt certus de fa-
cto: quia tunc ignorantia non ſuppletur per iuramentũ,
& Paul. ſequuntur Dec. in conſ. 350. in fin. & 351. col. fin.
conſ. 403. col. pen. Soc. conſi. 38. col. 1. vol. 3. Ruy. conſ. 134.
col. 4. vol. 1. Par. conſi. 12. num. 90. vol. 2.

Nec obſtant no. per Imo. in c. cum contingat. verſus fi-
nem, tertii membri principalis, cum quo concordat Ale.
in conſ. 17. vol. 3. per ea quę not. cõmuniter per Doct. poſt
gl. in d. l. 2. C. de reſcind. vend. & in c. pen. de empt. & ven-
36 dit. † quia reſpondet Ruy. in conſ. 190. col. fin. 1. vol. quod
contra Imo. & Ale. eſt communis opinio, & ad not. in d. l.
2. & in c. pen. vltra reſponſionem Pau. in d. conſ. 70. dicit
ipſe Ruy. ꝙ licet ibi venditor iuſtum pretium ignoraue-
rit, iuxta not. in d. l. quiſquis, tamen ratione iuramẽti obli-
gatur, quia venditor iurans conſenſit in pretio conuento
quamuis iniuſto, ꝙ manifeſtè conſtat ex eo, quia ſi non
conſenſiſſet, contractus etiam iuratus non valeret quia
conſenſum non haberet l. conſenſu, ff. de act. & obliga. &
tamen eſt validus d. l. 2. ſtant enim ſimul, ꝙ pretium iuſtũ
ignorauerit, & quod in eo de quo conuentum eſt, licet nõ
ſit iuſtum, conſenſerit: non datur ergo venditori decepto
remedium illius l. ex illo capite, quia in tali pretio non
conſenſerit: ſed quia eſt veriſimile, ꝙ ſi iniuſtum pretium
ſciuiſſet, in illo non conſenſiſſet, & propterea quia con-
ſenſit venditor in eo quod ex conuentum, licet ignoraue-
rit ſibi competere remedium illius l. iuramentũ obligat
illum. Ita ibi Ruy. qui ſubdit, ꝙ iſta reſponſio iudicio ſuo
eſt congrua & clara. Idem etiam reſpõdet dictus Ruy. in
conſ. 163. col. pe. vol. 2. ſed in caſu noſtro errauit in eo de
quo agitur, & in illo aliquo modo non conſenſit, iccirco
non obligatur ex iuramẽto, quod caret conſenſu, & iudi-
cio & p conſequens nõ dẽt excludi a beneficio d. l. de his

Non obſtat quod per clauſulam omni iure & legũ au-
37 xilio ſit ſublata diſpoſitio d. l. de his † quia reſpondetur ꝙ
illa non ſupplet, nec purgat errorem & ignorãtiam facti,
niſi ſit ſpecialis. Nã generalis renunciatio non tollit dictã
diſpoſitionem, vt ſupra diximus a fortiori, nec iſta illam
tollere poteſt, vt in terminis dixit Par. in d. conſ. 12. n. 85.
& Rip. in d. l. ſi vnquam, q. 52. C. de reu. don. vbi dicit hoc
eſſe dubitabile, quia dicta clauſula deroget, d. l. quia iura-
mentum non operatur vltra conſenſum iurantis, nec ha-
bet vim ſpecifici conſenſus quo ad non cogitata, ſecundũ
doctores cõmuniter per eum citatos, ſed latiſſime hoc di-
xit Soc. Iu. in d. conſ. 129. col. antep. vol. 1. & quia clauſula
fuit errore appoſita, vnde ſicut corruit dicta tranſactio,
ita & corruit dicta clauſula, vt per Doc. vbi ſupra, & per

Marſ.

Marſ in dicto conſ.118 col.7.& Rui.in dicto conſ.167.col. pen.vol.2.& in conſ.60.col.fi.vol.3.

Non obſtat vltimum de abſolutione à iuramento conceſſa,ad effectum agendi ſine citatione partis, quæ dicitar non valere : † quia in contrarium eſt communis opi-
38 nio. Et ita de facto ſeruatur,& iſtud vult Ant. de Butr. in cap.debitores de iureiur.vbi dicit, ꝙ licèt Fed.de Sen.in loco ſuperius citato voluerit in iuramenti abſolutione requiri citationem , & ſummariam cauſæ cognitionem , tamen id verum eſt ſi iudex vult , aliàs poteſt abſoluere ſine citatione partis, & tenet abſolutio,& hoc ex eo, quia ſtante, quòd ex ſola promiſſione agi non poteſt, & ex iuramento nulla oriatur obligatio parti , licet ipſi Deo, & ſic vbi quis petit abſolui tractat de intereſſe Dei, & Deus ſemper eſt præſens, ideo non in ea non requiritur aliqua citatio ſicut etiã dicimus de parte præſente, l.ſi vt proponas,C.qũo & quando iudex, & ideo iudice abſoluẽte, ex quo ipſe præſens eſt conſentire videtur iudici : quia loco eius eſt,& Ant.de Butr.ſequitur D.Ant.de Prato veteri in conſ.49 vol.5.inter conſilia Alex. in 4.vol. & hanc partẽ etiam amplexus eſt Anch. ſibi contrarius in conſ.57. col. pen.& in conſ.1.in tit.de ferijs, inter conſilia Cald. quia in tali abſolutione eſt modicum præiudicium , cum per eam nullum ius depereat aduerſario , ſed ſub moto obſtaculo perſona habilitatu ad actum , & dicit Oldr. ita tenere in quæſtionibus ſuis, q.157. Credo ꝙ voluerit cũ allegare in conſ.ſuo 120.vbi concludit,quod qñ quęritur de relaxatione iuramenti, non ad reciſionem doloſi contractus ſed ad habilitandum perſonam, vt non obſtante tali ſacramento poſſit detegere fraudem contractus , hoc caſu non exigitur partis citatio , nec ſolennis examinatio: quia de grandi periculo creditoris non agitur cum remaneat ei oẽ ius ſaluum ad debitum defendendum,& ponit ſimile de libero qui petit veniã a prætore vt poſſit patronum reuocare in ius & de filio emancipato,cùm petit decerni bonorũ poſſeſſionem cauſalitis agnoſcendæ , & ſibi dari licentiã,vt poſſunt proponere quęrelam inofficioſi teſtamenti patris,iuxta l.2.C.de teſt.Bal.idem firmat in cõſil.474.vol.5.Paul. de Caſtr. in conſ.216 ſecundum antiquam impreſſionem,col.2. vbi concludit, quòd talis relaxatio à iuramento ſine citatione partis,quantum ad habilitandũ,perſonam ad iudicium, vt non incurrat periuriũ petendo ſe admitti ad probandum dolũ arbitratorum ex iniquitate laudi valet, quia non agitur de aliquo præiudicio ipſius,ſed ſolum ad excludendũ periuriũ petentis, licet talis abſolutio non faciat quo minus in probatione poſtea fienda per eum naceſſaria ſit partis vocatio , quia tunc de præiudicio eius agitur, iuxta ea quæ habentur in ſimili in c.licet epiſcopus, de præbendis,in ſexto, ſicut ẽt in ſimili videmus in bonorum poſſeſſione : nam illa , quæ ius non faciunt, præiudicium graue non afferunt conceduntur ſummariè , & de plano, parte non citata ſecus in his , quæ ius tribuunt, & præiudicium faciunt , vt notatur in l.3. §.cauſa cognita , ff. de bonor. poſſ. & non habet obſtare ſecundum Paul.ſi dicatur,quò intereſt alterius partis, quòd iuramentum non relaxetur, & quòd perſona non habilitetur , quia per hoc euitaret eius moleſtiam,& quòd ideo deberet citari in ipſa habilitatione quia reſpondet, quòd ſua contradictio non potuiſſet impedire eam fieri poſt quam petebatur ex cauſa,quam ius permittit , quod fiat alias eſſet in eius poteſtate beneficiũ iuris alteri conceſſum auferre contra, c.indultum,de regulis iuris,in ſexto, vnde cũ ipſa, altera parte inuita concedenda foret, multò fortius ea abſente, & non citata, l. qui poteſt inuitis , ff. de regulis iuris , ille enim eſt citandus qui comaprendo actum impedire poſſet , aliàs ſecus, l.recuſare,ff.ad Trebel. in principio, priædictum ergo intereſſe non eſt iuſtum , maximè cùm relatio à iuramento habeat in ſe tacitam conditionem , ſi vera ſunt quæ aſſeruntur, ſcilicet, quòd dolus arbitratoris,vel enormiſſima læſio interuenit , & ſic alteri parti reſeruatur ius ratione cuius poſſet cõtradicere & impedire relaxationem iuramenti,ſcilicet, quando dolus, vel enormiſſima læſio non interueniſſet , aut enim probabitur interueniſſe, & non poterat denegari relaxatio,aut non probabitur,& relaxatio non intelligitur facta , & ſic incurret in periuriũ pars veniens cõtra iuramentum ex cauſa non conceſſa,& relaxatione iuramẽti non facta, & ſic nõ obtinebit trãſactionẽ laudi,& cum iſta ſententia trãſit Felin. in c.cum olim, col.6.de re iud.Et hanc partem communem dixit Afflict. in deciſ.220.col.4. & Alciat.in c.cum contingat n.124. de iureiur. dicit ipſam communem Ruin. ſibi contrarius in conſil.170.nu.30.volu.1.ꝙ iſta eſt communis practica, ꝙ non requiratur citatio partis , & quòd eſt communis opinio,& in conſi.69.vol.3 ꝙ ita ſeruatur de facto. Dec.in c. qua fronte,colu.3.in fin.de appel. poſt Peruſ.ibi colu.15. verſ.ex his habens.Curt.Sen.in conſi.44.col.9.in fi.dum ſe remittit ad Paul. in d. conſi.216.vbi Curt.dicit,ꝙ Paul. de Caſtr.bene declarat Aym.in conſi.70.nu.7.vol.j.

Et ideo cum rectè fuerit conceſſa ipſa abſolutio à dicta tranſactione quę tamen non erat neceſſaria ſtante dicto errore per deciſiones ſuprà citatas , licet petita fuerit ad abundantem cautelam, concludendũ eſt,quòd dicta trãſactio,ex quo fuit facta fides de errore per exhibitionem teſtamenti , in quo nulla mentio habita fuit de dicto patruo ,quod ea declaranda eſt nulla , & quod omnia bona hęreditaria dictæ Dominæ Frãciſcę adiudicanda veniũt , & ita ( vt ſuprà concluſum eſt ) iuris eſſe ita cenſeo ſaluo ſempre iudicio cuiuſcunq; rectius & melius ſentientis .

Laus Deo .

## SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum competit contra tertios poſſeſſores bonorum hypotecatorum.*

2 *Saluianum interdictum hodie magis frequentatur in palatijs , quam hypotecaria: quia pinguius & vtilius.*

3 *Saluianum interdictum eſt poßeßorium, & nu.11.*

4 *Appellari non poteſt de iure ciuili à ſententia lata ſuper Saluiano interdicto*

5 *Appellari poteſt à ſententia lata ſuper hipotecaria .*

6 *Saluianum interdictum intentans ſufficit quod probet debitorem poſſediſſe rem tempore obligationis vel poſteà quod ſecus eſt in hypothecaria,quia requiritur , quòd agens probet rem fuiſſe in bonis debitoris .*

7 *Agere volens contra tertium poſſeſſorem,debet prius excutere principalem debitorem.*

8 *Item pronunciari debet excuſſioſiẽ legitimè factã ſecundũ cõem.*

9 *Saluiano interdicto agi non poteſt contra poßeßorem ſi hæres debitoris offert ſe paratum ſoluere creditori , quod intellige, vt in numero.19.*

10 *Soluere quolibet poteſt pro debitore, eo etiam inuito , & inuito etiam creditore liberare.*

12 *Saluianum interdictum eſt adipſcendæ.*

13 *Saluiano interdicto agens,quæ debeat probare.*

14 *Exceptio excuſſionis reſpicit petitorium .*

15 *Exceptio excuſſionis non poteſt opponi. vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta,quod declara vt ibi.*

16 *Senatus repræſentat Principem.*

17 *Excuſſio bonorum non debet fieri de bonis quę ſint in controuerſia , nec ſub illius prætextu debet retardari proceſſus agitatus contra tertium poßeſſorem.*

18 *Excuſſio non requiritur in Saluiano interdicto .*

20 *Heres cum beneficio legis & inuentarij poteſt ſatisfacere creditoribus de bonis hæreditarijs, quando ſunt in eius diſpoſitione, aliàs ſecus.*

21 *Actio in factum funeralis ſi competit pro expenſis factis in ſepeliendo defunctum , ergo multò magis , & retentio quæ facilius conceditur,quàm petitio.*

22 *Actio funeralis adeò eſt priuilegiata, quod præcedit omnes alias actiones interiores, nedum perſonales , ſed etiam hypotecarias et dotem : quod amplia vt in numero 24.*

23 *Hæres qui adiuit hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij , ante omnia deducit de hæreditate expenſas funeris .*

25 *Paria ſunt non offerre,vel offerre ſed inutiliter.*

26 *Expenſæ factæ in infirmitatę defuncti purificantur expenſis factis in funeralibus .*

27 *Expenſa funeris ſicut priuilegiata eſt,vt ante omni ad educatur de hæreditate,idem eſt in expenſa facta in infirmitate:quod tamen declara,vt ibi.*

## CONSILIVM XIIII.

QVONIAM in pręſenti cauſa ex parte Iuliæ , & Franciſcæ filiarum & hæredum quondam D.Pãthaſileę de Bonardis,mediante miniſterio ſui curatoris † reperitur intentatum remedium vtilis Saluiani interdicti , quod eidem competit cõtra Dominos Albertũ & fratres de Aualle,vti tertios poſſeſſores bonorum quondam Domini Petri de Bonardis hypothecatorum dictæ Dominæ Panthaſileæ pro dotibus ſuis aſcendentibus ad ſummam ſcu-

torum quatuorcentum,iuxta not.in l.1.vbi Barto.& alij,
C.de Saluiano interdicto,& in l.1.§.1.ibi aduerſus extra-
2 neos,ff.eod.titu.† & quòd remedium ſecundum Neguſ.
in tract.de pigno. in 8.part.in 3.membr. nume.26. hodie
magis frequentatur in palatijs, quam hypothecaria, tan-
quam pinguius & vtilius ea in duobus, vt per Ange.in §,
item Seruiana.colum.4.verſi. Aduertas tamen. Inſtit. de
actio.Cæpol.caut.81.incipiente,quando quis. Beltran.in
conſi.213.colum.1.volum.2. Rip.in rubrica, ff. de pigno.
colum.penult.& Neguſ.vbi ſupra, in 8.part.in princ.co-
3 lum.1.† Primò,quia Saluianum interdictum eſt poſſeſſo-
4 rium,† & ideo a ſententia ſuper eo lata de iure ciuili non
appellatur, l. vnica, C. ſi de momen. poſſ. fue. appell.
5 † Quod ſecus eſt in actione hypothecaria, quia a ſenten-
tia ſuper eo data poteſt poſſeſſor, ſeu detentator rei hy-
pothecate appellare, vt per Bart.& alios in d.l.prima, C.
de Saluia.interdicto. Salice. in l.1.C.ſi de momen. poſſe.
6 fuer.appell.Cæpol.Beltr.& Neguſ.vbi ſuprà.† Secundò,
quia intentans Saluianum non habet neceſſe docere,nec
probare, quod res obligata fuit in bonis debitoris, tem-
pore factæ obligationis, vel poſtea, ſed ſufficit probare,
quòd debitor illam poſſideret, ſecus verò eſt in eo, qui in
tenta hypothecariam: quia opus eſt probare, quòd illa
res fuerit in bonis debitoris,per ea quæ not. gloſſ.Cy.&
Doct.in l.ſi res,C.ſi aliena res pign.dat.ſit.& Barto.in l.ſi
rem alienan.colum.2.ff.de pigno actio.Alexan. in conſil.
185.volum.1.Paul.de Caſtr.in conſilio 278. in 3. membr.
numero 19.& 26.

Ideo his pro carotio admiſſis, iuxta glo. in l.omnis dif-
finitio,ff.de regulis iuris videndum eſt, an filiæ ipſæ me-
diante miniſterio earum curatoris adeò legitimè inten-
tauerint dictum remediũ vtilis Saluiani interdicti, quòd
in eo obtinere valeant. Et prima facie videtur dicendum
7 quòd non.† Quoniam vera eſt doctorum ſententia quòd
agere volens contra tertium poſſeſſorem,in primis debet
excutere principalem debitorem, textus eſt in §. ſed ne-
que,in auth.de fideiuſſ.not.Bar.in auth.hoc ſi debitor,C.
de pign.Mod.in d.tract.de pigno,in 8.par. in princ.col.6.
8 verſic. quarta concluſio.† Item & ſuper ipſa diſcuſſione
pronunciari eam legitime factam fuiſſe, vt per Bart.in l.
Prætor,§.hoc interdictum,ff.de oper. no.nunciat. & Iaſ.
in l.ſtipulatio,§.habet autem,ff.eo.tit.vbi refert hanc eſ-
ſe communem Doctorum ſententiam, prout etiam ſimi-
liter faciunt Moder.in dicto tract. de pigno, in principio,
col.6.ſed in caſu de quo in præſentiarum agitur nulla fa-
cta fuit diſcuſſio bonorum principalis debitoris, ergo ſe-
quitur quòd ineptè actum eſſe videatur.

9 Secundò facit.† Nam D. Albertus, & eius fratres ter-
tij poſſeſſores non potuerunt conueniri Saluiano inter-
dicto, ex quo Dominus Franciſcus de Aualle, vti hæres
prædicti Domini Petri obtulit ſeparatum ſoluere præ-
dictas dotes dictis filiabus, ſeu earum curatori, & hoc
per text.in l.Paulus,in fi.ff.quibus mod.pign.vel hypoth.
ſol. vbi quiſque offerens debitum creditori, eum exclu-
dit ab agendo qui non debet quæri de iure poſſeſſoris,
cùm ius petitoris remoueatur ſoluto pignore cui ecce-
dat; Nam ius offerendi competit cuilibet penitus extra-
10 neo,& nullum ius habenti in re,† & quilibet poteſt etiã
ſoluere pro debitore inuito, & ipſum liberare, l. ſoluen-
do,ff.de nego.geſt.l.ſolutionem, ff. de ſolutio. intantum,
quod etiam poteſt fieri talis ſolutio. inuito creditore. Et
hoc adeo verum eſt, quod per ipſam oblationem credi-
tori factam ab extraneo, impeditur creditor agere con-
tra debitorem, vnde debitor conuentus, ſi poteſt proba-
re de oblatione facta creditori ab extraneo, poteſt illum
repellere.Ita tenent Ang.Fulg.Paulus de Caſtr.& Iaſ.in
l.tale pactum,§.poſt diuiſionem,per illum text.ff.de pact.
vbi Paul.de Caſtr.dicit illud perpetuo menti tenendum,
quod & voluit Neguſan.in d.tract.de pign. in 5.par.in 3.
memb.nume.39.ſi ergo quilibet offerens impedit credi-
torem, ne poſſit agere contra debitorem, multo magis
eum debet repellere ab agendo hæres qui offert ſepara-
tum ſoluere dictis filiabus, cum ſit neceſſarius defenſor
conuentorum ex Saluiano interdicto,& qui etiam poteſt
ex perſona propria opponere exceptionem, quæ tertiis
poſſeſſoribus non competeret, l. procurator ad exhiben-
dum,& ibi Bart.ff.rem rat.hab.ſed ſi lege,§.item ſi &c. ff.
de pet.hæred.

Quibus tamen non obſtantibus contrariam partem in
terminis de quibus agitur,vti magis veram & communẽ
amplectendam fore arbitror, & in primis antequam re-
moueantur adducta pro parte aduerſa, permittam vnum
pro fundamento,quod eſt in iure veriſſimũ, quòd ad hoc
11 vt quis poſſit obtinere in interdicto vtili Saluiano,† quod
eſt mere poſſeſſorium, vt eſt communis ſententia Doc.in
§.item Seruiana,Inſt.de actio.& Bar.& alios,in l.1.C.de
Saluia.interd.& Maranta in ſuo ſpeculo, in 7.diſtinct. iu-
12 diciorum,num.11.ac Rip.in rub.ff.de pign.† & quod eſt
adipiſcendæ. Primo requiritur, quòd deducatur in libel-
13 lo & ſucceſſiue probetur † quid, & quantum debeatur
creditori a debitore principali,ſub obligatione bonorum,
& ſic pro quanta quantitate ſint obligata bona, quæ pe-
tuntur conſignari in cauſam pignoris retinenda, vt per
Specul.in tit.de pignor. in princ.col.2. verſiculo cæterũ,
& Ange.in d.§.item Seruiana, in fi.Secundò requiritur,
quod deducatur & probetur, quod ad dictam quantita-
tem reſtituendam ſe & ſua bona debitor obligauit,& qđ
tempore obligationis vel poſtea ipſe debitor tenebat &
poſſidebat dicta bona, quæ nunc tenet talis perſona, vt
per Ang.in d.§.item Seruiana.in fin.& in locis de quibus
ſuprà, ſed per dictas filias, mediante miniſterio earum
curatoris omnia ſupradicta requiſita legitime compro-
bata reperiuntur contra prædictos fratres de Aualle ter-
tios poſſeſſores bonorum,de quibus in cauſa,ergo in ipſo
interdicto obtinere debent argumento notatorum in l.
qui accuſare,C.de edendo.

Non obſtant modo allegata in contrarium. Et primo,
quod obſtet exceptio excuſſionis non factæ contra prin-
cipalem debitorem, quia reſpondetur pluribus modis.
14 Et primò,† quòd cum exceptio excuſſionis reſpiciat pe
titorium & non poſſeſſorium, vt decidit Lanfran.Bald.in
deciſ.84.& 101. quod ea non poteſt opponi in vtili Saluia
no interdicto,quod eſt mere poſſeſſorium,iuxta Barto.&
alios in dicta l.ſi.C.de Sal.interd. & hoc in indiuiduo vo-
luit Rip.in rub.de pign.colum.penul.
15 Secundo reſpondetur † quo vbicunque proceditur ſo-
16 la facti veritate inſpecta prout in † ſenatu, qui repreſen
tat principem, qui veritate inſpecta iudicat, & rem co-
gnoſcit,vt no.Bart in l.Emilius,circa fi.ff.de minor. Dec.
in conſil.200.in fin.Guid.Pap.deciſ.29.& 206. ac Crauet.
in conſil.198.colum.3, circa princip. ibi non eſt locus ex-
cuſſioni, ſi ipſa exceptio per viam præpoſterationis iudi-
cij oppoſita fuerit,prout in caſu præſenti. Ita Ange.in §,
Item ſi quis infraudem,col.antepen.Iuſti.de actionibus,
Alex.in conſil.114.columna 2.in fin. volumine 6. Corne.
conſil.55.volu.3.Socinus in regula 133.in vltima fallent.
& in conſi.24.col.pen.vol.1.Barba in cap.peruenit,col.2.
verſic.4.limita.de fideiuſſo. & in conſi.12.colum.3.vol.4.
Marſ.in rubrica,de fideiuſſ.col.6.ver.& idem dicas. Are.
in conſi.126.colum.pen.Moder.in tract.de pign.in 8.par.
in prin.numero 28.
17 Tertiò dicitur,† quòd diſcuſſio bonorum non debet
fieri de bonis quæ ſint in controuerſia,nec ſub ipſius pre-
textu debet retardari proceſſus agitatus contra tertium
poſſeſſorem, vt per Ange.in §.Sed neque, in auth. de fi-
deiuſſo. quem ſequuntur Moder, vbi ſupra in d. 8.par. in
princ.numero 48.
18 Quartò in indiuiduo,† quòd in vtili Saluiano interdi-
cto non ſit locus ipſa excuſſione bonorum principalis de-
bitoris.Hoc voluit Soci.in conſi.80 col.2.verſic.vel etiam
& tertiò,vol.3.quem ſequitur Crau.in conſi.7.col.2. & in
7.dub.in prin,vol.2.

Non obſtat ſecũdo,quod dicti fratres de Aualle vti ter
tij poſſeſſores non potuerint conueniri vtili Saluiano in-
terdicto,ex quo hæres obtulit ſe paratum velle ſatisface-
19 re ipſis filiabus,† quoniam reſpõdetur, quod licet prædi
ctum argumentum ſit,verum,tamen non procedit in ter
minis de quibus vertitur quæſtio. Nam hęres qui obtulit
ſe ſoluere,eſt hæres cum beneficio legis & inuentarii, qui
etſi poſſit ſoluere creditoribus dando eis tot de bonis hæ-
reditariis, vt in l.fin.§. & ſi præfatam, C. de iure deliber.
20 † tamẽ hoc recipitur,& intelligi debet, vbi bona hæredi
taria ſunt in diſpoſitione hæredis,& in manu ipſius:ſecus
ſi de dictis bonis iã fuerit ſatisfactum legatariis, & aliis
creditoribus,quamuis poſterioribus,per text.in d.§.& ſi
præfatam, ſed bona hæreditaria Domini Petri nunc am-
plius non reperiuntur in diſpoſitione D. Franciſci hære-
dis,cum iam tradita fuerint pro maiori parte creditori-
bus & legatariis, contra quos hæres nullam habet actio-
nem,vt per doctores in d.§.& ſi præfatam,vbi inter alias
vtilitates competentes hæredi, quia adiuit hæreditatem
cum beneficio legis & inuentarii,hæc ſibi conceditur, ꝗ
ipſe

ipſe poſſit ſatisfacere vnicuique creditori vel legatario, primo loco venienti & petenti, donec ſupereſt de bonis hæreditarijs, licet ipſi non ſint antiquiores creditores, nec alij poſtea venientes poſſunt hæredem moleſtare, quia vnico verbo poteſt eos expedire dicendo, quia iura veſtra ſunt ſalua, poteſtis de iuribus veſtris experiri contra legatarios, vel creditores, nec vllam habetis actionem contra me. Idem dixit Ange. de Gamb. in tract. de teſta. in glo. 112. verſiculo quæro. Quas vtilitates, verſiculo 3. vbi inquit, quod tali caſu antiquiores creditores debent agere hypothecaria, vel condictione indebiti, vel conditione l. final. C. de iure deliberan. contra dictos creditores, quibus ſatisfactum ſit, & multo magis contra legatarios, ſi qui de eorum legato fuerit ſatisfactus. Hoc etiã ſequitur Guid. Pap. in tract. de for. inuent. numero 16. & Franc. Porcel. in tract. de inuent. verſiculo. Septimo principaliter quæro, in verſic. tertius effectus. Item etiam de alia parte dictorum bonorum non poteſt ſatisfieri per hęredem ipſis filiabus, quoniam ea retenta fuerunt per D. Franciſcum de Medicis, tum ratione expenſarum factarum in ſepeliendo defunctum, & in eius funeralibus, quę licitè potuerunt retinere vſque ad quantitatem, quam teſtator iuſſit fieri, iuxta not. in l. 1. in §. impenſa, ff. ad l.
21 Falc. c. † Cui cum pro conſequendis expenſis competeret actio in factum funeralis l. & ſi quis, §. hæc actio. l. ſi quis ſepulchrum, §. Prætor ait, ff. de religionis & ſump. fun. vt per Specu. in tit. de ſepul. §. Porro. & Rip. in tract. de peſte, in titul. de remed. præſerua. num. 132. multò magis & retentio, quæ facilius conceditur, quam ipſa petitio, l. per retentionem, C. de vſuris, l. 2. vbi Baldus in tertio notabili, C. de fideicommiſſis, Capra. in conſi. 19. Dec. in cõſ. 298. colum. penul. in conſi. 300. colum. 2. in conſilio 309.
22 colum. 5. † & adeo huiuſmodi actio in factum funeralis eſt priuilegiata, vt præcedat omnes alias actiones anteriores, nedum perſonales, ſed & hypothecarias, vt per Rip. vbi ſupra, & dominum Ioannem Bap. de Sancto Blaſio, in tractatu de actio. & eius nat. act. 117. & etiam dotem, ſecundum eum per legem impenſa, ff. de relig. & ſumptibus fun. quæ loquitur per dictionem ſemper. argumento, l. penul. ff. ſoluto matrimonio. Et ideo dixit textus in l. fi. §, in computatione, C. de iure deliberandi, & ibi.
23 Paul. Corn. & alij, † quòd hæres, qui adiuit hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij, ante omnia deducit de hæreditate expenſam funeris, & reſiduum, quod debebatur hæredi, a defuncto non detrahitur, ſed parem conditionem habet ipſe hæres cum cæteris creditoribus, ſeruata temporum prærogatiua.

Nec habet obſtare, quod licet expenſa funeris habeat priuilegium prioritatis, de quibus ſupra, tamen quod id procedit reſpectu tacitarum hypothecarum, non autem reſpectu expenſarum, quæ ſint anteriores, vt per gloſſ.
24 in dicta l. impenſa, † quia reſpondetur, quòd imo huiuſmodi priuilegium competit, reſpectu tam expreſſarum, quam earum quæ tacite ſunt, vt probatur in d. §. in computatione dum ibi tex & Doct. volunt quod expenſa funeris ante omnia deducatur de hæreditate, & eam minuant, & reſpectu aliorum creditorum ipſius hæredis, ipſe concurrat exinde cum aliis creditoribus ſeruata temporum prærogatiua: ſi enim habentes priores hypothecas expreſſas deberent præferri habenti actionem in factum funerariam, poſteriorem ſequeretur, quod expenſa ipſius funeris ante omnia non deduceretur, de hæreditate, & eam non minueret, & tamen eſt falſum, quia contra not. in d. §. in computatione, vbi ante omnia deducitur, & exinde alia credita, ipſius hæredis concurrunt cum cæteris creditoribus ſeruata temporum prærogatiua. Item & hæc volunt Rip. & dominus Ioannes Baptiſta de Sancto Blaſio vbi ſupra, vbi ſimpliciter & indiſtincte dicunt huiuſmodi actionem præcedere omnes alias anteriores, nondum perſonales, ſed etiam hypothecarias. Cum igitur de dictis bonis retentis per hæredem, non poſſit fieri ſatisfactio ipſis filiabus pro dotibus maternis, neceſſario ſequitur, quòd huiuſmodi oblatio, tanquam vana & inutilis non habet excludere prædictas filias, & earum curatorem quin potuerit intentare dictũ Saluianum vtile interdictum contra dictos fratres de A-
25 ualle tertios poſſeſſores bonorum, de quibus ſupra, † quia paria ſunt non offerre, vel offerre, ſed inutiliter, l. nulla, ff. de author. tut. notatur in l. quoties, & in ſpecie, per Iaſ. multa alleganter, ff. qui ſatiſdare cogantur. Item etiam dicta bona retenta fuerunt reſpectu expẽſarum ſn infir-
26 mitate defuncti, per dictum Dominum Frãciſcum, † quę purificantur expenſis factis in funeralibus per tex. in l. in reſtituenda, vbi not. Bal. & Sali. C. de pet. hæreditatis, vbi propriè dicunt per illum tex. quod expenſæ factæ in infirmitate ſepultura æquiparantur. Idem tradit Alex. in d. §. in computatione, in primo no. & melius ibi Iaſ. vbi dicit, quod ſicut expẽſa funeris eſt priuilegiata, vt ante omnia
27 deducatur de hæreditate. † Idem eſt in expenſa facta in infirmitate, quod tamen intelligas de expenſa facta in infirmitate defuncti, & non de aliis expenſis factis in aliis infirmitatibus ante vltimam, ex qua mortuus ſit: quod videtur probari per text. in d. l. in reſtituenda, vbi dicit text. quòd in reſtituenda hæreditate, compenſatio eius inducitur, quod te in mortui infirmitatem, in ſumptum que funeris bona fide, ex proprio patrimonio erogaſſe probaueris, & ſic ponderanda ſunt verba legis, dum dicunt, quod te in mortui infirmitatem, ex quibus verbis æquiparantur expenſæ ipſius infirmitatis, expenſis factis in funeralibus, per Bald. & Salic. ibi, quod etiam ſentit Iaſ. in d. § in computatione, dum dicit in primo notabili. Idem eſt in expenſa facta in infirmitate defuncti, vnde ex omnibus ſupra dictis, quæ iudicio meo ſunt manifeſtè comprobata, clari iuris eſſe cenſeo, huiuſmodi filias hæredes matris, mediante miniſterio earum curatoris, pro dotibus maternis legitimè intentaſſe remedium Saluiani vtilis interdicti contra iam dictos tertios poſſeſſores, & per dominos iudices cauſæ, ipſos condemnandos fore ad dimittendum & relaxandum poſſeſſionem bonorum, quæ per eos tenentur ipſis filiabus, ſeu earum curatori retinendam loco pignoris per eas, donec fuerit integraliter ſatisfactum ipſis filiabus pro dotibus maternis, de quibus ſupra. Laus Deo.

## SVMMARIVM.

1 *Solennitas quæ requiritur in alienatione rerum eccleſiæ, requiritur etiam in tranſactione rerum eccleſiaſticarum.*

2 *Minor ſicut non poteſt alienare bona ſine decreto, ita nec ſuper his tranſigere ſine decreto.*

3 *Tranſactio eſt ſpecies alienationis.*

4 *Alienatio rei eccleſiaſticæ cuius conſenſum requirat.*

5 *Alienatio facta per commendatorem Hieroſolymitanum cum cõſenſu Papæ, valet, & ſi non interuenerit authoritas, vel conſenſus magni Magiſtri.*

6 *Solennitates, quæ requiruntur regulariter in alienationibus eccleſiæ, non requiruntur in alienationibus, quæ fiunt per fratres Prædicatores, licet ſecus in alienationibus fratrum ordinis ſancti Auguſtini.*

7 *Fratres Prædicatores ex ſuis conſtitutionibus ſunt incapaces rerum immobilium.*

8 *Eccleſia coacta alienare fundum per fideicommiſſum illud poteſt alienare ſine ſolennitate.*

9 *Alienatio rerum eccleſiæ, hodie per conſtitutionem Paulinam, quæ vbique ſeruatur, eſt nulla.*

10 *Tractatus eſt de forma in alienatione rei eccleſiaſticæ & ſufficit vnus ſecundum communem.*

11 *Tractatus non probatur ex verbis inſtrumenti, in quo dicatur habito ſæpe & ſepius colloquio cũ priore, vel ipſe prior cũ capitulo.*

12 *Solennitas intrinſeca non præſumitur interueniſſe in inſtrumento, licet de ea in ipſo fiat mentio*

13 *Inſtrumentum tractatus debet fieri de per ſe & ſeparatim ab alienatione rei eccleſiæ.*

14 *Conſuetudo adimens tractatum in alienatione rei eccleſię, non valet.*

15 *Tractatus nedum requiruntur in alienatione rerum eccleſiaſtirum cathedralium, ſed etiam aliarum eccleſiarum, & monaſteriorum.*

16 *Alienatio rerum eccleſiaſticarum requirit cauſam neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis, quę probanda uenit ſecundum cõmunẽ.*

17 *Alienatio rerum eccleſię, licet in nonnullis caſibus permiſſa ſit, tamen pro ea non præſumitur, cum regulariter alienatio prohibeatur.*

18 *Res dicitur certa pro eo qui regulę innittitur.*

19 *Prelato aſſerenti in inſtrumento alienationem rei eccleſię tendere in euidentem vtilitatem eccleſię, non creditur in præiudiciũ eccleſię.*

20 *Verba atteſtatoria vtilitatis, & neceſſitatis prolata, in unione non probant.*

21 *Verba narratiua inſtrumenti facientia mentienem de mandato, non probant mandatum, etiam ſi notarius diceret, ut apparet in tali inſtrumento a me rogato & confecto.*

22 *Tertius poteſt opponere de nullitate ſolemnitatis non ſeruatæ in alienatione rerum eccleſiaſticarum, etiam eccleſia nollente, & num.53.*

23 *Prelatus ſecundum communem in acquirendis, poteſt præiudicare eccleſiæ, licet non in acquiſitis.*

24 *Prælatus poteſt remittere caducitatem emphyteotæ Eccleſiæ, ſi ceſſauit per biennium ſoluere canonem.*

25 *Prælatus ſolus poteſt donare noualia, quæ oriuntur infra dioceſim ſuam.*

26 *Prælatus poteſt facere deteriorem conditionem eccleſiæ in acquirendis quando non ſunt res de menſa eccleſiæ, & nondum ipſi incorporatæ.*

27 *Filius & ſeruus in acquirendis poſſunt præiudicare patri & domino, ſecus in quæſitis.*

28 *Diſpoſitio l. cum auus, ff. de conditio. & demonſtra. limitatur locum non habere in iure quærendo.*

29 *Prelatus ſine conſenſu capituli poteſt repudiare rem mobilem nõ paruam legatam eccleſiæ, & nu.33 latiſſimè.*

30 *Minor etſi non poſſit prædia alienare ſine decreto, tamen poteſt ea repudiare.*

31 *Aliud eſt alienare quod ſuum eſt, aliud verò acquirere.*

32 *Actiones quæ competunt pro re legata, vel ad rem competunt legato vel expreſſè vel tacitè accepto.*

33 *Tranſactio fieri non poteſt per Prelatos ſine ſolemnitate de rebus acquiſitis per aditionem hæredis, quod declara vt ibi.*

35 *Momentanea non habetur in conſideratione.*

36 *Perueniſſe non dicitur, quod permanſurum non eſt.*

37 *Nudum nomen hæredis non habetur in conſideratione.*

38 *Prælatus poteſt ſecundum communem repudiare hæreditatem nõdum acquiſitam.*

39 *Legatum non ſolet affere niſi commodum & lucrum.*

40 *Hæreditas ſolet afferre incommoda, & aliquando eſt damnoſa.*

41 *Cui licet quod eſt plus, debet etiam licere quod eſt minus.*

42 *Tranſactio fieri poteſt a Prælato cum capitulo, quando per eum nihil relaxatur aduerſario.*

43 *Tranſactio ſuper re feudali, vel emphytheotica, poteſt fieri, quando aduerſarius poſſidet, quia tunc dimittere talem rem, non eſt alienatio.*

44 *Tutor poteſt tranſigere ſine decreto, quando minor non poſſidet, etiam ſi apud aduerſarium res remaneat.*

45 *Pacta & tranſactiones facta, & factæ bona ſide per Capitula & Priores locorum ſuorum valent, etſi licentia ſuperiorum non interuenerit, quod amplia, vt nu.47. & 48.*

46 *Fratres non debent per ſuos actus aliquem decipere, ſed cum omni puritate procedere.*

47 *Fratres debent ſe abſtinere ab his, per quæ alijs daretur malum exemplum aut detraheretur famæ ipſorum.*

48 *Commendabile eſt ſeruos Dei non litigare.*

49 *Adminiſtratoribus legitimis, licet non ſit permiſſa tranſactio in præiudicium dominorum, tamen ſecus eſt vbi reſultat dominorum vtilitas, vt puta ſi de iuſtitia dominorum vehementer dubitatur.*

50 *Adminiſtratores legitimi poſſunt remittere debita dominorum, quando in exactione debiti maiores ſumptus currerent, quàm eſſet vtilitas debiti.*

51 *Tutori non imputandum, ſi non exigit debitum in quo oportebat eum plus expendere, quàm quod perciperet.*

52 *Conſenſus ſuperioris ubi requiritur in alienatione rerum monaſteriorum, ſufficit, quòd interueniat licentia Prouincialis.*

## CONSILIVM XV.

IN præſenti cauſa, quæ modicam non vide
tur habere difficultatem. Primo quidem
ingreſſu videntur dicendum, tranſactio-
nem celebratam inter Dominam Catha
rinam de Baſtis nomine filiorum ſuorũ,
& fratrẽ Baptiſtam ordinis Prędicato-
rum, cum conſenſu Prioris & capituli
Sancti Iacobi de Valentia, ſuper bonis & hæreditate quõ
dam Domini Ceueri Franciſci, fuiſſe & eſſe nullam. Nam
1 clariſſimi iuris eſt,† quòd eadem ſolemnitas, quæ requiri
tur in alienatione rerum eccleſiæ etiam requiritur in trã-
ſactione ipſarum rerum eccleſiaſticarum. Quod proba-
tur ex not. per glo. & Bald. in l. prima, C. ſi aduer. tranſac.
2 † Vbi ſicut minor non poteſt alienare bona ſine decreto,
l.1. ff. de rebus co. Ita nec ſuper his tranſigere ſine decre-
3 to, quia tranſactio † eſt ſpecies alienationis, l.1. verſic. at ſi
tranſegerit, ff. ſi quid in fraudem patr. Idem probatur ex
dictis Doct. in l. ſi Præſes, C. de tranſactio. & per Cacialu-
pum in tractatu de tranſactio. in 7. q. col.2. vbi ſubdit ad-
uertendum eſſe, quòd in locis in quibus per ſtatutum, vel
conſtitutionem prouinciæ requiritur aliqua ſolemnitas
in alienatione facienda per mulierem, aut minorem, aut
filiumfamilias eadem etiam requiritur in tranſactione.
4 Idem Cacialup. in q.8.† Sed in alienatione rei eccleſiaſti-
cæ, requiritur vel conſenſus epiſcopi, ſi eſt facta per Cano
nicos, vel alios pieno iure ei ſubiectos, vt in cap. nullam,
19. quæſt.2. & in ca. in venditionibus, 17. quæſtio.4. Socin.
conſi.15. col.9. vol.1. & in conſi.52. col.2. vol.4 & Ruyn. in
conſi.157. col.j. vol.1. vel illius epiſcopi, qui eſt immediate
ſuperior eccleſiæ cuius res alienatur, ideſt qui debet de
rectore eccleſiæ prouidere, ſecundum Bal. in authen. hoc
ius porrectum, C. de ſacroſanctis eccleſ. & eo abſente au-
thoritas iudici laici ſecundum gl. not in ca. ſine exceptio-
ne 12. quæſt.2. & Bertachi. in tracta. de epiſcop. in 4. part.
in 34. quæſtio. quòd dicit notandum, vel conſenſus Abba-
tis quando Abbas in illa eccleſia habet ius epiſcopale, vt
quia eccleſia eſt ſibi pleno iure ſubiecta: quia tunc omnia
iura epiſcopalia poteſt, vt epiſcopus exercere, licet aliàs
ſecus, vt per Bald. in authen. hoc ius porrectum, colum.3.
verſiculo quid de abbatibus exemptis, C. de ſacroſanctis
eccl. Abb. in cap. ſtatuimus, colum.1. de tranſact. in cap.1.
de rebus eccleſ. non alien. Calde. in conſi.9. in tit. de reb.
eccle. non alienan. Barb. in conſi.40. volum.1. & in conſi.
14. col.2. volumine 2.

Vel & tertiò conſenſus Reuerendiſſimi Generalis ordi
nis fratrum, vt per Soc. in citato conſ.15. colum 9. verſic.
vnde dicendum, volum 1. & in conſ.52. colum.2. vbi dicit,
quod etiam non ſufficeret conſenſus Prouincialium, ſi nõ
conſtet, quod ipſi habeant eccleſias ſuæ prouinciæ pleno
iure ſubiectas.

Vel & vltimò authoritas Papæ, vt per Bal. in l. illud, C.
quando decreto opus non eſt, Ruyn. in conſi.57. colum.1.
vol.1. poſt Abb. in conſi.41. vol.1. vbi in dictis locis conclu
ditur ſolam authoritatem Pontificis ſufficere, ſiue ſimus
in caſu, in quo ſolus Prælatus in alienando tantam habeat
poteſtatem, quantam Prælatus cum Capitulo ſiue ſimus
in caſu in quo prælatus habere Capitulum. Ad idem acce
5 dit quod dixit Pariſ. in conſi.24. col.1. vol.1. † Vbi inquit
alienationem factam per commendatorem & Præcepto-
rem religionis Hieroſolymitanæ valere, ſi ſit facta cum
authoritate Papæ, etſi non interuenerit authoritas & cõ-
ſenſus magni Magiſtri, quoniam quando fit cum authori-
tate Pontificis, dicitur legitime facta, nec alia ſolemnitas,
aut deterius conſenſus requiritur, vt probatur in ca. ad
audientiam, el ij. cum gl. de eccleſiis ædificãdis. Idem vult
Bertachin. vbi ſupra, q.34. & in ſpecie in terminis tranſa-
ctionis. Hoc decidit Abb. in c. contingit, in 1. col. de tran-
ſactio. quem ſequitur Cacialup. in d.7 quæſt. verſicu. ſed
quæritur, an prælatus, vbi inquit, quod quando per tran-
ſactionem alienatur res immobilis eccleſiæ, vel mobilis
pretioſa, quæ aliàs ſine ſolemnitate debita alienari non
poterat, tunc non poteſt fieri tranſactio, niſi Capitulum
conſentiat, & authoritas ſuperioris interueniat. Nam ſi-
cut directè non poteſt fieri talis alienatio ſine ſoleunitate
ita debita, nec indirectè tranſigendo, & ideo ex his vide-
tur dicendum, quòd cum in huiuſmodi tranſactione non
interuenerit authoritas Generalis ordinis prædicatorum
nec authoritas Pontificis, ſed prouincialis, de cuius au-
thoritate apparet, & quæ etiam non ſufficeret, vt ſcilicet,
quòd ipſo iure ea reddatur nulla ex defectu ſolemnitatis,
vt per Socin. in d. conſi.52. colum.2. volum.4 & Barba. in
conſi.40. col.5. volum.1.

6 Nec habet obſtare, ſi dicatur, † quòd in alienationibus
quæ fiunt per fratres Prædicatores non requirantur ſo-
lennitates, quæ regulariter in alienationibus rerum ec-
cleſiæ, requiruntur ſecundum Archidiac. in ca. de viduis
27. q.1. & Bal. in c. cum cauſa. verſic. quæro, nunquid in vẽ
ditionibus. de re iudica. in àuth. hoc ius porrectum. co-
lum. pen. verſ. Adde poſt iſta omnia. & in authent. ſi qua
mulier, C. de ſacroſanctis eccle. col.3. verſic. Sed ſi pona-
namus. & Fely. in cap. in præſentia, colum.24. veſi 3. ſcias,
de proba. licet requiratur in alienationibus rei eccleſiæ
fratrum Sancti Auguſtini, vt dicit Ange. in §. vt autem in
7 authen. de non alienand.† Quia reſpondetur, quòd iſtud
procedit & locum habet eo, quia ipſi fratres ex ſuis con-
ſtitutionibus ſunt incapaces immobilium, vt inquit An-
chara. in conſ.56. colum. fi. quem ſequitur Felinus, vbi ſu-
prà. & ideo arctantur ad vendendum dicta bona, quo ca-
ſu ſolemnitas de qua ſupra non requiritur in alienatione
neceſſaria, cap. extirpandæ, de prębend. Notant Modern.

in

in tractu,de empt. & vendit.q.5. princip.colum.fin.circa
8 fin.† & ideo dixit Lap. allegatione 26.quòd eccleſia coa-
cta alienare fundum puta per fideicommiſſum , aliena-
bit ſine ſolennitate.& Lap.ſequitur Fel.in d.c.in præſen-
tia.col.24 verſ. Tertiò ſcias.

9 Secundò reſpondetur , † quòd hodie per conſtitutionē
Paulinam indifferenter eſt prouiſum , vt nullatenus te-
neat alienatio rerum eccleſiæ cuiuſcunque,quæ conſtitu-
tio vbique ſeruatur ſecundum Bertach.in d.tract.de epi-
ſcopis.in 4.par.verſi.36.quæro. col.2. in prin.

10 Item etiam adeſt in præſenti tranſactione † defectus
tractatus , qui eſt de forma alienationis rei eccleſiaſticæ.
vt notatur in cap.cùm apoſtolica.& in c.tua. Et ibi Imol.
de his quę fiunt à prælat.& per alexandrum in conſi. 17.
col.2.vol.4.Bolog.conſ.33. col.1.& Socin.in conſi. 52.co-
lum.j.volum.4.qui ſecundum Spec.in tit.de loca.8. ſecū-
do verſ. & ſcias debet eſſe trinus , vel ſaltem ſecundum
Ioan.And ibi, vnus . niſi in nigris monachis S. Benedicti
vigore conſtitutionum dicti ordinis, requirentium tra-
ctatus duorum dierum interpellatorum.Quod etiam vo-
luit Geminia. in cap.j.colum.3. de rebus eccl. non alien.
in ſexto. & Soc.in conſ.29. col.6.in prin.volu.1. Et quòd
ſufficit etiam vnus voluit Imol. in cap.j. de his quæ fiunt
à præla. Socin. in conſ.15. col.9. verſ. Poſquam. verò vol.
j. & in conſ.29. col. 5. verſic. 3. principaliter. volu. eod.
vbi dicit hanc eſſe communem , & ita communiter tene-
re Doctor. in cap. tua nuper. per illum text. de rebus ec-
cleſ. non alienand. Bertach. vbi ſuprà quęſt. 38. Ergo ex
dicto defectu tractatus redditur dicta tranſactio ſine for-
ma ergo nullius efficaciæ cùm forma dat eſſet rei, & eam
conſeruat in eſſe,vt per Barb.in d. conſ.40. colum.8. ver.
Prætera,vel primo.

11 Nec ipſis filijs prodeſſe habet , † ſi dicatur de tractatu
conſtare,quia in inſtrumento tranſactioni, dicitur habi-
to ſæpe & ſæpius colloquio ſuper infraſcriptis cum do-
mino Priore,& ipſe Prior cum dictis de Capitulo . quia
reſpondetur , quòd talia verba non probant tractatum
pręceſſiſſe.Ita Calde.in conſi.4. in tit. de rebus eccl. non
alien.Alexand.in dicto conſil.17. colum.2. Corn.in con-
ſil.243.colum.2. volum.2. Barba.in conſ.40. col.5. in fin.
vol.j.Socin.conſil.29.col.6.volum.j.& in conſi.52.colum.
j.& ſequ. vol.4.

12 † Quoniam iſta eſt ſollennitas intrinſeca,quæ non præ-
ſumitur interueniſſe,cùm ſit talis,quæ tempore actus ge
ſti non potuit interuenire,& cui partes non poterunt re-
nunciare , & ideo non præſumitur pro ea etiam ſi de ip-
ſa fieret mentio in inſtrumento. l.ſi fortè. ff.de Caſtrenſ.
peculio Socin.in allegato conſ.29.colum.6.Pariſ.in conſ.
36.colum.1 vol 4.& ideo dicunt Paul. de Caſtr.in conſil.
89.in antiquis. col.fi.& in conſil. 39. in ſecundo volu. Bo-
log.in citato conſ.33. col 2. Pariſ. d.conſ.36.Rui.in conſ.
189.col 2.vol.j in conſ.111.col.fin.vol.4.& in conſ 40 co-
lum.j.vol.5.& Bertach.in d.tract.de epiſcopis. in 4. parte
13 quæſt.38.in princ. † quod de dicto tractatu ſemper de-
bet fieri inſtrumentum de per ſe, & ſeparatum ad ipſa a-
lienatione,& adeò verum eſt , quòd conſuetudo non po-
14 teſt adimere tractatum prædictum, quia talis forme omiſ
ſo eſſet nimis damnoſa eccleſiæ.Ita Bald.in authentic.hoc
ius porrectum. colum. 2.in princ. C. de ſacroſanct. eccle.
Cald.in conſi.3. in tit. de his quæ fiunt à prælat. & hanc
eſſe communem dixit Abb.in c.nulli.col.2.de rebus eccl.
non alienand.Vnde cùm de huiuſmodi tractatum non ap
pareat,de quo tamen debet fieri probatio per allegantē ,
vt per Cornel. in citato conſil. 243. ſequitur tranſactionē
ex defectu formæ nullius fuiſſe valoris & momenti.

15 Inſuper non obſtat ſi dicatur, † quòd huiuſmodi tra-
ctatus requiritur in eccleſijs cathedralibus , & non alia-
rum eccleſiarum,ſeu monaſteriorum , vt eſt deciſio Ge-
minia.in dicto c.j.in fin.de rebus eccleſiæ non alien.in ſe
xto & tex.in c.Abbatibus.12.quæſt.2. qui loquitur de ſo-
lennitate ſeruanda in alienatione rerum monaſteriorū ,
& tamen nullum tractatum requirit, & vbi lex hoc non
dicit, nec nos dicere debeamus.l. de pretio.ff.de publica.
Quia reſpondetur , quòd imò requiritur talis tractatus
in alienatione rei eccleſiæ monaſteriorum. Ita Specu.in
d.tit.de locato.§.ſecundo.verſ.& ſcias. vbi in forma alie-
nationis ponit tractatum conuentus, & conſenſum . Ita
etiam dixit Socin.in conſil.15. col.9.ver.poſtquam verò
oſtenſum eſt. & in conſ.29. verſicul. nec obſtat ſi dicere-
tur volum.j. & in conſil.52. colum.j. volum 4. vbi loqui-
tur de fratribus Hereminantus Sancti Auguſtino Paulus
de Caſtro in conſilio 436.volum.1.Ruin.in conſil.86. co-
lum pen.vol.1.& in d.conſ.40.col.pen.vol.5. vbi idē vul-
tu in præceptoribus,& hoſpitalarijs.

Secundo , principaliter redditur nulla ipſa tranſactio
ex defectu cauſæ , quoniam recepta eſt Doctor. ſenten-
16 tia , † quod in alienatione rei eccleſiæ requiritur , quòd
ſubſiſtat iuxta cauſa, ſcilicet neceſſitatis, vel vtilitatis,c.
1.de rebus eccleſ.non alienand.in ſexto. Clemen.1. eod.
tit. gloſſ. in cap.1. de integrum reſtit. vbi Abba. atteſta-
tur hanc eſſe communem.& Barb. in conſi.14. colum.2.
volum.2. conſi.61. colum.2. volum.3. Dec. in conſil. 174.
colum.j.& in conſil.142.colum.2. Socin.conſi.15 colum.
2.volum j.conſi.29.colum.3.volum.eōd. & in conſil. 52.
colum.2.volum.4.Ruin.conſi.86.colum.1.volum.1.conſ.
167.in princip.vulum.eod.& in conſil.40. colum. j.in fin.
volum.5.& nedum cauſa vtilitatis ſimpliciter, ſed euiden
tis vtilitatis,vi per text.in cap.j. de rebus eccleſia. non a-
lienand.in ſexto.Cornel. in dicto conſ.243. colum.3. Pa-
riſi.conſil.36.volum.1.volum.4. & quam communem di-
xit Barba.in conſi.40.colum.1.vol.j. Sed in caſu propoſi-
to non apparet interueniſſe neceſſitatem tranſigendi, &
vtilitatem euidentem . Ergo fundata videtur intentio
domini Hieronymi Ricij contra dictos filios dominæ
Catharinæ, quòd ipſa tranſactio ſit nulla , cùm minimè
probatum comperiatur de ipſa neceſſitate , & euidenti
17 vtilitate , quæ probanda erat. † Nam cum alienatio
regulariler prohibeatur , & in quibuſdam caſſibus tan-
tam præmiſſa ſit, pro regula præſumitur gloſ. in l. omnis
18 diffinitio,ff.de reg.iur. † & res certa dicitur pro eo,quòd
regula innititur,vt not. Bart. in l. quoties, ff. ſi quis caut.
& ideo ſecundum regulam pronunciandum venit, niſi
contrarium probetur,vt dicit Bald. in c.1. col.2.de alien.
indic.mut.cau.fac.& quòd cauſa neceſſitatis,& vtilitatis
probanda ſit,voluit Guliel.land.vt refert Petr.de Anch.
in Clement.1. de rebus eccl.non alien. Barb.in conſ. 61.
col.pen.vol.3. Dec. in conſ.174.col.1. Ruin. in conſ.157.
col.2.verſ.ſecundò principaliter,vol.1.

Nec habet obſtare,ſi ex aduerſo adducatur,ꝙ in inſtru
mento tranſactionis, dicit quòd ea tendit in euidentem
19 vtilitatem eccleſiæ,qui reſpondetur, † ꝙ prælato ſic aſ-
ſerenti non creditur in præiudicium eccleſię,l.ſi fortè,&
ibi Bart.ff.de caſtrenſi pec.Doct.in auth. ſi quis in aliquo.
C.de eden.& ita dixit Gemin.in c.j.de reb.eccl.non alie.
in 6 notabili,quem ſequitur Pariſ.in conſ.36.col. j. vol.4.
20 vbi etiam inquit, ꝙ ſi in vnione dicatur pro commodo,
vtilitate,& honore , tamen dicta verba atteſtatoria vtili-
tatis,& neceſſitatis prolata,in vnione non probant,vt fir-
mat Old.in conſ.261.quod etiam voluit Dec.in conſ.522.
21 col.2. † vbi etiam inquit , quod verba narratiua facien-
tia mentionem de mandato,non probant mandatū , etiā
ſi notarius diceret,vt apparet in tali inſtrumento à me ro
gato,& confecto,per not.per Angel.in l.ſi donatio, C.de
donat.& Soc.in conſ.226. col.1. ꝙ etiam voluit ipſe Dec.
in conſ.503. col.2.facit etiam ad hoc , quod ſupra dictum
fuit , non ſufficere quoq; in inſtrumento alienationis fa-
cere mentionem de tractatu, niſi de eo alio modo probe-
tur , vt per Alex. in citato conſ.17. & alios proximè alle-
gatos. Accedit etiam, quod voluit Barb. in conſil.40. col.
5.verſ. etſi dicatur, vol.1. vbi inquit , quod licet in inſtru-
mēto alienationis rei eccleſiaſticæ dicatur habita prius
licentia à Priore generali adhuc illa atteſtatio non face-
ret fidem.

Vltimò ipſis filijs, & minoribus non habet prodeſſe,ſi
dicatur , quod talis nullitas contractus tranſactionis for-
22 ma non ſeruata,& caſu non permiſſo celebratus, † non
poteſt opponi per tertium,niſi eccleſia volente , vt vide-
tur velle Imo. in c. ſi quis presbyterorum, de reb. eccleſ.
non alien. quia reſpondetur , ꝙ immo ex quo tranſactio
eſt nulla ipſo iure , talis nullitas potuit opponi per ter-
tium , & ſic per Dominum Hieronymum Ricium , vt in
terminis decidit Ruin.in conſ.40. col.fin.vol.5. vbi decla-
rat Imo. in loco ſupra allegato .

Quibus non obſtantibus contrariam partem vti verio-
rem in terminis de quibus agitur tenendam arbitror,ad
23 quod dicendum moueor. † Nam cōmunis eſt ſcola Doct.
quòd in acquirendis Prælatus poteſt eccleſiæ præiudica-
re, licet non in acquiſitis, vt eſt gloſ.fin.in c. fin.16.q.1.c.
dictum,de reg. iur.in 6.Bart. & Doct.in l.iubemus nullā,
in princ. G.de ſacroſanctis eccl. Rom. conſ.184. Ruin.in
conſ.156. in fi.vol.1.& in conſil.164. in fi.vol.5. Aymo.in
24 conſ.152.col. pe. in fi.† Hinc videmus ꝙ Prælatus poteſt
remit-

remittere caducitatem emphyteotæ eccleſiæ ſi ceſſauit
per biennium ſoluere canonem, licet poſſet priuari om-
ni iure ſuo, recipiendo ſimpliciter Canonem præterita
temporis. Ita Card. in cap. potuit, & ibi Imol. col. 27. loca.
quem ſequitur Iaſ. in l. Seruus, C. de pact. in l. contra iu-
ris. §. ſi filius, col. j. ff. de pact. & in l. legatũ, col. fi. de leg. j.
25 † Item Prælatus ſolus poteſt donare noualia, quæ oriun-
tur infra dioceſim ſuam, ex quo non ſunt rectè acquiſita
eccleſiæ. Ita Abb. in dicto c. tua nuper, de his quæ fiunt a
prælat. per tex. in cap. quoniam, de decim. vbi omnes no-
26 tant, ſequitur Iaſ. in conſ. 164. in fi. volu. 5. † Plus prælatus
poteſt facere conditionem eccleſiæ deteriorem in acqui-
rendis, quando res non ſunt de menſa eccleſiæ, & non-
dum ipſi incorporatæ, vt per Baldum in authenti. ſi qua
mulier, col. vlt. C. de ſacroſanctis eccl. Iaſ. in d. l. legatum,
col. fin. in princ.
27 Simile videmus, † in filio, & ſeruo, qui poſſunt præiudi
care patri, & domino, in quærendis, licet non in quæſitis,
l. Seruus, C. de pac. vbi Iaſ. Ro. in citato conſil. 184. & Iaſ.
in d. §. filius, & in d. l. legatum col. fin. & ideo dixit Anch.
in conſ. 205. quem ſequitur Barb. in conſ. 53. col. 15. in fi.
28 vol. 2. † quod diſpoſitio, l. cũ auus, ff. de cond. & demonſt.
limitatur non habere locum in iure quærendo.
Poſtremò proprius accedendo ad terminos quæſtionis
noſtræ, facit quod conſuluit Feder. de Sen. in conſilio 9. v-
29 bi quærit, † an res mobilis non parua legat eccleſiæ poſ-
ſit per prælatum repudiari, ſine conſenſu ſuperioris. Et
primò arguit. quòd non ſit iſta repudiatio eſt alienatio,
vt 12. q. 2. c. Abbatibus, ſed iſta eſt alienatio, vt probatur
in l. magis puto, § fundum, ff. de reb. eo. Item quia domi-
nium rei legatæ tranſit directa via in legatarium etiam
ignorantem, l. à Titio. ff. de fur. l. cum pater, §. Surdo, ff. de
30 leg. 2. ſed in contrarium determinat, & mouetur. † Nam
certum eſt, quod prædia minorum non poſſunt alienari
ſine decreto, l. j. & 2. C. de præd. mino. & tamen poſſunt
31 repudiari, d. §. fundum. † Item aliud eſt alienare quod
ſuum eſt, aliud vero acquirere, l. ſi ſponſus, §. ſi maritus, de
donat. inter virum, & vxorem. Sed non eſt par, eademq;
ratio, ſed diuerſa, lucrum non capere, & quod ſuum eſt
amittere, l. fi. C. de codic. poſſit agi contra prælatum, quia
acquirere neglexerit, l. quicquid, C. arb. tute. non poteſt ta
men eccleſia dicere, quòd res eccleſiæ eſt alienata cùm il-
la nunquam fuerit in dominio eccleſiæ. Simile adducit de
beneficio acquiſito, vel acquirendo. Nam primum ſine
authoritate ſuperioris renunciari non poteſt, ſed ſecun-
dum ſic ipſo facto, c. quod in dubijs, de renunc. cap. ſi tibi
abſenti, de præb. in 6.
Nec habet obſtare ſecundum eum, ſi dicatur ius quod
habeo ad rem immobilem, conſequor eo iure, quo res im
32 mobilis, vt in auth. de non alien. in gloſ. in §. fin. † quia re-
ſpondet, ꝙ actiones quæ competunt pro re legata, vel ad
rem competunt legato accepto tacitè vel expreſsè, vt ibi,
& cum Feder. tranſeunt Card. in d. c. tua, de his quæ fiunt
à Prælat. & ibi Abb. idem Abb. poſt But. in c. 1. de dolo, &
33 contum. col. pen. in princ. † vbi propriè dicit prælatum ſo
lum poſſe repudiare legatum citra ſolemnitatem fratrum
eccleſiæ, Gemin. in c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. Rom.
in conſi. 184. Barb. in cap. vt nuper, col. 3. in fi. de reb. eccl.
non alien. in rub. eod. tit. col. 26. verſ. & quanquam vtilia,
in conſ. 40. col. 6. in fi. vol. 1. in conſi. 12. col. 2. volu. 1. & 14.
col. 9. vol. 2. & in conſi. 15. col. fi. & in conſi. 53. col. 15. in fi.
& in conſi. 34. col. fi. vol. eo. & in conſ. 62 col. 2. in fi. volu. 3.
Anch. in conſi. 135. col. 1. Laur. de Fan. c. 1. de reb. eccl. non
alie. in 6. 2. q. princ. vbi dicit hanc partem veriorem, & in
iure melius fundatam. Bertach. in tract. de epiſ. in 4. parte,
verſ. 10. & Fed. etiam ſequitur Fel in ca. quod in dubijs,
col. 3. in princ verſ. fallit ſecundò, de maiorit. & obed. &
dicit Aret. in l. is qui hęres, col. fi. de acq hæred. quod opi-
nio Federici ſeruaretur in pactica, quia eſt communis opi
nio apud Canoniſtas, & Fed. quoque refert, & ſequitur
Dec in c. eccleſiæ S. Mariæ, col. antepen. verſic. tertia con-
cluſio. de conſt. & Iaſ. in d. l. legatam, col. pen.
34 Nec obſtat ſi dicatur, † ꝙ imò ex quo agitur de rebus
acquiſitis per aditionem hæreditatis, ꝙ ſine ſolemnitati-
bus, & cauſis, de quibus ſupra non potuit fieri ipſa trãſa-
ctio, & per Aym. in conſ. 252. col. pen. in fi. quia reſponde-
tur, ꝙ huiuſmodi aditio hæreditatis fuit facta tãquam ne-
ceſſarium antecedens ad ceſſionem de qua agitur, & li-
cet induxerit acquiſitionẽ, ſolummodò fuit facta ad finẽ
ipſius ceſſionis, & renunciationis, & nõ ad effectum retẽ-
35 tionis, † ergo tale ius acquiſitũ tanq̃ momentaneum, nul-
lius dẽt eſſe conſiderationis, quia momentanea non hñr
in conſideratione, l. ſi §. fi. vbi vbi Bald. expreſsè notat. C.
de bon. quę lib. Itẽ Bal. in c. cũ cã, in fi. de re iud. Facit tex.
36 in l. aliud eſt capere, de ver. ſig. † vbi perueniſſe nõ dr, ꝙ
37 non eſt permanſurũ, † & nudũ nomen hæredis non habe
tur in cõſideratione, l. 2. §. ſed ſint ſui, ff. ad Tert. & in ter-
minis eſt expreſſa deci. Soc. in conſ. 53. col. pen. in fi. vol. 4.
Vltimò in terminis hæreditatis hoc voluit Bart. in l. tu-
tor, ff. de bon. poſſ. in fi Bald. in l. bonorum, in 5. q. C. qui
admit. Abb. in c. 1. col. pe. de dolo, & contuma. & hãc eſſe
communem opinionem dixit Fel. in c. in præſentia, col. fi.
de probat. & Iaſ. in l. legatum, ff. de legat. j. vbi reprobat
Alex. ibi dicentem magis communem eſſe in contrariũ
& ſecundum quam ſubdit, quòd conſuleret, & iudicaret:
quia eam reputat communem. Et hanc quoque partem
amplectitur Crauetta in allegato conſi. 152. col. pen. in fi.
38 † Cum igitur Prælatus poſſit in acquirendis præiudica-
re eccleſiæ, & ſimiliter cum conſenſu capituli repudiare
legatum, cuius dominium (vt ſupradictum fuit) recta via
39 tranſit in legatarium à morte teſtatoris. dicta l. Titio † &
quod non ſolet afferre niſi commodum, & lucrum. l. cum
hæreditatem. ff. mand. Item & multo fortius hęredita-
tem ſibi delatam, eum dominium hæreditatis delatæ non
tranſeat in hæredem, niſi poſt aditionem factam, vt eſt
caſus in l. ſi ſorori. & ibi Alexand. & Iaſo. C. de iure delib.
40 † Item & quia hæreditas ſolet afferre incommodum, &
aliquando eſt damnoſa, vt per gl. in d. l. cum hæreditatem.
Ergo multò magis potuit ſuper dicta hæreditate tranſi-
gere per Priorem cum conſenſu aliquo recepto, ſecun-
dum naturam tranſactionis. vt in l. tranſactio. C. de tran-
41 ſactio. † quia cui licet quod eſt plus, debet etiam licere
quod eſt minus. l. iuriſgentium. §. adeo. verſicu. nam ſi po-
teſt. ff. de pact. l. cui pacto. ff. de ſer. expo. regula cui licet.
de reg. iur. in ſexto. Et ita in terminis per rationem præ-
dictam conſuluerunt Roman. in d. conſil. 174. & Ancha-
ran. in conſilio 135.
Secundò pro iſta opinione facit, Nam in tranſactione
celebrata inter dictas partes, monaſterium nihil relaxa-
uit aduerſario quod eſſet ab eo poſſeſſum, quo in caſu ad-
42 mittitur a ſcribentibus, † quod tranſactio fieri poteſt
a pręlato cũ Capitulo, per ea, quæ voluit Iaſ. in l. iuſiuran-
dum quod ex conuentione, §. pupillus, ff. de iureiurando.
43 † vbi inquit, quòd tranſactio ſuper re feudali vel emphy-
theotica poteſt fieri quando aduerſarius poſſidet: quia
tunc dimittere talem rem per vaſallum ex cauſa tranſa-
ctionis non eſt alienatio. l. ſi pro fundo, C. de tranſactio.
quod etiam voluit Alex. in conſ. 41. col. 2. volum. 6. & Ia-
cob. de S. Georgio. in inueſtitut. feud. in verſ. & cum pa-
cto de non alienando, col. 2. verſi. ſubſequenter. in fin. pro
quo etiam facit quod voluit Ruin. in conſ. 11. col. 2. vol. 4.
44 † vbi dicit, quod tutor poteſt tranſigere ſine decreto,
quando minor non poſſidet. quia tunc non dicitur aliena-
tio ſequi etiam, ſi apud aduerſarium res remaneat, per
dictam l. ſi pro fundo. Hoc etiam ſequitnr Dec. in conſil.
474. in j. col & in conſi. 564. col. penul. in fi cui ſententiæ
opitulantur dicta per Bal. in l. præſes. col 2. C. de tranſact.
vbi tradit, quòd de bonis non incorporatis eccleſiæ po-
teſt prælatus tranſigere. Cum ergo in præſenti tranſa-
ctione non fuerit facta relaxatio aliqua eius, quod poſſi
debeatur, nec qđ poſſeſſum fuit, & incorporatũ eccleſiæ,
ſed tantum facta fuerit ceſſio iurium competentium ip-
ſis fratribus. ſeu eorum monaſterio ſuper hæreditate do-
mini Franciſci Ricij, quæ per magnificum dominum Hie
ronymum Ricium poſſidetur, meritò ſequitur tranſa-
ctionem ipſam com conſenſu Capituli factam per Prio-
rem valuiſſe, vt firmat Dec. in d. conſi. 474. col. 2. in prin.
Docto. ita communiter tenere. Verum quia in l. nulli. ff.
de tranſact. Bar. & Iaſ. ẽt volunt quod non liceat prælatis
eccleſiarum tranſigere de re eccleſiæ, non ſolum quando
dant alij quod poſſident, ſed etiam quando dimittunt
poſſeſſa per aliquem alium aliquo recepto per glo. in l.
cum hij, §. ſi vni, ff. de tranſactio. Ideo clarius reſponde-
tur, quòd Bar. ibi, & alij non loquuntur in terminis in qui
bus in ipſa tranſactione interuenerat conſenſus ſuperio-
ris, vt in caſu de quo agitur, prout infra demonſtrabitur:
quia tunc ea valet. Ita Dec. in conſi. 164. col. fin.
Tertiò corroboratur hæc opinio ex hijs quæ voluit Bal.
45 in conſilio 161. volu. 4. vbi concludit, † quòd pacta, & tran
ſactiones facta, & factæ bona fide per Capitula, & Prio-
res locorum ſuorum valent, etſi ſuperiorum licentia non
interuenerit, per tex. in c. fi. de pact. in ſexto. vbi per Pon-
tificem

46 tificem optima aſſignatur ratio, quæ eſt† quia non debēt
fratres per ſuos actus aliquem decipere, ſed cum omni
47 puritate procedere, † & etiam quia debent ſe abſtinere
ab his, per quæ alijs daretur malum exemplum, aut de-
traheretur famæ ipſorum, quod & fortius inquit Bal. fo-
re permiſſum, quādo nihil alienatum dicitur per fratres,
& nunquam ipſi poſſederint remiſſa, nec conſtat eorum
fuiſſe, quia tranſactio ipſa potius dicitur litium execra-
tio. Si ergo à ſummo Pontefice ſtatutum diſponitur, quòd
tranſactiones bona fide factæ per Capitulum & proris va
leant & teneant per rationem ſupra citatam, quantò ma
gis hoc firmandum venit, vbi nedum interuenit vnica
tranſactio, ſed etiam duplex, quæ ſolet eſſe maioris virtu-
tis, & efficaciæ, iuxta not. per Doct. in l. Baliſta. ff. ad Treb.
& Bald. in l. cum ſimus. C de lib. & cenſ. li. 10. & in termi
nis Anch. in conſi. infra allegat.

Quartò accedit pro hac opinione, quod voluit Anch.
in conſi. 135. vbi conſuluit tranſactionem facta inter qua
ſdam moniales, & quoſdam fratres valuiſſe, quia ius mo
nialium erat dubium & incertum & iuſta fuit cauſa trā-
ſigendi de re dubia & incerta, ſed eo in caſu, de quo agi-
tur, ius huius monaſterij erat dubium. quia bona hæredi
tatis dicti domini Franciſci poſt multas lites agitatas in
ampliſſimo Montisferrati Senatu, inter dictam D. Catha-
rinam de Baſtis nomine filiorum ſuorum, & magnificum
Dominum Hieronymum Ricium, per ordinata ipſius
ampliſſimi Senatus, fuerunt adiudicata ipſi domino Hie-
ronymo, vt narratur in ipſis tranſactionibus, & de ipſis
litibus, & ordinatis conſtat per proceſſus & ſententias,
vnde vt legitur ex ipſis tranſactionibus, non habētes mo-
dum ipſi fratres litigandi, nec litem neceſſariam faciendi
cum prædicto domino Hieronymo tam ad diſcutiendum
& elucidandum bona dicti quodam domini Franciſci
quam etiam infrigendi inſtrumētum ceſſionis primo lo-
co factæ dictæ dominæ Catherinæ nomine dictorum ſuo-
rum filiorum, & etiam conſiderato, quod ipſa hæreditas
erat implicita multis legatis aſcendentibus ad ſummam
ſcutorum centum quinquaginta. vt de his facta fuit fides,
& quòd fuiſſent aſtricti ad præſtandum alimenta duobus
ſpurijs dictam quodam. D. Franciſci deuenerunt ad hanc
tranſactionem, cognoſcentes laudabile fore lites execra-
ri. vt in c. conſtitutionem. §. ſtatutum. de verborum ſigni
ficat. & dubium litis euentus euitare. l. quod debetur.
48 † & commendabile eſſe, ſeruos Dei non litigare. c. j. de
ſyndico. Anchar. in d. conſ. 135. Item etiam in propoſito
dixit Gemin. in conſil. 129. col. 2. verſicu. præterea vbi pa-
ctum. quem ſequitur Dec. in conſi. 564. colum. fi. in princ.
49 pro quo etiam facit quod not. Roma. in conſ. 50. † vbi in-
quit, quòd licet regulariter legitimis adminiſtratoribus
non ſit permiſſa in præiudicium dominorum præiudicia-
lis tranſactio, tamen, quòd poterunt tranſigere vbi reſul-
tat dominorum vtilitas, vt puta, ſi de ipſorum dominorū
iuſtitia vehementer dubitatur ſecundum gloſſ. in l. contra
50 iuris. l. ſi filius. in verbo, vel etiā amplius. ff. de pact. † Imò
fortius dixit, quòd etiam poſſunt remittere debita domi-
norum, vbi in debiti exactione maiores ſumptus current,
quam eſſet vtilitas debiti, per textum iunctis ibi notatis
per Bal. in l. mediterraneę. C. de anno. & tributis. lib. 10.
vbi dicit non eſſe faciendum id in quo plus expenditur,
51 quam de commodo percipitur. † & ideo non eſſe impu-
tandum tutori, ſi non exegit debitum in quo oportebat
eum plus expendere, quam quod præciperet. Si ergo eo
ipſo quod a lite diſceditur, dicitur quis habere commo-
dum & vtilitatem adeo, quòd tranſactio facta per eccle-
ſiam, ſeu pro ipſa eccleſia, etiam alia vtilitate non proba-
ta in dubio ſit valida, quia in dubio præſumitur eſſe vtilis
eccleſiæ, vt per Anto. de Butr. in c. pen. de empt. & vend.
quem ſequitur Alex. in conſi. 61. col. 3. in fi. vol. 6. quantò
magis hoc dicendum venit, vbi conſtat de vtilitate euidē-
ti ipſius eccleſiæ, quæ ex dicta tranſactione ſine alijs ex-
penſis, ſine litibus & ſine aliquo onere hæreditario, con-
ſequitur à dicta domina Catharina commodum ſcutorū
centum quinquaginta: quia vt dicit glo. in c. cum in apo-
ſtolica, in verſi. profuturum, de his, quæ fiunt a maio. par.
c. non requiratur, quod actualiter alienatio fiat ad profi-
cuum eccleſię, ſed ſufficiat, quòd procuretur vtilitas quo
ad opinionem alienationem, vel conſentientium, licet re
vera non interuenerit vtilitas. Quod etiam ibi ſequuntur
Butr. col. 4. & Imol. col. 2. in fi. & 4. in prin. & Barb. in rep.
c. Rain. col. fi. de teſta. & Feli. in c. quæ in eccleſiarum. col.
j. in fi. de conſt. & tanto fortius ipſa tranſactio virib. ſub-
ſiſtere debet, cum ea interuenerit etiam conſenſus Pro-
uincialis ipſorum fratrum, qui dicitur eorum ſuperior, vt
52 in d. c. fi. de pact. † & cuius licentia ſufficere debet, ſi fuit
neceſſaria, vt per Card. in d. c. ſtatuimus. de tranſactio.
quem ſequitur Barba. in c. j. col. 2. de rebus eccle. non aliē.
in conſ. 14. col. 2. in fi. vol. 2. & in conſi. 40. col. 4. volu. eod.
& Pau. de Caſt. in conſi. 436. verſi. Item ex eo. vol. j. Quo
in caſu quando in ea interuenit licentia ſuperioris admit
tit Feder. de Sen. in conſil. 94. quòd valet tranſactio fa-
cta per prælatum cum conſenſu Capituli, & authoritate
Dioceſani cum aduerſario ſuo ſuper re immobili remane
re penes eum cum aliquo dato eccleſiæ, quia dubius litis
euentus licet, aliquid nouum inducat, videlicet quod poſ-
ſit tranſigi, & tranſigendo remitti, & alienaris ius eccle-
ſiæ, quod alias alienari non debebat: non tamen operatur
quod hoc ſine authoritate ſuperioris fieri poſſit. Et Fede-
ric. ſequitur Dec. in conſi. 564. col. fi. in princ.

Non obſtant adducta in contrarium, quia breuiter re-
ſpondetur, quòd præmiſſe procedunt, vbi tranſactio facta
fuiſſet de re immobili poſſeſſa per ipſos fratres, vel quæ
alias fuiſſet eorum & ſit incorporata eccleſiæ, quia tūc ad
mittitur tranſactionem nullius fuiſſe momenti ſi non in-
terueniſſent ſolennitates de quibus ſupra, & iuſta cauſa
neceſſitatis & euidentis vtilitatis eccleſiæ. ſecus vbi tran
ſactio ſacta fuit de rebus nondum acquiſitis eccleſię: quia
tunc ſecunddm Roman. Anchar. Gemi. Bald. & alios vlti
mo loco citatos, valet, & ſeruanda venit. Quod etiam po-
tiſſimè dicendum eſt concurrentibus etiam, & licentia
ſuperioris, & cauſa legitima, ex quibus ceſſant in contra
rium adducta & etiam vltimum fundamentum, † quod
53 tertius poſſit opponere de nullitate ipſius tranſactionis,
quia cum non ſit nulla ipſo iure, imò valida, tertius non
poteſt excipere de nullitate, vt per Bart. in l. 2. ff. de excep.
rei iud. & ideo ex his concluditur huiuſmodi tranſactio-
nem valuiſſe, & valere non ſolum in præiudicium domi-
ni Hieronymi, ſede etiam ipſorum fratrum, qui repre-
henſione digni eſſent, ſi à contractu cum eis celebrato cō
uenire non vererentur, cum his conueniat cum omni pu-
ritate procedere, & aliquos per ſua geſta non decipere, &
abſtinere ab his per quæ alijs daretur malum exemplū.
aut ipſorum famæ detraheretur, vt eos inſtruit & admo-
net Pontifex in d. c. fi. de pact. in ſexto. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Socij criminis in caſibus non exceptis, faciunt indicium ad inqui
ſitionem. ſed contra nu. 5,*
2 *Mandatarius poteſt interrogari de mandante.*
3 *Inquiſitio poteſt formari ad dictū mandatarij contra mandantē.*
4 *Socins criminis, licet non faciat indicium ad torturam, tamen
ſecus, quando ſunt plures ſocij.*
6 *Indicibus freni temperies eſt imponenda.*
7 *Teſtibus dicentibus ſe falſum teſtimonium tuliſſe precibus alicu-
ius in nullo creditur, ſecundum communem.*
8 *Socij dictum, vt faciat præſumptionem contra conſocium in caſi-
bus exceptis, requiritur vt contra nominatum ſit aliqua ſuſpi
cio criminis.*
9 *Teſtes periuri non faciunt indicium ad inquiſitionem in caſibus
exceptis, etſi torti fuerint.*
10 *Fama quæ ortum habuit à maledicis, non facit indicium ad in-
quiſitionem.*
11 *Periurium aut infamia teſtis licet purgetur per torturam in ciui-
libus, ſecus tamen in criminalibus.*
12 *Periuri in ciuilibus etiam emendati de delicto repelluntur à te-
ſtimonio.*
13 *Diſpoſitio generalis, quæ habilitat criminoſos, nunquam habili-
tat periuros.*
14 *Aliud eſt inſtigare, & aliud eſt mandare.*
15 *Condemnari non poteſt accuſatus de mandato, ſi probetur contra
eum inſtigatio.*
16 *Inquiſitio, vbi mulier eſt formata, omnia quæ ſequuntur ipſo iu-
re redduntur nulla.*
17 *Socij criminis in caſibus etiam exceptis nullum faciunt indiciū
ad torturam, niſi concurrent alia præſumptione, ſecundum ma-
gis communem, & ibi vide rationem.*
18 *Confeſſio ſocij criminis in caſibus non ſpecialibus, ſi eſt facta in
tormentis, non ſufficit ad torturam contra conſocium nomina-
tum, etiam ſi eſſet malæ vitæ & conditionis.*
19 *Teſti vario non creditur.*
20 *Socius criminis infamatus de alio delicto, non admittitur contra
ſocium eiuſdem criminis.*

21 *Statuto*

21 *Saluto ſi caueatur, quod credi debeat accuſatori de damno dato, tamen ſibi non creditur, ſi ſit infamis infamia facti.*
22 *Perſonæ viles abiectæ, & pauperes, non ſunt idonei teſtes in cauſa criminali.*
23 *Teſtis dictum primum attenditur, & fortius quando prima depoſitio fuit reiterata in tortura.*
24 *Præſumptio delicti tollitur ex probatione bonæ famæ.*
25 *Indicium vnum tollit aliud.*
26 *Præſumptio vna tollit aliam.*
27 *Nobilibus magis eſt credendum, quam pluribus ciuibus, vel ruſticis.*
28 *Præſumitur magis pro diuitibus quam pauperibus.*
29 *Indicia debent eſſe perfecta in genere ſuo.*
30 *Probationes in criminalibus ad condemnandum, ſicut debent eſſe luce meridiana clariores, ita indicia ad torturam debent eſſe clara, & talia, quæ de iure ſubſiſtant.*

## CONSILIVM XVI.

VIdetur dicendum, quòd iudicia reſultan
tia ex lectione præſentis proceſſus ne-
dum ſint ſufficientia ad inquiſitionem
formatam cõtra nobilem Thomam de
Graſſis, ſed etiam ad torturam. Nã etſi
in dicto proceſſu nõ reperiantur deſcri-
pti, niſi duo teſtes deponentes ſe depo-
ſuiſſe falſum tanquam inducti, & inſtructi a dicto nobili
1 Thoma, & ſic ſint particeps criminis, † tamen ſocij crimi
nis etiam in caſib. non exceptis, prout eſt præſens de quo
agitur. Quia non denominatis in gl. in l. quoniam liberi,
C. de teſtibus, & per glo. in l. fi. C. de accuſ. & Bald. in l. re-
peti. ff. de quæſtio. faciunt indicium ad inquiſitionem, vt
determinat Gand. in tractatu malefic. in rubr. de quæſtio
nibus, & tormen. verſicu. & primo quæro, & in rubricã
quid ſit accuſatio, verſic. Secundus caſus eſt. Quem ſequi
tur Arim. in additionibus ad Ang. in tract. ſuo malefic. in
verbo, Hæc eſt quædam inquiſitio. num. 41. poſt Ang. ibi,
in 2. col. Idem voluit Guid. de Suza. in tracta. malefic. in
rub. qualiter reus ſub. in fin. j. col. Ang. in l. quod ſi certus,
ff. ad Silleia. vbi dicit, nota diligenter, quod principali
malefactore inculpante alium de ſocietate delicti, ſtandũ
eſt quo adhoc, vt iuſtè iudex poſſit eum inquirere. Hanc
etiam partem tenuit Fel. in c. ſicut nobis, in vltimo no. de
teſtibus. Quem ſequitur Boe. in deciſ. 319. col. 3. Idem tra
dit Venaf. in conſi. 95. col. 1. in conſi. 138. col. 1. ſed melius
in conſi. 27. col. 1. vbi inquit ita velle Cyn. & alios poſt gl.
in d. l. fin. de accuſat. & quòd à ſcientia Gand. & Guid. de
quibus ſupra, qui fuerunt magni practici in materia ma-
leficiorum, non eſt recedendum, cum velut Princeps ho
die a iudicibus maleficiorum in hac materia Gandinus
allegatur, vt dicit Fulgoſ. in conſ. 107. col. 2.

Secundò, quod legitimè facta fuerit ipſa inquiſitio, de-
2 monſtratur alio modo. † Nam recepta eſt Doctorum ſen
tentia, quod in caſibus exceptis, & in quibus ſocius cri-
minis poteſt interrogari de conſortio, dictum ſocij facit
indicium ad inquiſitionem, vt per gloſ. in d. l. fi. ſed teſtes
qui depoſuerunt contra dominum Thomam, atteſtantur
falſum depoſuiſſe de mandato ipſius domini Thomæ, quo
caſu, cum mandatarius poſſit interrogari de mandante, vt
per Ang. in d. l. ſi certus, ff. ad Silleia. & Arim in additio.
Ang. in tractatu malefic. in verbo, Sempronium manda-
torem, quos ſequitur Dec. in conſilio 189. colum. 6. verſi.
Secundo non obſtat. & Pariſ. in conſi. 151. col. 2. & 3. vol. 4.
Ergo ſequitur, quòd facit indicium ad inquiſitionem. Et
3 in ſpecie, † quod ad dictum mandatarij poſſit formari in-
quiſitio, voluit Bal. in conſi. 97. col. 3 vol. 5. Quem ſequitur
Marſ. in practic. ſua crimin. in §. diligenter. nume. 37. & in
conſil. 22. numero 27. Angel. Dec. & alij de quibus ſupra.
Ruin. in conſil. 32. colum. pen. volum. 4. & in conſilio 105.
in fin. volum. eod.

Secundò principaliter, quòd dicta ipſorum participium
criminis faciant indicia ad torturam, probatur: Quoniã
licet quando vnus teſtis ſocius criminis deponit contra
alium ſocium, eius dictum non ſit ſufficiens ad torturam,
niſi concurrentibus alijs, vt per Sal. in l. fi col. pen. in fi. de
4 accuſa. tamen hæc opinio limitatur non procedere, † vbi
eſſent duo teſtes, quamuis particeps criminis: quia tunc
dictum eorum ſufficiens eſt ad inferendam torturam. Ita
decidit Boer. in deci. 309. col. 4. vbi multos alios citat. Sed
hic reperiuntur duo teſtes. igitur &c.

Sed tamen his non obſtantibus, contrarium de iure
verius eſſe arbitror, quòd imo minus legitimè formata
fuit inquiſitio ad dicta ſociorum criminis, nec quod mi-
nus, vigore ipſarum depoſitionum procedi poſſit ad tor-
turam, vt ex multis fundamentis infra clare demonſtra-
5 bo. Nam clariſſimi iuris eſt, † quòd in caſibus, in quibus
quis non poteſt interrogari de conſocijs depoſitio, ſocij
criminis non ſufficit ad inquiſitionem. ita formaliter di-
xit Salic. in d. l. fin. col. pen. C. de accuſa. verſ. Sed tunc op-
pono, vbi tradit, quòd quando interrogatus nominat a-
lium, tunc facit præſumptionem quod intelligit Cyn. vbi
interrogari debuerit de iure, & non aliter, quod dicit ſibi
6 placere † vt fræni temperies iudicibus imponatur, iuxta
l. primam, ff. de quæſt. & Cyn. ac Salicet. ſequitur Ruin.
in conſi. 146. col. pen. ver. Confirmatur prędicta. volum. 5.
Idem dixit Petr. de Anchar. in conſi. 27. col. 1. vbi loquen-
7 do propriè in terminis noſtris inquit, † quòd teſtibus di-
centibus ſe precibus alicuius falſum teſtimonium tuliſ-
ſe, in nullo dandam eſſe fidem. pariter, & in ſimili caſu
conſuluit Fulgoſ. in conſi. 173 col. 2. & ſequenti, quem ſe-
quitur Dec. in conſ. 176. col. 2. & in conſi. 189. colum. 4. vbi
refert hanc eſſe veram, & communem opinionem, ac in
conſi. 234. col. 3 & Cur. iun. in conſi. 170. col. 2. in fin. Marſ.
in conſi. 78. nu. 17. & in practi. ſua in §. diligenter, nu. 67.
& §. conſtante. num. 93. & Pariſ. in conſi. 163. col. pen. vol.
4. ſed hic caſus non eſt de his, quibus quis poſſit interro-
gari de alijs, vt expreſsè decidunt Fulg. Ancha. Dec. Cur.
iun. Marſi. Pariſ & Ruin. vbi ſuprà. Ergo ſequitur, quòd
ipſa inquiſitio formari non potuit, quòd & voluit idem
Fulgoſ. loquendo etiam in cauſa falſitatis in conſi. 107. col.
3. & in conſ. 136. col. fi. ac Ruin. in conſ. 7. in fi. volum. 5. in
conſi. 147. col. 2. vol. eod.

Non obſtant modò allegata in contrarium, & primò,
quòd ad dictum ſocij, etiam in caſibus non exceptis po-
teſt inquiri contra ſocios criminis, ex authoritatibus ſu-
prà citatis, quia reſpondetur pluribus modis. Et primò,
quòd vera, & receptior Doctorum ſchola eſt in contra-
rium, vt patet ex deciſionibus proximè citatis; imò plus
dicitur, quòd ſi bene inſpiciatur glo. in d. l. fin. de accuſa-
tio. quòd ea non loquitur niſi in caſibus exceptis, & ta-
8 men etiam vult, † quòd ad hoc vt dictum ſocij faciat ali-
quam præſumptionem, requiritur, quòd ſit aliqua præ-
ſumptio, vel ſuſpicio criminis contra nominatum. Et il-
lam gloſ. ad hoc ponderat Rui. in citato conſi. 146 colum.
pen. in fi. qui dicit, quòd ſine illa præſumptione dictum
criminoſi nullam facit præſumptionem extra ſocium ab
eo nominatum.

Secundò reſpondetur, loquendo etiam in fortioribus
terminis, quòd etiam ſi eſſemus in vno caſibus, exceptis
& ſpecialibus, quòd non potuit formari aliqua valida, &
legitima inquiſitio contra prædictum D. Thomam, vigo-
re nominationis de eo factæ ab iſtis duobus criminoſis,
9 eò quia ſunt periuri, vt infrà clare demonſtrabitur. † Er
go eorum teſtimonium non potuit eſſe ſufficiens ad inqui
ſitionem etiam ſi eſſent torti, vt probatur in ca. qualiter,
10 & quando. el 2. de accuſat. vbi dicit text. † quòd ante in-
quiſitionem debet præcedere fama, quæ ortum non ha-
buerit à ſuſpectis, & a perſonis maledicis: quia ſecundum
Salic. in l. ea quidem, C. de accuſatio. colum 4. maledicis
non creditur, quia ex quo conſueuerunt male dicere, non
eſt amplius eis credendum. l. ſi cui. §. hiſdem, ff. de accuſa.
Eadem igitur ratione dicendum eſt, vt periuris non ſit
credendum, qui ex quo conſueuerunt falſum iurare, ſi-
cut iſti qui periurant, non debet amplius eis credi. ca. te-
ſtimonium. & ibi Doct. de teſtibus. glo. in cap. per tuas. in
verbo adulterij. de ſimo. quæ glo. proprie allegat dictam
l. cui §. hiſdem. Sicut ergo fama quæ proceſſit à maledi-
cis non facit indicium ad inquiſitionem, d. c. qualiter, &
quando. Ita etiam dictum deierantium non ſufficit ad in-
quiſitionem; quia vtroque caſu militat eadem ratio, vt
patet ex prædictis. Ita dixit Ruin. in conſi. 146. col. j. in fi.
vol. 5. & Alciat. in tract. præſumptionum, in ſecunda regu
la, præſumptione 10. in fin. qui dicit hoc ſingulariter no-
tandum. Et ratio eſt, quia deficit fundamentum teſtimo-
nij, videlicet fides ipſa. d. cap. teſtimonium. & c. ſicut. de
teſtib. Et hoc adeò verum eſt, vt etiam locum habeat, ſi
dicti criminoſi depoſuiſſent in tortura, quia ratione per-
iurij omnino inhabiles redduntur, vt per Dec. in conſil.
189. colum. 6. verſic. nec obſtat quod infamia. vbi inquit,
11 † quòd licet in cauſa ciuili periurium aut infamia teſtis
purgetur per torturam, & ſtetur dicto teſtis in tortura;
ſecus tamen eſt in cauſa criminali. Et Dec. ſequitur Cra-

net.

12 u et.in cõnſ.60.colum.4. vbi plus voluit, † quòd ſi periu-
ri repelluntur à teſtimonio in ciuilibus, etiam emendati
de delicto, d.c.teſtimonium.Cor.conſil.21.col.fin. volu.3.
multo fortius in crimnalibus. Quod etiam voluit Rur. in
d.conſil.146. colum. pen.in prin. vbi hoc dicit probari in
d.c.per tuas.in verbo, adulterij, qui voluit, quòd quam-
uis alias criminoſus emendatus de crimine ſit idoneus
teſtis, tamen ſecus eſt in periurio emendato: quia adhuc
contra eum laborat ſuſpicio, quòd ex quo ſemel deiera-
uit, quòd adhuc iterum deierare credatur, quam ſum-
13 me not.ibi Abb. † dicens notandum per illam, ꝙ ſub ge-
nerali diſpoſitione, qua habilitantur teſtes criminoſi, nõ
videtur habilitatus periurius. Nunquam ergo (dicit ipſe)
debet admitti periurius in teſtem, niſi de eo admittendo
ſpecialiter caueatur. Idem dixit Graue.in conſ.9 in prin-
ci. Si ergo participes criminis periuri etiam in caſibus
exceptis non admittuntur ad inquiſitionem formãdam,
multo minus debent admitti in caſibus non exceptis, &
in quibus criminoſi non poſſunt de alijs interrogari. Qđ
iſti autem ſint periuri, oſtenditur. Nam hi reperiuntur
examinati tribus vicibus cum iuramento, & in prima de
poſitione, ac etiam in ſecunda depoſuerunt cum tortura,
ſe non fuiſſe inſtructos ab aliquo ad falſum teſtimonium
prehibendum, & in tertia etiam cum iuramẽto depoſue-
runt contrarium, ſcilicet fuiſſe inductos ad falſum depo-
nendum à dicto nobili Thoma, vt clare liquet in proceſſu,
in folijs 18.24.36.igitur &c.

Non obſtat, ꝙ dictum mandatarij faciat præſumptio-
nem ad inquiſitionem formandum contra mandantem:
quia duobus modis reſpondetur. Et primò, quia ducti
duo teſtes non aſſerunt falſum teſtimonium protuliſſe de
mandato prędicti nobilis Thomæ, ſed inſtigatos ab eo,
14 quæ multum inter ſe differunt:† quia aliud eſt inſtigare,
aliud eſt mandare, vt probatur ex not. per Bald. in l. ob
15 hæc verba.colu.j.ff.de his qui nõ. infam.† vbi inquit, ꝙ
ſi quis eſt accuſatus de mandato, & probatur contra eũ
inſtigatio quod non eſt condemnandus: quia crimen in-
tentatum non eſt probatum: quia ſecundum eum per li-
teram illius tex.aliud eſt delictum inſtigare, & aliud mã-
dare. Et Bald.ſequitur Alex.in conſi.224.col.1. volum.2.
in conſi.128.col.1.vol.4. Marſ.in §. quoniam, nu.54. & in
conſi.48.col.8.ac in conſi.112.col.2.

Secundo reſpondetur, quòd dato, ſed non conceſſo, ꝙ
verè eſſent mandatarij, tamen, quòd eis in aliquo non eſt
credendum rationi periurij, per deciſiones ſupra citatas.
16 † Vnde ex his requiritur, quod ex quo inquiſitio reperi-
tur, nulliter formata, quod omnia quæ poſt eã ſecuta fue-
runt, ipſo iure reddantur nulla, vt dixit Ang.in conſ.178.
viſis actis, quem ſequitur Marſ. in pract.ſua, in §. ſecun-
dum, nu.87.in conſ.128.nu.8.in conſ.130.nu.17.

Vlterius dato, ſed non permiſſo, quòd dictæ depoſitio-
nes ſufficerent ad inquiſitionem, tamen dicitur illa legi-
17 tima non fore ad torturam inferendam. † Quoniam in-
dubitata eſt iuris concluſio, quòd ſocius criminis in cri-
minalibus eaiam exceptis non concurrente alia præſum
ptione, non eſt ſufficiens indicium ad torturam Ita Sali-
cet. in d.l.ſi col.pen.in fin.C.de accuſ. qui pro hoc inducit
gloſ.in d.l. fin. quæ exigit præſumptionem aliquam præ-
cedere debere prius contra eum, contra quem quis inter
rogatur, antequam ad dictam interrogationem procedi
poſſit. Et Salic. ſequitur Alex.in conſi.89. col.2.vol.3. qui
inquit ſecundum dictam gloſ. intelligenda eſſe dicta Do-
ctorum, qui ſe fundant in dicta gloſ. idem Alex. in conſi.
128.col.1.in ſi.vol.4.& in conſ.124.colu.fin.vol.6. Ang.in
d.l.& ſi certus.Corn.in conſ.58.col fin.vol.1.Dec.in cõſ.
189.col.6.Curt.iun. in conſi.170.col.2.in ſi.Marſ.conſi.2.
num.38 conſ.15.num.5.conſ.22. num.21.conſ.28.nume.
17.conſ.74 num.8.conſ.109.num.16.conſ.130.nume 42.
& in practica ſua criminali. §. diligenter, nu.60. & in l.1.
§. Diuus Antonius, ff. de quæſtionib. ac in ſingulari 209.
Pariſ.conſi.151.col.2.vol.4. Venafr.in conſ.27.col.j. & in
conſ.138.col.1.Ruin.in conſi.146. col. fin. & in conſi.ſeq.
col.2. Et hanc eſſe magis communem opinionem atteſta-
tur Boer.in deciſ.319.colu.3. Et ratio quare non credatur
ſocio criminis etiam in caſibus exceptis, ſine alijs admi-
niculis eſt, ſcundum Fulgoſ.in d.conſ.137. colu.1. in fin.
Quem ſequitur Marſil.in allegato conſil.22.num.22.& §.
diligenter, num.61. quia reus criminis, qui de ſe confeſ-
ſus eſt, turpis perſona eſt, cui non venit credendum con-
tra alium ſine tormentis, l.ob carmen, §.ſi ea.ff. de teſt.&
ſubdit hoc voluiſſe quendam Gabrielem de Oſelietis in
ſuo tractatu de fama.& Fulg. ſequitur etiam idem Marſ.
in conſi.78.num.16.& in conſ.130.nu.40.vbi quoque al-
legat aliam rationem. Nam talis ſocius nominans alium,
iam ipſe eſt infamis propter confeſſionem delicti factam
per eum, ſed infamis contra aliquem non auditur ſine
tortura, c.illi qui.9.q.5. Alex.conſ.11.colu.2.vol.j.Cœpol.
conſ.71.col.2.in ſi. Venafr.in d.conſi.27.col.1. Si ergo in
caſibus exceptis & ſpecialibus ſocius criminis ſine alijs
adminiculis non facit indicium ſufficiens ad torturam,
ergo multo magis in caſibus non exceptis, & in quibus
quis non poteſt interrogari, prout eſt præſens caſus de
18 quo agitur † Imò plus dicitur, ꝙ in caſibus non ſpeciali-
bus, ſi ſocius criminis fuiſſet tortus, ꝙ eius confeſſio fa-
cta in tormentis non ſufficeret ad torturam. Ita Venafr.
in d.conſ.27. Et hoc adeo verum eſt, vt procedat etiam ſi
malæ vitæ & conditionis eſſet nominatus a conſocio cri-
minis, vt dixit Gand. in ſuo tract.malefic.in rub.de quæ-
ſtio. & tormen. Quod dictum ſequitur Arim.in addit.ad
Ang.in tract.malefic. in verbo, fama publica, verſ. Quæ-
ro an particeps. Venafr.in d.conſ.27.col.1. & Pariſ.in ci-
tato conſ.151.col.3. vol.4.

Nec obſtat, ꝙ duo teſtes ſufficiant, etſi criminoſi, ſine
alijs adminiculis ad torturam, quia reſpondetur, ꝙ dicta
Boer. in dicta deciſione, colu.7. procedunt quando teſtes
depoſuiſſent in tortura, alias ſecus. Vel.& ſecundò, quòd
ipſe loquitur in caſibus exceptis & ſpecialibus, non au-
tem in alijs, in quibus quis non poteſt interrogari de cõ-
ſocio per ſupra dicta. Tertiò reſpõdetur & melius, quòd
etiam ceſſantibus iſtis, dicta horum: qui de ſe ipſis con-
feſſi ſunt, & nominarunt dictum nobilem Thomam in
ſocium, nullam penitus fidem faciunt contra ipſum, tũ
quia varij, cum in prima & ſecunda depoſitione cum iu-
ramento factis in forma iudiciali, confeſſi fuerint nõ fuiſ
ſe ſubornatos ab aliquo, & ſi in tertia iuramento pariter
firmata, reuocando ipſas confeſſionis dixerint a prædi-
19 cto nobili Thoma inſtigatos. † Quo caſu varijs teſtibus
non creditur, l.qui falſa, ff.de teſtib. Alex.conſ.20. col.2.
vol.4. Marſil.in conſi.28.nu.6. & in conſi.88. nu.3. Ruin.
in conſ.150.colu.3.vol.5. & in terminis noſtris hoc voluit
Marſil.in conſi.78.nume.11.& Ruin.in conſ.147.col.2.in
ſi.vol.5.tum etiam quia periuri, quibus etiam non ſtatur,
c.teſtimonium, de teſt. Alex in conſi.114.col.2.volu.4. &
in conſi.93.col.penul.vol.5.vbi teſtis qui fuit periurus in
vno non facit fidem in aliquo, & in propria materia Rui.
in d.conſi.146.col.pen.& in cõſi.ſeq.col.2.& 3. Et ad hoc
facit optimus tex. in d.c. ſicut nobis, de teſt. vbi propriè
dicitur, quòd teſtibus dicentibus ſe inductos ad falſum
deponendum, ſi ſunt periuri aliquatenus non eſt creden-
dum. Quod autem ſint periuri, clare ſatis demonſtratum
cõperitur ex ſupra deductis & allegatis. Quartò reſpon-
tur, quòd prædictis criminoſis nulla fides adhibenda eſt,
quoniam infamati fuerunt de alijs delictis, videlicet de
20 futuris. † Quo caſu iura quæ volunt, ꝙ in caſu excepto ſo
cius criminis admittatur contra ſocium eiuſdem crimi-
nis, intelliguntur in ſocio criminis non infamato de alijs
delictis, ita Marſil.in conſ.74. nume.23.per not.per Ang.
21 in l.qui iudicio, ff. de accuſ. † vbi dixit, ꝙ ſi ex forma ſta-
tuti debet credi accuſatori damni dati vel alterius cri-
minis, ꝙ tamen ei non credetur ſi ipſe accuſator ſit infa-
mis infamia facti, ſubdens ibi Ang. ꝙ cum hæc quæſtio
ſibi occurriſſet de facto, quòd ita fuit iudicatũ. Et Marſil.
ſequitur Gram.in voto 34 num.9.& Boer.in d.deciſ.309.
col.6. & tanto magis hoc confirmatur quia vltra, ꝙ fue-
22 runt varij, periuri, & infamati de alijs delictis, † ſunt etiã
viles perſonæ, abiectę, & pauperes, qui non ſunt, nec eſſe
poſſunt idonei teſtes in cauſa criminali, vt voluerũt Ioan.
And. Ant.de But.& Imol. in c. ſi qui.de teſti. Alex.in cõſ.
15.col.j.vol.3. Marſ.in conſ.65.num.30. Ruin.in conſi.46.
col.2.in ſi.vol.5.in conſi.149.colu.9.in princ. & in conſil.
150.col.6.vol. eod. & eo maximè hæc dicenda veniunt in
fauorem dicti nobilis Thomæ, cum iſti teſtes his dixerint
in iudicio cum iuramento eos non fuiſſe inſtigatos ab a-
liquo, licet poſtea in tertia depoſitione dixerint contra-
23 rium ipſos inſtigatos fuiſſe a prædicto Thoma: † quia at-
tenditur primum dictum, c.ſicut nobis, de teſt. Abb.in c.
cum in tuam, de teſt.& ibi communiter Doct. Dec.in cõ-
ſilio 175.col.8.in fin. vbi ſimiliter atteſtatur communiter
Doct. ita tenere, & in conſi.189 colu.6.in ſi.Corn.in conſ.
197.col. fin. vol.2. Et præſertim iſta concluſio videtur in
iſto caſu procedere, in quo prima depoſitio fuit reitera-
ta coram eodem iudice. Quo caſu fortior & magis deli-

berata videtur, iuxta glo. fi. 2. q. 3. c. ſi quis iuratus, & per Dec. in d. conſ. 189. col. 6. in fin., vbi hoc ſpecialiter ponderat. Et tanto magis præmiſſa ſententia procedere debet attento, quòd ſecunda depoſitio facta fuit in tortura, per ea quæ dicit Bar. in l. ſi poſtulauerit, §. ſed, & ſi negauerit, ff. de adult. & per Bar. in l. eos, ff. de falſis. Quartò reſpondetur, quod Boerius male loquutur, quia etiam Doctor. ſupra citati loquuntur in caſu, in quo erant plures teſtes, igitur &c.

Vlterius in fauorem prædicti nobilis Thomæ per plures teſtes probata fuit bona fama ipſius, quæ non parum operatur, vt not. Bal. in l. ea quidem, in col. peu. C. qui ac-
24 cuſ. poſſ. & per Bal. in l. j. locati. in fi. vbi † concludit, quòd præſumptio delicti tollitur ex probatione bonæ famæ, Iaſ. in l. j. col. fina. C. communia de lega. Dec. in conſ. 173. col. penul. in fi. & in citato conſi. 189. colum. pe. in fi. Marſil. in pract. ſua, § conſtante, num. 17. in conſil. 74. num. 25. & in conſi. 109. num. 27. in fi. vbi inquit, quod ſtante probatione bonæ famæ contra carceratos, tolluntur indicia ſi quæ extabant contra eos, & hoc non eſſe aliqua admiratione
25 dignum, cum † habeamus, quòd vnum indicium tollit a-
26 liud, vt dixit Alex. in conſi. 77. in fin. col. j. volu. j. † & vna præſumptio tollit aliam, l. diuus, ff. de in integr. reſti. & in conſil. 118. nu. 47. vbi tradit, quod ſi contra reum adeſt vnum indiciũ maleficij, & per reo ſit probata bona fama, tali caſu ipſe reus non poteſt torqueri vigore illius indicij, & ideo dixit Alex. in l. fi. in tertia apoſtilla. ff. de quæſtio. ꝙ illud, quod dicitur, ꝙ quando contra reum eſt aliquod indicium, quod ex hoc ipſe reus poteſt torqueri, eſt verum, & locum habet quando talis, reus eſt vilis perſona, & abiecta, ſecus vbi eſt vir grauis, bonæ vitæ, conditionis, & famæ: quia tunc non poterit torqueri, quoniam qualitas præcedentis vitæ elidit huiuſmodi indicium per l. non omnis, §. Barbaris. ff. de re milit. quod dicit valde notandum. Idem voluit Craue. in conſi. 99. colum. fina. in conſi. 145. in fi. & in conſi. 151. col. 5. & præſertim cùm ipſi teſtes, qui pro dicto nobili Thoma deponunt, ſint nobiles, quibus magis credendum venit, per ea quæ not. Bald. in l. teſtium. col. fi. de teſti. † vbi inquit magis eſſe creden-
27 dum nobilibus quàm pluribus ciuibus, vel ruſticis, & Bal.
28 ſequitur. Calc. in conſi. 9. col pen. † Item diuites pro quibus magis præſumitur, quam pro paupere: quia propter inopiam multi delinquerunt, ſecundũ eccleſiaſtẽ. & contra pauperes præſumitur, quod de facili corrumpi poſsũt, non ſic contra diuites, vt per Specu. in titul. de accuſa. col. 8. verſi. item excipitur, quòd eſt pauper. per tex. in cap. & ſi quæſtio. de ſimonia. & Marſ. in conſil. 65. nume. 43. Ex quibus omnibus ſupra dictis videtur concludendum,
29 † quòd cum huiuſmodi indicia non ſint perfecta in genere ſuo, prout eſſe debent ſecundum Bal. in conſ. 319. in 2. colum. in 3. volum. quem ſequitur Marſ. in pract. ſua in §.
30 diligenter, num. 29. † quia ſicut probationes in criminalibus ad condemnandum debet eſſe luce meridiana clariores. l. fin. C. de probationibus. ita, & indicia, & in genere ſuo ad torturam debent eſſe clara, & talia quæ de iure ſubſiſtant. Ita Marſ. in conſil. 88. colum. j. & in conſil. 101. num. 13. Quia eneruata ex rationibus, & cauſis ſupra allegatis, quod prædictus nobilis Thomas tanquam Nobilis, & qui communiter habetur, & reputatur pro notabili viro, & qui ortus eſt ex principalioribus ſuæ ciuitatis, tanquam innocens inquiri non potuit, nec minus torqueri poſſit, imo abſoluendus ab omnibus, & ſingulis contentis in proceſſu inquiſitionali contra eum formato, ad ſuggeſtionem, & falſam imputationem Antonij, & Bernardi virorum malæ vitæ, & peſſimæ conditionis Et ita iudicatum fuit in fauorem prędictis nobilis Thomæ, & prædicti Antonius, & Bernardus condemnati ad triremes, vt patet ex ſententia, quam vidi. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum depoſiti habet executionem paratam.*
2 *Compenſatio non admittitur in depoſito confeſſionato. ſed contra numero* 18.
3 *Priuilegia veri, & actualis depoſiti non habent locum in depoſito confeſſionato.*
4 *Diſpoſitio legis finali. C. de ſponſalibus, quę loquitur de uera numeratione arrharum, non habet locum in confeſſione arrharum & numero* 19.
5 *Compenſatio admittitur in contractu iurato, ſed in contrarium eſt communis, vt num.* 14.
6 *Priuilegia depoſiti regularis, ſecundum communem militant in depoſito irregulari.*
7 *Exceptio non numeratę pecunię non admittitur in depoſito confeſſionato.*
8 *Confeſſio probat veram numerationem.*
9 *Fideiuſſor qui habuit confeſſionem à creditore de ſolutione, poteſt ſecundum communem agere contra debitorem, non aliter probata numeratione.*
10 *Priuilegium hypothecæ de quo in l. aſſiduis. C. qui potiores in pignore habeantur. quod competit pro dote data locum habet, & in confeſſata.*
11 *Confeſſio geminata etiam ex interuallo facta operatur, vt contra eam non admittatur exceptio non numeratæ pecuniæ.*
12 *Triplicata confeſſio maioris eſt virtutis quam geminata.*
13 *Vera receptio pecuniarum probatur per duplex iuramentum.*
15 *Iuramentum cum ſit ſpirituale non ligat animam heredis, quod declara vt nu.* 17.
16 *Heres ratione iuramenti defuncti non poteſt conueniri in foro eccleſiaſtico.*

## CONSILIVM XVII.

IN cauſa vertente inter dominum Ioannem Franciſcum de Monte Allerio, & Baptiſtam, & fratres de Apoſtolis filios & hæredes. q. Stephani, Præſuppoſita
1 communi doctorum ſententia, † quòd inſtrumentum depoſiti habeat executionem paratam, vt per Doc. in l. pen. C. de depoſ. per illum text. ibi illico reddere omnibus modis compellatur, & ibi quanto celerrime, & quanto citius, & per Bal. in conſ. 384. vol. j. Angel. In §. penult. Inſt. quibus modis re contrah. ob. Abb. & Barb. in cap. bona fides depoſ. Alex. in l. ait prætor. §. ſi iudex. colum. 2. ff. de re iud. Ant. de Canar. in tract. de execu. inſtrum. q. 8. Iaſ. in additio. ad Porch. in d. §. pen. & ꝙ in eo non admittatur compenſatio, vt per Bar. & Bald. in fi. de Compenſa. & Bal. in conſ. 317. vol. 3. Paul. de Caſt. in conſ. 9. ſecundum antiquam impreſſionem. Abbas & Barb. in d. cap. bona fides, vbi dicunt hoc priuilegium fuiſſe inductum, ne in fraudem allegaretur compenſatio, cauſa differendi reſtitutionem depoſiti, & ſic nec contractus depoſiti, qui multum innititur bonæ fidei, redundaret in perfidiam, quod etiam voluit Pract. Pap. in forma libelli. in actio hypothe. in glo. in verbo, in depoſito. Iaſ. in d. §. præterea. & in citata. l. j. C. de edendo. & Purp. in l. cum fundus. §. ſeruũ tuum imprudens. col. 8. verſ. Secundò limitatur. ff. ſi. cer.
2 pet. † Dubitatio oriri videtur, an in depoſito confeſſato admittatur ipſa compenſatio. Et prima facie dicendum
3 videtur, quòd ſic, † quoniam priuilegia veri & actualis depoſiti non habent locum in depoſito confeſſato, vt atteſtatur Bal. in conſ. ſuo 384. in fi. vol. j. vbi proprie dicit, quòd quando non apparet de depoſito per numerationem, ſed per ſolam confeſſionem, non habent locum leges dicentes, cauſam depoſiti in hoc eſſe priuilegiatam, vt non admittatur exceptio cõpenſationis. Et ad hoc dicit facere argumentum optimum de gl. parua. in verbo non ergo in dote confeſſata in l. aſſiduis. C. qui potio. in pigno. habeantur. Et Bal. ſequitur Soc. 143. col. pen. vol. j. duplicato in conſi. 171. volu. 2. Pro cuius confirmatione ſecundum Soc. facit. Nam d. l. pen. eſt exorbitans, ergo reſtringenda regula ea quæ. de reg. iur. in 6. Sed text. ipſius l. pen. loquitur in depoſito actualiter numerato, vt in d. l. in verbo accepit. iunctis not. per gloſ. Bar. & alios in l. ſi non ex cautione. C. de non num. pec. & Bart. in l. Titia, ff. de verb. obliga. Allegat etiam in ſimili not. per gl. in d. l. aſſiduis. de qua ſupra. & Bald. quoque ſequitur gloſſ. ab Abb. in cap. bona fides. colum. j. in verbo compenſatio depoſiti. Dec. in l. j. in 3. not. C. de edendo. & in capit. ſignificaſti. de elect. Purpur. in d. §. ſeruum tuum imprudens. colum 8. verſic. Secundo limitatur. & Boe. in deci. 295. colum 8 verſi. Litima.

Corroboratur hæc opinio ex his quę conſuluit Soci. in conſil. 3. volu. 1. & in conſi. 66. colum. 3. verſic. Hinc etiam
4 dicimus. volum. eo. † vbi inquit, quòd diſpoſitio l. fi. C. de ſponſ. quæ loquitur de vera numeratione arrharum, locũ non habet in confeſſione arrharum. Accidit etiam, nam vbi ſit mentio de actu, intelligitur de proprio, & non improprio, l. hoc legatum, l. Lucius, §. quæſitum, & ibi Bart. de leg 3. ſed proprium depoſitum eſt vbi interuenit numeratio d. l pen. ergo &c.

Nec

5 Nec obſtat ſi dicatur,† ꝙ ſtante iuramento in contractu
depoſiti appoſito per partem de Apoſtolis non potuit op-
poni exceptio compenſationis per tex.in cap.ad noſtram
de empt.& vend. quoniam reſpondetur Bar.tenuiſſe cō-
trarium in l.amplius nō peti.col.fi.ff.rē rat.hab.& ibi A-
lex.in add.ad Bar.Alex.in conſil.12.col.pen.vol.2.Fel.in
d.cap.ad noſtram verſ.Cæterum Tynda.in tract.de com-
penſa.col.26.& ſequen.verſi. redeamus ad materiam.
Quibus non obſtantibus, contrariam partem verio-
6 rem eſſe arbitror,ad quòd dicendum moueor,† Nam Doc.
recepta eſt ſententia, quòd in depoſito irregulari locum
habent priuilegia depoſiti regularis,vt not.Iaſ.& alij.in
l.2.in princ.col.2.ff.ſi cert.pet.& quod hoc ſit verum,ſe-
cundū Cur.Iun.ibi,hoc probatur in l.ſi hominem.§.quo
ties cum l.ſeq.ff.de depoſ. vbi priuilegium de quo ibi cō-
petit & depoſito, quòd fuit conſumptum, & per conſe-
quens vbi fuit translatum dominium. Idem voluit Ang.
in d.§.præterea.col.j.vbi dicit, quòd ſi depoſui penes cā-
pſorem centum numerata quibus ipſe vtatur, quòd licet
ſit translatnm dominium in depoſitarium,tamen eſt de-
poſitum.l.dies ſponſaliorum.& l.mutuis.l.1.ff.depoſ.ꝙ di
cit bene notandum, ſubdens prædictum depoſitum irre-
gulare gaudere priuilegio depoſiti. Et Angel. citat Pur-
pur.in d.l.2.col.3.vbi atteſtatur hanc eſſe communē opi-
nionem, Facit etiam quod voluit Cur.Iun.in l.bona fi-
des.col.pen.ff.de poſ.vbi dicit quòd priuilegium depoſi-
ti,de quo in l.j.§.pen.ff.de poſ. videlicet quòd depoſitum
datū ad certū tempus determinatum poteſt quandocūq.
repeti & voluntas mutari,pariter locum habet in depoſi-
to irregulari: ergo idem dicendum eſt,vt priuilegia depo
ſiti veri & actualis locū habeat in depoſito cōfeſſionato.
7 Secundo pro iſta opinione facit,† Nam in depoſito cō-
feſſionato non admittitur exceptio non numeratæ pecu-
niæ, per tex.in l.in contractibus.§.1.C.de non nume.pec.
Iaſ.& Curt.Iun.in l.2.in prin.ff.ſi cer.pet.Iaſ.in l.j.col.j.
C.de eden.Fel.in c.ſi cautio.colum.8.verſic. Tertio fallit
de fid.inſt.Pract.in form.libelli in actio.hyp. in gloſſ.in
verbo in depoſito Cur.Iun.in d.l.bona fides.colu.pen. er-
8 go nec compenſatio,† nec mirum:quia videmus,quòd cō
feſſio probat veram numerationem, vt probat Bald.in l.
pecunia.C.de ſolutio. vbi ex hoc infert quod mulier ha-
bens inſtrumentum confeſſionatum ſuper dote habent
priuilegium dotis: quia per ipſam confeſſionem proba-
tur naturalis numeratio.Et Bal.ſequitur Alex.in conſ.25.
colu.2.vol.2.& idem Bal.in conſi.256.vol.j. Hinc dicitur
per Paul.de Caſt.& Iaſ.in l.duobus.in princ.ff.de iureiu
9 ran.† quòd fideiuſſor,qui habuit confeſſionem à credito-
re, quòd eſt ſatisfactus à fideiuſſore, poteſt agere contra
debitorem, non aliter probata numeratione; quia per cō
feſſionem probatur numeratio.Paul.de Caſt.in cōſ.496.
colū.2. Et hanc eſſe communnem opinionem atteſtatur.
Iaſ.in d.l.duobus contra Bar.ibi tenentem contrarium.
Afflict.deciſ.94.col.2.Alex.in d.conſi.25.col.2.Marſ.in ru
bri.de fideiuſſ.q.35.Cur.Iun.in l.2.§.creditum.col.8.ff.ſi
cert pet.& ad hoc etiam facit quod no. Alex.in l.j.ſi quis
ita.col.pen.ff.de verb.oblig.& Dec.in conſi.493.col.1.
10 Tertiò accedit,† Nam etiam videmus, quòd priuile-
gium hypthecæ de quo in l.aſſidus.C.qui pot.in pigno.
hab.quod competit pro dote data, locum quoque habet
in dote confeſſata,vt dicit Bart.in d.l.aſſiduis.contra glo.
ibi communiter obſeruari & Bar.ſequuntur Alex.in cō-
ſil.123 col.j.in fin.vol.6.& in d.conſi.25.col.2.Pau.de Ca
ſtr.& Iaſ.in d.l.duobus.& Marſi.in rub.de fideiuſſ.q.35.
& hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Afflict.in
deciſ.402.col.4.in fi.cum ſeq.& Rub.Alex.in conſ.78.co-
lum.2.ergo idem dicendum venit,quod priuilegium veri
depoſiti competit etiam confeſſionato.
Quarto corroboratur hæc ſententia,Nam ſicut in mu-
tuo verba hęc prolata à principali, confiteor in veritate
recepiſſe,probant numerationem, vt per Bal.in c.ex inſi
nuatione,col.fin.verſic. Si confiteor mihi mutuatum, de
procur quem ſequuntur Iaſ.in l.2.in §.creditum,col.fin.
ff.ſi cert.pet.& Purpur.ibi col.15.verſi.Ex quo infero, ita
etiam ſimiliter huiuſmodi verba prolata in depoſito de
bēt operari,vt non poſſit opponi exceptio cōpenſationis.
11 Quinto facit.† Nam indubitata eſt iuris cōcluſio, quod
geminata confeſſio facta ex interuallo impedit ne poſſit
opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, vt per gloſ.no-
tab.in l.in contractibus,§.illis etiam,in verſicul. opponi-
tur.C.de non nume.pecun. Bald.& Angel.in d.l.in con-
tractibus,§.ſed quoniam,Iaſ.in l.2.§.creditum,col.4.ver
ſicu.Secundus caſus,ff.ſi certum petatur,& in l.qui pecu
niam,colum.2.verſic.Secundò prædicta,ff.eod.tit.& ideo
dixit Ioan. And.in addit.ad Spec.in rubr.de donat.inter
vir.& vxor. quòd contra confeſſionem geminatam non
poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis, & Io. And.
ſequuntur Abb.in c.ſi cautio.& ibi Fel.col.13.verſicu.&
propter doctrinam,de fide inſtrum.& Mod.in repet.rub.
de donat.inter vir.& vxor.§.17.colu.6. ſi ergo huiuſmodi
confeſſio eſt tantæ efficaciæ, vt nō poſſit opponi exceptio
non numeratæ tanquam ea videatur proceſſiſſe ex maio-
ri deliberatione,vt in §.& hoc vero iubemus, in gloſ.in
verbo,iuſſio.in auth.vt nulli iud.& ſoleat magis nocere.
multo magis hoc dicendum videtur in terminis de quib.
agitur, videlicet, vt non admitti debeat exceptio compē-
12 ſationis, vbi adeſt nedum geminata confeſſio.† ſed etiam
& triplicata, argumento eius quòd not. Ange. de tertio
matri.in §.hoc de eo,in fi.in auth.quo.opor.epiſc.& Dec.
in conſi.504.col.fin.& præſertim cum hic abſint bina iu-
ramenta partis,per ea, quæ dixit Soc.in conſi.122.col.4.
13 in fi.verſi.3.† vbi inquit,quòd per talia iuramenta proba-
tur vera receptio pecuniarum.
14 Sextò hoc confirmatur,† Nam vbi in inſtrumento ap-
ponitur iuramentum, ibi non admittitur compenſatio
ſecundum text.ſecundum vnam lecturam communiter
approbatam in c.ad noſtram de iureiur. quam partē vti
communem firmat Alex.in conſi.91.colu.2.volu.2.& in
conſ.61.col fi.vol.5.Affli.deciſ.381.& eam vti magis cō-
munem amplectitur Aret.in conſi.99.col.2.Iaſ.in conſi.
134.col.2.vol.4.Gozad.in conſi.69.col.j.
Nec habet obſtare ſi dicatur, quòd in præſenti caſu ex
15 ceptio compenſationis admittenda veniat,† cum tale
iuramentum ſit ſpirituale, & non liget animam hæredis,
qui nunc opponit talem compenſationem vt not.gl.24.q.
16 3.in ſumma,† adeo,quòd videmus, quòd hæres ratione
iuramenti defuncti non poteſt conueniri in foro eccleſia
ſtico,vt per Io.And.in c.fi.de ſepul. quem refert Rom.in
ſing.222.tu habes,Baue.in tract.iuram.in 3.col.in fi.ver-
17 ſic. Octauum iuramentum,† quia reſpondetur prædi-
ctam concluſionem procedere,quantum ad reatum per-
iurij,ſed non quantum ad obſeruantiam iuramenti,cum
illud tranſeat ad hæredes,maxime quando iurauit pro ſe
& hęredibus,vt in caſu præſenti, vt per Doc.in d.c.verita
tis,& Bart.in l.cum quis decedens,§.codicilli,ff.de leg.
3.cum oporteat hæredem ſtare ei quod iurauit defunctus.
Ita in indiuiduo in terminis noſtris determina Afflict.in
d.deciſ.381.in fi.
18 Poſtremo,† quod in depoſito confeſſionato admitta-
tur exceptio compenſationis, hoc decidit Bald.in conſi.
256.vol.j.Pau.de Caſt.in conſ.9.ſecundum antiquam im
preſſionem.Curt.iun.in l.2 in princ.colu.5.ſi cert.pet.&
in d.l.bona fides,col.pen.ff.depoſ.
Vltimo dato, quòd potuiſſe opponi exceptio compen-
ſationis in depoſito confeſſionato, quod tamen non ad-
mittitur, tamen dicitur eam non fore admittendam,nec
fuiſſe in præſenti caſu: quoniam ius actoris iam erat li-
quidatum & debitum, de cuius compenſatione obijci-
tur, non erat liquidum, ſed requirebat altiorem indagi-
nem,quæ exceptio non habet retardare ſententiam diffi-
nitiuam, vt ex tex.in l.fi.de compenſ.vbi notant omnes
quòd etiam voluit Tind.in tract.de compenſ.in 8.art.col.
2 verſ.nunc videamus,Par.in conſi.121.vol.3.in fi.vol.j.
Non obſtant modo citata per Baldum in dicto conſil.
384.& aliorum qui eum ſequuntur, quia reſpondetur, ꝙ
in dicto Bal.validum fieri non poteſt fundamentum, cum
moueatur arg.gloſ.in d.l.aſſiduis, quæ, vt ſupra dixi in
tertio fundamento, ſit communiter reprobata.
Nec ſimiliter quicquam faciunt no.per Soc.in d.conſi.
193.& 66.† quia reſpondetur hoc à iure diſpoſitum fuiſſe,
ad euitandas fraudes, quę quotidie committi poſſent, vt
expreſsè dicit Socin.vbi ſupra,vnde ex his omnibus,quæ
ſupra deducta & allegata fuerunt, concludendum arbi-
tror huiuſmodi compenſationi locum non fore, ſed hos
fratres de Apoſtolis teneri, & obligatos fore ad ſolutio-
nem per dictum D.Franciſcum requiſitam.

*SVMMARIVM.*

1 *Vaſallus non petens inueſtituram infra annum, & diem priua-
tur ipſo iure feudo.*
2 *Renunciare videtur qui non paret terminis à lege ſtatutis.*
3 *Terminus ſex menſium ſtatutus uaſallis ad recipiendum inueſti-
turam*

*turam per edictum epiſcopi ſubrogatur loco temporis ſtatuti a le-*
*ge ſcilicet anni,& diei.*

4 *Terminus ſex menſium,de quo in edicto de quo ſupra poteſt per*
*epiſcopum abbreuiari,& minui,ſed contra num.12.*

5 *Tempus inſtantiæ præfixum à ſtatuto, ſubrogatur loco inſtantiæ*
*iuris communis, & eius naturam immitatur.*

6 *Vaſallus qui non petijt inueſtituram infra annum, & diem,priua*
*tur feudo ipſo iure, & abſq; aliqua alia declaratione poteſt fieri*
*executio per dominum tradendo feudum alteri. Sed contra nu.9.*
*vbi requiritur ſentẽtia priuationis vel declaratoria, vt num.11,*
*23.& 24 vbi datur alia declaratio.*

7 *Cognitio aliqua non eſt neceſſaria in mera executione.*

8 *Vaſallus qui non petijt inueſtituram infra annum, & diem,licet*
*non priuetur feudo, quando alius poſſideret, & num.17. tamen*
*hoc fallit quãdo vaſallus fuit negligens in auocando poſſeſſionem*
*ab eo,qui poſſidebat, quia tunc debet ipſa negligentia officere*
*vaſallo,vt & in num.25.*

10 *Vaſallus qui ob non petitam inueſtituram infra annum,& diem,*
*priuatur feudo, debet citari ad opponendum quare non debeat*
*priuari ipſo feudo.*

13 *Tempora ſtatuta a lege, non minuuntur per hominem.*

14 *Dominus ſi de voluntate vaſalli minuit tempus legale,& ſtatuit*
*ei duo menſes ad ſuſcipiendum inueſtituram, & vaſallus fuerit*
*in mora,non priuatur feudo ipſo iure.*

15 *Iudex poteſt abbreuiare tempus legale ad inchoandum,& perficien*
*dum inuentarium.*

16 *Citatio facta per edictum non ualet, quando perſona citanda eſt*
*certa,vel de facili poteſt certificari.*

18 *Vaſallus vt amittat feudum requiritur quod ſit in dolo.*

19 *Tempus petendi inueſtituram non incipit currere,niſi à tempore ceſ*
*ſati impedimenti.*

20 *Vaſallus licet excuſetur ſi non petijt inueſtituram infra annum*
*& diem propter inimicitias capitales, tamen ſi ceſſante impedi-*
*mento ſtetit per annum & diem,quod non petierit inueſtituram,*
*priuatur feudo.*

21 *Minor factus maior,qui non petijt inueſtituram infra annum,&*
*diem à tempore quo factus eſt maior,priuatur feudo, licet poſſit*
*petere reſtitutionem in integrum.*

22 *Dominus priuatur proprietate feudi ſi recuſat infra annum, &*
*diem vaſallum inueſtire,niſi adſit legitima cauſa recuſationis.*

## CONSILIVM XVIII.

IN præſenti conſultatione videtur dicen-
dum ſtante edicto ſeu proclamate Re-
ueren.epiſcopi Caſalenſis, quod omnes
eius vaſalli deberent recipere inueſti-
turam infra ſex menſes,alias quod amit
tant feudum, prædictum dominum epi-
ſcopum potuiſſe D. Antonio de Cani-
bus tradere poſſeſſionem feudi, à quo cecidit ipſo iure
D. Albertus ob non petitam inueſtituram in tempore de
quo in dicto proclamate,vel edicto: quia vt decidit Anch.
1 in conſi.6.inter conſ. Cald. in tit. de feud. † Vaſallus non
petens inueſtituram infra annum,& diem, priuatur ipſo
iure feudo,per tex.in c.j.de ca.Conr.ita etiam voluit Bal.
in ca.j quo tempore miles,& in conſ.466.col.2.volum.1.
quia ille,qui excluditur tempore, excluditur ipſo, ſaltem
2 per exceptionem,ſi excluſus agit,†quia renunciare vide-
tur ille qui non paret terminis a lege ſtatutis,l.2. C.de iu-
re emph.idem Bald.conſi.429.col 1.in fi.vol.j.Ana.conſil.
32.& ibi Bologn.in add.Iacob. de S.Georg. in inueſt.ſua
feu.in verbo,qui quidẽ inueſtiti,col.2.verſ.itẽ dubitat̃ de
alia quæſtione.Cur.iun.in tract.feu.in 4.par.ver.5. & vlt.
Nec habet obſtare, ꝙ prædicta iura,& deciſiones loquã
tur in eo, qui non petijt inueſtituram infra annum, &
3 diem,& nõ infra ſex menſes:quia reſpondetur,† quod ex
quo dictus terminus ſex mẽſium deſcriptus in edicto fuit
ſubrogatus loco temporis ſtatuti a lege,& ſic anni,& diei,
ꝙ debet regulari ſecundum naturam eius, in cuius locũ
ſubrogatur, iuxta not. in c.eccleſia, vt lite pend. & in l.ſi
eum,§.qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. ſicut in ſimili vide-
4 mus, † ꝙ tempus inſtantiæ præfixum à ſtatuto, ſubroga-
tur loco inſtantiæ iuris communis,& eius naturam imita
tur ſecundum Ioan.And.in add.ad Spec.in tit.de appel.§.
Breuiter,ſuper verbo,licet autem, Alex.conſ.42.col.1.vo
5 lu.3.& in conſi.24.col.1. volu.4. † & quod per epiſcopum
potuerit abbreuiari,& minui dictum tempus vnius anni,
& diei,probatur in cap.ſancimus,quo tempore miles,vbi
Imperator Lotharius ſtatuit annum,& menſem ad peten
dam inueſtituram vaſallo, qui per Federicum Imperato-
rem diminutus fuit ad annum,& diem,vt in d.c.j.de cap.
Conra.& in c.Imperialem,§.præterea ſi quis, de prohib.
feud.alie.per Fed.
6 Nec habet obſtare ſimiliter, † ſi dicatur, quod dato,ꝙ
vaſallus ſit priuatus ipſo iure,tamen quod non potuit fie-
ri executio per epiſcopum in tradendo poſſeſſionem di-
cto D. Antonio,ſine declaratoria,vt in terminis dixit Car
din.in conſi.74.col.2.quia reſpondetur, quòd imo execu-
tio ſine declaratoria valuit,vt per Bald. in c.j. de feu. ſine
cul.non amit.& Iaſ.in conſ.pen.col.j. vbi dicunt quòd ta
lis executio ſine declaratione aliqua non eſt iuri contra-
7 ria,per ea quæ dicit Ion.in ca. ex ratione,de appell. † vbi
notat,ꝙ in mera executione nulla eſt neceſſaria cognitio.
Pariter non videtur poſſe fieri fundamentum dum ex
aduerſo dicitur,quòd imo non poteſt dici priuatus feudo
D. Albertus propter dictam inueſtituram non petitam,
cum alius poſſideret,per not.per Bald.Sal. & alios in l.ſo-
lemnibus,C.de rei vend. vbi vaſallus non tenetur petere
inueſtituram a domino, quando feudum a tertio poſſide-
tur,quia reſpondetur, quod hæc opinio poſſet habere lo-
8 cum,† quando vaſallus fuiſſet vſus diligentia in auocan-
do poſſeſſionem ab eo, qui poſſidebat,quam auocare non
potuit,ſecus ſi fuiſſet in negligentia, quia videtur fuiſſe
in poſſeſſione,per text.in c.fi.de elect. Ita dixit Ancha.in
dicto conſilio 6. Præpoſitus in dicto capit.j. colum.2. quo
temp.mil.Pau.de Caſt.in conſ.158.in 2.colum.in princip.
in verſ.ſed quid ſi hæres.Par.conſ.23.nu.226. vol j. Ruy.
conſi.37.col.2.vol 1.ſed hic D. Albertus fuit negligens in
auocanda dicta poſſeſſione occupata per Dominum Sci-
pionem,igitur &c.
His tamen non obſtantibus in terminis de quibus agi-
tur, contrarium eſt de iure verius, quod demonſtratur.
Nam non eſt vera, & approbata illa ſententia de qua ſu-
pra,quod vaſallus priuetur ipſo iure propter non petitam
9 inueſtituram infra annum,& diem, † ſed requiritur ſen-
tentia priuationis, vt eſt tex.in d.c.j.in verbo, damnetur,
& ibi Iſer. & Aluar. quo temp. mil.idem voluit Card.in
conſi.74.col.2.per d.c.j.& in c.j.de cap. Conra.in verbo,
perdat.Et ratio eſt ſecundum eum, quia multæ defenſio-
nes competunt contra lapſum anni,& diei.Nam tunc eſt
locus pœnæ priuationis ſecundum eum, cum conſtat de
negligentia non potentis inueſtiri,& ad quam excluden-
dam multæ cauſæ enumerantur.alibi idem Card.in conſ.
92.col.4.& in conſi.128.col.fi.per tex.in cap.j.in verbo a-
mittat, quæ ſit prim. cauſ. benef. amit. in d.§.præterea ſi
quis.Quę verba cum poſſint trahi ad futurum,debent in-
telligi quod ſit opus ſententia, ex quo in eis non dicitur
quod ſit priuatus,vel quo ipſo iure perdat,vt not.in d.l.iu
bemus in §.ſane. in gloſſ.in verbo,per ſententiam. Hanc
etiam partem tenuit Alex.in conſ.79.vol.1. & in conſ. 92.
in fi.vol.6.per dictum § pręterea ſi quis.in verbo amittat,
& Homod.in conſil.10. col.3. verſ. Non obſtat quintum.
Pau.de Caſtr.in conſi.159.col.2.vbi dicit,quod ob inueſti
turam non petitam vaſallus non priuatur ipſo iure, ſed
venit priuandus per ſententiam per dictum c.j. & etiam
per rationem, quia ſi iuſtam cauſam quis habuiſſet, non
eſſet priuandus,c.fin.de prohib.feud.alien.per Feder. igi
10 tur dicendum eſt, † quod citari debet vaſallus ad dicen
dum cauſam quare priuari non deberet, per l.3. §. ſi ad
diem,cum ibi not.per Bar.ff.de re mili. Huic quoque ſen
tentiæ aſſentit Soc.in conſi.66.in ſecundo articulo. verſi.
In primis,& in verſi.quod autem non eſſet.volu.3.Guid.
Pap.q.164 in vlt.col.Fel.in c.Rodulphus,col.19. dum lo-
quitur de verbo amittat. & de verbo perdat. de reſcrip.
Pract.Pap.in for.libel.quo agit.ad reuoc. feud. in verbo,
nec ſuperſtitibus.vbi poſitis omnib. cauſis, propter quas
priuetur vaſallus feudo,inter quas eſt hæc,de qua agitur,
quærit an vaſallo committente aliquam ex prædictis cau-
ſis,veniet priuandus per ſententiam, vel ſit priuatur ipſo
11 iure. Et dicit † ꝙ per ſententiã, & quod debet fieri pro-
ceſſus contra vaſallum, & probandum erit de delicto vel
culpa per iura ibi per eum allegata.
Vltimo cum hac ſententia tranſit Curt. iun. in conſil.
141.col.4.in fi.& dominus meus Ruy.in conſil.37.colum.
2.vol.j.& Alua.in c.j. §.fin.in verſ. Quæro ſubſequenter,
per quos ſit inueſtitura.
Imo plus dr̃, ꝙ ẽt dato, ſed non conceſſo,ꝙ ipſo iure
priuaretur feudo ex cauſa pręmiſſa,vaſallus tñ antequam
ſibi auferatur poſſeſſio,requiritur declaratoria dñi. Ita di
xit Card.in d.conſi.74.col.2.vbi inquit, ꝙ etiam in caſib.
in quibus quis priuatur ipſo iure, citati debet antequam
ſibi

ſibi auferatur poſſeſſio, pp defenſiones quæ ſibi compe-
tere poſſunt, per tex.in c.licet.de præbendis in 6.vbi ha-
bens curatum beneficium, ſi acceptauerit illud, & ade-
ptus ſit poſſeſſionem, licet vacet primum ipſo iure, atta-
men antequam auferatur ſibi poſſeſſio primi, debet cita-
ri. Idem voluit Bald.in c. quæ in eccleſiarum. in verſi.ex-
tra quæro.de conſtit. vbi inquit, ꝙ ſi vaſallus intra annũ
& menſem non petierit inueſtituram à ſucceſſore dñi feu
di, ꝙ ſucceſſor non tenetur eum admittere per dictum
c.1.& hoc, ſi certum eſt feudum eſſe reuerſum dño: ſed ſi
hoc non eſſet certum, tunc requiritur ſentẽtia declarato
ria, & ante illum alius non poſſet corporaliter inueſtiri.
Et Bal.ſequitur Alex.in conſil.124.col.j.vol.j.& in conſil.
130.col.pen.in fi.volu.eo.vbi tradit, ꝙ iſto caſu non poſ-
ſet attentari executio pœnæ ante declaratoriam, per c.
cum ſecundum. de hæret.in 6. Hoc etiam voluit Bolog.
vbi ſupra.Paul.de Caſt.in conſil.159. col.2. in fi. Præpoſ.
in d.c.j.col.2.de feu.ſine culp.amit.Alexan.in conſ.92.in
5.dubio, in fi.vol.6.Dec.in conſi.138. col.2.in conſil. 144.
col.pen in fi.& in conſ.341.col.fi.Cur. Iun. in tract. feu.
in 4.par.verſic.5.& vltimò col.4.& Afflict. in c.j.col. 2. de
feud.ſine culp.amitt.Sed per reuerendiſſimum dñm epi-
ſcopum ante traditionem poſſeſſionis feudi alteri factam,
nulla ſequuta fuit declaratoria facti: eego ſequitur, ꝙ in-
ueſtitura per eum facta dño Antonio redditur nulla, &
quod dominus Albertus reſtituendus eſt ad poſſeſſionem
dicti feudi, tanquam priuatus ſine cauſa cognitione. Et
12 tanto fortius hæc dicenda veniunt † cum per ipſum non
potuerit minui tempus ſtatutum à lege feudali anni &
diei, ut per Iacob.de Santo Gregorio in inueſt ſua feu.in
verbo qui quidem inueſti.col.8. verſ. item quæritur. vbi
dicit hanc quæſtionem habuiſſe in practica tpe vitæ dñi
Dominici de Riſpotio epiſcopi Ipporeginefis, qui vole-
bat immediatè, ꝙ fuit adeptus poſſeſſionem epiſcopatus,
exigere à ſuis vaſallis renouationes inueſtiturarum, &
& iuramentum fidelitatis, & ꝙ eidem epiſcopo conſul-
uit dictum tempus anni, & diei non potuiſſe per eum mi-
nui, vt expreſsè tenuit And.de Iſer.quem ſequuntur Al-
ua.& Mart Laud.in d.c.j.quo tempore milles. quia iſta di
latio eſt conceſſa vaſallis in eorum fauorem, & ideo do-
minus non poteſt minuere, l.qui hoc anno.& l.ei.q Ca-
lendas. §.quoties.ff.de verb.oblig.idem voluit Afflict.in
13 d.c.1.col 4.verſi.ſed an dominus. † quia tempora ſtatu-
ta à lege, non minuuntur ab homine. quia illud quod da-
tur a lege, ſuppletur per legem l.2. §.ſi quis.ff.de re iud.
Imò plus voluit vbi Afflict in ver. ſed pulchram eſt ſcire.
14 † ꝙ ſi dominus de voluntate vaſalli minuit dictum tem-
pus legale, & ſtatuit fortè duos menſes ad petendam in-
ueſtituram, & vaſallus fuerit in mora, quod non priuatur
feudo ipſo iure: quia tempus legale eſt diminutum, &
quę habent locum in tempore legali, non habent locum
in tempore conuento, vt patet in l.contumacia. ff.de re
iud.vbi ſi quis fuit contumax ad pręceptum iudicis, non
priuatur re ipſa, niſi expreſſè hoc dicat.Sed ſi quis eſt cõ-
tumax ad præceptum legis, priuatur re ipſa ipſo iure.
Pro qua ſententia facit, quod not.Bald.poſt Nicol.& O-
doſ.in l.j.in princip.C de iure delib. quem ſequitur Rip.
15 in l.qui pro tribunali nume.23.ff. de re iudic.† vbi volũt
quod iudex non poſſit abbreuiare tẽpus legale ſtatutum
ad inchoandum & perficiendum inuentarium.

Alia etiam ratione demonſtratur, quòd dato ſed non
16 conceſſo, quòd epiſcopus potuiſſet minuere tempus, † ta-
men quod dicta citatio facta per edictum, ſeu proclamia
non potuit ligare.dictum dominum Albertum, ex quo
fuit citatus per edictum, cùm debuiſſet citari regulari-
ter ex quo erat certus, vel de facili poterat certificari ex
libris, & cataſtris epiſcopatus, ſuper quibus deſcribun-
tur, & deſcribi conſueuerunt vaſall.Ita Card.in d.conſ.
74.col.2.& Rui.in conſ.j col.2.vol.j.Pro cuius confirma-
tione faciunt, quæ not.Petr.de Ancha.in c.fi.de electio.
lib.6.quem ſequitur Alex. in conſ.5.col j. vol.2. vbi dicit
ſe de facto conſuluiſſe, quòd non ſufficiat generalis cita-
tio, per quam in genere citatur, quòd compareat quili-
bet quia ſua pautauerit intereſſe; ne fiat miſſio in poſſeſ-
ſionem talis rei: quia debuit citari, poſſeſſor quia veriſi-
militer ſciri potuit, & in terminus inueſtiturę hoc voluit
idem Card.in conſ.128.col.pen.

Alio et medio oſtenditur qđ dñs Albertus non potuit
17 priuari dicta poſſeſſione feudali, præſuppoſita ét validi-
tate dicti edicti. qa iſta eſt recepta Doctorũ ſnia, † ꝙ vaſal
lus nõ tenetur petere inueſtiturã à dño feudi, qñ tertius
poſſidet vt per Bal. & alios in d.l.ſolennibus.Bal.in conſ.
429.in fi.vol.j.& in cõſ.466.vol.eo. Anch.in cõſ.174.in fi.
Pau.de Caſt.in cõſ.158.col.2. Alex.in conſ.71. col.fi.vol.
j.Soc.in conſ.66.ver.cõfirmat.& verſ. 2.iſta conclu.vol.3.
Guid.Pap.q.166.Cur..in tract. ſuo feudali. in 4.par. verſ.
23.in 3.fallen.Iac.de S.Gregorio in d.verbo, q quidẽ in-
ueſtiti.in ver. ſed pone.col.8.vbi dicit hãc opinionem au-
dacter eſſę tenendã. Dec.in cõſ.184.col.pen.Iaſ.in conſi.
159.in 4.col.vol.2. Pariſ.in conſ.23. nu.226. vol.j.Rui.in
conſ.j.colum.2.vol 1.& in conſi.37.col.2.vol.eo.Et ratio
eſt ſecundum Doct. in d.l.ſolennibus & in alijs locis ſu-
18 prà relatis, † quia ad hoc vaſallus amittat feudum, requi
rit quod ſit in dolo.c. de prohib.feud.alien.per Lota ſed
non poteſt ſibi aſcribi dolus nõ poſſidẽdo: quia ex quo nõ
habet commoda feudi non tenetur ſubire onera item qa
non debet ſibi imputare tempus iſtud, quamdiu litigat
cũ poſſeſſore.l.quãdiu.C.qui admitti.ſed dominus Alber-
tus tempore edicti non poſſidebat feudum; ergo &c.

Nec habet obſtare ſi dicatur, ꝙ ſaltem poſſidebat in
19 fine temporis appoſiti in edicto, † quia reſpondetur, ꝙ
tempus ſtatutum ad petendum inueſtituram non inci-
pit currere niſi à tempore ceſſati impedimenti, & ſic à
die qua cepit poſſidere dominus Albertus, argumento
l.ꝙ tempore.C.de reſtitu.milit.quo caſu cùm fuerit pri-
uatus dictus dominus Albertus, antequàm lapſi fuiſſent
ſex menſes à die ceſſati impedimenti, ſequitur quòd mi
nus iuridicè ad ipſam priuationem actualem deuentum
fuerit. Et pro hac ſententia facit quod not. Afflict.in d.c.
20 j.col.10 in fi.ver.octauò quęritur quò tempo. mili. † vbi
inquit, ꝙ licet vaſallus excuſetur ſi non petat inueſtitu-
ram infra annum & diem, propter inimicitias capitales
tamen ſi ceſſante impedimento inimicitiæ capitalis ſte-
terit per annum & diem, quod non petierit inueſtiturã,
21 priuatur feudo. Et idem dicit de minore, ꝙ ſi minor fa-
ctus maior nõ petijt inueſtituram infra annum, & diem
numerandam a tempore quo factus eſt maior. priuator
feudo, licet poſſet petere reſtitutionem in integrum, ſe-
cundum Doct.ibi per eum relatos.Et ſic ex his clarè con-
ſtat mentem Doctorum fore, vt a die ceſſati impedimen-
ti incipiat tempus currere ad petendam inueſtituram. &
non ante dictum tempus. quod etiam clarius voluit Præ
poſ.in d.cap.j.col.pen.ver.quæro quid ſi pendente primo
tempore. Vnde ex omnibus ſupra dictis concludendum
arbitror per dominum epiſcopum nulliter fuiſſe ad ip-
ſam priuationem deuentum, & per conſequens dominũ
Albertum reſtituendum fore ad priſtinam poſſeſſionem,
cùm ante ſex menſes à die ceſſati impedimenti ipſe pe-
tierit ſe inueſtiri à dicto domino epiſcopo, qui huiuſmo-
di inueſtituram facere recuſauit, vt clarè conſtat in actis
præſentis cauſæ, in folio 43. & 46. Quòd an bene fece-
rit ſatis colligitus, quod non, per ea quæ not. Doct.in cap.
22 j.§.nulla per quos fiat inueſt. † vbi dicunt. ꝙ aduertere
debet dominus ne differat vaſallum inueſtire, quando
ipſam inueſtituram petit infra annum & diem, quia non
fit aliquòd præiudicium vaſallo, quinimò quod dominus
priuatur proprietate feudi tali caſu, ſi labatur annus &
dies, quemadmodum veniret priuandus vaſallus iure
ſuo feudali, ſi victam inueſtituram non petijſſet infra di
ctam tempus, arg.c.vinci qua.do.propor.feudo priuetur.
maximè cùm non ſubſit iuxta cã differendi renouatioem
ipſius inueſtiturę, prout in caſu pręſentis conſultationis.

Non obſtant adducta in contrarium, quia ad primum
& ſecundum argumentum ſatis abunde reſponſum fuit.
ſupra in ver.his tamen non obſtantibus.

Non obſtat dictum Bald. in c.j.de feud. ſine cul.amit.
quia primò reſponderi poteſt dictum Bald. non eſſe ve-
23 rum, cùm paſſim à Doctoribus † requiratur ſententia
priuationis, vel declaratoria, antequam poſſit fieri
executio contra poſſidentem feudum, vt patet ſupra in
verſiculo prædicto, his tamen non obſtantibus. & in ver.
imo plus dicitur.

Secundo reſpondetur, quòd dictum Bald.procedit
24 † quando præceſſit iudicium & ſententia non aũt qn pę-
na infertur ipſo iure à lege ſine iudcio, quia debet ſaltem
verificare delictum nimirum, ſi requiritur ſnĩa declara-
toria facti.Ita Bald. declarat Præp.in c.j.de feud.ſine cul.
amitt.& Abb.conſ.3.in 8.col.verſ.8.quęſt.vol.2.

Vltimò non obſtat, quod vaſſallus nõ excuſatur à petẽ-
da inueſtitura, quando alius poſſidet, ſi fuit negligens in
auocanda poſſeſſione à tertio q poſſidebat, p not. Per Pau.
25 de Caſtr.in d. conſ. 150.co.2.l. † quia reſpondetur quod

de aliqua negligentia domini Alberti non videtur conſtare, cum in termino quatuor meſium a die edicti euocauerit poſſeſſionē a tertio poſſeſſore, ideo quòd militat cōmunis Doctorum ſententia, de qua ſupra, quod non tenebatur eo tempore petere dictam inueſtituram. Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Donatio ſecunda cum traditione bonorum facta ex vi conſtituti de bonis prius abſenti donatis, cum ſtipulatione notarij, & conſtituto prefertur primæ ſi ſecunda facta reperitur ante ratificationē primæ, & latiſſimè, nu. 10. Sed contra nu. 16. & 22.*

2 *Solutio facta negociorum geſtori creditoris, non liberat ſoluentem niſi ratihabitione ſequuta.*

3 *Procurator ſi ſine mandato domini emerit prædium, domino non acquiritur poſſeſſio, niſi ratam habuerit emptionem.*

4 *Poſſeſſionem ſi quis apprehendit nomine meo, non præcedente ad hoc mandato mihi non acquiritur poſſeſſio, niſi ſequuta ratihabitione mea.*

5 *Donatio facta ad piam cauſam, aliquo recipiente pro ea non valet, niſi ſequatur ratificatio.*

6 *Donatio facta per patrem filiæ abſenti cum clauſula conſtituti illi non acquiritur ante ratificationem.*

7 *Conſtituens ſe alterius nomine poſſidere, licet transferat poßeſſionem, id tamen verum eſt, quando erat preſens ille cuius nomine fit conſtitutum, ſecus ſi abſens: quia tunc ſibi non quæritur poßeſſio ante ratificationem, & nu. 13. quod declarat, vt in n. 23.*

8 *Quod amplia procedere etiam ſi notarius conſtitutum recepiſſet nomine abſentis.*

9 *Notarius ſi recepit patrem pro abſente, tali. receptio nihil operatur niſi demum ratificatione ſequuta, ſed contra num. 26. 27. & 28. vbi declaratur.*

11 *Stipulatio notarij non operatur, vt ante ratificationem ius abſenti acquiratur, ſed bene vt ea ſequuta acquiratur vtilis actio ſine ceſsione.*

12 *Ratificatio facta poſt ius quæſitum alteri perſonæ, & ſic re non integra non trahitur retro in præiudicium eius cui primitus ius quæſitum fuerit.*

14 *Donatio excedens ſummā quingentorum aureorum facta ſine inſinuatione vitiatur in exceſſu a quingentis aurei ſuprà.*

15 *Quod amplia procedere etiam ſi in donatione interueniſſet iuramentum, ſed contra ſecundum magis communem, vt num. 46.*

17 *Actio acquiritur ex ſtipulatione notarij, ſecundum communem ſine ceſſione.*

18 *Ceſſio actionis licet non poſſit fieri abſenti, quia in ceßione requiritur conſenſus cedentis, & ceſsionarij, tamen hoc fallit ſi notarius ipſam ceſsionem receperit pro abſente, quia tunc ei acquiritur ipſo iure.*

19 *Donatio facta alicui cum pacto, quod poſt certum tempus donata reſtituantur eccleſię, licet poſsit reuocari in præiudicium eccleſiæ, tamen id non admittitur quando vltra pactū notarius fuiſſet ſtipulatus & recepiſſet nomine eccleſię: quia tunc poteſt reuocari.*

20 *Renunciatio ſimplex facta in abſentia partis, licet non poſsit remittere ius de futuro, tamen ſi fieret in iudicio in præſentia iudicis, præiudicaret, quando iudex, tanquam publica perſona eam acceptaſſet nomine abſentis.*

21 *Differentia non eſt inter iudicem & notarium in acceptione.*

24 *Actio vtilis nedum per notarium acquiritur ignoranti, imò etiā dominium & poſſeßio.*

25 *Lex quoties, C. de rei vend. ita habet locum in ficta traditione ex conſtituto, ſicut in vera.*

29 *Iuramentum ſupplet præſentiam partis, quod procedit etiam de iure ciuili, vt num. 31.*

30 *Iuramentum eſt tantæ potentiæ, quod ex ſtipulatione alteri facta acquiritur abſenti etiam ſi nullus ſit, qui ſtipulationem pro eo recipiat.*

31 *Iuramentum operatur translationem actionis ſine ceſsione.*

32 *Iuramentum habet vim iudicij.*

33 *Iuramentum interpoſitum ſuper prima donatione facta abſenti operatur effectum, vt primus donatarius videatur fuiſſe preſens ſtipulationi.*

34 *Scientia operatur ratificationem.*

35 *Vxor quæ ſciuit maritum recepiſſe rem in emphytheoſim pro ſe & ipſa vxore, ſi non contradixit cenſetur ipſam ratificaſſe.*

36 *Actus quando reſpicit acquiſitionem quæ debet fieri non improbare eſt approbare.*

37 *Scientia cum taciturnitate habetur pro conſenſu.*

38 *Scientia preſumitur ex vicinitate loci, vbi contractus geſtus eſt, & maximè inter coniunctos.*

39 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, & adeo efficax eſt hęc preſumptio, quòd transfert onus probandi in contrarium, & preſertim quando familiariter ſimul viuunt.*

40 *Pater & filius quando ſimul habitant, ex communi habitatione preſumitur ſcientia geſtorum ab altero.*

41 *Scire quis preſumitur ea quę fiunt in loco, quem ſolitus eſt frequentare.*

42 *Vxor preſumitur ſcire qualitatem bonorum mariti, an ſint libera, vel emphytheotica, propter communem habitationem.*

43 *Scientia probatur ex qualitate facti, quando factum eſt tale, quod ſolet uериſimiliter notorium deuenire.*

44 *Scientia preſumitur in herede de facto defuncti arduo.*

45 *Argumentum à communiter contingentibus eſt ualidum in iure.*

46 *Experientia eſt earum magiſtra.*

47 *Contractus notabilis hodiernis temporibus ſolet nedum deuenire in notitiam eorum, qui communiter habitant in eadem domo, ſed etiam extraneorum.*

## CONSILIVM XIX.

FACTA fuit donatio per magnificum D. Iacobum de Bauis, domino Marco Antonio eius nepoti ex fratre abſenti cum conſtitutò qui communiter viuebat in domo donâtis, notario tamen pro eo ſtipulante & acceptante omnia in eadem donatione deſcripta. Exinde elapſis duobus annis, de eiſdem bonis donatis, alia facta fuit donatio per dictum dominum Iacobum, in qua pariter erat conſtitutum in dominum Ioannem eius nepoté, qui eam acceptauit. Refricatur modo in dubium & quæritur quæ nam ex iſtis donationibus præualere debeat?

1 † Prima etenim facie in præſenti conſultatione dicendū
videtur dominum Ioannem ſecūdum donatarium & cui
facta fuit traditio rerum donatarum, vigore conſtituti
præferendum fore primo donatario: quoniam licet ex ſti
pulatione notarii facta in donatione nomine domini Mar
ci Antonii abſentis per Magnificum dominum Iacobum
eius patruum ea reddatur valida, & acquiratur ius ipſi
donatario. Primò ſecundum Rom. in l. abſenti, ff. de don.
& Doct. in l. nec ambigi, C. de donat. & tamen id verum
eſſe videtur, ſi prius ſequuta fuerit eiuſdem primi dona-
tarii ratificatio, antequam per donantem facta fuerit in
ſecunda donatio: aliàs ſecus. Quod probatur iuribus &
authoritatibus infraſcriptis.

Et primo per textum & Docto. in l. ſi ego, ff. de negot.
2 geſt. † vbi per ſolutionem factam negotiorum geſtori cre
ditoris, non liberatur ſoluens, nec dominium acquiritur
creditori, niſi ratihabitione ſequuta, & per quem text. di
xit Bald. in conſi. 34. vol. 2. quod ex facto negotiorum ge-
ſtoris agi non poteſt ſine ratificatione.

Secundò eſt tex. in l. communis ſeruus, §. fin. in vltimis
3 verbis, ff. de acquiren. poſſ. † vbi ſi procurator ſine man-
dato Domini emerit prædium, domino non acquiritur
poſſeſſio, niſi ratam habuerit emptionem. Hoc idem per
illum tex. voluit Alex. in conſi. 110. vol. 1. col. 2. & in con-
4 ſilio 167. col. 3 volum. 6. † dicens, quòd ſi quis apprehēdit
poſſeſſionem nomine meo, non præcedente ad hoc man-
dato, non acquiritur mihi poſſeſſio, niſi ſequuta ratiha-
bitione mea.

Tertiò eſt deciſio Abb. & Paul. de Caſtr. in l. illud, C. de
5 ſacroſan. eccl. poſt gl. ibi magnam, in fi. vbi dicūt, † quod
donatio facta ad piam cauſam aliquo recipiente eius no-
mine, non valet, niſi ſequatur ratificatio. Et Pau. ſequun-
tur Dec. in conſi. 35. in prin. & in conſ. 226. col. 3. & in cō-
ſilio 531. in fi. Curt. iun. conſ. 120. col. 1.

Quartò adducitur alia deciſio Pau. de Caſt. in conſi. 11.
in antiquis, & in nouis in conſi. 182. incip. in caſu ſeq. vi-
6 ſis omnibus, † vbi loquitur in donatione facta per patrē
filiæ abſenti, & dicit, q̀ illi non fuit ius quæſitum ante ra-
tificationem, & loquitur in caſu in quo erat clauſula cō-
ſtituti, & ibi etiam dicit, quod licet legatum acquirantur
etiam ignoranti, licet reuocabiliter, non ſic eſt in dona-
tione, quæ etiam reuocabiliter non acquiritur, niſi ſcien-
ti & conſentienti: quia pendet ex voluntate duorum. Et
cum Paulo tranſeunt Dec. in d. conſ. 226. col. 3. in fi. Cur.
iun. in conſ. 52. col. 4. & in conſ. 55. col. 3. & in conſil. 120.
col. 1. Beltr. conſ. 173. col. 5. vol. 1.

Confirmatur & quintò iſta opinio per nota. & Alexan.
7 in l. quod meo, col. 2. ff. de acq. poſſ. † vbi vult, quod illud
quod ibi dicitur, quod quis conſtituendo ſe poſſidere no
mine alterius transfert poſſeſſionem, dēt intelligi quādo
erat præſens ille cuius nomine fit conſtitutum, ſecus ſi

quis

quis conſtituat ſe poſſidere pro abſente, quia ei non quæ-
ritur poſſeſſio ante ratificationem,& Alexand.ſequuntur
Dec in d.conſi.226.col.2. & Curt.iun.in præalleg. conſi-
8 lio 120.col.2. † & iſtud procedere videtur etiam ſi nota-
rius conſtitutũ recepiſſet nomine abſentis: quia per hoc
non fuiſſet requiſita poſſeſſio ante ratihabitionem,vt di-
xerunt quidam Moderniores relati per Soc.in l j.§.ſi iuſ-
ſerim,in fi.de acq.poſſ.qui dicunt ita ſe conſuluiſſe: quia
licet iure cautum reperiatur quod ea, quæ quærũtur me-
diante ceſſione,vt obligatio, & actio quæratur per nota-
rium ſine ceſſione, vt in l.2.& ibi Bart.ff. rem pup. ſal.fo-
re.tamen non inuenitur iure cautũ, ꝙ dominium & poſ-
ſeſſio acquiratur. Vnde non potuit acquirere notarius,
niſi tanquam negotiorum geſtor. Quo caſu non acquiri-
tur ante ratificationem,per l.communis ſeruus,& in fin.
de acq.poſſ.& Soc.ſequitur Dec. in l.contractus, de reg.
iur.col.5.ver.& ampliatur ſimpliciter, Ruy. in conſ.121.
in fi.vol.j.& in conſ.180.eo.vol.j.col.3 in fi.

Sextò in terminis ſtipulationis notarij allegatur Bal.in
9 l.nec ei,§.eorum,ff.de adopt.dicens,† ꝙ ſi notarius rece-
pit pacem pro abſente, talis receptio nihil operatur, niſi
demum ſequuta ratificatione. Idem tenuerũt And. de Pi
ſis,Gul.de Cun. & alij,quos citat Alberic.de Roſ.in d.§.
eorũ,vbi per notarium acquiritur abſenti, ſi deinde ſup-
pleatur conſenſus per ratificationem, & Bald. ſequuntur
Dec.in d.conſ.226.col.3.& Cur.iu.in citato cõſ.52.col.4.

Septimò in donatione & in proprijs terminis noſtris
eſt conſilium Pauli de Caſtro in conſil. 197. Viſis his quæ
10 narrantur in ſecundo dubio.† Vbi ponit quæſtionem de
donatione facta abſentis,& pro quo notarius illam rece-
pit & ſtipulatus fuit, & ante ratificationem abſentis fuit
alteri facta donatio de eiſdem bonis prius donatis, & ta-
men concludit, quod ante ratificationem non fuit ius
quæſitum primo donatario per reg. l.ſi ego, ff. de negot.
geſt. & quia ſpeciale eſt in mutuo, vt alteri per alterum
etiam ignoranti actio acquiratur, l. certi conditio, §. ſi
nummos,ff.ſi cer. pet. & ſubdit, quod non habet obſtare
ſtipulatio notarij, quia ea non facit, vt ante ratificationẽ
11 abſenti ius acquiratur, † ſed bene operatur, vt ſequuta
ipſa ratificatione acquiratur vtilis actio ſine ceſſione,
quod non eſſet in alio quam in notario, quia ſi quis ſtipu
laretur nomine abſentis, non tamen ei etiam ſequuta ra-
tihabitione acquireretur actio ſine ceſſione. Et cum hac
deciſ.Pauli pertranſeunt Dec. in iam ſæpius allegato cõ-
ſilio 226.col.2. & in conſ.464. colum.1. in conſilio 531.in
fin & in conſilio 661.colum.3.Curt. in dictis conſilijs 52.
colum.4.conſilio 55.colum.4.Rub. Alexand. in conſil.91.
colum.2.Par in conſil.77 col.3.vol.1. vbi dicit, quòd ra-
tione apertiſſimo & concludenti debet interueni e rati-
ficatio & acceptatio ipſius donatarij, quando ad veram
perfectionẽ contractus debet neceſſario interuenire cõ-
ſenſus vtriuſque contrahentis, & ſi non eodem tempore
& inſtanti,ſaltem diuerſo adeſſe debet,vt per omnes doc.
in l.j.ff.de pact.& in l.j.in prin.ff.de verb.oblig.Idem Pa
riſ.in conſi.78.col.pen.eodem vol.& Pau.ſequitur Alc.in
c.cum contingat,in nu.234.extra de iureiu.Ruy.in cõſi.
121.col.1 vol.j.Soc.in l j §.ſi iuſſerim,colum.pen.de acq.
poſſ.& in conſ.53.col.pen.vol.4.licet de Paulo de Caſt.nõ
faciat mentionem, & Caſſa.in conſi.70 colum.8.

Nec habet obſtare, quod imò non requiratur ratifica-
tio per text.in l.1.& 4. in princip.ff.rem pup. ſal. for. vbi
æquiparatur ſeruus pupilli, & notarius. Vnde ſicut ſer-
uus pupilli ſtipulando quærit ſtatim directam domino,
vt toto tit.Inſt.de ſtip.ſeru.ita & ſeruus publicus ſtipulã-
do alteri quærit ſtatim vtilem d.l.4. & quærit infanti, vt
probatur in dicta l 4.iuncta l.2 & tamen infans non rati-
ficat,quia quicquid vidit ignorat l.1.C.de fal.mone.ergo
non requiritur ratificatio, quia reſponderi poteſt, vt di-
cunt Pau.de Caſt.in conſ.197.& latius Pariſ.in citato cõ-
ſil.77.num.32.quod dicta iura non dicunt ratificationem
ſubſequi non debere, igitur intelligi debent ſecundum
alias leges loquentes conſenſum requiri, & de eo debere
conſtare, & acceptatio infantis pro quo notarius ſtipula-
tur, & aliorum abſentium ſubſequi debet tempore ſuo
& a ſuis principalibus, ſeu ab aliis gerentibus eorum ne-
gotia,& ſi non verbo,ſaltem facto, & re ipſa, cum volun-
tas nedum verbo,ſed etiam facta declaratur l.Pau.ff.rem
rat.hab.l.reprehendenda,C.de inſt.& ſubſtit.

Pariter nõ videtur obſtare, ſi dicatur, quod imò ſequu
ta fuit ratificatio primi donatarii, quoniam reſpondetur
12 † quòd huiuſmodi ratificatio videtur facta poſt ius quæ-
ſitum ſecundo donatario, & ſic re nõn integra, quæ non
trahitur retro in præiudicium alterius, cui ius primitus
quæſitum fuerat quod probatur per Alex. in l.quod meo
in 2.col.ff.de acquiren.poſſ.vbi poſt dominum Anton. de
Butr in c.cum veniſſent,in fin.de reſtitutione ſpol.& do-
minos de Rota.in deciſ.49. quæ in nouis eſt in deciſ. 150.
13 in c.licet amicus,voluit.† quod ſi ille cuius nomine poſſi-
detur per conſtitutum expulſus ſit de poſſeſſione, ante-
quam ratum habeat,nõ competit ſibi remedium recupe
randæ poſſeſſionis: quia ante ratificationem poſſeſſio per
conſtitutum ſibi acquiſita non fuit,& etiam ſi nunc rati-
ficaret,non admitteretur: quia talis ratificatio non ſuper-
uenit tempore debito, videlicet, quo ille conſtituens po-
tuit poſſidere: quia iam erat perdita poſſeſſio, argumen-
to l.bonorum,ff.rem rat.hab.Idem voluit Alex.iu conſil.
110.col.2.vol.j. & in conſ.167.col.pen. vol.6. & cũ Alex.
conueniunt Dec.in conſ.in dicto 226.colum.2.& in conſi.
247.col.3.Beltr.in conſi.173.nu.12.vol.1.Curt.Iun. in di-
ctis conſiliis 55.col.3.& conſ.120.col.2. Gozad. conſi.14.
col.2.Ruyn.in conſ.121.col.2.vol.1.ac Corn. in conſi.110.
col.4. vol.2.vbi dicit de facto ita obtinuiſſe contra domi-
num Benedictum de Capris,in cauſa vxoris ſuæ, in qua
mortuo quodã Polione,relictis quatuor ſororibus, filius
vnius ex iſtis habens mandatum a matre, accepit bono-
rum poſſeſſionem hæreditatis dicti Polionis nomine ſuæ
matris, & aliarum ſororum prætendentium ſe hæredes
dicti Polionis, & quidam Vgolinus ſuus clientulus præ-
tendens ſe ſimiliter hæredem inſolidum dicti Polionis ac
cepit poſtea poſſeſſionem dictorum bonorum antequam
tres aliæ ſorores ratificarent poſſeſſionem earum nomi-
ne factam,poſtea ratificarunt, & egerunt poſſeſſorio, di-
cit Corn. quod fuit iudicatum pro quarta parte illius ſo-
roris, quæ dedit mandatum, quod ipſa poſſideret, & pro
aliis tribus partibus earum, quæ ratificarunt poſt ſecun-
dam apprehenſionem contra eas,& ſic contra vxorem di
cti domini Benedicti,qui in contrarium magnam fecit in-
ſtantiã. Et accedendo magis ad proxima in caſu quæſtio-
nis præſentis, in indiuiduo hoc voluit Paulus de Caſtr.in
d.conſi.197.in 2.dubio: quia ratificatio non poteſt fieri in
præiudicium eius, cui medio tempore fuit quæſitum ius,
per textum in l.ſi ego,§.res,ff.de iure dot.& no. in l.ſi in-
debitum,§.1.ff.rem rat.hab.Quam deciſionem approbãt
Dec.in dicto conſ.276.col.2.conſ.247.col.3.& in cõſ. 432.
in fin.Curt. Iun.in citatis conſiliis 55.col.3. & 120. col.2.
Gozad.conſil.14.col.3.Pariſ in dictis conſiliis 77.col.3. &
78.col.penult.Rube.Alex.in conſ.132.col.j. & Alciat. in
d.c.cum contingat nu.232.de iureiur.vbi dicit iſtam par-
tem communem.Idem voluit Iſer.in ca.1. §. item ſacra-
menta,in 4.col.de pace iur.fir.Cagno.in l.2.C.de pac.in-
ter emp.& vend.Afflic.in conſt. regni. in Conſtitutione
baiulos,ver.Decimo & vltimo,& Ruy.conſi.121.vol.j.

Vltimò contra dictam donationem poſito quòd eſſet
14 valida,facit† quod facta eſt de ſumma ſcutorum duorum
millium ſine inſinuatione,quæ vitiatur in exceſſu a ſum-
ma quingentorum ſupra,vt l.ſancimus, C.de donat.§.1.
vbi Bal.& Ang. dicunt propter hoc quod vtile per inuti-
le non vitiatur. Et hoc in donatione voluit Ange. in conſi.
15 179.col 6.Alex.in conſ.4.col.7.vol.1. † Non obſtat ſi di-
catur,ꝙ defectus inſinuationis tollitur iuramento, vt per
Alex.in conſ.40.col.3. vol.1. Quia contrarium concludit
Bald.in l.illud colum. 4.verſ. Quintò quæro, C.de ſacro-
ſanct.eccleſ.Angel.conſi.59.quia filio, in fin. vbi dicit ſe
ita conſuluiſſe in ciuitate Caſtelli, cum Bald.eius germa-
no,& dicit And.Siculus in conſ.16.col.10.vol.2. quod iſta
eſt communis opinio,& iſtam partem dicit veriorẽ Paul.
de Caſtr.in conſil.110. viſa quadam ſcriptura, col.2. & in
conſil.105.circa bona,col.fin.& ratio eſt iſta,quia inſinua
tio videtur inducta eſſe propter publicam vtilitatẽ: quia
reipublicæ intereſt ne quis rebus ſuis male vtatur, §. pe-
nul.inſtit.qui ſunt ſui vel alieni iuris. Et iuramentum cõ-
tra publicam vtilitatem nihil valet,ca.ſi diligenti de foro
compet.Secundò,quia talis inſinuatio eſt introducta a le-
ge,ad remouendum fraudes,quæ committi poſſunt, ma-
ximè inter coniunctos,l.data,C.de dona. Si ergo iuramẽ
tum firmaret contractum donationis abſque inſinuatio-
ne,præſtaret occaſionem delinquendi,contra l.conueni-
re,ff.de pact.dot. & ita videtur iuramentum cõtra bonos
mores,quod non valet,c.non eſt,de reg.iur.

Quibus tamen non obſtantibus, contrariam partẽ vti
16 veriorem amplectendam fore exiſtimo, † quod imò pri-
mus donatarius uigore ſtipulationis notarii præferen-

dus veniat ſecundo, & in quem vigore conſtitui appoſiti in dicta prima donatione fuit tranſlatum Dominum & poſſeſſio, iuxta notata in l. quoties. C. de rei vend. Et in primis antequam deueniam ad reſponſionem corū, quæ ſupra deducta fuerunt, fundabo intentionem eiuſdem primi donatarii, deinde argumenta pro altera parte facta confutabo.

Et primò moueo, per tex. in l. 4. iuncta l. prima, cum duabus ſequen. ff. rem pup. ſaluam fore. Nam in dicta l. j. dicitur quòd ſi pupillus abſens ſit, & fari non poſſit, quòd ſeruus eius pro ipſo ſtipulabitur, & vbi ſeruum non habeat, vel non ſit vnde ematur, ſeruus publicus pro eo ſtipulari debebit, & in l. 4. dicitur non quaſi pupillo ipſo iure acquirat directam ſecundum gloſſ. ſed vt vtilis actio pupillo detur; modò ſic certum eſt, quòd per ſeruus pupilli, vel alterius actio quæritur domino abſenti, & ignoranti, & eo inuito, l. ſi ſeruus vetante, ff. de verb. oblig. & ſine ceſſione, vt dictis iuribus: quia penes ſeruum non poteſt per momentum reſidere. Primò enim quæritur ſeruo, & exinde domino, per mediam perſonam eiuſdē ſerui, vt per gl. & Doct. in l. frater, a fratre, ff. de cond. indeb. & ſic non poteſt expectari ceſſio ſerui, l. placet, ff. de acq. renda hæred. ſed in d. l. j. æquiparatur ſtipulatio notarij & ſerui, excepto vno caſu: quia per notorium acquiritur tātum vtilis, dicta l. 4. & per ſeruum quæritur directa domino, dicta l. pacet. Quemadmodum ergo per ſeruum pupilli acquiritur directa domino ipſo iure ſine ceſſione, ita per notorium vtilis ſine ceſſione, cùm nec penes notarium momento vtilis actio reſideat ſecundum Bald. in l. j. §. exigere, ff. de magiſtratibus conueniendis, quia ſi reſidere non poſſet ipſemet de iure ſuo conficere inſtrumētum, vel. exemplo. C. de probation. & quia quantum ad hoc non facit tex. in dicta l. 4. differentia inter vnum & alterum, ſed quo ad actionem tantum, vt ſuprà. Et per iſtā exceptionem probatur quod quo ad alia æquiparatur ſtipulatio vnius & alterius, cùm exceptio firmet regulam in contrarium l. denique §. fundum, ff. de fun. inſtru. cum vulgaribus.

Nec habet obſtare ſi dicatur, quòd in dicta l. 4. non dicitur quòd ex ſtipulatione notarij acquiratur vtilis ipſo iure, ſicut dicitur quòd per ſeruum pupilli acquiritur directa ipſo iure: quia imò verba tex. dum dicunt, ſed vt vtilis actio ex ſtipulatu detur, ſunt intelligenda ipſo iure, & ſic ante ratificationem, quamuis text. hoc nòn dicat expreſsè: quod oſtenditur, quia prius dixit legiſlator directam non quæri pupillo ipſo iure. Dum ergo ſubdit, ſed vtilis intelligendum venit ipſo iure, cùm præcedat dictū verbum tanquam repetitum propter naturam illius aduerſatiuæ. Sed, quæ eſt quod qualitates caſus præcedentis intelligantur repetitæ in caſu ſequenti ſecundum Alex. in l. ſi filius à patre, col. 5. ff. de liberis & poſthumis.

Secundò hoc etiam probatur in d. l. prima, cum duabus ſequent. vbi notarius ſtipulari poteſt nedum pro abſente, ſed etiam pro infante, & in durante infantili ætate, non cadit ratificatio, q̄a conſenſum nō habet, l. quàuis, §. infans, ff. de acq. poſſeſſio. l. j. C. de falſa moneta.

Tertiò pro hac parte facit tex. in l. abſenti, in fin. ff. de donatio. vbi ſi quis donet ſeruo abſentis rem, ea intentione, vt acquiratur dominium abſenti, ipſi acquiritur per ſeruum. Ergo multo fortiùs idem in notario, qui ſeruus publicus dicitur, l. non enim. ff. de adop. §. cùm autem, in ſti. eo. & quia vbi notarius ſtipulatur alteri, non dicitur ei quærere obligatione, ſed eſt lex, quæ operatur acquiſitionem ipſo iure, ſecundum Bald. & Ang. poſt gloſſ. ibi, & Alex. in addi. ad Bart. in l. j. ff. de his qui ſunt ſui iuris, vel alieni, & Alex. in addi. ad Bar. in l. nec ei, §. eorū, de adop. & Afflic. in conſtitut. regn. in conſtit. baiulos, in 10. notab. ſed nulli dubium eſt, quòd per diſpoſitionem legalē vbi eſt alicui quæſitum ius, non poteſt ab eo auferri, vt per Iaſ. in l. ſi. in j. col. ff. de pactis. Ergo ſequitur quòd per donantē non potuit fieri ſecūda donatio, cum p̄ eā auferatur ius quæſitū primo donatario ex diſpoſitione legis.

Quartò facit gl. in §. ſi quis alij. Inſtit. de inut. ſtipu. & doctrina Bart. ac aliorum in l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler. ff. de verb. obli. vbi. enumerantur plures perſonæ, quæ poſſunt alteri ſtipulari, inter quos deſcribuntur filius, ſeruus, tutor, curator, & notarius, & inter vnum & alterum non ſit defferētia quantum ad modum acquirendi. Sicuti ergo filius & ſeruus acquirunt patri & domino ignoranti ante ratihabitionem, l. ſeruus vetante, ff. de verborum oblig. & tutor, vt l. quoties, ff. de adminiſt. tut. & ſimiliter adulto & furioſo per curatorem, l. eum qui. §. ſi actori. ff. de conſt. pecunia, in quibus non cadit ratihabitio, l. in oībus negotijs. ff. de reg. iur. ita ēt per notariū q̄ritur ipſo iure actio. Et hoc modo arguit Bart. in l. 2. ff. rem pup. ſal. fore, vbi volens probare ꝙ per notariū quæritur non ſolum ex prætorijs, & iudicialibus ſtipulationibus, ſed etiam ex conuentionibus, dicit hoc eſſe de mente gl. in dicto. §. ſi quis alij, dum ponit illum inter alios, per quos alteri quæritur indiſtinctè. Similiter etiam eſt de mente Doct. vbi ſuprà. & Bart. expreſsè in dicto §. ſi ſtipuler, dicit, quòd prædicti omnes de quibus ibi, acquirunt ſine ceſſione, & tamen in illis non cadit ratiabitio. Ergo multo magis in notario, qui mariorem habet facultatem ſtipulandi, quàm tutor, vel curator, quia facultas eorum reſtringitur ad pupillum, vel adultum, & quo ad ea, quæ pertinent ad eorum adminiſtrationem, & facultas notarij eſt quo ad omnes perſonas, & quo ad omnia negotia, vt p̄ Ruyn. in conſ. 47. vol. 5. col. 3.

Quintò adducitur communis concluſio Docto. quæ eſt,
17 † quòd ex ſtipulatione notarij acquiritur actio ipſo iure ſine ceſſione, vt dixit Alexan. in dicta l. ſi ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler. de verbor. obligat. & in conſilio 185. columna penult. volum. 6. & in conſilio 31. eod. volum. columna penultima, vbi dicit hanc magis communem, imò dixit Bald. in l. Caius, ff. de vſuris. quòd ita communiter practicatur. & in l. non enim, ff. de adop. quòd iſta eſt communis opinio, quam totus mundus. obſeruat in practica. Cornel conſil. 50. vol. j. col. 3. Soc. in conſil. 115. in fi. in primo volumine, & in conſil. nonageſimo, col. 5. vol. 3. Decius in conſil. 407. colum. 5. in prin. Qui dicit, quòd ita de facto & conſuetudine ſeruatur. Rub. Alex. in conſil. 117. colum. 2. & Beltr. in conſi. 12. vol. 1. & latius in conſil. 156. col. 2. vbi eſt communis, & de conſuetudine vbique communiter approbatur, & à qua propterea non eſſet ſecurum in iudicando & conſulendo diſcedere. Et eam cōmunem pariter dixit Rui. in conſil. 41. vol. 5. col. penult. & tamen Doct. in dictis locis non dicunt, ꝙ ea acquiratur, ſecuta prius ratificatione, ꝙ vtique ſciuiſſent dicere, ſi neceſſaria fuiſſet, arg. l. primæ, C. de caducis tollendi.

Sexto pro confirmatione allegatur dictum Bal. in l. per
18 diuerſas, in 14 q. C. Mand. vbi voluit, † ꝙ licet ceſſio actionis non poſſit fieri abſenti, quia in ceſſione requiritur conſenſus cedentis & ceſſionarij, ſicut in qualibet alia acquiſitioni, vbi eſt neceſſaria præſentia rl. nec ignorans. C. de donatio, l. ex maleficiis, §. longe minus, l. ex conſenſu, ff. de actio. & oblig. tamen hoc fallit, ſi notarius ipſam ceſſionem receperit pro abſente, quia tunc ei quæritur ipſo iure tanquam perſona publica, & ideo dicit Bald. quod cautus eſſe debet cedens, vt ſupponat notarium, qui recipiat pro abſente.

Corroboratur & ſeptimo iſta opinio ex not. per Aret. Ale. & Iaſ. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. oblig. vbi
19 licet Bart. ibi dicat, † quòd ſi quis donet alicui rem, cum pacto, ꝙ poſt certum tempus reſtituatur eccleſiæ, ꝙ talis donatio poterit reuocari in præiudiciū eccleſiæ de conſenſu donatoris & donatarii, vel de conſenſu ſolius donatoris, per l. 3 ff. de ſer. expor. tamen quod iſtud non habet locum, quando vltra pactum notarius fuiſſet ſtipulatus, & recepiſſet nomine eccleſiæ, quia tunc nō poteſt reuocari, cùm ius ſit quæſitum illi tertio, per Doct. Bal. in l. cum a ſocero, in fi. C. de iur. dot. ubi dixit, quòd doctrina Bar. de qua ſuprà, non habet locum ubi ultra pactum appoſitum a donatore, ille in cuius fauorem pactu m apponitur per notarium pro eo recipientem, fuiſſet illud idem ſtipulatus: quia eum ex prouiſione ſua ei ſit ius quæſitū, non poteſt facto tertii auferri, per l. ſi. ff. de pac. Idem voluit Aret. in conſil. 74. in 3. dub. Dec in conſil. 58. volum. 1. colum. 2. & in conſil. 239. colum. 4. verſi. 3. dictum Barto. Ruin in conſi. 36. colu. 9. verſic. quia ſolus. volum. 2. Beltr. in conſil. 12. volum. 1. & in conſil. 137. vol. 2. Rub. Alex. in conſil. 117. col. pen. Beltr. in conſi. 27. vol. 1 col. 1. & tamē Doctores non dicunt, quòd requiratur retificatio.

Octauo faciunt deciſiones Doct. in l. 1. & 2. C. de pac.
20 Nam in l. 1. dicunt. † quod licet per ſimplicem renunciationē factam in abſentia partis non poſſit ius de futuro remitti, tamen ſi fieret in iudicio in præſentia iudicis, præiudicaret, quando iudex tanquam publica perſona acceptaret talem renunciationem nomine abſentis, & in l. 2. volunt quòd renuntiatio litis notæ facta in præſentia eiuſdem iudicis ſimiliter præiudicat ſi iudex tanquā publica perſona recipiat nomine abſentis, & ſic

non

non requirunt Bart. & Doct. ratificationem. Quas deciſiones ſequuntur Cur. ſen. in conſil. 77. colum. 1. & Rui. in conſil. 164. colum. 6. verſic. non obſtat, volum. 5. vbi dicit, quòd renuntiatio facta ſiue parte præſente, ſiue abſente valet propter peræſentiam iudicis, & non requirit conſenſum partis, quando iudex tanquam publica perſona recipiat pro abſente. ita etiam dicendum eſt in nota-
21 rio qui eſt perſona publica. † quia inter notarium & officialem non videtur differentia in acceptatione, vt oſtendit tex. in l. j. §. planè. ff. de magiſtratibus conueniendis vbi ſunt iſta verba formalia, planè. vbi ſeruus publicus, vel ipſe magiſtratus ſtipulatur, dicendum eſt vtilem actionem dandam pupillo. Et hoc ibi vult Bal. dicés, quòd ex ſtipulatione notarij, vel magiſtratus, quæritur vtilis actio ſine ceſſione, quòd tamen eſt ſpeciale propter publicum officium quo gerunt. Hoc idem dixit Bar. in l. 2. ff. rem pup. ſaluam fore. vbi voluit, quòd per ſtipulationem notarij, vel cuiuſcunque alterius officialis publici, poſſit nobis quæri actio vtilis, & de official: alleg. text. in §. quia verò, in authen. vt ſine prohibit. matres creditrices, & debitr. & multa alia iura. Idem voluit Bal. in l. poſt quam liti. col. 2. verſ. Secundò quæro. C. de pact. vbi æquiparat, vel quòd iudex vel notarius tanquam publica perſona acceptauerint renunciationem pro abſente.

22 Nonò in donatione, quòd ſufficiat, † ꝙ notarius receperit pro abſente, voluit Rom. in conſ. 513. in caſu propoſito. Alelx. in conſi. 54. in cauſa & lite. vol. 7. qui dicit ſufficere, quod notarius recipiat pro donatario abſente, Dec. in conſ. 293. col. 2. & Gozad. conſi. 87. col. 3. Pariſ. conſil. 90. vol. 3. col. pen. & conſi. 88. vol. 3. nu. 90. vbi dicit, quod licet donatio facta abſenti non valeat, l. abſenti, de dona. tamen ſi notarius fuit præſens, & donationem recepit, & ſtipulatus fuit nomen donatariorum, qui potuit eas recipere pro ipſis donatarijs abſentibus, & pro eis ſtipulari, & ſupplere illorum præſentiam, quòd ex dicto actu nō obſtante abſentia donatariorum, res donatæ ipſis quæſitæ fuerunt. Et expreſsè quod interueniente acceptatione notarij acquiratur ius abſenti abſque acceptatione, voluerunt Corn. in conſ. 2. in 4. vol. in 2. col. verſic. præterea ius & actio. Et iſtud. etiam vult idem Corn. in conſil. 190. in fi. vol. j. in conſ. 50. vol. j. Socin. in conſi. 90 col. penult. vol. 3. & Beltr. in conſil. 156. col. 3. in princip. volu. j. Idem Beltr. in conſ. 110. vol. j. col. 2. in fi. Ripa in conſ. 11. in 5. col. Rub. Alex. in conſil. 73. num. 8. & latiſſimè in conſilio 117. col. 2. Pariſ. in conſ. 69. vol. 3. num. 135. & 148. Guid. Pap. in deciſ. 49. Vbi dicit ita concluſum fuiſſe in curia Gratinopolitana. Rui. in conſ. 119. vol. 4. col. 4. & 5. & in conſ. 126. vol. eo. col. 5. & 6. & in conſil. 41. vol. 5. & in cōſil. 47. eo. vol. col. 2. & in conſi. 172. vol. j. col. 3. Goza. dict. conſ. 87. col. 3. & Galiau. in rub. de verb. oblig. col. 30. vbi refert multos doctores Mediolanenſes ita conſuluiſſe.

Et hanc partē cum Paul. communem eſſe atteſtatur Aymo. in conſil. 252. col. 2. vol. 2. Et profectò mirandum eſt, quòd Alciatus dixerit in d. cap. cùm contingat, quòd contraria opinio ſit communis, ꝙ ſine ratione dictum ſit, cū ex ſupra deductis & allegatis ſatis pateat de contrario.

Non obſtant modò adducta in contrarium, videlicet primum, ſecundum, tertium, & quartum argumentum, quoniam ipſa quatuor fundamenta militāt, & habent locum in prima perſona, non autem in notario acceptante nomine abſentis, inter quas perſonas conſtituatur maxima differentia, vt ſuprà dixi, quia notarius poteſt ſtipulari nomine alterius, & ei acquirere vtilem actionem ipſo iure ſine ceſſione quòd nō eſt in priuata perſona, quæ non eſſet de illis quæ poſſunt ſine ceſſione quærere actionem: quia etiam ſi acceptaret nomine abſentis, & abſens ratificaret, non acquireret ei actionē ſine ceſſione, vt per Doct. vbi ſuprà, & ratio eſt in notario, quia vbi ipſe ſtipulatur, eſt lex, quæ operatur acquiſitionē ipſo iure, vt per Baldum in dicta l. 1. ff. de his qui ſunt ſui iuris, quod non eſt in negotiorum geſtore, & alia priuata perſona, ideo ex diuerſis non fit bona illatio, l. fin. ff. de ſeparationibus.

Non obſtant notata per Alexand. & alios, in quinto ar-
23 gumento, quia reſpondetur, quòd † illud procedit vbi notarius non recepiſſet conſtitutum nomine abſentis, alias ſecus vt voluit Socin. in conſil. 90. volum. 3. vbi acquiritur poſſeſſio per notarium abſenti, quia facilius acquiritur poſſeſſio, quam actio, & obligatio, l. ea, ff. de acqui. rerum domi. & propterea ſecundum eum dicit Bart. in l. qui mihi donatum, in fi. de dona. quod ideo per procuratorem facilius acquiritur poſſeſſio domino ignoranti, quam actio. quia faciliùs poſſeſſio acquiritur per liberam perſonam. Igitur ſi acquiritur ignoranti actio per notarium, fortius & poſſeſſio. quod & voluit Rui. in con-
24 ſil. 172. volum. 1. colu. 4. † vbi dicit, quòd nedum per notarium acquiritur vtilis actio ignoranti, verum etiam & poſſeſſio, & dominum per not. per Soc. in conſil. 226. voluit allegare in conſil. 262. colum. pen. verſicu. 2. reſpondetur. quod eſt duplicatum in conſil. 90. ſupra citato. Et ſubdit, quòd prima donatio in caſu ſuo, prout eſt etiam in caſu de quo agitur, ex quo fuit facta traditio mediante conſtituto, præfertur ſequenti donationi factæ monia-
25 libus, † per l. quoties, C. de rei vend. quæ ita locum habet in ficta traditione, & ex conſtituto, quàm ſi vera præcederet traditio, ſecundum Guid. de Suza. & Mod. in d. l. quoties, & cum Soc. etiam tenet Affli. in conſt. regni, in §. baiulos, in 10. not. in 6 limitatio. Et quòd dominū acquiratur ex ſtipulatione notarij abſenti, voluit Guid. Pap. deciſ. 49. & ibi addentes. Iſtud idem probatur ex notat. per Belt. in conſ. 173. col. 7. vol. 1. n. 13. vbi dicit, quòd dominium etiam quæritur ignoranti vt in vltima voluntate, licet reuocabiliter, & etiam ex contractu inito cum ſeruo ut not. in l. j. C. per quas perſonas. Ergo etiam per notarium, qui ſeruo æquiparatur, vt in l. j. cum ſequent. rem pup. ſaluam fore, & ad hoc allegatur etiam deciſio Bal. in l. ſi quis emancipatum. C. de donat. vbi ſi notarius recepit contractum, & conſtitutionem præcarij pro me acquiritur mihi dominum per l. 1. C. per quas perſo. nob. acquiren. quem ſequitur Alex. in additio. ad Bart. in l. ſi pupillus, ff. rem ratam hab. Affict. in conſt. regni, in §. baiulos, in decimo notab. verſic. Sextò limita. Et dicit Rub. Alex. in d. conſil. 117. colum. 3. per dictam doctrinam Bal. in l. ſi quis emancipatum, quod acquiritur Dominium & poſſeſſio per receptionem conſtituit nomine abſentis.

Non obſtat ſextum argumentum de doctrina Bald. in
26 l. nec ei, §. eorum. † quia tribus modis reſpondentur. Primo Bal. malè loquitur, quia ipſemet contrarium tenet in d. l. per diuerſas in 14. q. vbi concludit, quòd imò ex acceptatione notarij pro abſente ei quæritur ipſo iure ceſſio, & ex dictis etiam ipſius in l. cùm à ſocero, in fi. C. de iure dot. & ex not. per Aretin. Alexand. & Iaſ. in dicto, §. Flauius, vbi acquiſitum abſenti ex ſtipulatione notarij non poteſt ab eo auferri.

Secundo reſpondetur, per Rub. Alex. in conſ. 117. col.
27 3. † quòd dictum Bald. procedit vbi actio poteſt acquiri actiuè & paſſiuè abſenti, vt quia contractus eſt vltro citroq; obligatorios, quia tunc eſt neceſſaria ratificatio, vt vult Bar. in dicta l. nec ei, §. eorum, alias ſecus.

28 Tertiò reſpondet Rui. in conſi. 116. col. 5. vol. 1. † quòd non eſt verum, quòd Bal. velit: contrarium in d. l. nec ei. §. 1. quia loquitur, quando ille pro quo facta eſt ſtipulatio expreſsè contradicit, & non vult ſibi acquiri. Nam licet ſit verum, quòd per notarium quæratur ipſo iure, & ante ratificationem, non tamen quæritur irreuocabiliter ratihabitio, ergo erit neceſſaria ad acquiſitionem irreuocabilem, ſed non acquiſitionem ſimpliciter, ſicut videmus quòd domino etiam ignoranti, & inuito quæritur per ſeruum d. l. ſeruus vetante, de verb. oblig. & in l. etiam inuitis, ff. de acqui. rerum domi. quod intelligendum eſt reuocabiliter, & non irreuocabiliter: quia non cogitur retinere ſecundum gl. ibi, & per l. hoc iure, §. non poteſt, ff. de don. ſicut etiam dicitur de legatario, cui acquiritur ignoranti ipſo iure, l. cùm pater, §. ſurdo, ff. de laga. 2. & tamen intelligitur reuocabiliter, & ad acquiſitionem irreuocabilem eſt neceſſaria acceptatio ſecundum gol. in l. ſi quis ita hæredem, ff. de condit. inſt. & Alex. in l. huiuſmodi, colum. pen. in princ. ff. de leg. j. Et ita etiam reſpondet idem Ruin. in conſi. 126. col. 5. & in conſi. 172. col. 4. vol. j. & in conſ. 47. col. 2. vol. 5.

Non obſtat ſeptimum fundamentum Paul. de Caſtr. in conſ. 197. quia contra eum tener. doc. ſupra citati, & dicit Rui. in dicto conſi. 119. col. pen. quòd Paul. malè loquitur, dum dicit, quòd ſolus notarius poſt ratihabitionem acquirit vtilem ſine ceſſione, ſed alij qui etiam poſſunt ſtipulari alteri etiam poſt ratihabitionem tenentur cedere, per l. poſſeſſio quoque, §. et ſi poſſeſſio, de acquir. poſſeſ. quoniam Bart. & Doct. poſt gl. in d. §. ſi ſtipuler. dicunt, quod multi ſunt alij, ex eorum ſtipulatione quæritur actio ſine ceſſione, vt ſupra dixi, vt ſunt ſeruus, filius, tutor, & curator, qui etiam acquirunt ſine ceſſione, ſicut notarius, qui non differt ab illis. Idem tenuit in cōl. 126. col. 5. & in d. conſ. 172. col. 4. & in conſ. 47. vol. 5. col. 2. di

cens, quòd ſemper ſibi viſum fuit omnium, & contra in-
tentionem gloſſ.in §.ſi quis alij.Inſt.de inuti.ſtipul. & gl.
Doctor.in §. ſi ſtipuler. id quod dixerunt Paul. de Caſtr.
& alii, quod ex ſtipulatione notarij non quęratur ante ra
tihabitionem. Secundò dicitur, quod Paul. etiam malè
loquitur, dum dicit, quòd per ſtipulationem notarij non
acquiratur actio vtilis ſine ceſſione, niſi mediante ratifi-
cationem: quia iſtud eſt contra communem doctor. ſen-
tentiam de qua ſupra in quinto fundamento. vbi latè de-
monſtraui, quod communiter practicatur, quod ex ſtipu-
latione ſimplici notarij acquiritur vtilis actio ſine ceſſio-
ne. Et dum Pariſ.in conſ. ſuo.77. dicit quod imò requiri-
tur ratificatio non obſtante ſtipulatione notarij, quando
ad ueram perfectionem contractus debet neceſſario in-
teruenire conſenſus vtriuſque contrahentis, & ſi non eo-
dem tempore & inſtanti, ſaltem diuerſo, per not.in l.1.ff.
de pac. Reſpondetur, quòd eius opinio poſſet procedere
quo ad irreuocabilem acquiſitionem, vt dixit Ruyn.in di-
cto conſi.119 reſpondendo ad doctrinam Bald. in d.l.nec
ei, §.j.aliàs ſecus, quia imò per acceptationem notarij ſup
pletur conſenſus donatarij, vt propriè dixit Bald.in l.per
diuerſas.in 14.q.C.man.quem ſuprà allegaui, vbi voluit,
quod licet ceſſione non poſſit fieri abſenti, quia in ceſſio-
ne requiritur conſenſus cedentis & ceſſionarij, ſicut in
qualibet alia acquiſitione, vbi eſt neceſſaria præſentia, ta-
men quod hoc non militat, ſi interuenit acceptatio nota-
rii, quia ei quæritur ipſo iure per notarium tanquam pu-
blicam perſonam. Et iſtud idem volunt omnes Doctores
in locis ſuprà citatis.

Non obſtat & aliud, quod dicit idem Pariſ. in d.conſil.
77.videliet quòd licet ſeruus poſſit ex ſtipulatione ſuo, &
alii de quibus in l.1.cum aliis ſequent.rem pupil.ſal.fore,
acquirere actionem directam, tamen quod dicta iura non
dicunt, quod ſubſequi non debeat ratificatio, imò de ea
conſtare debet, & acceptatio ipſa fieri tempore ſuo, & à
ſuis principalibus, ſeu ab alijs gerentibus negotia ſua:
quia reſpondetur, quod Pariſ. male ſentit, cùm in dictis
iuribus non requiratur aliqua ratificatio, vt dicit expreſsè
idem Pariſ in conſi.ſuo 69.vol.3.num.148. & in conſ. 88.
vol.3.nu.90. & in conſi.90.vol.3.colum.pen. Vlterius iſta
ſua opinio confunditur ex not.per Bart.in d.§. ſi ſtipuler.
vbi ex ſtipulatione ſerui, tutoris, & curatoris acquiritur
actio ſine ceſſione pupillo, & adulto: & tamen in illis nō
requiritur ratificatio, vt in ſeruo.etiam tenet Alc.in d.ca.
cum contingaq. de iureiuran.nume.234. Idem ergo & in
notario, qui æquiparatur ipſis, vt ſupra latè dixi in quar-
to fundamento.

29 Et tantò fortius hoc dicendum eſt, † cùm etiam in di-
cta donatione adſit iuramentum, quod ſupplet præſen-
tiam partis, vt per Alexan.& Iaſ.in l.ſtipulatio iſta, §.alte-
ri, & per Iaſ.in §.ſi ſtipuler.col. antepenul. & in fin. ff.de
verborum obligat.& Alex. in conſil.31.col. penul. vol.6.
& in conſil.66.colum.penult. & in conſil.185. colum.fin.
30 eodem volum. † vbi dicit, quod iuramentum eſt tantæ
potentiæ quod ex ſtipulatione alteri facta acquiritur ab-
ſenti, etiam ſi nullus ſit, qui pro eo ſtipulationem reci-
piat per glo. quam dicit ſingularem in ca. quoties cordis
31 oculus, 7 q.j.idem voluit Roma. in conſil.76. † vbi iura-
mentum operatur translationem actionis ſine ceſſione,
32 † quia iuramentum abet vim iudicij, l.nam & poſtea, §.
ſi is qui quo temporali. de iureiuran. ſed ex ſtipulatione
iudiciali quæritur vtilis ſine ceſſione, l.in cauſæ, §.fin.ff de
procur.ergo idem ex ſtipulatione iurata. Idem voluerunt
Imol.in cap.cum contingat.in 9.char. de iure iurand. &
ibi Butr.latè Fely.in procemio Decre.in glo. in verſ.ſer-
uus.Beltrand in conſi.95.colum.2.vol.2.Rub. Alexand.in
33 conſi.73.colum.3.& in conſi.117.colum.3.in fin.† vbi di-
cit, quod iuramentum interpoſitum in prima donatione,
operatur hunc effectum, vt ille primus donatarius videa-
tur fuiſſe præſens ipſis ſtipulationi, per l.properandum, §.
ſin autem reus, C.de iud.Pariſ.conſil.82.colum.j.volum.
primo, & in conſi.12.colum. tertia, volum.2. & in conſil.
107.colum.penul.volum.3. vbi ratione iuramenti perin-
de eſt, ac ſi notarius fuiſſet ſtipulatus pro abſente, ex quo
pro illo virtute iuramenti Deus intelligitur ſupplere pro
abſente, & ſic non minus vno caſu, quam alio valere di-
citur, l.2.§. rem pupilla. ſaluam fore, Rip. in conſilio 11.
colum.5.Ruyn.in conſilio 144.volum.1.colum.pen.in fin.
& in conſilio 41.colum. pen. volum.5. Caccialup. in tra-
ctatu de pact.quæſt.11.& Ruyn.in conſilio 209.colu.4. in
fin. volum.1. & licet aliqui dicant hanc opinionem pro-
cedere de iure canonico, tamèn etiam iſtud procedit de iu
re ciuili, vt expreſsè dixit Felyn.in dicto procemio decre-
talium. in loco de quo ſupra. Idem dixit Beltrand. in
præallegato conſilio 95. colum. 2. per ea quæ dicunt Ho-
ſtienſ. & communiter alij, in cap. quemadmodum de iu-
reiurand. vbi in materia iuramenti, cum ſit ſpirituale,
non debemus attendere diſpoſitionem iuris ciuilis, cum
non ſpectet ad forum ſuum, cap. venerabilem, de elect.
ſed legem canonicam. Et hoc voluit etiam Imol.in dicto
cap.cum contingat, & Ruy.in conſi.144.ſupra citato, qui
dicit hoc probari ex not. in cap. poſſeſſor malæ fidei. de
regulis iuris, in 6. Et iſtud ſentiunt doctores in locis ſu-
pra citatis.

Sed vlterius dicitur, quod iſte donatarius ſciuit dona-
tionem ſibi factam per patruum antequam alteri facta
fuerit ſecnnda, cum ea reperiatur facta elapſis duobus
34 annis, † quæ ſcientia operatur ratificationem, vt proba-
35 tur ex not.per Dec.in conſil 58.colum.2.† vbi ſi vxor ſci-
uit maritum recepiſſe conceſſionem aliquam in emphy-
theoſim pro ſe & vxore, & non contradixerit, dicitur ra-
tificaſſe ad hoc, vt ſibi acquiratur, & non poterit mari-
36 tus illi renunciare, † quia quando actus reſpicit acquiſi-
tionem quæ debet fieri, non improbare, approbare eſt,
per doct. Bartol.in l.quo enim, ff.rem ratam haberi. Hoc
idem tenuit Ruyn.in conſil.174.colum 3.volum.1.verſic.
ſed ex alio. vbi dicit, quod ſufficit ratihabitio, vel ſcien-
tia eius, cuius intereſt. Iſtud etiam tenet Pariſ.in conſilio
89.colum.penult. volum.3.per nota.per Bart. in l.ſponſa-
37 libus, ff. de ſponſalibus. † vbi ſcientia cum taciturnita-
te habetur pro conſenſu, vt per Doct.in l.quæ dotis, ff.ſo-
luto matri. Accedit quod not. Guid. Pap.in conſil.23.co-
lum.8.verſi.& ſi opponatur, cum duabus ſequ. in prima
par.vbi concludit, quod ſatis eſt, quod quis ſciuerit quo-
38 cunque modo, † & dicit, quod ſcientia præſumitur ex vi
cinitate loci, vbi contractus factus eſt, & maximè, cum
39 actus facti ſint inter coniunctos ſanguinis, † ex qua con-
iunctione ſanguinis, vnus præſumitur ſcire factum alte-
rius, l.octaui gradus, in fin.ff.vnde cogna. & ſubdit, quòd
iſta præſumptio eſt adeo efficax, quod transfert onus pro-
bandi in contrarium, iuxta l.ei qui.ff. de probatio. & do-
nec approbatio, vel refutatio facta fuerit, nihil interim
in contrarium fieri poterit in præiudicium illius, cùi ac-
quiritur, cap.ſi tibi abſenti, de præbendis, lib.6. & ſi quid
fiat, non valet, ergo multo fortius id dicendum venit in
caſu noſtro, quod ipſe donatarius ſciuerit, cum ipſe tem-
pore donationis moram traheret, & communiter viue-
ret in eadem domo cum donante, licet fuiſſet abſens tem
pore actus geſti, per ea, quæ not. Alexan. in conſi.213.col.
pen.vol.2.vbi coniunctus præſumitur ſcire facta coniun-
ctorum, & vicinorum, & præſertim cum familiariter ſi-
mul habitarent. Hoc idem voluit Ancharanus in cōſ.171.
col.2.& ex hoc dicto Anchara.dicit Soc. in conſil.264 col.
40 5.in fi.† quod quando pater, & filius ſimul habitabant, ex
communi habitatione præſumitur ſcientia geſtorum ab
altero per cap. conſtitutus extra de teſtibus. Hanc etiam
partem tenuit Aret.in conſil.73.in fin.vbi loquitur de pa-
tre & filio, ac fratribus.Bolog.conſil.13.colum.3. Ruy.in
conſi.168.colum.2.in fi.volum j.in conſil.47.nu.13.vol.2.
& in conſil.162. col.5. vol.4. & ad probandum ſcientiam
acquiſitionum ratione iſtius communis habitationis, ita
arguit Bal.in conſil.392.colum.j.volum.j. & 296.volu. &
Abb.in conſil.19.colum.2.volum 2 quos ſequitur Aym.
in conſi.123.col.1.vol.1.& in conſil.168.nume.60. vbi di-
41 xit poſt Paulum, & Alex. per eum citatos. † quod præſu-
mitur quis ſcire quæ fiunt in loco, quem ſolitus eſt fre-
42 quentare, & in conſil.151.nume.24.† vbi vxor præſumi
tur ſcire qualitatem bonorum mariti, an ſit libera, vel
emphytheotica, ex communi conuerſatione & habita-
43 tione. † Item quia ſcientia probatur ex qualitate facti,
quando factum eſt tale, quod veriſimiliter ſolet in noti-
tiam deuenire, cap.quanto, de transla. præla.Cor.in con-
44 ſil.268.col.2.ad fin.vol.4.Aymo.conſi.168.nume.5.† vbi
etiam ſcientia præſumitur in hærede de facto arduo de-
functi. Necnon etiam ex his quæ communiter fieri ſolent
arguitur ſcientia, vt habetur in l.ſi tutor.C. de peric.tuto.
Dec.in conſ.303.col.2.ſed in caſu noſtro, cum donatio ſit
notabilis, quia duorum millium ducatorum, & iſte ne-
pos communiter viueret cum patruo, non eſt veriſimile
quin deueniret ad notitiam donatarii de tali donatione,
45 † argum.a communiter contingentibus, quod eſt vali-
dum, vt per gloſſ.in l.natales, C.de probatio.& Aymo.in

conſi.

46 conſi.40.col.1.vol.1.† Et quia,vt experientia docet,quæ
47 eſt rerum magiſtra,vt in §.fi.inſt.de ſatiſda. † contractus
notabiles hodiernis temporibus non modo ſolent deue-
nire in notitiam eorum, qui communiter habitabant in
eadem domo, verum etiam & extraneorum: & ideo ex
iſta habitatione communi patrui,& nepotis ac facti nota
bilis,præſumatur ſcientia in nepote donatario, quæ ſuffi-
ciat ad acquiſitionem.

Poſtremò hic conſtat etiam de ratificatione expreſſa.
Nec obſtat,quòd ex aduerſo dictum fuit,quòd ea non va-
let tanquam facta poſt ſecundam donationem & in præ-
iudicium iuris iam quæſiti ſecundo donatario, quoniam
reſpondetur, quòd cùm donans non potuerit hoc facere
ratione iuris prius acquiſiti primo donatario, ex diſpoſi-
tione iuris, vt ſuprà latiſſime demonſtratum fuit, non li-
cuit donanti pęnitere, ac facere aliam donationem, nec
transferre in ſecundum id quod non habebat, iuxta l.ſi
vniuerſæ,C.de lega.quo caſu, cùm perinde ſit, ac ſi facta
non fuerit dicta ſecunda donatio,ſequitur, quòd dicta ra
tificatio tanquam facta re integra,fieri potuerit,vt in l.bo
norum,ff.rem ratam haberi,& per Bar. & Doctores in l.
ſi is qui pro emptore, ff.de vuſucap.

Vltimo non obſtat, quòd donatio vitietur ex defectu
inſinuationis à ſumma ſcutorum quinque centum ſuprà,
per l.ſancimus. Dato etiam,quod in ea interuenerit iura-
48 mentum,†quoniam reſpondetur validam fuiſſe donatio-
nem iuratam,non obſtante ipſo defectu inſinuationis,vt
voluit Ioan.Andr.in add.ad Spec.in titu.de inſtru.edit.§.
porrò,col.pen.verſi.ſed quod ſi renuncians. Et iſtam cō-
munem dicit Alex.in conſi.4.col pen.vol.1.Dec.in conſi.
239 colum.2.& in conſil.432.col.pen. vbi eſt magis com-
munis,& in conſi.488.col.2.& in conſi.536 colum.penul.
Curt.Iun.in conſi.34.col.1. dicit hanc eſſe magis commu
nem,& in conſil.81.col.pen.& in conſ.141.col.fin.Iaſ.in
conſi.118 col.2.vol.4.pariter firmat hanc magis commu-
nem,& in conſ.169.col.antepen. vol.4. & ipſam vti com-
munem ſequitur Pariſ.in conſi.33.col.7.vol.3.& in conſi.
69.colum.10.eodem vol. & in conſi.26.nu.59.eod.volum.
Ruyn.in conſilio 121.volumine 1.colum. 1.& in conſilio
126.eod.volum.colum.4.

Non obſtat, quod inſinuatio videtur eſſe introductà
pro publica vtilitate, quia reſpondetur, quod eſt publica
vtilitas ſecundario non principaliter, quæ non impedit
confirmationem propter iuramentum Ita Imol.in cap.
cum contingat,de iureiur.quem ſequitur Aretin.in conſ.
92.col.pen.poſt Dec.in conſ.432.col.fi.& Ruyn.in conſil.
121.col.j.vol.j.Nec alia ratio,quod inſinuatio ſit introdu
cta ad reuocandum fraudes, quæ committi poſſunt maxi
mè inter coniunctos valet: quia reſpondetur ſecundum
Dec.vbi ſupra,quod in d.l.data,non dicitur præcisè,quod
donatio facta abſque inſinuatione cōtineat fraudem,ſed,
quod occaſionaliter illud contingere poteſt. Et hoc tolli-
tur per iuramentum,vt no.in d.c.cum contingat. Et quia
talis requiſitio inſinuationis videtur requiſita in fauorē
donationis, & ad obuiandum facilitati, & ne quis deci-
piatur,& ideo dicitur fauorabilis: & ideo poteſt renūcia-
ri per iuramentum, vt per Imol.in d.cap. cum contingat.
Idem tenuit Ruy.in d.conſi.121.

Vnde ex omnibus ſupra dictis cōcludo in trepidè hūc
donatorium primum præferendum fore ſecundo, ſaluo
ſemper ſaniori iudicio cuiuſcunque melius ſentientis.

*SVMMARIVM.*

1 *Executio ſententiæ latæ contra defunctum poteſt exequi contra eius hæredem vniuerſalem, eo tamen prius citato, & nume.3. quod declara,vt num.8.& 15.*

2 *Ius exequendi propria authoritate poteſt exerceri contra ſucceſſorem vniuerſalem,ſi hæres eſt eiuſdem conditionis,cuius eſt defunctus.*

4 *Sententia, & eius effectus tranſit ad hęredes, etſi in ipſa ſententia nulla facta ſit mentio de hæredibus.*

5 *Suus hæres, ipſo iure eſt hæres nedum nomine,ſed effectu, & obligatur creditoribus,quod tamen intellige, vt nu.16.& 19.*

6 *Filius, ergo hæres,quod declara,vt nu.17.*

7 *Filius conuentus in iudicio vti hæres patris, ſi non negat ſe hæredem,videtur ſe gerere pro hęrede adeo quòd poteſt conueniri a creditoribus hæreditarijs, ſed contra ſecundum magis communem num.20.& 21.*

9 *Statuto ſi caueatur, quòd debitor poſſit incarcerari etſi eius hæres poſſit ſimiliter incarcerari, tamen in intelligi debet, liquidato prius,quod ille ſit hæres debitoris, alias non poteſt capi res, nec perſona.*

10 *Captura perſonæ in ſe habet iniuriam.*

11 *Statutum ſi diſponat, quòd inſtrumentum habeat executionem paratam,& fiat præceptum alicui tanquam hæredi debitoris antequam conſtet ipſum hæredem, non valet præceptum iudicis, nec eius viſus & de practica vide 161.*

12 *Pactum executiuum licet poſſit exerceri contra debitorem, non tamen contra alium poſſeſſorem, niſi prius coram iudice diſcuſſum fuerit,quòd ille tertius cauſam habuerit à debitore.*

13 *Vxor virtute pacti executiui, non poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum mariti, niſi prius eius morte liquidata, & quòd euenerit caſus dotis reſtituendæ.*

14 *Statuto ſi diſponatur,quòd debitor capi poſſit ad inſtantiam creditoris, non poterit tamen capi ad inſtantiam ceſſionarij, niſi citato debitore et facta diſcuſſione, an ille fuerit ceſſionarius.*

18 *Agens contra filium vti hæredem patris, ſecundum communem, debet probare illum hæredem.*

## CONSILIVM XX.

IN præſenti conſultatione prima facie vide-
1 tur dicendum, † executionem ſententiæ la-
tæ contra quondam Benedictum de Dauid,
ad inſtantiam Iacobi de Leuo, exequendā
eſſe contra Raynerium filium & hæredem
vniuerſalem dicti quondam Benedicti. Quod primò pro-
bari videtur ex not. per Barto.in receptione l. creditores
2 col.6.verſ.quid in ſucceſſore vniuerſali, C.de pign.† vbi
ius exequendi propria authoritate poteſt exerceri con-
tra ſucceſſorem vniuerſalem, ſi hæres eiuſdem eſt condi-
tionis cuius defunctus,l.hæredem, l.quod in ipſius, ff. de
regulis iuris,& Bart.ſequuntur Aretin. in conſi.21.col.3.
Alex.in conſil.51 col.pen.verſi.Sed an poſſit,volum.5.&
Mod.in tracta.de pigno.in quarta parte principali, verſi.
Sexta concluſio.Si ergo tale ius exequendi poteſt exerce-
ri contra vniuerſalem ſucceſſorem, ita & pariter ius exe-
quendi ſententiam poteſt peti coram iudice contra hære-
dem,vniuerſalem.

Secundo iſtud in terminis decidit Innoc.quem ſequun
3 tur omnes alij in c.quia vero, extra de iud.† vbi expreſsè
dicunt executionem ſententiæ latæ contra defunctū exe-
qui poſſe contra hæredem condemnati vniuerſalem, eo
citato. Idem voluerunt Ange. & Alex. in l.oratione, co-
lum.1.ff.de ferijs.Idem Alex.in l.a Diuo Pio, §. in vendi-
tione,col.antepen.ff.de re iud. Afflic.in deciſ. 145. Pract.
Papien.in form.execu.ſen.diffi.in verſ.ſapiens, verſi.quę-
ro an ſententia,per tex.in l.miles,§.fin.ff. de re iud. quam
partem etiam tenuit Pariſ. in conſi.29.colum.pen. vol.1.
4 † vbi inquit ſententiam & eius effectum ad hæredes tran
ſire, & ſi in ipſa ſententia nulla reperiatur facta mentio
de hæredibus,per dictam leg. Miles,§.fi.quia non eſt opus
quòd in eandem ſententiam fiat mentio de hæredib.con-
demnati,cum ſatis ſit, quòd ea prolata reperiatur contra
conuentum: quoniam ipſa lata,& defuncto condemnato,
remedium competens ex ſententia eſt perpetuum ac cō-
petit, & tranſit contra hęredem condemnati, l. ex con-
tractu, ff.de re iud. & cum hac ſententia etiam pertranſit
Capi. in deciſ.1. col.6. vbi limitat hanc opinionem non
procedere in executione ſententiæ latæ contra defunctū
in interdicto retinendæ.

Nec obſtare videtur ſi ex aduerſo dicatur non conſta-
re Raynerium,etſi filium Benedicti,eius tamen hęredem
vniuerſalem eſſe, vt a iure requiritur, ſecundum gloſ.&
Alex.in l.ſi eum dotem,§.tranſgrediamur, ff. ſoluto mat.
5 quia pluribus modis reſpondetur. Et primo, † quod ſicut
hæres,ipſo iure eſt hæres,§.ſui, de hæred.qual. & differ.l.
1.§.qui ſunt in poteſtate, ff.de acquirenda hæred.non ſo-
lum nomine, ſed etiam effectu, & obligatur creditoribus
vt per gloſ.& Bartol.ac alios in l.neceſſarijs,ff.de acquir.
hæreditate.

6 Secundò reſpondetur † ſi filius,ergo hæres,iuxta dictū
Apoſtoli,de quo per gl.in §.ſi.de hæred.qual. & diff.Bald.
in tit.1.an agna.vel fil.

Tertiò reſpondetur, Nam ante beneficium abſtinendi
conceſſum à prætore, ſine dubio erat fundata intentio
creditorum contra filium, quia erat neceſſarius hæres no
mine & effectu, vt ſupra dictum fuit ergo idem eſſe de-
bet poſt beneficium prædictum conceſſum a prætore, ꝙ
poſſit abſtinere, niſi ipſe doceat, vel alleget ſe abſtinuiſſe,
vel ſe abſtinere, & ſic nolle vti beneficio prætoris. Nam

ſi eſt hodie hęres ipſo iure,nec deſinit eſſe, licet abſtine-
at,vt notatur in d.§. tranſgrediamur, & in l.1.C. ſi vt ſe
abſti ab hęre. Ergo multò fortius antequam ſe abſtineat,
debet remanere hæres, & per conſequens obligatus cre-
ditoribus.

Quarto reſpondetur,quòd quando filius conuentus eſt
7 in iudicio vti hæres patris,& ipſe non negat ſe hæredem,
videtur ſe gerere pro hærede,adeo,quòd poteſt conueni-
ri à creditoribus hæreditarijs. Ita voluit Bald. in l.1.in fi.
C.de commu.de leg.per tex.in l.2.ff.de condi.fur. & in l.
2.C.de pact.& in l.ſi filius.ff.de interro. & actio.Idem vo
luerunt Cyn.Ang. & Bald.in d.§.tranſgrediamur,ſed in
caſu, de quo quęritur. Raynerius non negauit in iudicio
ſe hęredem patris, ergo &c.

Quibus tamen non obſtantibus,quæ vere non obſtant
in caſu,præſenti,contrarium de iure tenendum arbitror.
Quoniam etſi communis doctorum ſit concluſio, quòd
ſententia lata contra defunctum exequi poſſit cõtra eius
hęredem vniuerſalem per iura & deciſiones de quibus
8 ſupra,† tamen ipſa ſane intelligi debet, quando prius fa-
cta eſt diſcuſſio, & probatio quis ſit hęres, vt probatur ex
notatis per Doct.in l.poſtulante,ff.ad Trebell.vbi dicunt,
9 † quòd licet ſtante ſtatuto, quòd debitor poſſit carcerari,
& eius hęres ſimiliter poſſit carcerari,tamen id debet in
telligi,liquidato prius,quòd ille ſit hæres debitoris. Idem
voluit Bald.in l.per diuerſas, in 10.quæſt.C. mand.vbi in
quit,quòd hoc non diſcuſſio,non poteſt capi res, nec etiã
10 perſona, † cum captura perſonæ in ſe habeat iniuriam.
Allegat Iun.in d.c.quia de iud.quòd reputat notandum,
& Bal.ſequitur Alex.in conſ 188.colu.j.vol.2. & in conſi.
96.col.4.& Fel.in d.c.quia, col.pen.in prin.

Secũdò pro hac opinione facit quod not. Pau. de Caſt.
11 in conſ.301.colu.2.† vbi dicit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ inſtru-
mẽtum habeat executionem paratam, ſi fiat præceptum
alicui tanquam hęredi alicuius, antequam conſtet illum
hęredem, cum non ſit nominatus in inſtrumento, quòd
non valet pręceptum iudicis, nec eius iuſſus,& ideo ſub-
dit, quòd prius interrogandus erat ille contra quem fuit
factum præceptum,ſi erat hæres illius,poſtea quam agens
procedere intendebat cõtra ipſum vti hæredem,qui ſi re-
ſpondiſſet,quòd ſic, remanſiſſet notoriũ iudici illum fo-
re hęredem,qui ſufficiſſet,iuncto cum inſtrumento ad exe
cutionem faciendam argumento eius,quod not. in l.certi
conditio,§.quoniam,ff.ſi cer.pet.in gl.1.ſecus ſi negaſſet:
quia tunc ordinarie erat procedẽdum, & dato libello iu-
xta ea,de quibus per Doc.in l.fin. C. de edic. diui Adria.
toll.& Pau.ſequitur Dec.in d.c.5.columna 3.

Secundò accedit, quod voluit Bart. in repetitione d. l.
12 creditores,col.7.verſi.præmiſſo,† vbi dicit,quòd pactum
executiuum, licet poſſit exerceri contra debitorem, non
tamen contra alium poſſeſſorem, niſi prius contra iudi-
ce fuerit diſcuſſum & liquidatũ, quòd ille tertius habue-
rit cauſam à debitore,& Bar ſequitur Alex. in alleg.con-
ſil.188.col.j.col 2. & in conſ.96. col.2 vol.4. Soc.in conſil.
13 82.col.2.vol.3. & ideo dixit Aret. in cõſ.21.col.3. † quòd
vxor virtute pacti executiui,non poteſt propria authori-
tate ingredi poſſeſſionem,niſi liquidato inſtrumento,ſci-
licet de morte viri, & quòd euenerit caſus dotis reſtituẽ-
dæ,quod & voluit Alex.in conſ.153.col.fi.vol.6.

Quarto confirmatur hæc ſententia per Bal. in d.l. per
14 diuerſas,in 10. q. vbi concludit, † quòd ſtante ſtatuto, ꝙ
debitor poſſit capi ad inſtantiam creditoris,tamen quòd
non poterit capi ad iſtantiam ceſſionarij, niſi citato de-
bitore,& facta diſcuſſione, an fuerit ius ceſſum vel ne,&
ſic an ille fuerit ceſſionarius,& Bald. ſequitur Alex.in d.
conſil.96.col.2.vol.4 & in conſ.115. in fi. volu.7. ac Boer.
latiſſime,deciſ.10.col.2.

Vltimò in terminis noſtris ita decidunt communiter
15 Doct.in d.c. quia V. de iudi. † vbi expreſsè dicunt, quòd
executio, quæ debet fieri contra hæredem non poteſt ex
abrupto fieri, ſed debet prius citari, & liquidari quis ſit
hæres.Idem voluere Angel. & Alexa. in d.l.ratione. ff.de
ferijs,& Ruin.in conſ.88. colum. pen.vol.5.& in conſilio
102.col.2.volum.eod. & Angel. in repe. l.primæ,in tertia
char.C.de iud.vbi dixit, quòd licet in executione non re-
quiratur citatio,maximè vbi fit in eadem re, de qua facta
eſt condemnatio,vt voluit Inno.in cap.ex ratione,de ap-
pell. & omnes in l.a Diuo Pio, §.in venditione,de re iud.
tamen fallit vbi fit executio contra ſucceſſorem:quia cita
ri debet.Idẽ dixit Cap.vbi ſuprà.Peruſ.in d.c.ex ratione,
col.antep.vol.1.Adde Bald.in Margarita ſua in verbo exe
cutio ſed in caſu de quo agitur non conſtat, ꝙ Raynerius
ſit hæres,prout conſtare debebat,ſecundum Doct.in d.§.
tranſgrediuntur,& Bar.ac alij in l.neceſſarij,ff.de acq.hę
red.& Ale.in cõſ.137.col penult.in prin.vol.2. ergo &c.
16 Non obſtant modò adducta in contrarium,† & primò,
quòd ſuus hæres ſit ipſo iure hæres nomine, & effectu,&
obligetur creditoribus, quia reſpondetur, quòd illud eſt
verum quoad ea, quę ſunt ibi fauorabilia, ſecus quo ad
alia,non conſiderato beneficio abſtinendi,vt per Bart.&
alios in l.ſi filius qui patri ff.de vulg.& pupil.Alex.in d.l.
neceſſarijs,& Doct.in d.l.j. C.ſi vt ſe abſtineant ab hære-
ditate. Sed hic agitur de onere, & ſic de his quæ non ſunt
fauorabilia filio, ergo non videtur, quod habeatur pro
hærede,vt dicatur ſuus hæres effectu, propter dictum be-
neficium abſtinendi,vt etiã per Dec.in conſ.652.in fine.

Secundò nõ obſtat dictũ Apoſtoli, ſi filius, ergo hæres.
17 † quia illud dictũ procedit in filio agẽte, non aũt in filio
18 conuento vti hęres,† quia tunc agit contra filiũ vti hære-
dẽ patris debet hoc probare, cum ſit cauſa ſuæ intentio-
nis, vt hãc eſſe communẽ opinionẽ atteſtatur Imola in d.
§.tranſgrediamur,col.j.Idẽ dixerint Bar.& alij in d.l.ne
ceſſarijs.Alex.in citato cõſ.137. col.pen.in prin. vol.2. in
conſ.34.col.2.vol.3.cõſ.72. col.j.volu.5. & in conſ.183. in
prin. vol.6 Et hanc eſſe magis communem cõcluſionem
Doct. tradit Socin.in conſ.60. colum.3. volu.j.& ratio eſt
ſecundum ſcribentes in locis præallegatis: Quoniam in
his,quæ poſſunt filio præiudicarę, filius ex potentia ſuita
tis non dicitur hæres patris niſi probetur immiſſio.

Tertio non obſtat, ꝙ ſuus præſumitur hæres, niſi do-
19 ceat, vel alleget abſtenſionẽ, † quia reſpondetur, quod
non eſt neceſſe, quòd filius hoc probet,neque alleget, q̃a
ius hoc inducit.Quia caſu id qued eſt verum à iure indu-
ctum, non eſt neceſſe exprimi per hominem, vt eſt caſus
in dicta l.j. C.ſi vt ſe ab hæredita- abſti. Ibi fides veritatis
verborum adminicula non deſiderat, vt notãt etiam ibi
omnes,ac Bart.& alij in d.l.neceſſarijs.Præterea benefi-
cium abſtinendi redigit filium ad inſtar.emancipati l.nec
emancipatus,ff.de leg.j. Vnde ſicut contra emancipatum
non eſt fundata intentio, niſi probetur immiſſio.

Quartò non obſtant ſcripta per Bald.in d. l.j. in fin. C.
20 communia de leg.† quia reſpondetur, quòd iura allega-
ta per eum,nihil faciunt ad propoſitum,quad demonſtra-
tur. Nam primo non obſtat l 2. de cond. fur. quia illa lex
loquitur, quo ad obligationem inſpecta diſpoſitione iu-
ris ciuilis, ſed quo ad conueniendum eſt ſecus, inſpecta
diſpoſitione iuris prætorij propter beneficium abſtinen-
di.Ita reſpondit Ale.in d.l.neceſſarijs,col.5.Vlterius idem
Bald.in d.l.2.tenet contrarium eius quod dixit in d.l.j.Si-
militer non obſtat tex. in l. 2. C. de pactis, quia reſpondet
Ale.vbi ſuprà,quòd ille tex. loquitur,quando emptor ſu-
ſciebat iudicium tanquam emptor.præterea tex.in l.ſi fi-
lius,ff.de interrogatorijs actio.expreſsè loquitur quando
filius fatebatur ſe hæredem,quo caſu non mirum ſi poteſt
conueniri. Præterea contra Baldum eſt deciſio Alex.in d.
conſ.72 col.2.& in d.§.tranſgrediamur.

Non obſtat authoritas Cy.de qua ſuprà, quia contra-
rium tenuit idem Cyn.in l.ei qui, ff. de acquirenda hære-
di, & quòd dicta opinio non ſit vera, ſed reprobata hoc
voluit Bart. in l.neceſſariis,in principio, ff.de acquirend.
hæred.& ibi Alex.col.5. vbi refert Raphaelem & Roma.
dicẽtes, quòd niſi filius fateatur ſe hæredem, licet ſubeat
iudicium, non per hoc videtur ſe gerere pro hærede, per
not.per Bart.in l.ſi dubitetur,§.ei ff.de fideiuſſo.Idem di-
xit Paulus de Caſt.in dicta l.ei qui Bal.& Paul.de Caſt. in
dicta l.j.C.ſi vt ſe abſtineant ab hæreditate. Et refert ibi
Ant.de Alex.hanc eſſe communem opinionem.Hãc quo-
que partem ſequitur Alex. in conſ.72. col.1. in fi. vol.5. &
Imol.in dicto §.tranſgrediamur,vbi atteſtatur hanc eſſe
communem, & ibi Alex. qui firmat eam magis commũ-
nem.Vnde ex omnibus ſuprà dictis interpidè tenendum
arbitror contra Raynerium prædictum exequi non poſ-
ſe ſententiam condemnatoriam prolatam cõtra eius pa-
trem,cum probatum minimè comperiatur ipſum ſe im-
miſcuiſſe in bonis paternis. Laus Deo.

## SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens, quòd emptor teneatur rem immobilem alie-*
*natam per fratrem vel ſororem infra menſem retrouendere*
*frati vel ſorori & reſtituere pro eodem pretio, validum eſt de*
*iure.*

*Sta-*

2 *Statuti diſpoſitio locum habet, vbi qualitas requiſita ab eo verificatur.*
3 *Confeſsio patris ſuperat omnes alias probationes.*
4 *Item ceſſare facit præſumptionem iuris & de iure.*
5 *Necnon & recipitur contra rem iudicatam.*
6 *Statutum de iure congrui locum non habet cõtra clericos & alios non ſubditos ſtatuentibus.*
8 *Alienare & diſponere de rebus ſuis vnuſquiſq; poteſt & quibuſcunq; uoluerit.*
9 *Statuti commodo priuari debet, qui beneficio eius uſus non eſt.*
10 *Proximior qui ex diſpoſitione ſtatuti annum habet a die ſcientiæ ad reuocandum alienationes factas, ſi infra annum non reuocat, priuatur commodo ipſius reuocationis.*
11 *Tempus reuocandi de quo in ſupra dicto ſtatuto competit ſorori a die ſcientiæ ueræ, & non fictæ, nec pręſumptæ.*
12 *Acta facta in ſenatu adducunt rem notoriam.*
13 *Statutum de quo ſupra locum non habet in alienatione neceſſaria ſed uoluntaria, & nu.22.*
14 *Prohibitio teſtatoris de non alienando, non extenditur ad alienationem neceſſariam.*
15 *Statutum diſponens nullam eſſe mulieris obligationem ſine conſenſu propinquorum, recipit interpretationem a iure communi, ut locum non habeat in obligatione neceſſaria.*
16 *Tranſactio facta inter dominum directum & emphytheotã, quòd ſoluatur laudemium domino quocunque modo res emphytheotica alienetur, non habet locum niſi in alienationibus uoluntarijs, & non in neceſsarijs.*
17 *Conſenſus domini non requiriiur in adiudicatione, uel in ſolutum datione facta per indicem creditori, emphyteotæ de re emphyteotica ſaluo ſemper canone domini.*
18 *Statutum prohibens alienari res immobiles ſub pœna graui in non ſubditos, non habet locum in alienatione neceſſaria, ſecundum communem opinionem.*
19 *Datio in ſolutum de iure appellatur, quando debitor ſponte dat rẽ creditori pro aliquo debito.*
20 *Statutum de quo ſupra ampliatur procedere etiam quòd loquatur de quolibet alienante.*
21 *Statutum debet largè uel ſtrictè intelligi ſecundum quod minus derogatur iuri communi, etiam ſi oporteat uerba impropriari.*
23 *Ius congrui locum non habet in tranſactione.*

## CONSILIVM XXI.

EXTAT ſtatutum in patria mea Caſalenſi,
quòd ſi aliquis homo de Caſali qualicunque
modo vendiderit rem aliquã immobilem ali
cui perſonæ de Caſali, ꝙ ille qui emerit ta-
lem, rem teneatur illam reuendere & reſti-
tuere fratri, vel fratribus, ſorori vel ſororibus venditoris
pro illo met pretio, quo emerit dictam rem ſimul cum de-
bitis expenſis in ipſa factis, infra vnum menſem, iurante
ipſo emptore quanto pretio cõſtiterit ei ipſa res, & quòd
fuit verum & iuſtum pretium numeratum & ſolutum
2 præcisè.† Quo ſtatuto præſuppoſito, & de cuius validita-
te dubitandum nõ videtur, vt eſt caſus in c.cõſtitutus, &
ibi Doct.de reſti.in integ.& per Bald.in rubr. C.res inter
alios acta.& Ale.in conſ.52.in prin.vol.j.& in conſ.137.in
prin.vol.6. Dec.in cõſ.88.in prin. & in conſ.222.col.1. ac
in conſ.647.col.j.& Par.in conſ.82.in prin.vol.3. Et ſimi-
liter præſuppoſito ꝙ facta tali alienatione in extraneum
ius fratri vel ſorori, vel fratribus aut ſororibus abſenti-
bus authoritate dicti ſtatuti acquiratur rẽ ipſam alienatã
recuperandi, vt per Bal.in d.rub.verſ.Nota, quòd & Dec.
in citato conſ.88.col.2.in prin.& 747.col.j. dubitari con-
tigit, an vigore prædictæ l.municipalis poſſit domina Fran
ciſca de Carenis recattare domum eius fratris alienatam
pro eodem met prætio numerato & ſoluto dominæ Mar-
garitæ eius ſororis pro dotibus ſuis.

2 Et prima facie videtur dicendũ ꝙ ſic, † eo quia qualitas
requiſita a ſtatuto verificatur d.D.Franciſca, quæ fuit ſo-
ror D.Vincẽtij, ergo in ea locum habere dẽt diſpoſitio ip-
ſius ſtatuti, vt p Bar.in l.4.§.p̃tor ait, in fi.ff. de damno in-
fec. Dec.in cõſ.222.col.j.in conſ.622.col.2. & in cõſ. 661.
col.j.ꝙ aũt ſit ſoror, admittitur ex cõfeſſione patris, quo
caſu nulla melior & efficacior probatio haberi poteſt, vt
per Scribentes, in l.cum te.C.de tranſact.& Pariſ.in con-
3 ſil.115.col.3.vol.1. † Nam ipſa ſuperat omnes alias pro-
bationes, vt tradunt Docto.in l.cum qui, ff. de iureiur. &
Decian.in rubrica, de proba.ac Pariſ. in conſil.75. nume.
4 52.vol.2.† & facit ceſſare præſumptionem iuris, & de iu-
5 re, † & quæ recipitur etiam contra rem iudicatam, ſecũ
dum Imo.in c.plerique de immu.eccle. & Pariſ.in conſil.
121 col.antepen.vol.1.

Nec habet obſtare ſi dicatur, quod ſtatutum loquitur,
quando aliquis de Caſali alienauerit aliquam rem im-
mobilem quòd quidem factum non reperitur, cum alie-
natio ipſa, facta fuerit per iudicem, ad requiſitionem do-
minę Margaritæ vxoris domini Vincentij, & non per
ipſum dominum Vincentium. Quo caſu cum qualitas re
quiſita a ſtatuto, ſcilicet quod aliquis homo de Caſali ven
diderit, defecerit, ceſſare debet, & diſpoſitio ipſius ſtatu
ti, vt per Bal.& alios in locis ſupra citatis. Quia reſponde
tur quod & ſi res reperiatur alienata de mandato iudicis
in fauorem dictæ Dominę Margaritę pro conſecutione
dotium ſuarum, tamen perinde eſt ac ſi ipſe nobilis Vin-
6 centius vendidiſſet, † cum factum iudicis cenſeatur eſſe
factum patris, l.ſi ob cauſam, & ibi Bart. Bald. & alij.C.
de euictio.eleganter, in prin. ff. de pign.act. l.profectiua
in prin. verſic.ſed etſi proponis prætorem, ff.de iure dot.

Secundo etiam facit, Nam emptor, in quem facta eſt a-
lienatio domus prædictæ, eſt de ciuitate Caſalis, prout re-
quiritur a prædicto ſtatuto, ergo & ſimiliter locum habe-
re debet eius diſpoſitio contra eum iuxta notata per Bar.
in §.prætor ait, in fi.

Nec ex aduerſo obſtare videtur, quod dicitur huiuſmo
di ſtatutum locum ſibi non vendicare in perſona non ſu-
biecta ipſis ſtatuẽtibus, vt eſt perſona dicti emptoris, quę
immediate ſubijcitur ſummo Pontifici, vt conſtat ey pri-
uilegijs ſuis, quia miles ſancti Petri, quia reſponderi po-
teſt, quòd imò prædictũ ſtatutum extenditur contra per-
ſonam prædicti emptoris, † ſicut etiã nidemus, quod tra-
7 hitur ad clericos qui regulariter ſtatutis laicorum non li-
gantur, vt eſt text.in cap.conſtitutus de reſcriptis, & per
Bald.in tractatu de iure prothomiſios, col.4. verſ. ſed po-
ne, quod res fuit vendita, & per Alberi.& Cyn.in l.neq;,
C.de hęredib.inſtituendis. Affl.in tractatu de iure protho
miſios, in tertſo notab.verſic. Item quæro an ſi clericus,
vbi atteſtatur Doctores communiter ita tenere, quem ſe-
quitur Tiraquel.in tracta.de retract. col.283. quod etiam
voluit Boer.deciſ.231.col.2.

His tamen non obſtantibus contraria ſententia in ca-
ſu præſenti eſt de iure verior, nam primo de iure commu
ni nulli dubium eſt, quod prædictæ Dominæ Franciſcæ
8 non competit ius recatandi dictam domum † cum vnuſ-
quiſq; poſſit alienare, & diſponere de re ſua eius arbitrio
cui, & quibuſcunque voluerit, nec magis vni, quam alte-
ri, l.dudũ. C.de contrah.emp. Facit etiam lex. in re man-
data, C.mandati.de iure etiam municipali nõ licet, † quo
9 niam dicta domina Franciſca non eſt vſa beneficio ipſius
ſtatuti in recuperano ipſam domum ab emptore, in ter-
mino vnius menſis præfixo, & limitato à d. l.municipali,
ergo eius commodo priuari debet, vt per Bal. in tractatu
de iure protomiſeos, col.1. verſi. quæritur hic, quia impu-
tari ſibi debet, ſi non egit infra tempus ſtatutarium, cui
præſcriptum ſit per lapſum termini præfixi ab ipſo ſtatu-
to, argumento l.fi.in fi.C.de his, qui a non do.ma.vbi tex.
dicit, cum ſibi amiſſi mancipij damnum debeat imputa-
ri, qui perniciem ſuam geſta taciturnitate firmauit. Item
ſicut pręſcriptione, vel vſucapione excluditur quis ab a-
ctione ſibi competenti, quia tranſactio tempore a iure ſta
tuto l.j.C.de præſcriptio, ita tranſacto tempore menſis
ordinati a d.l.municipali. Idem voluit Affl. in d.tract.de
in prothomiſ.in §.vt infra triginta dies, in verſ.4.nota,
ex tex.ibi verum, ſi infra, & in col.7.verſ.Secundò notab.
& in ſexta parte princip.in notab.11. Moderni in conſue
tud.Burdegalen.in §.de retractu.q.j.quia terminus legis
eſt peremptorius, l.mancipiorum, ff.de opt.legat.c.pia.
de accept. Hanc etiam partem tenuit Alex.in conſ.24.co
lum.1.vol.4.& Pariſ.in conſ.81.col.pen.in fi.volu.3. Pro
qua opinione facit quod not.Bald.in c.Titius, ſi de feudo
fuerit controuerſia inter dom. & agnat. quem ſequitur
Alex.in add.ad Bart.in l.j.§.permittitur, ff.de aqua quoti
diana, & ęſti.& Bru.in tract.de conſt.in 3.par.in verb.a-
10 gnatus verſic.ſtatutum.† vbi vult, ꝙ ſtante ſtatuto, quòd
proximior, qui ex diſpoſitione iuris, habet annum à die
ſcientię ad reuocandum alienationes facta, ſi infra annũ
non reuocat lapſo non expirat talis facultas reuocandi.

Nec obſtat, quòd pręmiſſa concluſio licet ſit vera, ta-
11 men recipit interpretationem a iure, † vt tempus ipſius
iuris currere non incipiat, niſi a dię ſcientiæ, vt per Bald.
d.tract.de iure prothomiſ. in 5.col.verſ. Venio ad ſtatutũ
de quatuor menſib.& Afflic.in d.tract.de iur. prothomi.

§.vt

§ vt infra triginta dies,col.2. poſt Bald. per eum citatum,
de qua ſcientia non apparet,imò præſumitur ignorantia
l.verius,ff.de proba.quia reſpondetur,ꝙ quamuis ſcien-
tia requiratur vera & non ficta,nec præſumta,vt per Af-
f.ict.in dicto tractatu, & in d.§.vt infra triginta dies, col.
3.verſi.Sed ſtat dubium , & Pariſ.in conſ.82.col.2.vol.3.
tamen in caſu de quo agitur,datur plena ſcientia:quoniã
executio ſententiæ latæ contra dominum Vincentiũ, fuit
requiſita per dictam D.Margaritã , pro conſecutione do-
tium ſuarum contra dominam Franciſcã vti ſorore & hę
redem quondam D.Vincentij ſui fratris,& in ipſa execu-
tione citata fuit ad videndum domum de qua agitur, ſub
haſtari , incantari, & deliberari pro pretio ducentum &
trium ſcutorum , vt clare liquet ex actis agitatis coram
12 ampliſſimo Senatu,† quæ inducunt rem notariam,vt per
gloſſ.& Moder.in cap.ſignificauerũt de teſtibus, & Doct.
in c.cùm olim , de verb.ſignifi.Pariſ.in conſ.98.col.penu.
vol.3 & in conſi.111.col.fi. vol 4. Vlterius ea etiam cita-
ta reperitur ad videndum mitti in poſſeſſionem domus
prędictæ dominum emptorem , in quo tempore citatio-
nis ea comparuit coram iudice proteſtando quòd vole-
bat ſaluum eſſe ſibi ius domum ipſam recettandi vigore
prædicti ſtatuti,quo caſu,cum citata fuerit perſonaliter,
& in tẽpore menſis a die ipſius cõparationis, domũ nõ re
cattauerit, ſequitur ꝙ à dicto iure omnino excluſa fuit.

Secundò reſpondetur,quòd in caſu præſenti,non mili-
13 tat prędictũ ſtatutum,† quoniam huiuſmodi lex munici
palis locum habet in alienatione voluntaria , non autem
neceſſaria,prout eſt hæc de qua nunc tractatur, quæ in e-
xecutionem ſententiæ iudicis, facta fuit , & de eius man-
dato quod probatur ex infra dicendis. Et primo,quia lex
loquens de alienatione debet intelligi de voluntaria , &
non neceſſaria l.alienationes , ff.familię herciſcũdę l.j.ff.
14 de fun. dot.†. & ideo nos videmus , ꝙ prohibitio teſtato
ris de nõ alienãdo, nõ extenditur alienationem neceſſa-
riam l.peto, col.2.vol.3.& in conſi.206.col.j.vol.6.

Secundo facit, quod ſcribit Rom.in conſ.280.quem ſe
quũtur Ale.in conſ.215.col.2.vol.6.Soc.cõſ.80.col.fi.vol.
4.& Iaſ.in l.ſi vnus,§.pactus,ne peteret,col.8.verſ.Secun
15 do principaliter,ff.de pactis.† Vbi concludit,ꝙ ſi ſtatutũ
diſponat nullã eſſe obligationem mulieris facta ſine con-
ſenſu propinquorum,tale ſtatutum recipiet interpretatio
nem a iure communi, vt locum non habeat in obligatio
ne neceſſaria per l.1.C.quando decreto opus non eſt.

Tertio accedit,ꝙ dixit Bru.in conſ.44.col.in tertio du
16 bio,vbi determinat,† ꝙ ſi inter dñm directum, & empy
theotã trãſactũ ſit ꝙ laudemiũ ſalutatur dño quocunque
modo res emphytheotica alienaret̃,tale pactũ debet intel
ligi,vt non procedat,niſi in alienationib.volũtarijs,& nõ
neceſſarijs,& Bru.ſequitur Aymo.in conſ.115.col.j.in fi.

Quartò confirmatur huiuſmodi ſententia ex his quæ
17 tradit Bal.in c.1.col.3.de prohib.feud.alie.per Fed.† vbi
dixit, ꝙ in adiudicatione , vel in ſolutum datione facta ꝑ
iudicem creditori emphytheotæ de re emphyteotica,nõ
requiritur conſenſus domini, ſaluo ſemper canone eius ,
& Bal.ſequitur Iaſ.in l fi.col.133.verſ.5.quęro, C.de iure
emphyteotico, in l.cætera, §.de fideicom.Afflic.deciſin.
191.col.j.& Capi.in deciſio.99.col.2.

Quintò dixit Alberic.de Roſa in ſecunda.par.ſtat.in
ſecunda quæſt.verſi.ex.prędictis, quem ſequitur Iaſo.in
dicto §.ſed ſi parauerit , & Capi.in.alleg.deciſ.99.colu.2.
18 communem eſſe opinionem.† ꝙ ſtante ſtatuto, prout eſt
communiter in omnibus ciuitatibus, quòd res immobi-
les non poſſint alienari ſub graui pœna in non ſubditos ,
non habet locum in alienatione neceſſaria, ſed volunta-
ria , & ſic in datione in ſolutum facta à debitore coacto
in iudicio. Cui concluſioni accedunt notata per Alex. in
conſ.52.vol.j.vbi inquit, quòd ſtatutum Florẽtinum pro
hibens alienationem rei communis irrequiſito conſor-
te, locum non habet , quando bona in ſolutum data fue-
19 runt creditoribus iudicialiter, † quia datio in ſolutum de
iure appellatur , quãdo debitor ſponte creditori dat rem
pro aliquo debito, l. pretij, C.de reſcin.aliena. Quando
verò aſſignatur res debitoris iudicaliter creditori , res il
la adiudicatur creditori l.à Diuo Pio.§.ſi pignori.

20 Nec habet obſtare ſecũdum eum ſi dicatur,† quod ſta-
tutum loquatur de quolibet accipiente in ſolutum : quia
reſpondetur, quòd quamuis ſtatutum loquatur de quoli-
bet, tamen debet reſtringi ad ditionem in ſolutum factã
21 ſponte à debitore creditori, † cùm ſtatutum debeat lar-
gè vel ſtrictè intelligi , ſecundum quod minus derogatur
iuri communi & iuri tertij , etiam ſi oporteat verba im-
propriari , vt probatur in c cum dilectus , quẽ ad hoc ibi
ponderant Anton.de Burt.& Imol.de conſuetudiue , ſed
non eſt dubium , quòd ſi verba dicti ſtatuti ſolum intelli-
gantur in datione in ſolutum facta à debitore ſponte dã
te creditori in ſolutum , & non in iudiciali adiudicatio-
ne,minus derogatur iuri communi , & minus oſtenditur
ius tertij , id eſt , creditoris , cui ex adiudicatione eſt ius
quæſitum , quam ſi comprehendant dictam adiudicatio-
nem:ergo debet interpretari ſtatutum in datione volun-
taria, & ſic de illa, quæ facta eſt ſine decreto iudicis, quã
de ea in qua ipſum decretum interuenit cùm illa ſit fir-
taria, & ſic de illa , quæ facta eſt ſine decreto iudicis, quã
mior,& magis careat ſuſpicione, l.1.C.de præd.curial.li-
bro 11.& ibi Bart.& quia magis eſt neceſſaria acquiſitio ,
ideo magis fauendum eſt ei, vt in authen.hoc ſi debitor ,
C.de ſolutio. & argumento l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria ,
ff.qui ſatiſdare cogatur.Sextò comprobantur ex his quæ
22 ſcripſit Rom.in coſ.107.vbi cõſuluit , † ꝙ ſtatutum pro-
hibens alienationem domus , niſi conſors requiratur cũ
præfixione termini ad emendum , ſi velit locum non ha-
bet in alienatione ad quam quis compellatur ex laudo :
Quia cum hæc conſtitutio ſit contra iuris communis di-
ſpoſitionem dicentem liberam fore rei propriæ aliena-
tionem inuito & irrequiſito conſorte, vt d. l.dudum, igi-
tur conſequens eſt vt riſtringatur ad vnum caſum tan-
tum ſcilicet alienationis voluntariæ , de qua conſtitutio
ipſa ſenſiſſe videtur , & non de neceſſaria. Et cum Rom.
per tranſit Afflict.in tract.de iure prothomiſ §.licet enim
ſuprà diximus,col.fin.verſ.ſed rurſus quæro , vbi firmat
ius congrui non habere locum , quando res alienaretur
per laudum. Idem tenuit Gozad. in conſ 103.col.penul.
in principio , & Aymo. in citato conſ.215.col.1.Capi.in
deciſ.99.col.2.& Dec. licet de Roma. mentionem non fa
ciat in conſ.300. colum.2.

Septimò ſimiliter facit, quòd decidit Afflic.in d.tract.
prothomiſ.in ſexta parte , colu.4.in fi. verſ.ſed iuxta præ-
dicta quero, vbi expreſſe dicit, quòd quãdo alienatur res
ex cauſa neceſſaria, puta per ſententiam iudicicis,non ha
bet locum ius congrui,& ideo infert,quòd,ſi vẽditur res
& antequam vicinus ab emptore enincat iure prothomi
ſeos res euincatur per alium ab ipſo emptore , quòd con-
tra illum qui euincit,vicinus non habet ius congrui, quia
alienatio eſt necſſaria ex cauſa euictionis , ſiue res ſit e
uicta per ſententiam iudicis, ſiue per ſententiam arbitri,
qui eſt arbitratus l.prima.ff.de arbitr.cuius ſententia ha-
betur , vt tranſactio , vt in authen. vt differentes iud.poſt
23 principium . † Et in tranſactione non habet locum ius
congrui,vt per Afflic.in dicto tract.in §.licet enim ſuprà
diximus,col.pen.in fin.

Non obſtant quæ ex aduerſo adducta fuerunt.Quia ex
præmiſſis ad omnia patet clarè reſponſum . Vnde conclu-
dendo hanc noſtram præſentem coſultationem , dico
ius congrui nullo modo competere dictę dominæ Fran-
ciſcæ aduerſus dictam alienationem neceſſariam . & ſic
iudicialiter factam pro ſolutione dotium prædictæ Do-
minę Margaritæ. Laus Deo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Alimentorum appellatione,venit habitatio,quam variare poteſt hæres.*
2 *Item cibaria & potus.*
3 *Plus medicinæ,& expenſę medici.*
4 *Nec non ueſtas & etiam pelles.*
5 *Et calciarum.*
6 *Lectus,& culcitra.*
7 *Aqua quando eſt uenalis ut practicatur Venetijs.*
8 *Ac expenſæ pro præceptoribus & magiſtris.*
9 *Alimenta præſtanda ueniunt in domo heredum.*
10 *Alimenta petens extra domum hæredum dicitur plus petere cum præſtatio ipſa ſit grauior hæredibus.*
11 *Alimenta præſtari debent per hæredes legatario extra domum, ſi adeſt iuxta cauſa non morandi cum ipſis.*
12 *Quæ ſint iuſtæ cauſæ hic ponuntur,& nu.*13.*&* 14.
15 *Factum heredis dicitur factum defuncti.*
16 *Rei appellatione in dubio,uenit tota res,& non pars.*
17 *Legatario incumbit onus probandi ſe habere iuſtam cauſam non morandi in domo hæredis.*
18 *Negatiua ubi eſt fundamentum intentionis alicuius , ea probari debet.*

19 *Legatario priuſquã præſtentur alimenta, debet detrahi æs alienũ.*
20 *Item & legitima, cùm ea debeatur ſublato omni grauamine.*
21 *Alimenta legatario præſtari debent ſecundum quantitatem fru-
ctuum, non autem uendi prædia, ſi fructus non ſufficiunt ad
alimenta.*
22 *Alimentorum preſtatio danda eſt per heredem legatario per mẽ
ſes reſpectu eorum quę recipiunt menſtruam ſolutionem, ut ui-
num, frumentum, & ligna.*
23 *Reſpectu uerò eorum quę non poſſunt diuidi per menſem, ut ueſti-
menta, & tunc danda erit, cùm legatarius egebit.*
24 *Quo uero ad res, quę ſi pro toto tempore preſtarentur corrumpe-
rentur in ſua ſpecie, ut carnes, piſces, & ſimilia, & in his debe-
tur æſtimatio ſiue pecunia.*

## CONSILIVM XXII.

Irca primum, quod à me quæritur, quæ ve-
niant appellatione alimentorum, dicen-
1 dum arbitros, † quod primò veniat habita-
tio, vt eſt textus in l. legatis ff. de alim. & ci-
ba. leg. gl. in l. cùm hi. §. qui tranſigit, ff. de
tranſactionibus, & ibi Iaſon. gl. in l. ſi quis à
liberis, §. non tantum, ff. de lib. agnoſ. Ang. in conſil. 28.
Anan. in conſ. 37. & ibi Bolo. in add. Soc. in cõſ. 161. in fin.
Alex. in conſ. 178. col. fi. in pri. Belt. in conſ. 180. col. 2. vol.
1. & in conſ. 55. col. 2. vol. 2. Pract. Pap. in form. libel.
pro leg. rei ſing. in ver. condeſcendo ad decimum articu-
lum. Bene verum eſt, quod ſi hæres non ſignaret legatariæ
habitationem, poſſet illam variare, & dare aliam & reci-
pere illã quam dedit l. ſi ſterilis, §. fin. C. de action. empt.
per quem tex. ita decidit Afflic. in conſt regn. conſtitutio-
ne comitibus, in fi. vbi inquit hoc habuiſſe de facto.

2 Item † & cibaria, vt d. l. legatis, & potus, vt ibi in gloſſ.
Bartol. in l. fi. de liberis agnoſ. Soc. dicto conſ 161. in fin.
Alex. & Pract. Pap. vbi ſupra, quia ſine eis homo viuere
non poteſt, & ideo dixit Paul. de Caſt. in l. proponebatur
in fin. ff. de iud. poſt Bart. quòd ideo in nobis eſt neceſſa-
rius cibus & potus, quia fit ad reſtaurationem deper-
diti, cum quotidie de corporibus noſtris cadans par-
tes inuiſibiliter, loco illarum ſubrogantur alię per cibum
& potum, quæ conuertuntur in carnem & ſanguinem.

3 Plus † & expenſæ medicinæ, ſi contingat alimentarium
infirmari. Ita Bart. in d. l. legatis per l. victus ff. de verbo.
ſign. Bart. in l. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſęuiſſimo, &
ibi alij. ff. ſolu. matr. in l. libertis, l. 2. ff. de alimen. & ciba.
lega. Flor. in l. ſicuti, ff. de vſufruct. Ang. & Iaſ in d. § qui
tranſigit. Pract. Pap. vbi ſuprà. Alex. in conſil. 178. col fin.
in princ. vol. 6. & in conſ. 280. col. fin. vol. 3. Picus in rep. l.
Titia cum teſtamento §. Titia. q. 53. vol. 4 dubitatur. Belt.
in citato conſilio 55. columna 2. Afflic. vbi ſuprà, & do-
minus meus Ruyn. in conſilio 139. colum. 1. volumin. 4.
Crauet. conſilio 199. columna 2.

Nec non expenſa medici, ſecundum Angel. & Iaſ. in d.
§. qui tranſigit, & Beltr. vbi ſuprà, colum. 2.

4 Pariter † & veſtes, d. l. legatis, gl in l. ſi quis à liberis, §.
non tantum, ff. de lib. agno. gl. in le. inſtratum, ff. de verb.
ſigni. Alex. in conſ. 174 col. 2. vol 4. & in allegato conſil.
178. col fin. Prac. Pap. & Beltr. vbi ſuprà. Afflic. in d. con-
ſtitutione Comitibus, in fi. Crau. vbi ſuprà, & hoc quan-
do egeret, ſecundum Bart. in l. fi. ff. de lib. agnoſ. et in l. pe
cuniæ, ff. de alim. & ciba. lega. Socin. in conſi. 10. colu. 4. et
in conſ. 11. col. fi. per gl. in l. firmus, ff. quam dies, leg. ced.
Bal. in conſ. 30. in fi. vol. 2. vbi idem dicit de pellib.

5 Item † & calciarium, l. item hi, §. qui de caluario, ff. de
tranſac. Bart. in trac. de aliment. & Beltr. vbi ſupra. Cra-
ueta vbi ſupra.

6 Similiter † & lectus, l. in ſtratum l. inter quos, §. verbũ
viuere, ff. de verb. ſign. Bart. in d. l. legatis, in fin. quia ſine
eo non poteſt viuere homo, Barto. in dicto tract. de alim.
ver. quęro an in dictis. Alex. in citato conſi. 178. col. final.
Bolog. conſi. 48. col. 3. Beltr. in conſ. 180. col. fin. vol. 1. & in
allegato conſi. 55. col. 2. Iaſ. in d. § qui tranſigit, vbi id etiã
dicit de culcitra. & Picus in dicta l. Titia, quæſt. 63. verſi-
culo 4. dubitatur.

7 Item † & acqua venalis, quando eſt venalis, vt practi-
catur Venetijs, vt per gl. & Bart. in l. 1. ff. de alim. & cibar,
lega. Pract. Papien. vbi ſupra. Et ratio eſt, quia & in præ-
ſtatione victus hæc veniunt, & alia, quæ ſunt neceſſaria
ad vitam hominis, l. victus, cum l. ſequenti, ff. de verbor.
ſign. ergo idem in præſtatione alimentorum, vt Bar. in d.
tract. alimen. vt Beltr. in citato conſi. 180. col. fin. vol. 1. vbi
dicit idem iudicandum eſſe de illo qui tenetur ad alimen
ta, ſicut de eo qui tenetur ad victum, idẽ dixit Ruy. in cõ-
ſil. 81. col. 2. vol. 2. facit etiam gl. in l. ſi quis à liberis, §. non
tantum, ff de lib. agnoſcendis,

8 Veniunt † etiam quoque expenſæ pro præceptoribus
& magiſtris, quando eſſent relicta pupillis, vt inſtruantur
in arte ſibi conueniente l. qui filiũ, ff. vbi pupil. educ deb.
l. j. ſed nonnullas. ff. de tut. & rat. diſtr. Crau. vbi ſuprà.

Viſo de primo capite, venio ad ſecundum in quo pri-
9 ma facie videretur dicendum, † quòd ipſa alimenta eſſẽt
præſtanda in domo teſtatoris, & non alibi, ſecundum no-
tata per Bar in l. Caio. §. Imperator, ff. de alimen. & ciba.
lega. quia verba appoſita in legato, quòd hæredes teneã-
tur præſtare alimenta in domo, ſunt appoſita ad commo-
dum & fauorem hæredis, cum ibi ſtando dicatur minus
grauis ipſis hæredibus præſtatio alimentorum. Et Barto.
ſequitur Alex. in conſ. 100. in princ. in vol. j. & in conſil.
178. col. 2. volu. 6. quia cum minori ſumptu in domo ſua
poterunt alimenta præſtari, vt docet experientia, quæ eſt
rerum magiſtra, c quam ſit. de elect. Ang. in conſ. 150. col.
2. Anchar. in conſi. 254. col. 2. Socin. conſ. 286. colum. fin.
Beltr. in conſ. 177. colu. j. volu. 2. Pic. in d. § Titia. quęſt. 63.
Corn. in conſ. 286 col. 2. vol. 3. Iaſ. in l. diuortio, in princ.
col. 3. ff. ſol. matr. Ruy. in conſil. 45. col. 2. vol 2. & in conſ.
10 81. col. 1. vol. 3. † Vbi inquit, ꝙ alimenta extra domum te-
ſtatoris præſtare petens dicitur plus petere, cùm ſit gra-
uior hæredibus, & in conſ. 80. col. j. vol. 2

Quibus tamen non obſtantibus, contraria ſententia eſt
de iure verior, quoniam licet doctorum ſententia ſupra
11 citata ſit vera, † quod alimenta alibi legatariæ non ſint
præſtãda, quàm in domo hæredum, tanquam hoc ſit mi-
nus præiudicale hæredibus, tamẽ ea limitatur locum non
habere, quando ex cauſa quis non poteſt morari in do-
mo hęredum, vt per Bart. in d. §. Imperator. Vbi inquit, ꝙ
ille qui debet morari cum hærede, ſi non poteſt ex iuſta
cauſa, non perdit legatum. Et ideo ſubdit, quod ſi teſta-
tor reliquit vxori alimenta in domo ipſius teſtatoris, &
ea commodè ibi morari non poteſt, quia iuuenis, & ali-
qui ſunt ibi, qui veriſimiliter cum ea luxuriarentur, po-
teſt habere, & petere alimenta, & recedere a domo. Alle-
gat. l. pen. ff. vbi pup. ed. deb. Idem vult Paul. de Caſtr. in
conſi. 389. in fi. Ana. in conſ. 54. colu. 2. in prin. & ibi Bo-
logn. in add. Alex. in conſ. 178. col. 2. vol. 6. Barb. in conſ.
63. col. 6. vol. 2. Iaſ. in l. j. C. communia de legatis, in l. di-
uortio in prin. col 3. ff. de ſol. matr. & in conſ. 44. col. 2. vol.
12 j. Pic. in d. §. Titia. quæſt. 63. in 3. & 4. limitatione. † Sed in
caſu de quo agitur, adeſt iuſta cauſa, quia legatarius liti-
gat cum hęredibus teſtatoris, quæ cauſa eſt ſufficiens, vt
morari non teneatur in domo ipſorum hæredum, vt in
13 terminis decidit Iaſ. in conſ. 44 in 2. dub. vol. 1. † Item &
quia legatarius habitare intẽdit cum vxore & filiis, quæ
cauſa ſimiliter eſt iuxta, vt in ſpecie cõſuluit Anan. in cõ-
ſil. ſuo 54. colu. 2. & ibi Bolog. in add. per text. vulgatum
in l. poſſeſſionum. C. communia vtriuſque iudicij, in ver.
quis enim ferret liberos a parentibus, à fratribus ſoro-
res, a viris coniuges ſeparari? de quo text. alibi facit fe-
ſtum Bald. in l. j. §. videamus, C. de rei vxo. actio.

14 Adeſt & tertiò alia cauſa, † quia iſti hæredes inter ſe di
uiſerunt bona teſtatoris, & amplius in communione non
habitant, quo caſu extra domum alimenta peti poſſunt,
vt in indiuiduo decidit dominus meus Ruy in conſil. 80.
vol. 2. & ſeq. quibus dum teſtator dixit, quod alimẽta præ
ſtarentur in domo, intellexit de habitatione, l. lex Corne
lia, §. domum, ff. de iniur. & quidem hæredum ſuorum
quoniam hoc eſt factum gratia eorum, vt ſcilicet cum mi-
nori impenſa & diſpendio præſtent alimenta, ſecundum
Bar. in d. §. Imperator, & in l. j. C. de le. Nam habitatio hę
redum dicitur etiam habitatio teſtatoris, quamuis etiam
15 ipſe viuens alibi habitauerit, † ſicut quodlibet factum
hæredis dicitur factum defuncti, l. ſi ſeruus, in princ. ff. de
cond. furt. alias ſequeretur ſecundum eum, ꝙ ſi hæredes
non habitarent in domo quæ fuit teſtatoris, quod in illa
eſſent præſtanda, vel extra domum hæredum, quod eſſet
abſurdum, & contra mentem teſtatoris, qui voluit hoc fa
uore hæredum, & habendo potius reſpectum ad eos, quã
ad ipſam domum materialiter ſumptam. Si ergo dicti hæ
redes veniunt ad diuiſionem, & ſic ſeparatim & diuiſim
habitant, per eos dicitur fieri quo minus poſſit in com-
munis habitatione legatarius capere alimenta, quia tunc
non poteſt cum vtroque habitare, ideo peti poſſunt ali-
menta extra domum d. §. Imperator, vbi Bart. vult, quod
quomodocunq; impediatur facto hæredis legatarius ali-

menta

menta in domo capere, quod illa poteſt extra domũ petere.
Nec habet obſtare ſi dicatur, quòd certo tempore po-
terit ſtare legatarius,& habitare cum vno, & alio tempo-
re cum alio,vt per Bar.in l.3.ff.de alim.& ciba.lega quia
reſpondet dominus meus Ruy.vbi ſupra,quòd Bar.ibi lo
quitur in terminis illius text. quando non dixit teſtator,
quòd alimenta præſtarentur in domo, ſed quando legata
ſimpliciter reliquit, ideo poteſt diuidi præſtatio per tem-
pora,ſed quando voluit,quod in domo præſtarentur,non
poteſt habere locum diuiſio prædicta: & ratio eſt, quia
perſona cuiuslibet hæredis non repræſentat in totũ per-
ſonam defuncti,ſed pro parte tantum,l.cum a matre, C.
de rei vend. habitatio enim cuiuslibet non poteſt dici ha-
bitatio teſtatoris,ſed pro parte tantum,ſicut pro parte re
preſẽtatur a quolibet hærede, & ideo habitatio & domus
cuiuslibet non poteſt dici ſimpliciter habitatio defuncti
16 ſed ſecundum quid, † ſicut appellatione cuiuslibet rei in
dubio tota res venit,& non pars,vt notat.in l.ſi in rem,in
princ.ff.de rei vendit,quando enim teſtator legat alimen
ta a pluribus hæredibus in domo ſua, perinde eſt ac ſi di-
xiſſet quod ab hæredibus in communione habitantibus
ſimul præſtarentur, quia aliter dici non poteſt in domo,
ideſt in habitatione teſtatoris præſtentur, & maxime
quando ſimul habitabant tempore mortis teſtatoris:quã-
do autem tunc diuiſim habitaſſent,fortè poſſet dici,quod
verba impropriarentur, & quod ſufficeret modo cũ vno,
modo cum alio, vel cum vno tantum habitare, prout iu-
dex decerneret. Quando autem a teſtatore expreſsè fuiſ-
ſet diſpoſitum, quod a dictis hæredibus præſtarentur ali-
menta in eorum habitatione ſimul, ſine dubio diuiſim &
in diuerſis locis ab eis præſtari non poſſent, ergo nec in
caſu de quo agitur, in quo hoc dixit teſtator implicitè.
17 † Vnde ex ſupra deductis clare patet quod dictus legata-
rius ex cauſis iuſtis & legitimis poteſt petere alimenta
ſibi legata extra domum ipſorum hæredum. Bene fateor
opus eſſe quod dictus Antonius probet dictas cauſas ſuprà
18 citatas,vt per Anch. in conſ.254.col.2. quoniam † iſta ne
gatiua,quæ eſt cauſa intentionis ipſius legatarii,vt inquit
Ancha.quia difficilis eſt probatio talis cauſę, quod caueat
legatarius,ne moueat iudicium,& ſuccumbat.& Ancha.
ſequitur Iaſ.in l.diuortio,in princ.col 3. ſol.matrimonio,
& in l.in illa,colum.5.ff.de verbor.obligat. & in l 1 C.de
lega.Pic.in d.§.Titia.quæſt.63.verſi.vnum nota.Idem di-
xit & Barb.nullam faciens mentionem de Ancha. in cõſ.
63.colum.9.volum.2.
19 Quo vero ad tertium articulum ideo, quod antequam
dentur huiuſmodi alimenta prius detrahi debet æs alie-
num,vt in l.vſufructu bonorum, ff.de vſufruct.leg. & A-
lex.in conſ.100.col.fi.vol.j.& Barba.in conſi.63.in tertio
articulo, volumine ſecundo.
20 Item † & legitima filiorum cum ea debeatur ſublato
omni grauamine,vt in terminis decidit Sali. in auth. hoc
locum in 7.colum.verſic.quæro modo, C.de ſecund.nup.
Barb.vbi ſupra in 2.articulo, Alex.conſ.29.col.j.vol.4.&
21 Ruy.conſi.5.vol.3 & de reſiduo † debent præſtari alimẽ-
ta ſecundum quantitatem fructuum, non autem quod ve
dideb ant prædia ſi fructus non ſufficiunt,vt inquit Barto.
in l.cum alimenta,ff.de alim.& cibar.leg. Alex. in citato
conſi.100.in 1.vol.col.fi.& Bal.in conſ.50.volum.2.vbi di-
cit, quod vbi de alimentis loquimur ad redditus haben-
dus eſt reſpectus l.ius alimentorum, ff. vbi pupil. educa.
deb.Barb. vbi ſupra col.3.facit text.in l. Imperator, ff.ad
Trebellia.vbi Ang.dicit in q.facti ita conſuluiſſe cum ger
mano ſuo.Pract.Pap.vbi ſupra, Bart.in l.qui bonis, ff. de
22 ceſſio.bonor.Gozad.in conſ.95.col.2. † & ipſa præſtatio
alimentorum danda erit per menſes reſpectu eorũ, quæ
recipiunt menſtruam ſolutionem,vt vinum,frumentum,
23 & ligna: † reſpectu vero eorum quæ non poſſunt diuidi
per menſem vt veſtimenta,& ſimilia, tunc danda erunt,
cum egebit alimentarius, quia nimis grauerentur hære-
des ſi omni menſe haberent facere veſtimenta. Ita dixit
Bart.in l.pecuniæ,ff.de alim. & ciba. lega.vbi etiam dixit
24 lectum eſſe dandum ſingulo anno:† reſpectu vero earum
rerum, quæ ſi pro toto tempore præſtarentur, in ſua ſpe-
cie corrumperentur vt carnes,ſpices,& ſimilia, & in his
debetur æſtimatio,ſeu pecunia pro eis,l.mella, §.quædã,
ff.de alim.& cib.leg.ita Pract.Pap. vbi ſupra, & Socin. in
conſi 10.col 4.& in conſ.11.col.fi.Et ſic concludendo bre-
uiter dico Antonium legatarium conſequi debere alimẽ-
ta ab hæredibus & filiis q.D.Ioannis Baptiſtæ de Moran-
dis,modo & ordine præmiſſis. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus,capax eſt ſucceſſioni feudalis,quod declara vt nu.23.& 24.*

2 *Inueſtitura prima ſemper attenditur.*

3 *Fœmina ſuccedit in feudo emptitio, quod intellige, vt numero 32.& 33.*

4 *Item & clericus.*

5 *Fœmina & clericus licet in feudo regulariter non ſuccedant, illud procedit in feudo recto & proprio & in non conceſſo ſub prætextu pecuniæ, ſed amore domini.*

6 *Feuda recta conceduntur ex gratia & non per pecuniam.*

7 *Fœmina ſuccedit in feudo conditionato, quod datur ad certum ſeruitium.*

8 *Feudum vt ſit proprium potiſſimum illud requiritur, vt ſit liberum.*

9 *Feudum quando eſt conditionatum in eo ita, ſuccedit fœmina ſicut maſculus & eodem tempore, licet inueſtitura ſit facta pro maſculis & fœminis.*

10 *Fœmina ſuccedit in feudum, pro quo nullum ſeruitium præſtatur ſecundum communem.*

11 *Similiter & in feudo pro quo ſoluitur annus cenſus.*

12 *Vaſallus feudi cenſualis non tenetur ad præſtationem iuramenti fidelitatis.*

13 *Clericus in feudo improprio, etiam ſi ſit in ſacris ordinibus ſuccedere poteſt.*

14 *Feudum mercenarium vel cenſuale non expirat per ſacros ordines, nec per monachationem, ſed tranſit ad monaſterium, cum onere ſuo.*

15 *Clericus poteſt ſuccedere in feudo vbi non eſt electa induſtria perſonæ, prout eſt in feudo hæreditario, quod tamen intellige, vt num.34.*

16 *Induſtria perſonę nunquam cenſetur electa, vbi ſit mentio de hærede.*

17 *Induſtrialia non tranſeunt ad hęredes.*

18 *Fœmina non ſuccedit in feudum pro quo nullum pręſtatur ſeruitium ſi tenetur ex vi inueſtituræ pręſtare iuramentum fidelitatis, licet nonnulli teneant contrarium & num.35.36.37.& 38.*

19 *Clericus qui efficitur, aut qui aſſumit votum religionis feudum amittit.*

20 *Beneficium pertinere non debet ad eum qui non debet gerere officium.*

21 *Clericus & fęmina in ſucceſſione feudi a pari procedunt.*

22 *Clericus ſi feudum retinere non poteſt, multo magis ad feudum non admittitur.*

25 *Feudum conceſſum ex gratia dicitur quando tam concedens, quàm recipiens dicunt illud eſſe gratiam.*

26 *Feudum conceſſum ex gratia & pecunia, ſi gratia pręponderat pecuniæ ſoluta dicitur gratia.*

27 *Valor rei attenditur,qui erat tempore conceſſionis.*

28 *Poſſeſſio denominatur a iure, quando habet plurimum iuris ſicut è contra à facto, quando habet plurimum facti.*

29 *Gratia quando conceditur recepta pecunia, ſi gratia pręponderat, non deſinit eſſe gratia,& num.30.*

31 *Res & pecunia ſi detur ab vna parte, & ab alia res, ſi principaliter agitur quòd ſit venditio, erit venditio: ſi verò quòd ſit permutatio,erit & permutatio.*

39 *Milites Hieroſolymitani non poſſet ſuccedere in feudis.*

40 *Feudum conceſſum pro ſe & hęredibus dicitur hæreditartum.*

41 *Inſtitutus in re certa admittitur in feudo hęreditario conceſſo pro ſe, & hęredibus, & fortius ſi dicatur pro hęredibus & ſucceſſoribus,& nu.42.ſed contra nu.46 48.et 50.*

43 *Feudum hęreditarium licet detur ei, qui ſit hęres, tamen id procedit quando ſuccedere volenti fuit delata hęreditas, alias ſecus,ſed contra num.52.*

44 *Feudum hęreditarium conceſſum pro ſe,hęredibus, et ſucceſſoribus non datur niſi ei, qui ſit hęres primi inueſtiti vel vltimi de cuius portione tractatur.*

45 *Nec ſufficit quòd ſit hęres ſanguinis, ſed etiam et hęreditatis,ſecundum communem.*

47 *Hęredis ubi ſit mentio in aliqua conceſſione,intelligitur in potentiori ſignificatu.*

49 *Remedium l fi.C.de edic diui Adr.tol.non competit inſtitutis in re certa.*

51 *Emphytheoſim accipiens pro ſe, hæredibus, et ſucceſſoribus intelligitur de hæredibus uniuerſalibus de iure ciuili, et ſucceſſoribus uniuerſalibus,qui ſuccedunt de iure pręrtorio,et ideo recipiens dictum emphytheoſim non poterit illã transferre in ſingularem ſucceſſorem,niſi ſeruata ſolemnitate, l.fi.C.de iure emphytheo.*

53 *Filius exhęredatus mala mente,nõ ſuccedit in feudo hæreditario.*

CON-

## CONSILIVM XXIII.

VISIS iuribus ad me tranſmiſſis, tria eliciuntur dubia, de quibus diſputari contingit. Quorum primum eſt, an dominus Ludouicus Fontana clericus poſſit ſuccedere in feudis. Secundum, an ſimiliter Reuerendus dominus Franciſcus eius frater miles Hieroſolymitanus ſit capax bonorum feudalium. Tertium & vltimum eſt, poſito quòd ſint capaces, an in hoc feudo de quo agitur, quod eſt hæreditarium, ſuccedere poſſint.

1 Deueniendo igitur ad primum dubium † prima facie
dicendum videretur prædictum dominum Ludouicum
clericum primæ tonſuræ, & qui non habet niſi quatuor
ordines minores, fore capacem bonorum feudalium, ſe-
cundum Bald & Doctor. communiter in c. qui clericus, ſi
de feu. fue. contro. inter dom. & agn. & in c. poſt glo. verſ.
quærit hic glo. de benef. fem. Præpo. in ca. 1. §. & quia qui
feu. dar. poſſ. & Bru. in conſ. 38. col. 3.
Secundo facit, nam feudum Languliæ, de quo ad præ-
2 ſens agitur, fuit & eſt emptitium, † vt legitur ex prima
inueſtitura, quæ ſemper attenditur, vt per Card. in conſi.
92. in princip. per tex. in c. j. de vaſallo decrepitæ ætatis.
Bald. in conſil. 81. volum. 1. Afflic. decif. 165. Dec. in conſi.
163. col. 2. Curt. iun. in conſil. 108. col. 5. Bru. in conſ. 1. col.
3 ſi & Pariſ. in conſ. 2. nu. 24. vol. 1. † in quo quidem feudo
ſicut ſuccedit fœmina, vt voluit Odofr. in ſumma rub. qui
poſſ. ſucced. feud. quem ſequitur Bald. in cap. 1. §. hoc au-
tem. circa finem, verſic. quæro qui feud. dar. poſſ. Roma.
In conſil. 367. Dec. in conſil. 139. col. 2. in conſil. 169. col. 2.
in fi. conſil. 390. colum. 4. & in conſil. 424. colum. 3. Iaſ. in
conſil. 63. colum. fin. volum. 1. & 78. colum. 3. volum. eo. &
4 152. colum. 2. volum. 2. † Pariter ſuccedere debet clericus
per tex. in cap. j. an mutus vel aliàs imperfectum feudum
retineat. in fin. vbi tex. æquiparat in ſucceſſione feudi cle-
5 ricum & fœminam. † Et ratio eſt, quia licet fœmina re-
gulariter non ſuccedat in feudo, & ſimiliter clericus il-
lud procedit in feudo recto & proprio, & in non conceſſo
ſub prætextu pecuniæ, ſed amore domini, cap. 1. §. in pri-
mis, quibus modis feud. amit. Brun. in conſil. 16. colum. 1.
6 † cum recta feuda ex gratia concedantur, & non per pe-
cuniam, ſecundum Innoc. in cap. 2. de feu. & Iaſ. in conſi.
57. colum. 3. volum. 1. & in conſil. 152. col. 2. vol. 2. & ideo
7 videmus, † quod fœmina etiam ſuccedit in feudo condi-
tionato, quod datur ad certum ſeruitium. Ita Bal. in c. 1.
§. quia etiam. in titulo epiſcopum vel abbatem. Dec. in
dicto conſi. 139. col. 2. & 424. col. 3. ac Pariſ. in conſi. 12. nu.
8 20. vol. 1. † quia tale feudum eſt improprium: vt enim ſit
proprium illud potiſſimum requiritur quòd ſit liberum.
9 & ideo dicit Pariſ. in allegato conſi. 12. † quòd quãdo feu
dum eſt conditionatum, ita ſuccedit fœmina ſicut & ma-
ſculus eodem tempore, licet inueſtitura ſit facta pro ma-
ſculis & fœminis. Quod etiam voluit idem Pariſ. in cõſ. 4.
10 nu. 17. vol. j. † Similiter videmus, quod etiam in feudo ſuc-
cedit tam fœmina pro quo nullum ſeruitium præſtatur
ſecundum Bal. in l. quoties, C. de ſuis & legit. hæred. Ro-
ma. conſ. 267. col. penult. Dec. conſ. 32. col. penult. conſil.
85 col 3. 208 col 1. 269 col. 2. in fin. 413. nu. 13. & 424. co-
lum. 3. Pariſ. conſ. 12. nu. 27. vol. 1. & in citato conſil. 4. nu-
11 9. vbi teſtatur hanc communem opinionem. † Item &
in feudo pro quo ſoluitur annus cenſus cum non ſit pro-
priè feudum: quia accedit magis ad naturã emphytheo-
ſis, quàm feudi, vt not. Bald. in l. liberi, colum. fin. verſicul.
12 item not. C. de oper. liber. † vbi dicit talem feudatarium
non teneri ad præſtationem iuramenti fidelitatis, idem
Bald. in titulo de pace Conſtat. in verbo libellarium, in
fine, Alex. in conſil. 136. colum. 2. volum. 1. Dec. in conſil.
169. col. 3. in princ. Iaſ in conſi. 63. col. 2. in fin. vol. j. & in
13 conſi. 78 col. 3 vol. eo. & Pariſ. in dicto conſi. 4. col. 3. † er-
go dicendum etiam venit, vt clericus in tali feudo im pro
prio ſuccedere poſſit, etiam ſi eſſet in ſacris ordinibus, vt
14 tradit Iaſ. in conſil. 117. col. 4. in fin. vol. 4. † vbi inquit quod
feudum mercenarium vel cenſuale non expirat per ſa-
cros ordines, nec per monachationem, ſed tranſit ad mo-
naſterium cum onere ſuo, ſecundum Bald in cap. quæ in
eccleſiarum, in 5. colum. de conſtitu. ſicut tranſit ad fœ-
minam & quemlibet alium, qui aliàs erat prohibitus ſuc
cedere in feudo proprio c. ſignificauit de reſcrip. & dicit
ibi Bald. ſe ita de facto reſpondiſſe in c. fin. columna j. de
cauſ. poſ. & propriæ Idem voluerunt Iacob. de Beluiſ.
Bald. & Aluar. in cap. j. §. cum etiam in titulo epiſcopum
vel Abbatem.
15 Tertiò accedit, † nam vbi non eſt electa induſtria per-
ſonæ, clericus poteſt ſuccedere in feudo. Ita Cal. in conſi.
2 in tit. de feu. quem ſequitur Iaſ. in citato conſi. 117. col.
4. ſed in feudo quod eſt conceſſum pro ſe, hæredibus, vel
ſucceſſoribus non cenſetur electa induſtria perſonæ, quia
qualis conditionis debeat eſſe futurus hæres, ignoratur
a domino, vt not. dixit Cy. in l. quiſquis, C. de epiſcop. &
16 clerico. tradens notabile verbum, quod in † quacunque
conceſſione, vbi ſit mentio de hærede ibi nunquam cenſe
tur electa induſtria perſonæ, & Bald. ibi circa principium
17 refert & dicit, quod credit illud eſſe verum, † quia indu-
ſtrialia non tranſeunt ad hæredes, l. cuius bonis, vbi gloſ.
not. ff. de cura. furio. Anch. in c. ſi a ſubdelegato de off. de
leg. in ſexto. Fel. in ca. in præſentia, nu. 46. de proba. Barb.
in tract. de præſtan. Card par. prima, quæſt. 5. Iaſon. in di-
cto. conſil. 117. col. 4. Bru. in conſil. 16. col. j. cum ergo non
cenſeatur electa induſtria perſonæ, ideo ſequitur quod
clericus poteſt admitti in feudo, & ſeruire per ſubſtitutũ
vt in deciſionibus ſupra relatis. Non obſtat, quod in inue
ſtituris tam antiquis quam modernus ſit iuramentum fi-
delitatis, quod per clericum exhiberi non poteſt, cum cõ-
tineat ſeruitium perſonale c. 1. de form. fidel. & in cap. 1.
de noua form. fidel. Facit quod voluit Alex. in conſ. 30. co-
18 lum. 6. vol. j. † Vbi in feud. pro quo nullum præſtatur ſer-
uitium, fœmina non admittitur propter iuramentum fi-
delitatis, quia reſpondetur quod contrarium tenet Soci.
in conſi. 257. col. 2. & Pariſ. in conſil. 4. nu. 21. 12. colum. 5.
16. col. j 21. col. 3. 22. col. 6. & 23. col. 4 vol. j. vbi dicunt, quod
iuramentum fidelitatis concernit ea quæ ſolent exigi a
domino directo, non autem quæ ſolita ſunt non exigi a
domino, quamuis contineantur in ca. 1. de form. fidel. cũ
ſimilibus, quia cenſetur remiſſa, & inquit Pariſ. In allega
to conſ. 16. col. 1. quod ex quo diſpenſatum fuit, quod fœ-
mina ſuccedat in feudis conditionatis, & pro quo nullũ
ſeruitium præſtatur, etiam diſpenſatum dicitur, vt ipſa
poſſit per ſubſtitutum ſeruire, vt per Alex. in conſi. 10. co-
lum. 3. vol. 5. Item ſubdit plures eſſe caſus, in quibus fœ-
minæ ſuccedunt, eſto quod feudum requirat iuramentũ.
Vnde ſi iuramentum eas excluderet, nullo caſu poſſet
ſuccedere, quod minimè dicendum eſt, cum videamus,
quod illo non obſtante admittantur: ergo idem dicen-
dum eſt in clericis cum ſubſiſtat eadem ratio, ergo idem
ius. l. illud ff. ad legem Aquiliam.
Quibus tamen non obſtantibus contrarium eſt de iure
verius, quod imò in caſu de quo agitur, non poteſt ſucce-
dere D. Ludouicus clericus in dicto feudo Languliæ, per
text. in cap. qui clericus, ſi de feu. fue. contr. inter dom. &
19 agn. † vbi, qui clericus efficitur, aut votum religionis aſ-
ſumit, feudum amittit. Et ratio eſt ſecundum gl. ibi, quia
ex quo incæpit eſſe miles Dei, deſinit eſſe miles ſeculi.
20 † Item quia non debet beneficium ad eũ pertinere, qui
non debet gerere officium c. j. de eo, qui arm. bel. depoſ.
Ad idem eſt text. in ca. j. an mutus, vel alias imperfectus.
21 † Vbi clericus non poteſt feudum gloſſ. quia ſeruire non
poſſunt.
Nec obſtat, quod illa iure dicunt, quòd clericus non
poteſt feudum retinere: non autem, quòd non poſſit ca-
pax ſucceſſionis feudalis: quoniam facilis eſt reſponſio,
22 † quia ſi feudum perdit & retinere non poteſt, multo ma
gis debet impediri acquiſitio, argumento, l. patre furio-
ſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & in ſpecie de hoc eſt
text. in cap. j. de feud. fœminæ. vbi clericus nullo modo
poteſt ſuccedere in feudo paterno, etiam ſi poſt hunc ha-
bitum poteſt poſuerit religionis. Idem ſubdit tex. in om-
nibus, qui habitum religionis aſſumunt vt conuerſi, hi
enim in feudo non ſuccedunt, & ſi quod habent perdũt:
quia dicit gloſ. quod nemo militans Deo debet ſe impli-
care in negotiis ſecularibus. Hanc etiam partem tenuit
Iacob. Ardizo. in ſumma in 2. par. in verſic. Item amittit
ſi clericus. & Io. Blanc. in ſua ſum. in tit. quib. mod. feud.
amitt. col. 38. verſ. item nunquid. & Afflict. in deciſ. 320.
col. 2. & in conſt. regni. in conſtitutione errores, col. 2.
Non obſtant modò quæ in contrarium adducta fue-
runt, & in primis, quod communis opinio ſit, quod cleri-
cus primæ tonſuræ, & qui habet quatuor ordines mino-
23 res poteſt ſuccedere in feudo, † quia reſpondetur, quod
illa limitatur non procedere in clerico beneficiato, vel
qui impetrauit beneficium eccleſiaſticum, licet non ob-
tinuerit. Ita in ſpecie decidit Bal. in d. c. qui clericus. vbi
inquit,

inquit,quòd ſi clericus habet ſacros ordines, amitit feudum, ſi verò non habet, & tunc refert aut obtinet beneficium eccleſiaſticum, & idem argumento. Clem. graue. de reſcrip. Idem.ſi impetrauit, licet non obtinuerit, ar-
24 gumento.l.fi.C.de diuor.† Si autem non habet, nec impetrauit,non perdit feudum,etiam ſi ſit intitulatus ad titulum ſui patrimonij, quia non eſt miles Dei, licet fecerit præparatoria.Idem vult Brun.in conſ.16.licet per alias rationes in caſu conſuluerit contrarium.

Non obſtat ſecundum argumen.quòd feudum ſit emptitium, & ſic improprium, in quo ſicut ſuccedit fœmina, debet etiam ſuccedere clericus, etiam habens ſacros
25 ordines, quia tribus modis reſpondetur. † Et primò, quod iſtud feudum principaliter non dicitur emptitium, ſed gratioſum, quia principaliter ex gratia conceſſum, vt legitur in prima conceſſione, vbi princeps in procemio ipſius conceſſionis illam gratiam appellat, ex quo colligitur intentio.Principis eam concedentis,qui gratiam cōcedere voluit.per tex.Bar. & alios in l.fi.ff.de hæred.inſtit. Et ita arguit Soci.in conſi.4.col.3 in princ.volum.4. Vlterius etiam recipiens appellat illam conceſſionem feudalem gratiam. Vnde cùm tam concedens,quàm recipiens dicant illam eſſe gratiam illa aſſertio habet ob eſſe volentibus ſuccedere in dicto feudo, vt in ſimili concludit Alex.in coſ.70.col.j.vol.7.

Nec obbſtat,quod per primum acquirētem ſoluta fuit quantitatis mille quingentiorum ſcutorum domino con-
26 cedenti,quia reſpondetur,† quod ipſa quantitatis ſoluta non præponderat gratiæ Principis, cùm huiuſmodi feudum ſit communis æſtimationis quinque millium ſcutorum,prout abſolutè ponitur in themate,quòd ita valebat
27 tempore conceſſionis, † quod tempus attendi debet, iuxta not.per Doct.in l.2.C.de reſcin. vend. quo caſu ſuccedit quòd voluit Bal.in prælud.feu.col.4.verſicu.pro intellectu horum.Vbi quærit, an feudum dicatur gratia:& concludit, quod ſi comparentur in inuicem conceſſio feudi, & recompenſatio beneficiorum, ſi præponderat dum rectè appellantur beneficium, argumento l. Titius. ff.de
28 obſeq. † ſic & poſſeſſio denominatur à iure, quæ habet plurimum iuris, & è contrario a facto quando habet plurimum facti.l. j. de acquiren. poſſeſ. ſit enim denominatio ab eo quod plurimum poteſt.l. quæritur. ff. de ſta. ho-
29 minum. Et ſic.Bal.determinat, † quòd quando conceditur gratia precepta ecunia, ſi gratia præponderat, non deſinit eſſe gratia. & Bal.ſequitur Soc.in citato conſil.4.
30 col.2.vbi ex hoc dicto conſuluit, † quòd ſi Princeps concedit ſubditis aliquod priuilegium, in quo interueniat pecunia, licet non poſſit illud reuocare etiam de plenitudine poteſtatis, quia dicitur venditio.iuxta not.p Bal. in l. qui ſe patris.col.10. verſ.& ſcias.C.vnd.lib.tamen ſi præponderat gratia, ſeu conceſſio priuilegij pecuniæ receptæ poterit per principem reuocari cum clauſula de plenitudinæ poteſtatis. Et cum Bal.etiam per tranſit idē Soc.in conſ. 22. col.2.volu. 4. Accedit etiam quod tradit Alex.in allegato conſ.7.in princ.vol.7.vbi conſuluit,quod ſi communitas Vulterana fecit alicui conceſſionem fodendi mineras, recepta pecunia, & recepto aliquo fictu ſingulis annis,& erat ſtatutum in ciuitate, quod non poſſit fieri gratia alicui, niſi interueniēte certo numero cōſiliariorum, quòd talis conceſſio non valuit, quia ea præponderat pecuniæ ſolutæ & ſoluendæ ſingulis annis, & ſic dicebatur gratiæ. Et Alex.ſequitur Soc.in citato conſ. 4 col.2.in fi.licet non faciat mentionem in quo vulmine impreſſum reperiatur, & in eo caſu conſuluit Barba. in conſ. 56.volu.2.Corroboratur hæc ſententia ex his quæ voluit Bar.in l.j.col.fi.ver.quæro, extra glo.ff.de rer.per-
31 mutat. quem omnes ſequuntur ſecundum Iaſ.ibi † vbi quærit quid ſi ex vna parte detur res & pecunia,& ex alia res tantum, vt tota die euenit, exemplum, de librum meum pro tuo,& addo tibi decem,an erit emptio vel per mutatio? Et concludit, quòd attendi debet quod principaliter agitur, aut enim principaliter venditur pro certo precio hoc acto vt detur alia res, & erit venditio, l.tenetur.§.1.de act.empt. aut agitur, quòd permutatur res cum re, hoc acto quod ſuperraddatur certo quantitas, & erit permutatio, argumento l.item ſi.§.j.ff loca.& in ca. ad queſtiones. ex eo. Et ſententiam.Bar. amplectitur etiā Iaſ.in prælud. feud. col 4 ver.an autem feudum.& Barb. in allegato conſ. 56.col.7. verſ.& procedunt iſta. Sed in caſu de quo agitur,principaliter actum fuit,quòd ſit conceſſio,vt ſupra dictum fuit, ergo gratia erit, & ſic rectum feudum in quo fœmina non ſuccedit.c.j.§.filia de ſucceſ feu.c.j.§. quoque.qui feu.dar.poſſ.Soc.conſ.257.in prin. Dec.in conſ.85.col.2.Cur. Iun. in conſ 20.col.2. Goza in conſ.8. col.2 Pariſ.con.4.col.2.& in conſ. 12.col.2.vol.j. & in conſ 72. col.2.volu.4. ergo nec clericus. per tex.in d.c.j.an mutus vel alias imperfectus.

32 Secundò reſpondetur, † quòd etiam poſito,quòd eſſet feudum emptitium, tamen non eſt tuta ſententia eorum qui tenet in dicto feudo ſuccedere fœminas, vt p Iſern. in ca.j.§ hoc autem. & Præpoſ.in d c.j.§.8 quia qui feudare poſſ.& per Socin.Iun in conſil.65.volum.j.num.16. & quam magis cōem eſſe atteſtatur Bru.in cōſ.18.col.3.

33 Tertiò etiam reſpondetur, † quod dicta opinio poſſet procedere quando eſſemus in mero feudo emptitio, & empto ſimpliciter integro pretio, & non eſſet præſtandū aliquod ſeruitium vltra pretium, vt voluit Bal.in d.c.j.§. & quia, vbi dicit, quòd ad hoc vt fœmina in feudo emptitio ſuccedere poſſit, duo requiruntur. Primò, quòd integro pretio feudum emptum fuerit. Secundò, quod nullū ſeruitium ſit præſtandum. Ita etiam tradit Curt.Sen.in conſ.5. col.2.Bru conſ.18. col.3. Pariſ.in conſ. 16. nu.10. vol.4. & Soc.Iun.in conſ 65. nu.16. vol.j. Sed in terminis noſtris, vt ſuprà dictum fuit, ad alium propoſitum feudum iſtud quod eſt communis æſtimationis ſcutorum quinque millium attento etiam tempore conceſſionis, fuit datum pro ſcutis mille quinque centum, ergo non venditum iuſto pretio, & ſic in eo non debent ſuccedere fœminę,nec etiam clericus.

Non obſtat etiam tertij argumentum, quòd vbi non eſt electa induſtria perſonæ prout quando feudum eſt conceſſum pro ſe & hæredibus,ſuccedit clericus,qui po-
34 terit deſeruire per ſubſtitutum: † quia reſpondetur quod præmiſſa ſententia poteſt ſibi locum vendicare, vbi pars ex pacto non arctatur ab præſtationem & obſeruationem eorum, quæ continetur in capitulis nouæ & veteris formæ fidelitatis, alias ſecus, ſi virtute conceſſionis & pacti ad illorum obſeruationem tam primus acquirens,quàm hæredes tenerentur, put in caſu præſenti, in quo primus acquirens promiſit principi, quod ipſe, & eius hæredes prædicta omnia obſeruabunt, & cum iuramento, quo caſu ſtandum eſt pacto,l.j.ff.de pact.

35 Similiter † reſpondetur ad id quod dictum fuit de iuramento fidelitatis, quod imò etiam in feudo emptitio ratione iuramenti fidelitatis præſtandi ſicut fœmina non admittitur,ita nec clericus, vt per Alex.in conſ.30.col.5. vol.j.& in conſ.2.col.pen.ver.ad tertium,vol 2.& in conſilio 5.col.3.vol eo.quia cum præſtitum fuerit iuramentum fideltatis (vt ſupra dictum fuit) de cuius natura eſt, quod vaſallus teneatur iurare ſe facturum, quod ſit incolume, tutum,honeſtum,& vtile, & rem quam caſu fortuito vel inuito amittere dñs, eam ipſe recuperabit, & alia faciet quæ ſunt de forma talis iuramēti, vt in d.c.j.de noua for. fidel.& in c j.de vet.for.fidel.patet quod promiſſum eſt ſeruitium determinatū, ſecundum quod eſt de natura feudi qd nec p fœminas,nec per clericum exhiberi poteſt,& Alex ſequitur Dec.in conſ.139.col.pen.in fi.& in conſil.163. col.4.in princip.Idem tenuit Curt ſen. in conſ.50. col.2. ver.& iſto caſu, Gozad.conſ.8 conſ 6.circa medium Pa-
36 riſ.in conſ. 16.num.10.vol.4. Afflic.deciſ.320.col.3.† vbi inquit, quod ſi feudum de ſui natura præſtat fidelitatis iuramentum,ſub quo continentus illa ſex, ſed quibus in c.j. de no.for.fidel.quæ omnia non poſſunt per monaſteriū explicari, quod ex pſona monachi in huiuſmodi feudo ſuccedere non poterit monaſteriū, cùm contineat iuramentum fidelitatis, & ſeruitium perſonale, quod per ipſum monaſterium prædari non poteſt. Et ita fuiſſe notatum in ſacro conſilio,teſtatur ibi Afflict. Idem voluit ipſe Afflict.in conſtit regni,in conſtitutione,errores, col.2 ver. ſed hoc vbi inquit, quod licet quando feudum præſtat ſeruitium reale, clericus ſit capax ſucceſſionis feudalis, tamē. fallit ſi feudum de ſui natura debet pręſtare fidelitatem, ergo & idem quando ex pacto

37 Non obſtant not. per Soc. in d conſ.257. † quia pluribmodis reſpondetur. Et primò quòd Soc.non loquitur in feudo recto in quo fœminæ non ſuccedunt, & ideo cùm nos ſimus in feudo recto, in quo iuramentum fidelitatis pręſtatur,ſecundū formam de qua ſupra ſicut fęmina nō ſuccedit, ita nec clericus beneficiatus, vt in caſu noſtro.

38 Secundò in caſu Soc.† non fuerat præſtitum iuramentum ſecundum formam dicti capituli ptimi. Sed tantum fuerunt expreſſa aliqua ſeruitia,quæ ita poterant præſta-

ri per fœminam ſicut per maſculum, per quæ ſeruitia ita
expreſſa, alia capitula quæ per fœminam præſtari non poſ
ſunt remiſſa videntur: quia incluſio aliquorum, eſt excluſio aliorum l. cùm prætor, ff. de iud. Sed in caſu noſtro nō
ſunt aliqua ſeruitia expreſſa, ſed ſemper præſtitum fuit
iuramentum tam per primum acquirentem, quàm ꝑ ſucceſſores ad formam dicti capituli primi. Ergo ex his concludendum videtur in hoc primo capite Dominum Ludouicum beneficiatum incapacem fore huiuſmodi feudi Languliæ, & in eo ſuccedere non poſſe.

Venio ad ſecundum dubium, in quo non puto multum
inſiſtendū eſſe, & dico, ꝙ licet Bal. in c. j. de mil. vaſal. qui
39 arm. bel. depo. dicat, † ꝙ milites gaudētes nō perdat feudum, cùm ēt ſtatum non perdant, & propter honeſtatem
ſeruiant per ſubſtitutum, l. nullus, l. neminem, C. de Decur. lib. 10. & quia in eis honor actus eſt, ſed cauſa iuris
mutata non eſt, l. falſa, §. j. ff. de cond. & demonſt. tñ conſulendo idem Bal. tenuit contrarium in conſil. 170. col. 1.
vol. 2. vbi inquit de rigore iuris feudalis, huiuſmodi milites non eſſe capaces feudo, & Bal. ſententiam amplectitur, Barb. in rub. de feud. col. 4. & in tract. de præſtan. Cardi. par. j. q. 5. col. 4. & Bru. in conſ. 17. vbi inquit hanc partem de ſtricto iure veriorem, ꝙ quæ ſententia ſequenda
venit, cum etiam ſatis comprobata videatur, ex iuribus
rationibus. & alijs de quibus in præcedenti dubio.

Deſcendo nunc ad tertium, in quo quæritur, poſito, ꝙ
dicti D. Ludouicus & Franciſcus eſſent capaces bonorū
feudaliū, & in eis ſuccedere poſſent, an admitti debeant
40 in prædicto feudo Languliæ, † quòd eſt hæreditarium,
quia conceſſum pro ſe & hæredibus, vt per Iſern. in c. j. §.
quoque de ſucceſ. feud. Alex. conſ. 10. col. 4. vol. 3. vbi atteſtatur hanc eſſe magis communem doctorum ſententiam. Pariſ. conſ. j. col. 2. conſ. 2. colum. 4. conſ. 16. col. 2. &
106. col. 3. vol j. & domi. meus Rui. in conſi. 69. nu. 15. volum. 3. & in conſil. 2. col. 2. vol. 4. Et prima facie videretur
41 dicendum, quòd ſic, † quia in feudo etiam hæreditario
ſuccedit hæres inſtitutus in re certa. Ita Bal. in c. j. col. 5.
de ſucceſ. feu. Præpoſ. in c. j. an agn. vel fi. Bald. in l. iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. & in conſi. 60. incip. D.
amate. vbi loquitur in emphyteoſi. quem ſequitur Imol.
l. ex pacto. la grande. ff. de hæred. Inſtit. Alexan. in conſi.
128. col. fi. vol. j. & in conſ. 8. col. j. vol. 3. Calca. conſi. 78.
nu. 20. Dec. in conſi. 78. col. 2. & in conſ. 208. col. fi. Gozad.
conſ. 26. nu. 26. conſ. 86. nu. 23. in fi. & do. meus Rui. in cōſil. 186. circa finem vol. j.

42 Secundo facit, † nam in caſu de quo agitur feudū non
ſolùm fuit conceſſum pro ſe & hæredibus, ſed etiam pro
ſucceſſoribus, & ideo poſito, quod verbum hæredibus,
deberet intelligi de vniuerſalibus vt per Doct. in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. tamen verbum ſucceſſoribus debet intelligi de particularibus ſucceſſoribus. Ita Alex. in
conſ. 192. col. 2. vol. 2. per tex. in l. fluminum. §. adijcitur.
ff. de dam. infec. ne tale verbum ſuperfluum eſſet contra
l. ſi quando. ff. de leg. j. Idem voluit Dec. in conſil 171. col.
pen. & in conſil. 285. col pen. in fi. Rip. in l. quæſitum. §. ſi
quis. col. 2. ff. de priuil. cred. in l. ex facto. ff. ſi quis. num. 15.
43 ff. ad Treb. † imò plus dicitur, quòd etiam ſi non eſſent
hæredes in re certa. ſed in nihilo, vt quia ſibi dilata non
eſſet hæraditas, poſſunt ſuccedere in tali feudo: quoniā
illa communis concluſio, quæ habet quod ſuccedere volens in feudo hęreditario, debet eſſe hæres procedit quan
do eſſet alicui delata hæreditas: quia tunc feudum non
poteſt ſeparari ab hæreditate, ſecus quando hæreditas
non eſſet delata, quia tunc abſque hæreditate feudū conſequi poterit, vt per Dec. in conſil. 208. in fin. Curt. Iun.
in conſil. 138 colum. fin. & dominum meum Ruin. in con
ſil. 17. colum. fi. vol. j.

Quibus tamen non obſtantibus, contraria ſententiam
eſt de iure verior, quoniam clariſſima eſt Doct. ſententia
44 † quòd in feudo hæreditario conceſſo pro ſe hæredibus
& ſucceſſoribus, vt quis admittatur ad illius ſucceſſionem omnino requiritur, quòd ſit hæres primi inueſtiti,
vel vltimi defuncti, de cuius perſona tractatur. Ita Alex.
& alij. in l. quòd dicitur. ff. de verbor. oblig. & hanc eſſe
communem opinionem firmat Alex. in conſi. 10. colu. 3.
vol. 3. quem ſequitur. Pariſ. in conſi. 2. nu. 28. conſi. 4. num.
38. conſi. 23. nu. 177. volu. j. & in conſi. 65. nu. 35. volu. 2. Et
45 hoc adeò verum eſt, † vt non ſufficiat, quòd quis ſit hæres ſanguinis ſed etiam hæreditatis, quia vtrunque requi
ritur ſecùndum Iacob. de Beluiſ. & alios in cap. j §. hoc
quoque. de ſucceſ. feu. Alex. in citato conſ. 10. col. penul,
& in conſil. 19 col. 4. vol. 5. vbi atteſtatur hanc eſſe communem Bru. in conſi. j. col. 8. & Pariſ. in conſi. j. col. j. & in
conſ. 21. nu. 17. vol. j. & in tantum procedit hæc ſenten-
46 tia, † quòd non ſufficit, quòd quis ſit hæres particularis,
ſed vniuerſalis, immediatè primi parentis vel vltimi de-
47 functi, de cuius portione tractatur, ꝙ demōſtratur, † Nā
vbi ſit mentio de hærede, debet intelligi in potentiori
ſignificatu, vt in propria materia loquitur Bal. in l. liberti, libertæque. C. operis libertorum. & ſic de vniuerſali.
l. ſi diffenſor. ff. de interrog. actie. Bal. & Philip. de peruſ.
in c. ſi pater. de teſtam. in ſexto. & hoc patet ad oculos.
Nam hæreditas à qua nomen hæredis deſcendit, eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti. l. hæreditas. ff. de regu.
iur. Et ita in terminis notant Scribentes in d. §. nihil. Ange. in l. Gallus. in §. etiam. ff. de lib. & poſt. Cur. ſen. conſil. 72. col. 4. vbi poſt Imol. in d. l. quod dicitur. concludit
in huiuſmodi feudo hæreditario quem non poſſe ſuccedere, niſi ſit hæres vniuerſalis, ex quo non ſufficit, quòd
quis ſit de deſcendentibus, & quòd iungatur ſanguine,
ſed quod ſuccedat in vniuerſum ius primo acquirenti.
vel vltimo defuncto. de cuius portione tractatur. Idem
tenet Alex. in conſi. 19. col. 4. vol. 5. Pariſ. conſ. 20. nu. 28.
vol. 1. & conſ. 16. nu. 14. ac In conſ. 23. nu. 191. vol. eo. vbi
atteſtatur hanc eſſe magis communem opinionem: quod
etiam fortius demonſtrabitur ex infrà dicendis.

Non obſtat modò adducta in contrarium: quia ad pri-
48 mum reſpondetur, quòd communis † opinio eſt in contrarium, vt ſuprà dictum fuit, a qua tam in conſulendo,
quàm in iudicando non eſt recedendum, & Dec. in conſ.
208. in ſpecie reprobat Pariſ. in locis ſuprà citatis. Et
hoc etiam tenuit Rip. in reſponſo 26. in 2. par. col. 5. Et
pro confirmatione etiam facit, Nam nos videmus, quòd
edictum diui Adriani, de quo in l. fi. C. de edic. diui Adr.
49 tol. † quod datur hæredibus ſcriptis, habet locum in hæredibus vniuerſalibus, non autem inſtitutis in re certa,
cùm tunc habeantur niſi pro legatarij vt per omnes in d.
l. fi. Gozad. conſ. 20. nu. 30. & 21. nu. 12.

Ad ſecundum argumētum, quod veniat ſucceſſor partis, ꝑꝑ verbū ſucceſſoribus, poſitum poſt verbum hæredi-
50 bus, † reſpondetur, ēt qñ cumulatiuè, & in eadem oratione ſunt appoſita illa verba, quod requiritur quòd ſint
hæredes & ſucceſſores vniuerſales, & non particulares.
Quoniam quando dicitur de hæredibus, intelligitur de
vniuerſalibus, qui ſuccedunt de iure ciuil: & dum dicitur de ſucceſſoribus, intelligitur de ſucceſſoribus vniuerſalibus, qui ſuccedunt de iure prætorio, vt eſt glo. in
verbo cæterorum. in l. ſtipulatio iſta. in princ. ff. de verb.
oblig. & ita per hanc rationem voluit Imol. in l. quod di-
51 citur. ff. de verb. oblig. † Vbi dicit, quòd ſi quis accepit
rem in emphyteoſim pro ſe, hærepibus, & ſucceſſoribus,
vt ſupra. Et ita ſecundum cum recipiens dictam emphyteoſim, non poterit illam transferre in ſingularem ſucceſſorem, niſi ſeruata ſolennitate, l. fin. C. de iur. emph.
& Imol. ſequitur Alex. ſibi contrarius ibi in col. penult. &
in d. §. nihil. vbi etiam Iaſ. Idem Alex. in conſ. 10. colum. 3.
vol. 3. & in conſ. 83 col. j. vol. 7. Iaſ. in conſil. 89. col. 3. in fi.
cum ſequen. vol. 3. vbi reprehendit Alex. in d. conſil. 293.
& dicit ipſum malè loqui, & reſpondit ad dictum. §. adijcitur. in quo fundatur ipſe Alex. Hanc quoque partem ſequitur Socin. in conſ. 257. col. pen. in fi. Cur. Sen. in cōnſil.
74 col. 2. in conſil. 82. col. 5. & Cur. Iun. in conſi 4. col. fi. &
in conſi. 138. col. 5. verſ. cùm enim. & Pariſ. in conſil. 2. volum. j. vbi in caſu ſuo, feudum fuerat conceſſum pro ſe,
hæredibus, & ſucceſſoribus, in conſil. 16. col. 2. & conſ. 23.
nu. 189. & Afflict. in deciſ. 335. nu. 17. Rip. in citato reſponſo 25. colum. 5. nec verbum ſucceſſoribus, ſecundum eos,
poterit dici ſuperfluum, ſi intelligatur de ſucceſſoribus
vniuerſalibus, qui ſuccedunt de iure prætorio.

Pariter non obſtat vltimum fundamentum, † quòd in
52 feudo hæreditario etiam admittitur, cui non eſt delata
hæreditas, vt per Dec. in citato conſilio 208. in fin. quia re
ſpondetur, quòd contrarium tenuit Cur. Iun. in tract. ſuo
feu. in char. 8. col. j. verſic. 4. ſub hac ſpecie. & Alcia. conſil.
10. num. 54. inter conſilia ſtatus Montisferrati impreſſa,
vbi inquit, quòd Iaco de Beloiſ. & alij citati per Decius in
conſil. 208. in fin. loquuntur, quando in aliqua parte erat
inſtitutus filius, licet hæreditas vniuerſalis non fuiſſet
ei delata. Et Curt. ſequitur D. Nicol. Alipran. inter dicta
conſilia in conſ. 13. in ſecunda parte. nume. 90. & 123. vbi
dicit Dec. abberraſſe: quia vbi feudum eſt ſtipulatum pro
hæredibus, vel poſſunt eſſe hæredes, vel non, nunquam
quia

quia admittitur, aliás potius aperitur via domino, quam quis admittatur, niſi ſit hæres. Hoc idem tenuit Card. Simone. in conſ. ſuo, 39. nu. 25. in fi. Purpur. inter dicta conſilia, & Pariſ. in conſ. 2. num. 29. vol. 1. & in aliis conſiliis ſupra citatis. pro cuius ſententiæ corroboratione facit,

53 † Nam filius exhæredatus mala mente, nō ſuccedit in feudo hæreditario, vt per Iſern. in c. 1. in prin. de ſucceſ. feu. & Ang. in §. ſoluto. in auth. de nup. quos ſequitur Pariſ. in conſi. 1. col. 1. ergo ſequitur, quòd nō eſt vera opinio Dec. q intelligatur præmiſſa concluſio, quando non eſt delata hæreditas: quia attenta ſua ratione, exhæredatus mala mente, non excluderetur, quod tamen eſt falſum, vt ſuprà. Et ideo ex his, quæ abundè ſcripta ſunt concludo, qđ cum iſti fratres non ſint hæredes vniuerſales primi acquirentis: quia hoc per eos probatum non fuit, vt erat neceſſarium, ſecundum Pariſ. in conſi. 23. nu. 188. vol. 1. Nec hę redes vniuerſales vltimi defuncti, quod ipſi ſuccumbere debent, iuxta not. per Pariſ. vbi ſuprà, & repellendi tanquam quod ſint incapaces, & perſonæ tales, quibus obſtet exceptio, tua non inter eſt, oppoſita quæ debet repellere ipſos agentes a limine iudicii, vt per Bal. in l. Poſthumus, §. ſi quis ex his, ff de inoſ. teſt. & Felin. in c. ex parte de teſtibus. Laus Deo.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo immediatè deponentes de maleficio, faciunt iudicium ad torturam.*

2 *Imo vnus omni exceptione maior, & nu. 36. ac 37.*

3 *Indicium ad torturam facit, illud, quod in ciuilibus ſemiplena probatio.*

4 *Teſtes duo deponentes de remotis a maleficio, ſecundum communem ſufficiunt ad torturam.*

5 *Teſtes qui deponunt de re motis a maleficio, non debent eſſe omni exceptione maiores, & tali caſu admittuntur etiam infames: quod declara nu. 58. & 59.*

6 *Probatio per argumēta probabilia ſufficit in crimine aſſaſinagij.*

7 *Probationes in crimine aſſaſinagij propter eius enormitatem nō ita exacte requiruntur ſicut alias exigerentur, quia in eo poſſunt recipi teſtes lite non conteſtata parte abſente, & non citata.*

8 *Dictum mandatarij licet non faciat indicium ad torturam contra mandantem, tamen fallit in crimine aſſaſinagij.*

9 *Aſſaſinus poteſt renunciare ſuis defenſionibus & dilationibus, quia eſt hoſtis publicus & diffidatus à lege, & qui à quocunque poteſt offendi.*

10 *Iudex ſecularis etſi non poſſit procedere contra clericum, tamen fallit in delicto aſſaſinagij: quia ratione tanti ſceleris ipſo iure remanet ſpoliatus omni priuilegio clericali, & poſitus in poteſtate iudicis ſecularis.*

11 *Degradatio eſt ſpoliatio omnium priuilegiorum clericalium.*

12 *Raptum committens, & teſtibus conuictus ſicut poteſt pęna capitali puniri, ita & ea ratione torqueri.*

13 *Mulier ſecundum communem in criminalibus teſtis eſſe poteſt.*

14 *Mulier etſi in criminalibus non poſſet eſſe teſtis, tamen id locum non habet, vbi aliter veritas haberi non poſſit.*

15 *Laici, etſi regulariter non admittantur in teſtes contra clericum in cauſa criminali, procedit quoad plenam probationem, ſecus quoad indicium ad torturam.*

16 *Inquiſitio nulla redditur, quando formata fuit, nulla præcedente diffamatione, quæ eam præcedere debet*

17 *Statutum diſponens, quòd Poteſtas in criminalibus libere poſſit inquirere, tamen propter illud aduerbium non poterit inquirere nulla præcedente diffamatione.*

18 *Indicia quando præcedunt inquiſitionem, ea ſuccedunt loco diffamationis quod declara, vt nu. 88.*

19 *Indicia ſuper veritate ſunt fortiora, quam diffamatio.*

20 *Indicia non poſſunt eſſe ſuper veritate, quin in ipſis contineatur diffamatio rei, quando indicia ſunt propinqua, & non remota.*

21 *Inquiſitio vbi formatur ex puro & mero officio iudicis, & non ad poſtulationem alterius, non requiritur diffamatio. Sed contra ſecundum communem in nu. 90.*

22 *Rectores terrarum cauti eſſe debent vt cum formant inquiſitionem contra aliquem, ſemper dicant, hæc eſt quędam inquiſitio, quam facit & format talis Poteſtas ex puro & mero officio.*

23 *Probationes ad condemnandum in criminalibus ſicut eſſe debent luce meridiana clariores. Ita indicia in genere ſuo ad torturam debent eſſe clara, & talia quæ de iure ſubſiſtunt.*

24 *Indicia debent eſſe certa, veriſimilia, & probabiliter concludentia.*

25 *Iniuria illata teſti per inquiſitum ante eius inquiſitionem, in vulnerando teſtem, dicitur atrox.*

26 *Atrox iniuria parat inimicitiam grauiſſimam.*

27 *Inimicus repellitur a teſtimonio, ita quod eius dictum non facit indicium ad torturam.*

28 *Inimicus ſtatim ille efficitur, qui offendit aliquem in perſona.*

29 *Teſtis dicens ſe ab aliquo vulneratum, repellitur a teſtimonio tā quam inimicus capitalis & num. 85.*

30 *Inimicus capitalis etiam non admittitur in teſtem in criminibus exceptis, vti ſimoniæ.*

31 *Tempus depoſitionis in teſte attendi debet.*

32 *Inimicitia præſumitur etiam de præſenti durare, niſi probetur reconciliatio, cum ſubſit cauſa odij.*

33 *Iudex qui habet arbitrari ex quibus cauſis quis præſumatur inimicus, debet iudicare, quod ille qui fuit quondam inimicus, vel eſſe debuit, vel conſueuit, ſit inimicus de præſenti.*

34 *Teſtis reconciliatus in cauſa criminali, non dicitur idoneus teſtis.*

35 *Teſti inimico etiam non creditur in mortis articulo.*

37 *Iniurioſum verbum eſt dicere alicui, quod eſt latro.*

38 *Inimicitia capitalis oritur ex verbis iniurioſis.*

39 *Iniuria illata vxori, præſumitur illata viro.*

40 *Iniuria facta ſeruo cenſetur facta domino.*

41 *Iniuria illata fratri quæ intelligitur facta alteri fratri operatur, quòd ille repellitur à ferendo teſtimonio contra illum, qui intulit iniuriam fratri.*

42 *Teſtis eſſe non poteſt filius carcerati contra carcerantem.*

43 *Iniuria facta patri, dicitur facta filio, & è contra.*

44 *Inimicus vt quis eſſe cenſeatur, ſufficit, quòd ſubſit cauſa inimicitiæ vel præſumptiua, licet ſit ſine mentis odio.*

45 *Maritus & vxor ſunt vnum corpus, & vna anima.*

46 *Inimicitia etiam ſuperueniens facto illius contra quem producitur, repellit ipſum teſtem.*

47 *Iudex ſuſpectus poteſt reuocari, nō attento quòd cauſa ſuſpicionis prouenerit ab ipſo, vel a parte, quæ allegat eum ſuſpectum.*

48 *Teſti deponenti negatiuam coarctatam loco & tempore, credi debet.*

49 *Teſtibus pluribus pro eo deponentibus magis ſciendum eſt.*

50 *Teſtes diuites alijs præferuntur.*

51 *Teſtibus ſenioribus magis creditur, quam iunioribus.*

52 *Teſtibus dignioribus magis ſtandum eſt.*

53 *Teſtes plures ſi ſunt pro vna parte, & ex alia pauciores, ſed digniores, ſtatur paucioribus, ſi alij eos non excedant magno numero.*

54 *Teſtimonium clerici ſeu ſacerdotis cęteris paribus prefertur teſtimonio laicorum.*

55 *Teſtibus veriſimiliora deponentibus magis credendum eſt.*

56 *Teſtes adhærentes præſumptioni naturæ, cenſentur veriſimiliora deponere, & preferuntur alijs teſtibus.*

60 *Infames, & viles perſonæ, laici, non poſſunt teſtificari contra clericos.*

61 *Teſtes qui laborat aliquo defectu, licet ex toto non repellatur, tamen ſi contra eum plura laborant, in totum repellitur.*

62 *Reus quis non dicitur ex ſola accuſatione.*

63 *Mulieri in criminalibus non datur plena fides, & num. 83.*

64 *Vilis perſona etſi ſecundum communem ſine tortura admittatur in teſtem, tamen ei non adhibetur tanta fides, ſicut alijs.*

65 *Iuramentum vilium perſonarum nullum habet pondus, & quaſi pro nihilo reputatur, apud bonos & graues*

66 *Minor vigintiquinque annis in criminalibus, repellitur a teſtimonio.*

67 *Mulier, & minor, licet in criminalibus admittantur in teſtem, quando aliter veritas haberi non poteſt, id tamen procedit, quādo ſumus in caſu, in quo habitu & actu attentio communi curſu, alij teſtes haberi non poſſunt, alias ſecus.*

68 *Item etiam hoc procedit, quando conſtaret, quod aliæ probationes deficerent, quod onus probandi incumbit aſſerenti ſe non habere alias probationes.*

69 *Item & ipſis non creditur plenè, ſed quo ad qualem probationem.*

70 *Teſtibus plenè factum recitantibus magis credendum eſt.*

71 *Teſtimonium quatuor clericorum tantum ualet, quantum ſex laicorum.*

72 *Allegans turpitudinem ſui commodum & vtilitatem, non eſt audiendus.*

73 *Teſtis non eſt idoneus, qui ſua peccata non fuit confeſſus in illo anno propter mortale peccatum in quo exiſtebat.*

74 *Quod limita non procedere, quando de tali peccato ſecuta fuiſſet pœnitentia.*

75 *Idem etiam quando fuiſſet abſolutus.*

76 *Teſtis exiſtens in peccato mortali, ante ſententiam non repellitur a teſtimonio, nec de iure Canonico, niſi quis perſeuerauerit in peccato.*

77 *Teſtes presbyteri etſi non poſſint iurare in manibus iudicis laici ſine licentia ſua ſuperioris, tamen ſi præſtitum fuerit, valet, & tenet.*

*Clericus*

78 *Clericus quamuis petere debeat licentiam ab epiſcopo iurandi de calumnia coram iudice ſeculari, tamen ſi hoc non fecit, non redditur iudicium nullum.*
79 *Multa fieri prohibentur, quæ facta tamen tenent.*
80 *Licentia iurandi petenda ab epiſcopo, & de qua ſupra leuis eſt ſolemnitatis, cuius omiſsio non vitat actum.*
81 *Signum crucis omiſſum in inuentario non vitat illud.*
82 *Executores teſtamentorum licet eſſe non poſsint eccleſiaſtici ſine licentia ſui ſuperioris, tamen ſi executi fuerunt quod teſtator ordinauit geſta per eos parte non opponente, valent.*
84 *Meretrix in criminalibus repellitur in teſtificando.*
86 *Teſtis deponens de auditu auditus non probatur.*
87 *Teſtimonium de auditu non dicitur propriè teſtimonium, imò eſt præter & contra regulam, & formam iuris.*
89 *Teſtis vnus deponens immediatè de maleficio, & ſic de uiſu non poteſt facere indicium quod ſuccedat loco diffamationis.*

## CONSILIVM XXIV.

IN cauſa præſentis proceſſus criminalis formati contra nobilem Ioan. Gulielmum Stican de Tubinis, tam occaſione aſſaſſinagij, quam raptus Catharinæ Alexandrinæ, & furti vnius equi, videtur prima facie dicendum indicia adeo ſufficere, vt deueniri poſſit contra eum ad torturam. Et primò, quia duo ſunt teſtes, qui immediatè deponunt de ipſo maleficio aſſaſſinagij in perſonam Baptiſtæ famuli domini Ioannis de Bre-
1 mide, † quo caſu teſtes duo deponentes de ipſo delicto, &
2 maleficio, ſunt ſufficientes ad torturam. † Imò plus ſufficeret dictum vnius teſtis ex ipſis teſtibus, qui ſit omni exceptione maior, vt vult gl. in l. ſi quis. C. ad leg. Iul. maieſ. & in l. maritus, vbi etiam Bart. ff. de quæſt. Ita etiam voluit Bar. quem cæteri ſequuntur in l. fi. ff. de quæſt. Marſ. in l. j. in §. idem Corn. eo. & in pract. ſua crim. in §. diligenter, col. j. & col. 31. in prin. Pariſ. in conſi. 151. in prin. vol. 4. Ruy. in conſ. 7. col. j. vol. 5. quod confirmatur ex his, quę
3 not. Bar. l. fi. ff. de in lit. iur. † vbi dicit, quod illud, quod facit ſemiplenam probationem in ciuilibus, facit etiam indicium ad torturam: ſed in ciuilibus vnius teſtis omni exceptione maior facit ſemiplenam probationem, ergo etiã, & indicium ad torturam. Hoc idem voluit Paris de Put. in tract. ſyndic. char. 105. per gloſſ. in l. 2. in §. abſens, ff. ſi
4 ex nox. cau. aga. † Imo plus dicitur, quòd etiam dato, quod ipſi teſtes non deponerent immediatè de ipſo aſſaſſinagio, ſed à remotis adhuc ſufficerent dicti duo teſtes, per glo. in l. fi. C famil. hercif. quam multum ibi commendat Bart. & communiter ſequuntur Doct. in locis, de quibus ſuprà, & Ruyn. in conſilio 7. colum. 1. volum. 5. & in conſilio 137. in fin. volum. eodem. ac Socin. in conſilio 54. columna 2. volum. 3. vbi ſubdit in 3. colum. in verſic. addo aliam reſponſionem, quod licet quando teſtis deponit de
5 veritate facti debeat eſſe omni exceptione maior, † tamen quando requiruntur duo teſtes ad probandum indicium remotum à maleficio, non requiritur, quòd ſint omni exceptione maiores. Et tali caſu etiam admittuntur infames, quòd dicit multum notandum in practic. Marſil. in d. §. diligenter. in 6. columna in princip. & in ſingul. 466. Crauet. conſilio 6. colum. 4. & in conſ. 36. col. penul. in fin. Sed Petrus de Arzolio, & Ioannes de Pazolis deponunt dictum Ioan. Gulielmum huiuſmodi delictum aſſaſſinagij commiſiſſe in perſonam dicti Baptiſtæ, in contrata Piana paſſi inter Felicianum, & Quattordiũ,
6 prout ipſi viderunt, igitur &c. † Plus dicitur, quòd ſufficeret in caſu de quo agitur probatio per argumenta probabilia per ea, quæ no. Scriben. in ca. pro humani. per il-
7 lum textum de homic. in ſexto. vbi dicunt, † quòd in crimine aſſaſſinagij propter eius enormitatem non requiruntur ita exactæ probationes, quia in eo poſſunt recipi teſtes lite non conteſtata, parte abſente, & non citata. Idem voluit Paris de Put. in tract. ſyndicatus, char. 51. columna 2. in fi. vbi inquit, quod dicto crimine propter enormitatem ipſius delicti, non requiritur plena probatio, ſed ſufficiunt probabilia argumenta. & Paris de Rut. ſequitur Marſ. in d. §. diligenter. nume. 166. & in conſ. 137. colum. 6. in fin. & ideo dixit Pariſ. in conſil. 151. colum. 2.
8 volum. 4. † quòd licet depoſito mandatarij non faciat indicium ad torturam contra mandantem, etſi acceptauit mandatum, tamen fallit in aſſaſſino, eſto quòd mandatarius acceptauerit mandatum per l. non ideo. C. de accuſat. dixit quoque. Paris de Put. in tract. ſynd. char. 31. co-
9 lum. 1. † & ideo dico, quòd aſſaſſinus poteſt renunciare ſuis defenſionibus: & dilationibus: quia eſt hoſtis publicus, & diffidatus à lege, & quia quocunque poteſt offendi. c. j. de homici. & contra quem proceditur de facto ſecundum Bart. in l. non ſolum, §. ſi mandator, ff. de iniur. quem ſequitur Mar. in l. j. num. 104. C. de raptu. virg.

Nec obſtat, quòd inquiſitus ſit clericus, vt de eius clericatu facta fuit fides legitima per inſtrumentum, iuxta not. per Veronenſ. in conſi. 11. colum. 3. & Alexan. in conſilio 149. columna 2. volum. 6. & contra quem non poteſt procedi per iudicem ſecularem, iuxta text. & ibi Doctor. in cap. ſi iudex laicus, de ſen. excomm. in 6. & Alexand. in conſi. 8. colum. 1. volum. j. quia reſpondetur, quod etſi in-
10 quiſitis ſit clericus, tamen † pro tali crimine aſſaſſinagij poteſt puniri a iudice ſeculari, quia ratione tanti ſceleris ipſo iure remanet ſpoliatus omni priuilegio clericali, & poſitus in poteſtate iudicis ſecularis, vt voluit Lap. in d. c. pro humani. & ibi Dominicus quos ſequuntur Marſil. in d. §. diligenter. nu. 166. & in §. examinanda. colum. 7. & in l. j. num. 107. C. de raptu virginum. & Paris de Put. in d. tract. ſyndic char. 8. colum. 2. in fi. quia propter dictum
11 crimen remanet degradatus, quæ † degradatio eſt ſpoliato omnium priuilegiorum clericalium, vt dixit text. in d. c. degradatio. de pœn. in ſexto.

Similiter conſtare videtur de raptu Catharinæ Alexãdrinæ per duos teſtes, videlicet per Vercellum Cerrutũ,
12 & Zaninam de Cerruto, quo caſu † ſicut committens raptum, & teſtibus conuictus poteſt puniri pœna capitali. l. 1. C. de raptu virginum Ergo eadem ratione torqueri.
13 Nec habet obſtare, † quod mulier non poſſit eſſe teſtis in caſu criminali, vt in c. forus. de verbo. ſignific. & in c. mulierem, 33. q. 6. Quia reſpondetur communem eſſe opinionem ſecundum Alexan. in conſ. 11. colum. 2. in fi. vol. j. quod de iure ciuili mulier in criminalib. poteſt eſſe teſtis quam & vti communem ſequitur Ang. de Arim. in addi. ad Ange. in tract. malefic. in verbo, comparuerunt dicti inquiſiti coram dicto domino. nu. 14. & eam etiam vti communem, ac ſeruari in practica atteſtatur Felin. in cap quoniam. de teſtibus. Imo. hanc partem magis communem dicit Gram. in conſi. 12.

Secundò reſponderi poteſt, quòd etiam data prima
14 opinione pro vera, non procedit † vbi veritas aliter haberi non poſſit, vt per Alex. in conſi. 24. volu 2. & in conſ.
15 64. in princ vol. j. Soc. in conſ. 54. col. 2. volum. 3. † Pariter non obſtat, quòd laici non admittuntur in teſtes contra clericam. cap. de cætero. de teſt. cap. veniens. el j. cap. laicos, & ibi gl. 2. quæſt. 7.

Quia reſpondetur, quòd licet laici regulariter non admittantur in teſtes contra clericum in cauſa criminali, illud eſt verum quo ad plenam probationem, ſecus quo ad faciendum indicium ad torturam. Ita Abbas in d. ca. de cætero. verſic. Tertio limito Mar. in l. maritus, verſic. Teneas etiam menti. ff. de quæſtio. poſt Alex. & in ſingul. 98. vbi iſtud dictum confirmat ex his, quæ voluit Bart. in l. fi. ff. de in lit. iur. vbi inquit, quòd quotieſcunque probatio probat in ciuilibus, in criminalibus facit indicium ad torturam: Sed clarum eſt, quòd in ciuilibus teſtimonium laicorum facit plenam probationem contra clericum ergo, & in criminalib. indicium ad torturam. Et hanc partem etiam amplectitur Ruy. in conſ. 158. col. 4. volu. 5.

Pariter dicendum videtur, quòd de furto etiam conſtare videtur, cum ſint quatuor teſtes de ipſo furto deponẽtes, per ea, quæ dicta fuerunt ſupra in duobus alijs capitulis, quæ non repetam, ne videar membranas occupare.

Vltimo non obſtat, quod inquiſitio formata contra dictum nobilem Gulielmum ratione aſſaſſinagij, raptus,
16 & furti, reddatur nulla, † tanquam facta, nulla præcedẽte diffamatione, quæ tamen inquiſitionem præcedere debet. c. qualiter & quando. el 2. de accuſ. cap. inquiſitionis eodem titu. Alex. in conſ. 124. in princ. vol. 6 Marſi. in practica ſua crim. in princ. col. 6. verſi. & primò. Et hoc adeo dicit eſſe verum Spec. in tit. de inquiſitio. §. nunc videndum. in 3. col. quem ſequitur Marſi. in dicta prac. in princip. col. 7. & in conſ. 35. col. 4. verſi. & in tantum, & in cõſ. 48. col. 5. verſi. non potuit. quod licet teſtes producti ſuper inquiſitionem probent crimen contentum in ipſa, de quo inquiſitus non erat infamatus, tamen tales teſtes inquiſito non præiudicant. Facit etiam, quòd dicit Bald.
17 in c. j. per illum textum. de offic. ordin. † vbi etiam ſi ſtatutum dicat, quòd Poteſtas in criminalibus poſſit liberè inquirere, tamen propter illud aduerbium non poterit

inquirere non præcedente diffamatione. Et Bald. ſequitur
18 Marſ. in locis de quibus ſupra, † quia duobus modis re-
reſpondetur. Et primò, quòd quando indicia præcedunt
inquiſitionem, ea ſuccedunt loco diffamationis. Ita Ang.
in tractatu maleſi. in verbo, fama publica. col. verſi. Et
tene menti. Vbi dicit, quòd contra Titium non laborat
diffamatio, ſed ſunt indicia contra eum, licet ipſe com-
muniter reputetur bonus, & credit, quod poterit contra
eum formari inquiſitio, quia indicia ſunt loco diffama-
19 tionis. & Ang. ibi ſequitur Aug. Arim. dicens, † quòd for-
tiora ſunt indicia ſuper veritate, quàm diffamatio, quia
per indicia deuenitur ad torturam. l. 1. ff. de quæſt.
20 Præterea dicit ipſe, † indicia non poſſunt eſſe ſuper ve-
ritate quin in ipſis contineantur diffamatio rei, quādo in
dicia ſunt propinqua & non remota, vt declarat Bart. in
l. fi. ff. de quæſt. & Ang. ac Arim. ſequitur Marſ. in pract.
ſua. in §. coſtante. col. 9. ver. ſupra dictā trī concluſionem,
& in cōſ. 79. col. 2. Sed hic ſunt idicia propinqua, ergo &c.
21 Secundò reſponderi poteſt, † quòd vbi inquiſitio for-
matur ex puro & mero officio iudicis, & non ad poſtula-
tionem alterius, non requiritur diffamatio. Ita Ange. in re
petitione l. ſi vacantia. in ſeptima char. in verſic. de quin-
to articulo. C. de bon. vacan. lib. 10 per tex. in ca. j de offi.
22 ordin. † Et ideo ſubdit ibi Ang. cautos eſſe debere Re-
ctores terrarum, vt cum formant inquiſitionem contra a-
liquem, ſemper dicant, Hæc eſt quædam inquiſitio, quam
facit, & format talis Poteſtas ex puro mero officio. Et An.
ſequitur Alex. in conſ. 120. col. 2. vol. 6.

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium puro de
iure eſſe verius. In primis antequā deueniam ad reſpon-
ſionem eorum, quæ ſupra deducta & allegata fuerunt,
23 præmitto vnum in iure veriſſimum, videlicet, quod † ſi-
cut in criminalibus ad condemnandum, probationes de-
bent eſſe luce meridiana clariores. l. fina. C. de probatio.
ita & indicia in genere ſuo ad torturam debent eſſe cla-
ra, & talia, quæ de iure ſubſiſtant, vt not. dixit Bal. in con-
ſil. 229. in 3. vol. quem ſequitur Naſ. in pract. ſua. in §. dili-
genter. nu. 29. & in conſ. 20. col. 2. conſ. 50. col. 7. & in con-
ſil. 88. in princ. & Pariſ. in conſi. 163. col pen. vol. 4. alibi
24 ſcribit Bal. in conſi 77. col. 1. vol. 3. † quòd indicia debent
eſſe probabilia & veriſimilia, adeò, quòd iudex ſit quaſi
certus quòd arbitrio ipſius relinquitur. Idem Bald. conſi.
115 col. j. in fi. vol. 5. quòd ipſa indicia debent eſſe certa,
veriſimilia, & probabiliter concludentia, quod etiam vult
Aymo. Crauet. ſequendo Bal. vbi ſupra in conſil. 6. col. 4.
& 99. in princ Quo præpoſito, & conſiderato, dico quòd
ex ſupra dictis duob. teſtib. ſurgere non vñr eius indicia
qualitatis, prout à iure requiruntur. Et primò quoad te-
ſtimonium Ioannis de Pazolis dicitur illud reprobari,
& nullam fidem facere, quia reperitur inimicus capita-
lis dictis Ioannis Gulielmi inquiſiti. Nam idem Pazolus
in ſuo teſtificatu aſſerit aliàs ſe fuiſſet vulneratum à di-
25 cto inquiſito, cum magna ſanguinis effuſione, † quę iniu-
26 ria illata ipſi teſti dicitur atrox. §. atrox. † Inſtit. de iniu.
& atrox iniuria dicitur parare inimicitiam grauiſſimam,
vt inquit Barb. in l. 3. §. fi. ff. de adimendis legat. & Bald. in
27 conſil. 118. vol. 3. † Sed teſtis inimicus repellitur a teſti-
monio, cap. repellantur. ca. cum oporteat. de accuſa. Bald.
vbi ſupra, adeo, quòd eius dictum non poteſt facere indi-
cium ad torturam, vt per Bal in conſ. 316. vol. 4. quem ſe-
quitur Marſ in l. j. in §. præterea. col. fin. ff. de quæſt. Facit
etiam quod notat Bal. in l in his. in §. j. ff. ſol. matri. quem
28 ſequitur Marſ. in d. conſ. 20. nu. 28. † Vbi dicit, quòd ſta-
tim, quòd quis offendit aliquem in perſona, ille efficitur
29 inimicus, † & in ſpecie de teſte dicente ſe ab aliquo fuiſ-
ſe vulneratum, quod repellatur tanquam inimicus capi-
talis hoc tradit Alex. in conſil. 99. col. j. vol. 1. Marſ. in d. §.
præterea. col. 6. ver. Item inimicitia capitalis. & in conſil.
20. nu. 28. & Crauet. in conſil. 99. col. 2. verſic. Secundò re-
30 pelli debet. † Et iſtud adeò eſt verum, vt non admittatur
inimici capitales, etiam in criminalibus exceptis, vt eſt
text. quem ad hoc communiter allegant Doct. pro ſingu-
lari in ca. per tuas de ſimo. vbi habetur, quòd in crimine
ſimoniæ, quòd eſt exceptum, non admittitur inimicus ca-
pitalis. Idem voluit Bart. in crimine læſæ maieſtatis, in l.
in quęſtionibus. ff. ad l. Iul. eſt Maieſt. Marſ. in l. de minore.
in princ. in 2. col. ff. de quęſtio. in cōſ. 20 nu. 27. & in cōſ. 65.
nu. 10. Pariſ. in conſ. 2. col. 6. in fi. vol. 3. Craue. conſ. 9. col. 2.
in prin. Et ratio eſt, quia propter odium, præſumuntur
mentiri ſecundum Felin. in d. capit. cùm oporteat. verſic.
Item adde.

Nec habet obſtare, quòd ex aduerſo allegatur, quod li-
cet dictus Pazolus ante depoſitionem per multos men-
31 ſes fuerit inimicus prædicti inquiſiti. † tamen, ꝙ tempo-
re diſpoſitionis, quod attendi debet. l. ad teſtium. §. condi
tionem. ff. de teſtam. l. 3. §. duæ cauſæ. cum gl. in verbo nō
eandem fidem. ff. de carbo. edict. & per Alex in conſ. 133.
col. 2. vol. j. reperitur amicus inquiſiti, vt ipſemet Pazo-
32 lus atteſtatur in eius depoſitione, quia reſpondetur, † ꝙ
inimicitia præſumitur etiam de pręſenti durare, niſi pro-
betur reconciliatio, cùm ſubſit cauſa odij, vt per Pariſ.
in d. conſ. 2. col. 7. & Alex. in citato conſil. 99. col. j. & ideo
dixit Innoc. in d. c. cùm oporteat. quem ſequitur Bald. in
33 conſil. 41. vol. 5. † quòd iudex qui habet arbitrari ex qui-
bus cauſis quis præſumatur inimicus debet iudicare, ꝙ
ille qui fuit quondam inimicus, vel eſſe debuit, vel con-
ſueuit, ſit inimicus, de præſenti: quia ſecundum Inno. nō
præſumitur mutatio voluntatis aduerſus inimicum, quia
34 ſumat vindictam. Plus etiam dicitur, † quod etiam dato,
quod fuiſſet reconciliatus, per hoc non dicitur teſtis ido-
neus in cauſa criminali. Ita dixit Ioan. de Ana. in conſ. 17.
col. 2. & ibi Bolog. in addi. col. 2. quos ſequitur Craue. in
conſi. 9. col. 2. verſic. non obſtat quod dixerit niſi probe-
tur de reconciliatione antiqua, vt per Alex. in citato cōſi.
99. col. j. & melius per Bal. in Margar. ſua in verbo, teſtis
inimicus. quem ſequitur Marſ. in d. §. præterea. col. 2. vbi
35 etiam voluit Marſ. † quòd adeò prohibitus eſt à teſtimo-
nio inimicus, quod etiam ipſi teſti inimico capitali non
creditur in mortis articulo ſecundum Bal. in tit. de pace
Conſtan. in verbo vaſalli noſtri. quo d dicit eſſe notandū.

Quo autem ad ſecundum teſtem, qui eſt Petrus de Ar-
zolio, ſimiliter dico, ꝙ ex pluribus de quibus infrà, eius
teſtimonium, quamuis de viſu non facit indicium ad tor-
36 turam, quia ad hoc, vt vnus teſtis de viſu faciat indicium
ad torturam, duo copulatiua requiruntur.

Primò, quòd ſit omni exceptione maior. l. milites. §.
oportet. vbi Bald. C. de quęſtio. Dec in conſi. 37. col. 4. ita
quòd nulla exceptione vulnerari poſſit ſecundum Bald.
in conſ. 259. col. j. in fi. vol. j. alibi dicit idem Bal. in conſi.
42. in fi. vol. 4. ꝙ talis teſtis debet eſſe indubitatus, id eſt,
de cuius fide & integritate nullo modo poſſit dubitari. &
Bal. ſequitur Craue. in d. conſi. 60. col. 4. & in conſ. 99 co-
lum. 2. Secundò requiritur, ꝙ deponat de ipſo maleficio
directè, & immediate ſecundum ſenſum ſuum, vt p Bart.
in l. maritus. & in l. fi. ff. de quæſtio. & Bal. in conſ. 429. vo-
lum. 3. Corn. conſil. 101. col. 2. vol 2. ſed hic teſtis, etſi de-
ponere videatur de viſu, attamen non eſt omni exceptio-
ne maior: quia ut ex teſtibus examinatis ad defenſionem
rei probatum comperitur, Ioan. Gulielmus inquiſitus
verbis contumelioſis & ingiurioſis ipſum teſtem affecit,
37 dicendo ei, quòd erat latro, † ꝙ verbum eſt ingiurioſum,
vt per Iaſ. l. etſi pepercerit. ff. de libe. & poſthumis. quo
38 caſu, † cum ex verbis iniurioſis oriatur inimicitia capi-
talis, vt voluit Bal. in c. veniens. in fi. de iureiur. quem ſe-
quitur Iaſ. in l. procuratoribus. C. de procur. in fin. vbi di-
cit hoc eſſe notandum: quia quilibet diceret contrariū.
& cum eo etiam tranſit Marſ. in conſi. 2. nu. 12. & in conſ.
20. nu. 28. ſequitur quo eius dictum ex defectu dictę ini-
micitię capitalis redditur nullum, & non facere indicium
ad torturam.

Secundò ex alio capite repellitur iſte teſtis. Nam in
eius depoſitione ipſe aſſerit Maynettam eius vxorem
39 fuiſſe à dicto inquiſito vulneratam, quo caſu, † cum iniu-
ria illata vxori, præſumatur illata viro, vt vult Bald. in l.
prima. in fin. C. de pact. per §. patitur. iuncta gloſſ. Inſtit.
de iniur. quem ſequitur Marſil. in conſil. j. colum. 6. & per
ea quæ not. gloſſ. & Bald. in l. ſi quis homicidij. C. de ac-
cuſat. quem ſequitur Alexan. in addi. ad Bartol. in l. apud
Labeonem. §. fin. de iniur. & Marſil. in conſil. 115. colum.
40 3. in fin. † vbi inquit, quod iniuria facta ſeruo, cenſetur
facta domino, ſequitur, quod ſicut repelleretur dicta
Maynetta vxor ipſius teſtis ſi deponeret contra inquiſi-
tum, vt per Alex. in citato conſil. 99. & Aymo. Craue. in al
legato conſil. 99. col. 2. ita etiam pariter, ꝙ debeat repelli
ipſe maritus. Et pro hoc facit quod voluit Alex. in conſi.
41 99. † vbi concludit ꝙ iniuria illata fratri, quæ intelligi-
tur illata alteri fratri, operatur quòd ipſe repellitur à te-
ſtimonio ferendo contra illum qui intulit iniuriam fra-
tri. Quod etiam voluit Marſ. in conſil. 28. colum. 3. verſic.
42 nec obſtat. † vbi filius carcerati non poteſt eſſe teſtis
contra carcerantem, licet ipſe teſtis non fuerit carcera-
43 tus. † quia iniuria facta patri dicitur facta filio, & e con-

tra l.j.§.etſi fortè,& §.vſque adeo. ff.de iniur. Et ratio eſt
44 ſecundum Doctor. † quia adhoc, vt quis cenſeatur eſſe
inimicus ſubſit quòd ſit cauſa inimicitię vera, vel præ-
ſumptiua,licet ſit ſine mentis odio, vt per Innocen. in c.
cùm I.& A.in fin.de re iudic.& per Alex.in conſi.allega
to 99 colum.j.& Marſil.in conſi.29. nume.23. & in con-
ſil.31. nume.34. & in ſingula.178. quod dicit notandum:
quia communiter teſtes dicunt ſe non eſſe inimicos illius
contra quem teſtificantur, & Alexand. in conſil. 127. in
fin.& Pariſ.in dicto conſi.2.numero 56. ſed quis dubitat,
45 † cùm maritus,& vxor ſint vnum corpus,& vna anima,
& alter alterius debet eſſe particeps infortuniorum, vt
per glo.in l.ſi cùm dotem,§.ſi maritus,ff.ſolu.matr.quòd
is non ſit inimicus, & odio non habeat inquiſitum, certè
ſupinum eſſet dicere contrarium.
Nec habet obſtare, ſi ex aduerſo dicatur, quòd inimi-
46 citia proceſſit à dicto Gulielmo inquiſito, † & quòd ini-
micitia ſuperueniens facta illius contra quem produci-
tur teſtis non repellit ipſum teſtem, vt per Felin. in capit.
cùm inter priorem,in 13.colum.de except.quia reſponde
tur,quòd imò ad repellendum teſtem à teſtimonio ratio
ne inimicitiæ non curatur à quo procedat ipſa inimici-
tia, ſed ſatis eſt, quod adſit inter eos ipſa inimicitia quo-
modocunque proceſſerit,vt per gloſ.not. & ibi Bald.in l.
athletæ §.dat remiſſionem.in verbo,facta, ff.de excu.tut.
quam auream dixit Bal. in l.j. C.ſi quacunque prædi po-
te.quam ſequitur Alex.in d. conſil.99. & Rip. in rub. de
damno inſecto.col.pen.& in c.j.de iudi.col.4 verſi.j. con
cluſio.pro qua opinione facit quod voluit Archi. in c.ſta-
47 tutum,§.cum autem,de reſcri. in 6. vbi dicit, † ꝙ iudex
ſuſpectus poteſt recuſari non attento an cauſa ſuſpicio-
nis prouenerit ab ipſo,vel a patre, quæ eum allegat ſuſpe
ctum.& Archidiac.ſequitur Marſi.in l.j.§.cum quis latro
nes colum. penultima, ff.de quæſtio. & tantò magis fides
ipſis teſtibus adhibenda non venit, cùm nonnulli ex teſti
bus examinatis pro defenſione ipſius inquiſiti, & inter
quos ſunt Magn.Cap.Leo de Federicis,domina Cathari-
na eius vxor, & Ioannes de Villauegia deponant, quòd
eadem die,& horis,de quibus in depoſitione ipſorum te
ſtium curiæ Ioannes Gulielmus inquiſitus non potuiſſet
committere delictum aſſaſſinagij, quin ipſi teſtes vidiſ-
ſent,ſciuiſſent,& intellexiſſent, reddentes rationem con
cludentem,quia Ioannes Gulielmus ab hora prandij vſ-
que in ſero ſemper fuit in ſocietate ipſorum trium te-
ſtium, qui omnes ſimul, & vna iuerunt de loco Quattor-
darum ad locum Falizani, & ibi continuè per totam il-
lam diem inquiſitus moram traxit, & hoſpitatus fuit
48 cum ipſis,quo caſu † cùm deponant negatiuam coarcta-
tam loco, & tempore, credendum eſt eis iuxta not. per
gl.in l.j.in §.j. ff.de itin.actuſque pri. & gloſ.in l. Panto-
nius,§.rei perduellionis, ff.de acquiren.hære. & Doctor.
in l.actor.C.de proba.in l.2. C.de bonor.poſſeſ. ſecundũ
taba Alexand.in conſil.24 colum.1. volum.2.in conſil.4.
colum 2.volum.6 in conſi.10.colum.4 in fine. in conſilio
112 colum.final.volum. eod. & in conſil.147. columna 5.
volum.7. Dec.in conſ 94 in fin. & in conſil.149.colum.2.
49 Rip.in l.in illa.in fi.ff.de verb.oblig. † & eo maximè cũ
ſint plures numero deponentes pro reo,iuxta gloſſ.com-
muniter approbatam in capitu.in noſtra.de teſtib. & per
Alexan.in conſi.86 col.2.volum.2. & conſil.150.colum.j.
volum.5.Marſil.in conſ.113.numero 47.& Pariſ. in conſ.
50 112.colum.pen. volum.1.† Item & magis diuites, iuxta
not.per Crauet.in conſi.6.num.29.Item & ſeniores,qui-
bus magis creditur,quàm iunioribus,vt per gl.& Doc.in
l.cum quid,ff.ſi certum petat.Roma in l.ſi verò, §.de vi-
ro,in 23 fallentia,ff.ſoluto matrimo.& Fel.in c.in noſtra,
52 in col.2 in princ.de teſti.† Necnon & digniores,qui pari
ter non digniorib.præferuntur,l.3 §.eiuſdem,& ibi Bar.
ff.de teſt. vbi gloſ idem vult, ſi ipſi teſtes digniores pau-
ciores eſſent numero. Quod etiam voluit Bald. in Marg.
53 ſua,in verſi.teſtes,col.4.verſic.penul.† Vbi dicit,quòd ſi
ex vna parte ſunt plures teſtes, & ex alia pauciores, ſed
digniores, quod tunc ſtatur paucioribus, ſi alij eos non
excedant in magno numero,& Bal. ſequitur Marſ.in cõ-
ſilio 41.num.23.& ideo dixit Alexand.in conſilio 43.co-
54 lum.j.in fi.volum.7.† quòd teſtimonium clerici, ſeu ſa-
cerdotis,cæteris paribus præfertur teſtimonio laicorum,
per not. per Butr. in cap.2 per illum textum, de electio.
55 † Item & vltimo quia deponũt veriſimiliora, quia ſuper
eo quod eſt conforme iuri communi, vt per Innocent.in
cap.auditis,de præſcript. Dec. in conſ.48. numero 75.&
Ruy. in conſilio 145.colum.2.volum.5. Secundum quod
ius commune, quis non præſumitur delinquere. l. meri-
to,pro ſocio,& ideo dixit Ruy. in conſilio 67. columna 3.
56 in princ.volum.j.† quòd teſtes adhærentes præſumptio-
ni naturæ,cenſentur veriſimiliora deponere,& præferũ-
tur alijs teſtibus, quod etiam dixit Calca. in conſilio 66.
colum.7.verſic.ideo dicebat Innocent.nec mirum: quia
natura non produxit prauos homines,nec vitia a natura
nobis inſunt, vt ſcripſit Ariſtoteles ſecundo Ethicorum,
& ideo cùm hi tres teſtes ſint nobiliores,& digniores,&
ditiores, ac veriſimiliora deponentes, & qui deponunt
etiam pro reo,& ſic ad defenſam, alij verò ad offenſam,
iure meritò præferendi ſunt, arg.l.Arrianus, ff.de actio.
& oblig.& per not.per Dec. in conſ.189.col.j.& Marſi.in
conſi.65.num.43.
Non obſtant modo, quæ ex aduerſo adducta fuerunt.
57 Et primò,† quòd teſtes deponentes de viſu faciunt indi-
cium ad torturam,imò vnus ſolus; quia ad hoc patet cla-
riſſimum reſponſum ex his, quæ ſuprà dixi, videlicet il-
lud eſſe verum, quando teſtis eſſet omni exceptione ma-
ior,aliàs ſecus,vt per Doctor.in l.fin. de quæſtionibus, &
in alijs locis ſuprà citatis. Sed in terminis de quibus a-
gitur, dicta ipſorum duorum teſtium patiuntur multa
vulnera relata ſuprà,igitur non poſſunt facere indicium
ad torturam.
58 Secundò non obſtat, † quòd duo teſtes deponentes de
remotis a maleficio, ſufficiunt etiam ſi non ſint omni ex-
ceptione maiores, per not. per Socin. in dicto conſil. 54.
col. 3. quia duobus modis reſpondetur. Et primò, quòd
ipſa ſententia poſſit ſibi locum vendicare, vbi dicta ipſo-
rum non eſſent nulla ipſis iure, prout in caſu præſenti,vt
ſupra demonſtraui,quia inimici capitales: igitur non mi
rum,ſi ipſis non ſtatur per iura, & deciſiones ſuprà cita-
tas. Item etiam niſi eorum dicta fuiſſent eliſa per alios
teſtes,qui multiplici ex capite ipſis eſſent præferendi,iux
ta notata per Marſ.in d.conſ.65. num.43.
59 Secundò reſpondetur, † præmiſſam ſententiam poſſe
procedere in teſtibus infamibus laicis deponentibus cõ
60 tra laicos,non contra clericos,† quia infames,& viles pſ-
ſonæ non poſſunt teſtificari contra clericos, vt latè per
Fel.in cap.veniens el j.de teſti.quia ſequerentur duo ſpe-
cialia. Primo,quia laicus regulariter non poteſt teſtifica-
ri contra clericum, vt in cap. de cætero. de teſtibus. Se-
cundo, quia vilis perſona non poteſt contra eos teſtifica-
ri, quæ opinio confirmatur ex not. per Marſil. in conſilio
61 102.numero 12. † vbi dicit, quod licet teſtis, qui laborat
aliquo defectu, ex toto non repellarur, tamen ſi plura
contra eum laborant, in totum repellitur. allegat Socin.
& Barba. idem tenentes. Hoc etiam voluit idem Marſi.
in ſingul.385.
Non obſtat quod inquiſitus ratione aſſerti aſſaſſina-
gij, amiſit priuilegium clericale, & poteſt puniri per iu-
dicem ſecularem: quia reſpondetur id procedere, vbi
conſtaret de aſſaſſinagio, de quo non conſtat,imo potius
de contrario, & ideo inquiſitum non amiſiſſe priuilegiũ
62 ſuum clericale, † quia non ſequitur, aliquis eſt accu-
ſatus de aſſaſſinagio,ergo eſt reus,cùm nemo dicatur eſſe
talis,donec eſt pronunciatus pro tali,iuxta tex. in l.fin.in
verbo,non ſtatim reus exiſtimetur.C.de accuſ.& in l.fur
ti.in verbo, pendente iudicio, nondum inter reos famo-
ſos habetur. ff.de his qui not. infam. & ideo dicit text.in
cap.fin.in fi.15.q.vltima, & in c.laudabilem. vt lite pen-
dente,quod non ſtatim quod quis accuſatur, reus eſt,ſed
qui conuincitur. Idem voluit Marſil. in conſilio 74. nu-
mero 35.& in conſilio 94. columna ſecunda. Et ideo cùm
non ſimus in crimine aſſaſſinagij, ſed in imputatione ip-
ſius criminis, merito conclunendum venit ipſum non
amiſiſſe priuilegium clericale.
Deuenio ad ſecundum caput,de raptu Catharinæ Ale
xandrinæ, & dico,quod per teſtes examinatos ad inſtan-
tiam curiæ minimè reperitur tale quid probatum con-
tra inquiſitum, per quod deueniendum ſit contra eum
ad torturam: qui duo tantùm teſtes ſuper hoc capite vi-
dẽtur examinati,videlicet Zanina de Cerruto,& Vercel
lus etiam de Cerruto,quibus nulla penitus fides adhiben
63 da eſt.Nam dicta Zanina eſt mulier, † quæ licet in foro
ciuili admittatur pro teſte, ſecus in criminalibus, vt per
Alex.in citato conſil. 11. quia ei non datur fides integra,
vt per Alex.in conſil.70.colum.penult.in principio. volu-
mine ſecundo. Veronenſ.in conſi.32.colum.3.verſicul.&
licet.quia varium,& mutabile ſemper fœmina.Idem vo-

luit Dec.in l.2.numer.20.ff.de regulis iuris,Crauet in cō-
ſil.39.colum.2.
64 Secundò, ipſa eſt perſona vilis , † quæ licet ſecundum
communem admittatur in teſtem ſine tortura, tamen ei
fides tanta non adhibetur,ſicut alijs,vt per Barto.in l.di-
uus.in §.fi.ff.de quæſt.& Marſ.in l. ex libero.in 1.colum.
& ideo dixit Bal. in authen. cui relictum.in 3.colum. ver-
65 ſicu.attende. C.de indict.vlduit.tollen. † quòd iuramen-
tum vilium perſonarum nullum habet pondus, & quaſi
pro nihilo reputatur apud bonos & graues . & Bald. ſe-
quitur Marſil.in l.maritus.colum.6.verſicu.& pro predi-
ctis.ff.de quæſtio.
Tertiò plus videtur quod dictum redditur nullum ,
66 † quia eſt minor viginti annis , quæ repellitur in crimi-
nalibus a teſtimonio, l. in teſtimonium. ff. de teſti. Alex.
in conſ.64.col.j. vol.j. & in conſ.99 col.fi. volu.eodem.&
in conſi.2.col.2.vol.7.Marſ.in conſi.28.num.15.conſil.31.
nu.30.& in conſ.65.num.31. Item & quia etiam deponit
ꝙ dicta Catharina in receſſu à dicto inquiſito ipſi teſti di
xit, ꝙ ab eo non habuit aliquot malum , nec quòd ab eo
carnaliter cognita fuerat.
Minimè qnoque fides adhibenda eſt Vercello Cerru-
to, quia ſimiliter ipſe eſt minor decem & octo annis, qui
repellitur à teſtimonio d.l.in teſtimonium .
Nec habet obſtare quòd ſaltem in ſubſidium mulier
& minor admittuntur in teſtes vbi aliter veritas haberi
non poteſt delicti arg. l.conſenſus.C.de repud. & in cap.
67 veniens.el ij. de teſti. † quia reſpondetur, quòd præmiſ-
ſa ſententia poſſet habere locum quando eſſemus in acti-
bus, in quibus habitu & actu attento communi curſu, a-
lijs teſtes,non poſſent haberi: ſecus ſi actus, ſic ſe habet, ꝙ
actu & communi curſu de eo poſſent alij teſtes haberi,li-
cet actu non potuerint haberi : tunc enim minus idonei
non admittitur , aliàs ſemper teſtes non integri ſuffice-
rent : quia pars poſſet allegare ſe alias probationes non
habere Ita declarat Anto.de Butr.in c.3. loco.de probat.
quem ſequuntur Alex.in conſi. 65.col.2.vol.1. & in conſi.
151.colum.2. volum.5. Dec.in conſil.33. colum. fin.& in
conſil.310. colum 2 Pariſ.in conſil.15. colum.4.volum.2.
& in conſi.53.colum.5. volum.4.Marſ.in pract. ſua crim.
in §.diligenter.num.84.in l.infans.ff.ad leg. Corn.de ſi-
ca. & in ſingul.73. vbi dicit, hoc menti tenendum , quia
quotidie occurrit in facto, & ꝙ ipſe alias fecit reproba-
re plures & plures teſtes minus idoneos , ſed in caſu de
quo agitur potuerunt habitu, attento cōmuni curſu licet
nō actu,plures alij teſtes interuenire: quia in loco & arali
bus . Tubinarum adeſt magna multitudo, perſonarum,
ergo &c.
Præterea poſito etiam,quòd tales in ſubſidium admit-
68 tantur,† tamen dico,ꝙ oportebat conſtare ꝙ aliæ proba-
tiones deficiebant,vt dixit Anto.de Butr.in conſi. ſuo 24.
quem refert & ſequitur Alex. in d.conſi.64.col.pen. in fi.
& Bru.in tract. de iudicijs, & tort.in 4. colum. circa me-
dium. Marſil.in d.ſingu.63. & in conſil.31. num.33. & in
conſi.80.colum.penul.in fin. Alciat. in tract. præſumptio
nū.præſump.16.in fin.in in prima regula.vbi dicit perpe-
tuò iſta notanda. & ideo cùm non fuerit probatum par-
te fiſci, quòd aliæ probationes non poterant haberi, cùm
ei incumberet hoc onus,vt per Alex. in dicto conſil.64.in
fine.& Bru.vbi ſuprà, vbi plus etiam voluit, quòd in hoc
non ſtaretur dicto teſtium minorum , qui deponerent
ꝙ nullus erat ibi præſens, ſequitur ꝙ dictis mulieribus &
maſculis minoribus,qui depoſuerunt contra inquiſitum,
in nihilo eſſe ſtandum .
Item etiam talibus teſtibus , vbi aliter ueritas haberi
69 non poteſt, † plenè non creditur,ſed quo at qualem pro-
bationem,vt per Anto.de Butr.in d.conſi.24.& Alexand.
in allegato conſ.64 & Marſil.in citato ſingu.73. & in di-
cta l.infans.in fi.Vnde ex his reſultat clara & indubitata
iuris concluſio , depoſitiones prædictorum teſtium nul-
lo modo facere indicium ad torturam.& eo maximè , cū
dicta ipſorum quatenus eſſent aliqua,ꝙ tamen negatur,
reperiantur eliſa per duos ſacerdotes,videlicet per pres-
byterum Bartolomæum de populo , ac presbyterū Ray-
mundum , qui deponunt , quod dicta mulier dederat ei
horam eundi dormitum cum ipſis presbyteris, & quòd
hora deputata dum irent ad ducendum dictam Cathari-
nam ad domum presbyteri Raymundi,inuenerunt Ioā-
nem Gulielmum,cui dixerūt,& quem rogarunt, vt vel-
let accedere cum eis ad domum habitationis ipſius Ca-
tharinæ,& vocare eam,ſignificando ſibi quòd expectaba
tur extra domum per dictos presbyteros , qui vt morem
gereret eiſdem dictus Ioannes Gulielmus adimpleuit, &
ſic iuit ad domum dictæ mulieris, quam conduxit extra
domum,& poſtea ſimul cum ipſis presbyteris eam aſſo-
ciauit vſque ad domum dicti presbyteri Raymundi , &
ea ingreſſa,dictus Ioannes Gulielmus receſſit,& ea dicta
nocte dormiuit cum ipſi presbyteris, & quòd dictus Ioā
nes Gulielmus non potuiſſet carnaliter cognoſcere ip-
ſam Catharinam,quin ipſi teſte ſciuiſſent, ex quo ſimul
70 ſemper ſteterunt, † quibus teſtibus, cum plenè recitāt
factum,credendum eſt,per ea quæ not. Alexand. in conſ.
33.col.penul.vol.3.& præſertim cùm ſint ſacerdotes, per
ea quæ not.gl.in c. monachus. in verbo cōpendia. 77.diſt.
71 † vbi vult, ꝙ tantum valeat teſtimonium quatuor cleri-
ricorum , quantum ſex laicorum . Quam glo.ſequuntur
Alex.in cōſ.236 col.2.vol.6. Soc.in cōſ.28.col.3.vol.3.Dec.
in conſil.119.col.pen.in fi.Rui.in conſ.j.col.8.volu.3.& in
conſ.137.col.2.vol.5.
Nec obſtat quod ex aduerſo dicitur dictis presbyte-
ris fidem non eſſe adhibendam , cùm allegent turpitudi-
nem ſuam , iuxta l. in tranſactione. C. de tranſact.& per
Soc.in conſil.53. col.2.vol.3 vbi propriè loquitur in pre-
sbytero,qui dicebat cognouiſſe carnaliter mulierem : q̄a
72 reſpondetur, † ꝙ allegans turpitudinem ſuam ad ſuum
commodum & utilitatem, non eſt audiendus, & ita pro-
cedit text. in d.l. tranſactionem, ſecus ſi ad ſui damnum.
Ita Doct.in l.iuſiurandum ex conuentione.§.procurat.ff.
de iureiu.vbi propriè Iaſ.dicit ꝙ licitum eſt confiteri de-
lictum in damnum ipſius confitentis, & ꝙ eius confeſſio-
ni ſtatur,per l.is,cum quo.ff.de confeſſis .
Similiter nō obſtat, ꝙ iſti ſacerdotes ſint infames infa
mia canonica , q̄a cōſtituti in peccato mortali ex quo cō-
miſerunt ſtuprū cum vidua,iuxta l.inter ſtuprū.ff.de ver.
ſigni.& ita repellendi à teſtimonio, iuxta gl. in l.3.in §.l.
Iulia.ff.de teſti.& in l.fi.C.de infa.& c.conſtituimus. 3.q.
73 5.ac Ru.in cōſ.106.col.2.vol.5. † vbi dixit ꝙ teſtis nō eſt
idoneus,q̄ ſua peccata nō eſt cōfeſſus illo anno,pp pecca-
tū mortale,in quo exiſtebat, ca. omnis vtriuſq; ſexus.de
pęn.quia trib.modis reſpōdetur,& primò ex mēte Alber.
de Roſ.in tract.de teſti.in ver.quomodo teſt.repellan.ra-
74 tione crim.vel infa.† ꝙ ſuprà dicta poſsūt procedere,quā-
do de tali peccato nō eſſet ſecuta pęnitētia: quia tūc repel
lendus eſſet à teſtimonio,aliàs ſecus.Sed in caſu noſtro ſe
cuta fuit pœnitentia: quia hi ſacerdotes quotidie celebra-
bant miſſas,quas celebrare non potuiſſent, ſi non potuiſ-
ſent de eorum peccatis , & ſic ſi eſſent in peccato morta-
li.cap. teſtamentum.6. diſt.gl.in d.cap. homine de celeb.
miſſa in verbo grauiter. Oria.in cap.qui contra,in verbo,
teſtium depoſitiones.de prob ergo. &c.
75 Secundò reſpondetur, † quòd ex quo dicti ſacerdotes
fuerunt abſoluti potuerunt teſtificari , vt dicimus de ex-
communicato abſoluto,ſecundum Oria.vbi ſuprà .
76 Tertio reſponderi poteſt , † quòd teſtis non repellitur
in foro ciuili , ex eo quòd ſit in peccato mortali , quia eo
iure non repellitur criminoſus ante ſententiam.imò nec
de iure Canonico, niſi quis perſeuerauerit in peccato ſe-
cundum doctores in c.teſtimonium.de teſti.Rui.in conſ.
106.colum.5 vol.5.
Non obſtat denique quòd depoſitio facta per dictos
presbyteros Bartholomæum & Raymundum non valet,
77 † quia iurauerunt ſine licentia ſuperioris,in manibus iu-
dicis laici,quæ licentia requirebatur,vt eſt tex.in c.quan
quàm.14.quæſt.2.& in cap.teſtimonium 11.quæſt.j.& per
Marſ.in conſ.43.col.pen.& in conſ.123.col.2. & not. Bar-
to.in l.cum clericus.C.de epiſco. & cler. Vbi proprià lo-
quitur de iuramento clerici, quia reſpondetur, quòd li-
cet hoc fieri non debuerit , tamen ſi factum non eſt, non
proptereà vitiatur eius teſtimonium , ſecundum Abb. in
ca.j.in glo fin. de iuramento calumniæ,vbi gloſſ. voluit.
78 † quòd etſi clericus petere debeat licentiam ab epiſco-
po, iurandi de calumnia,tamen ſi hoc non fecit iudicium
non redditur nullum.Idem voluit Abb.in cap. cùm nun-
tius.col.fin. de teſt.quia hoc nullibi expreſsè prohibitum
79 reperitur. † & multa fieri prohibentur,quæ tamen facta
tenent,capit. rurſus. qui cler. vel.monah. & hoc quando
80 ſponte deponunt. † Item , & quia licentia eſt quoddam
accidentale non autem de ſubſtantia teſtimoni . Et hanc
opinionem poſt dominum ſuum tenuit Fel.in d.cap.cùm
nuntius col.fin.quia talis miſſio quando ſponte teſtifican-
tur presbyteri eſt leuis ſolennitatis, cuius omiſſo non ha-
bet vitiare actum.l.j.ff.de ventre inſpi. & per nota p Bar-

81 in l.fi.in princ.de iure delib.† Vbi omiſſio ſigni crucis in inuentario,non vitiat inuentarium.Et Areti.latè in conſ. 360.col.12.& Ruy.in conſi.36. col.7. verſ. Item non obſtat quod illi presbyteri.volu.4.Et de hoc videtur eſſe tex tus loquens in materia criminali in ca. veritatis.de dolo, & contum. vbi extra cauſam monaſterij ſui, & in cauſa criminali admiſſi fuerunt teſtes Abbates,Priores, & alij religioſi, & tamen ibi non dicitur aliquid de licentia ſuperioris Et ad hoc benefacit quod not.Federic.de Senis in conſi.274.

82 † Vbi licet eccleſiaſtici non poſſint eſſe executores teſtamentorum ſine licentia ſui ſuperioris,c.religioſus. de teſta.in 6.& Clemen.Religioſis.eod.tit. tamen ſi fuerint executi illud quod teſtator ordinauit,geſta per eos, parte non opponente,valent.Et Federic. ſequitur Iaſ.in l.patre furioſo.col.4. in princ. ff. de his. qui ſunt ſui vel alieni iuris.& Alc. in tractatu præſumptio. in tertia regula, præſumptio. 18. & ideo ex his concluditur dictum ipſorum presbyterorum valere, & fidem facere.

Quo verò ad tertium dubium, idem dicendum eſt,ꝙ
83 ipſis teſtibus fides non eſt adhibenda, † quia vltra quod Catharina prima teſtis ſit mulier,cui minus credit ꝑ not. per Alex.in d.cõſ.70.col.fi.& alios ſuprà citatos,eſt mere
84 trix,& infamis,vt ex parte inquiſiti probatur:† quo caſu meretrix in criminalib. repellitur,vt per Alex.in cõſi. 11.col.j.vol.j.Marſi.in conſi.88.col.5.& in cõſ.101. col.3.

85 † Secundus etiam teſtis, videlicet dominus Ioannes Bernardus de Mazadio repellitur à teſtimonio tanquam inimicus capitalis dicti inquiſiti, propter percuſſiones, & verbera illata per dictum inquiſitum in perſonam dñi Octauiani fratris ipſius deponentis,vt per Alex.in conſi. 24 col.5.verſicu.nec obſtat,quòd ipſemet Thomas. vol.2. vbi eſt de agnitione offenſi non eſt credendum contra offendentem, quia cenſetur teſtis in cauſa propria, cùm iniuria facta vni de agnatione, omnibus facta cenſeatur. l lex Cor.ff.de iniurijs. cum alijs ſuprà allegatis, ad quæ breuitatis gratia me remitto Pariter non venit admitten
86 dum dictum tertij teſtis Odoni,quia deponit † de auditu auditus,cuius teſtimonium non eſt approbatum. l.teſtiũ C.de teſtib. cap. licet ex quadam. extra eodem. & ratio eſt,quia teſtis de auditu,non eſt verus teſtis.Ita Anton.de Butr.in cap.quoties.in fi.de teſtib. Abb.in d.cap. licet ex
87 quadam.in ſecundo notabili,† vbi tradit, quòd teſtimonium de auditu non dicitur propriè teſtimonium, imò quòd eſt præter,& contra regulam,& formam iuris. Alexand.in conſil.j.colum 3. volum 3. Pariſ. in conſilio 164. colum.2. volum.4.

88 Minus etiam credendum venit Zaninæ, † quia minor viginti annis, quæ in criminalibus nõ recipitur in teſtẽ. d.l.in teſtimonium,ff.de teſt.Alex.in alleg.conſi.64.col.j. vol.j & in alijs locis, de quibus ſuprà.

Pennultimò non obſtat, ꝙ inquiſitio procedit, nulla præcedente diffamatione,quia indicia ſuccedũt loco dif-
89 famationis,vt per Ang.in repe.dictæ l.ſi vacantia.† quia reſpondetur dictum Angeli procedere vbi indicia eſſent propinqua de ipſo maleficio: quia ex talibus indicijs pro pinquis non poteſt dici ꝙ non conſtet de infamia ipſius rei,ſecus autem vbi præcederent indicia remota ab ipſo maleficio,quia tunc ex huiuſmodi indicijs remotis, non poteſt dici, quòd oriatur infamia rei de ipſo maleficio, ſed potius quædam ſuſpicio.Ita Marſ.in §. conſtante nu. 19. quamuis hoc ſit de mente Aug. de Arim. in additionibus ad Angelum,in dicto verbo,fama publica.dum dicit, quòd non eſſe poſſunt indicia ſuper veritate, quin in ipſis contineatur diffamatio, quando indicia ſunt propin qua & non remota,imò plus dicit Marſ. quod etiã ſi vnus teſtis deponerent immediatè de maleficio, & ſic de viſu, ꝙ tale indicium non poſſet eſſe loco diffamationis, cùm ipſa diffamatio ſeu infamia non poſſit probari, niſi per duos teſtes ad minus,iuxta regulam,ꝙ in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. Item etiam procedit opinio Ang.vbi adeſſent indicia ſufficientia,alias ſecus.Ita Marſil.in conſ.79.col.3. in princ. Sed hic indicia nedum ſunt remota,ſed nulla, igitur &c.

90 Vltimò non obſtat,† ꝙ diffamatio non requiritur, quã do iudex inquirit ex puro,& mero officio:quia reſpondetur contrarium tenuiſſe Hoſt.in ſumma de inquiſitio. in §.& qualiter.in verſiculo, quòd ſi alias. Aug. de Arim. in addit.ad Angel.in tract. maleſ.in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio.in 5.addi.in cip.Tu autem in hac materia adde inquantum.Vbi refert Gand.ita etiam tenuiſſe.Idem vo luit Barb.in c.j.de offic.ord. & hanc eſſe communem firmat Hiero.Cucalon.in addi.ad Ang.in dicto verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio,in gl.in verbo,inquantum Angel. ponit.col.2.Marſi.in §.conſtante.nu.27.in fi.& dicit Arimi.vbi ſuprà, quod nemo iudex nunquam ſit tantæ audaciæ, quando inquirit contra certam perſonam de maleficio etiam ex puro, & mero officio, vt formet inquiſitionem,niſi præcedente infamia.Ex quibus omnibus ſupra abundè dictis, concludendum arbitror prædictum inquiſitum nedum torquendum non eſſe, ſed omnino liberandum, & abſoluendum ab omnibus, & ſingulis in præſenti proceſſu criminali contentis, cùm clarè liqueat nulla extare indicia legitima, & ſufficientia contra eum ad torturam, & ita declarandum fore per Magnificum dominum iudicem præſentis cauſæ. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Frater,& ſoror æqualiter admittuntur ad ſucceſsionem fratris, vel ſororis præmortuæ.*

2 *Trebellianica etſi detrahi ſoleat de ſubſtitutione,illud eſt verum de ſubſtitutione fideicommiſſaria,nõ autem de breuiloqua,quæ naturaliter non continent fideicommiſſariam. quod limita vt numero 10.*

3 *Subſtitutio breuiloqua,ſiue ſit facta verbis directis, ſiue communibus, ſiue ſit facta perſonis imparibus, ſiue paribus, nunquam continet ſub ſe niſi directas vulgares, pupillares, & exemplares ſubſtitutiones.fideicommiſſariam autem nunquam.*

4 *Filius in legitima grauari non poteſt.*

5 *Quod amplia procedere etiam ſi fideicomiſſum deberetur piæ cauſæ.*

6 *Legitima quando ſunt duo fratres eſt tertia pars bonorum teſtatoris, deducto ære alieno, & funeris impenſa.*

7 *Filiæ excluſæ à ſtatuto nulla debetur Legitima ſecundum cõm.*

8 *Legitima,& Trebellianica tranſmittuntur ad hæredes.*

9 *Filius grauatus onere fideicommiſsi conditionalis, ſecundum com munem detrahit duas quartas, videlicet Legitimam, & Trebellianicam.*

11 *Subſtitutio breuiloqua quando eſt facta cum compendio verborũ, non tantùm eſt breuiloqua, ſed etiam,& compendioſa, vel reciproca, habens naturam reciprocæ, & compendioſæ: & ideo tanquam mixta debet ſapere naturam ſuorum ſimplicium.*

12 *Subſtitutio breuiloqua, quando eſt facta cum tactu temporis, ſecundum communem, nedum comprehendit vulgarem, ſi hæreditas non adeatur, verum, & fideicommiſſariam poſt aditam hæreditatem, & perinde eſt ac ſi heres eſſet grauatus poſt mortem ſuam reſtituere per fideicõmiſſum alteri ex inſtitutis ſuperſtiti.*

13 *Subſtitutio compendioſa non requirit expreſsionem dictionis qñcunq;, ſed ſufficit dicere ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis.*

15 *Subſtitutio dicitur cõpendioſa, vbicunq; ſit ſub cõditione mortis.*

16 *Conditio mortis videtur habere tractum ſucceſsiuum, & multa tempora complectitur.*

17 *Alienata per grauatum computantur in Legitimam, & Trebellianicam,*

18 *Alienatio prohibita per teſtatorem cum clauſula, quod in caſu contrauentionis ea ſit nulla, & nullius ualoris ac momenti, & res tranſeat ad cohæredem, non habet effectum, quando non ſupereſt perſona in cuius fauorem facta fuit dicta prohibitio, & qui poſsit dictam alienationem reuocare.*

19 *Alienare prohibitus extra familiam, non prohibetur alienare, ſi eſt vltimus de familia.*

## CONSILIVM XXV.

VIſo themate, & iuribus ad me tranſmiſſis, de plurib. dubitari videtur. Et primò, an in bonis Annæ, æqualiter ei ſuccedere debeãt Vincentius, Quilicus, Hiſabetta, & Bernar dina fratres, & ſorores vtrinque coniuncti, & ſimiliter Quilicus ac dictæ ſorores in bonis dicti Vincentij exinde defuncti ſine filijs. Secundò, quanta ſit portio in qua Vincentio ſuccedere habeant dicti frater, & ſorores. Tertiò, an alienatio facta per Quilicum de bonis paternis valeat, & teneat, ſtante prohibitio ne teſtatoris de non alienando. Quo ad primum articulũ breuiter me abſoluam; quia cùm habeamus caſum legis decidente quæſtionem, non vr̃ de ea dubitandum, iuxta gloſ.in l.ancillæ,C.de furt. Nam text.eſt expreſſus in §.ſi igitur, in auth.de hæreditat. quæ ab inteſt.& in auth.ceſſante, C. de legit.hæred. vbi traditur regula communis,
1 † quòd fratres, & ſorores æqualiter admittuntur ad ſuc-

 ceſ-

ceſſionem fratris, vel ſororis præmortuæ ſine liberis.
Quod etiam voluit Soc.in conſ.9.col.j.vol.3.

Circa, ſecundum caput, in quanta parte ſuccedere poſ-
ſint Quilicus & ſorrores dicto Vincentio, cùm ipſe inſti-
tutus fuerit æqualiter vnà cum Quilico, & cum clauſu-
la, quòd eos teſtator inuicem ſubſtituebat, ſi quis eorum
decederet ſine filijs. Prima facie dicendum videretur,
quòd ex quo dicta clauſula videtur importare ſubſtitu-
tionem breuiloquam, quòd ipſi frater, & ſorores valeant
duntaxat ſuccedere Vincentio in legitima ei debita in
bonis paternis, & in ſucceſſione ſororis Annæ, in parte,
2 quæ ad eum peruenit, & non in Trebellianica. † Quoniam
etſi ipſa Trebellianica detrahi ſoleat de ſubſtitutiotione,
illud eſt verum de fideicommiſſaria, non de breuiloqua,
quæ naturaliter non continet fideicommiſſariam, vt eſt
tex. in l.iam hoc iure, in verbo, vulgarem duntaxat.ff.de
vulgari & pupill.& in l.2.C. de impuberum, & alijs ſub-
ſtitutionibus, vbi Barto.multum commendat illum tex-
tum ſubdens ſe ita conſuluiſſe. Idem firmant Scribentes,
& in l.ex teſtamento, C.de teſtamen.milit.Bart.& alij in
l.Lucius, ff.de vulg.& pupil. Socin. in conſil.6.colum.1.
volum.3.Dec.in conſil.205.colum.2.& in conſil. 291.co-
lum.j.verſic.& idem, & in conſ.318.col.2.verſic.vnde li-
cet, Gozad.in conſil.80.col.j.ac Iaſ.in conſil.134.colum.
3 penult.vol.j. † vbi dicit hanc eſſe veram, & communem
regulam, quòd ſubſtitutio breuiloqua, ſiue ſit facta ver-
bis directis, ſiue communibus, ſiue ſit facte perſonis im-
paribus, ſiue paribus, nunquam continet ſub ſe niſi dire-
ctas, vulgares, pupillares, & exemplares ſubſtitutiones.
fideicommiſſariam autem nunquam ſub ſe continet bre-
uiloqua ſimpliciter facta: quia fideicommiſſaria ſubſti-
tutio non eſt propriè ſubſtitutio.

His tamen non obſtantibus contrariam partẽ in caſu,
de quo agitur, vti veriorem amplectandam fore arbitror.
Et in primis antequam deueniam ad reſolutionem eo-
rũ, quę ſupra allegata fuerunt, facio duas concluſiones.
4 † Prima eſt ꝙ cùm euenerit caſus fideicommiſſi in perſo-
nam Vincentij filij teſtatoris, dicti Quilicus & ſorores
vti hæredes Vincentij, habent conſequi legitimam debi-
tã dicto Vincentio in bonis paternis, in qua grauari non
potuit, l.quoniam in prioribus, C.de inoffic.teſta.Rom.
in conſ.185.col.2. Dec. in conſ. 81. in princip. in conſilio
243.col.2.in conſ.493.col.5.& in conſ.613 in vltimo du-
5 bio. † vbi ampliat hoc etiam procedere dato, quòd fidei-
cõmiſſum debeatur piæ cauſæ. Quod etiam voluit Soc.
in conſ.j.col.2.vol.4. & Par. in conſ. 26.col. 3.vol.2.& in
conſ 81.col 3.vol.eod.

6 Et legitima in iſto caſu, † in quo ſunt duo fratres, erit
tertia pars bonorum teſtatoris, authent.nouiſſima, C.de
inoffic, teſtam.deducto ære alieno, & funeris impenſa, l.
Papinianus, §.quarta, de inoffic.teſtam.Alexand.in conſ,
45 colum.penult. volum.1.Dec in conſ.241.colu. penult,
verſic vltimò quæritur, & in conſ.236.col.penult.& Pa-
7 riſ.in conſ. 56.col.2.ad fin.volum.3. † Quia in tali compu-
tatione legitimæ nulla ratio eſt habenda dictarum ſoro-
rũ, quæ reperiuntur ſimpliciter excluſæ à ſtatuto, & qui-
bus nulla debetur legitima, vt per Pau.de Caſtr.in con-
ſilio 254.col.3.ſecundum antiquam impreſſionem, Ale-
xand.in l.planè, §.ſi duobus, in fi.ff.de leg.j.Soc.in conſil,
278.col.12.vbi dicit pro hac parte pluries conſuluiſſe &
vidiſſe conſultum, & ſemel ita iudicaſſe, Corn.in conſil.
119 col.2.verſic. his tamen, volum.3.Curt.ſen.in conſil.
18.col.2.in fi.& ita conſuluiſſe collegium Paduanum, re-
ferunt Dominus Ioãnes Baptiſta de ſancto Seuer.& Soc.
in conſ. incip. ſuper præmiſſis, quod ponitur in lecturis
ipſius Soc.poſt titulum, ff.de exceptio. rei iudic.Dec.in
conſil.296. in fi. in conſi. 299. colum.2.in conſilio 303. in
fi.& in conſ 385.colum.fin. vbi atteſtatur hanc eſſe com-
munem opinionem, Ruin.in conſil.24.col.2.volum.j.in
conſil.17.volum.2.& in conſ.52.col.3. volum. eodem, in
conſ.12.col. 11.vol.3.& in conſ 57. colum.2. volum. eod.
imò eam magis communem fatentur Aret.in d.§.ſi duo-
bus, & Pariſ in conſ 36.col.7.volum.2.& in conſ.53.col.
12.volum.3. & in conſil.55. col. 3.vol.3. vbi ſimiliter di-
cit hanc ſententiam vſu receptam, & inquit Bru.in tract.
excluſ.fem. in membro 13 quæſt.3. Ita fuiſſe iudicatum
in ciuitate Aſtenſi ex conſ.D.Ioanni Cãpegij per domi-
num Ioan.Iacob. Triuultium, & quòd vidit ſecundum
iſtam partem pluries iudicari, & eam ſeruari in practica.

8 Secunda concluſio, † de huiuſmodi fideicommiſſo
nedum legitima detrahenda venit ſed etiam & Trebellia
nica, cùm ambæ trãſmiſſæ fuerint ad hæredes ipſius Vin-
centij, iuxta not.per Sal.in l.ſcimus, in princ. C.de inoff.
teſtam.& Par.in conſ.9.in prin.vol.2.& in conſ.18.col.4.
9 verſic. quarum detractionem.vol.eo. † quoniam ſecundũ
communem opinionem filius grauatus onere fideicom-
miſſi conditionalis detrahit legitimam & Trebelliani-
cam. Ita Ang.in l.coęredi.in §.cùm filię.ff.de vulg.& pu-
pil.vbi dicit quòd iſta opinio in iudicijs & ſcholis appro-
batur. Alex. in conſ.142.col. 5. in prin. vol. 2. vbi refert
doctores atteſtari hanc opinionem de conſuetudine ſer-
uari. Iaſ.in l.filium quem habentem. colu.j.in prin. C.fa
mil. herciſ. vbi etiam aſſerit ita obſeruari de conſuetudi-
ne, & quòd fruſtratorium eſſet de hoc dubitari. Quã par-
tem etiam vti communem ſequũtur Dec. in conſ.55.co-
lum.5.in conſ.218.col.2.in conſ.236.col.4.in prin.in con
ſil.228.colu.2.& in conſil.299.col.2.Afflict.deciſ. 397.in
fi.Pariſ.in conſi.17 colum.3. volum.2.in conſil.18.colum.
14.vol.eod.& in conſil.30.col.2.vol.3. Imo dicit Alex.in
conſi.250.col.j.hanc ſentẽtiã eſſe magis cõiter receptam.

Non obſtat quod dictum fuit ex aduerſo. videlicet ꝙ
in breuiloqua ſimpliciter facta non contineatur fideicõ-
miſsaria ſecundum communem opinionem ſuprà cita-
10 tam, † quia reſpondetur, quòd & ſi vera & communis ſit
ipſa ſententia, tamen recipit limitationem, vt locum nõ
habeat quãdo cum breuiloqua iuncta eſt compendioſa,
vt in terminis de quibus agitur, vbi ſubſtitutio breui-
loqua facta eſt cum clauſula, ſi quis eorum decederet ſi-
ne filijs: quia tunc poſt aditam hæreditatem ipſa ſubſtitu
tio breuiloqua tranſit in fideicommiſſariam, vt per Pal.
in conſ.55.ver. Quintò & vltimò.vol.3. Docto.in.d.l. Lu-
cius, & in d.l.2. Agn.conſ.151.col.2.ver.ad hoc dicendum
11 moueor. † Vbi inquit quòd quando ſubſtitutio breuilo-
qua eſt facta, cum compendio verborum, quòd non tan-
tùm eſt reciproca, ſed etiam compendioſa, vel recipro
ca habens naturam reciprocæ & compendioſæ conſide-
rato, quòd non eſt ſimplex, ſed concepta verbis, quibus
fit compendioſa: & ideo quòd tanquam mixta debet ſa
pere naturam ſuorum ſimplicium §.& quia.authen.de
nupt. idem voluit Alex.in conſi.110.colu.j.& 2.volum.7.
12 † Vbi dicit, quod quando ſubſtitutio breuiloqua ex fa-
cta cum tractu temporis, quòd tunc nedum comprehen-
dit vulgarem, ſi hæreditas non adeatur, verum & fideicõ-
miſſariam poſt aditam hæreditatem, & quòd perinde eſt,
ac ſi hæres eſſet grauatus poſt mortem ſuam reſtituere
per fideicommiſſum alteri ex inſtitutis ſuperſtiti. Idem
tenuit Soc.in conſil 290. col 2.& in conſi 6.col 1.volu.3.
Dec.in conſ. 318.col.2. Par in conſi.82.colu.1.vol.2.& in
conſ.41.col.5.in prin. eo.vol. & Iaſ.in conſil.134. col.pen.
vol.j.vbi tradit iſtam eſſe communem doctrinam antiquo
rum & modernorum.

Nec habet obſtare quòd pręmiſſa declaratio põt pro-
cedere & locum habere vbi in dicta ſubſtitutione appo
ſita eſſet dictio, quandocunque, vt per Soc.& Iaſ.in locis
13 de quibus ſuprà, † quia reſpondetur quòd ad eſſe ſubſti-
tutionis compenpioſæ non eſt neceſſe quod exprimatur
dictio quandocunque, ſed ſufficit dicere, ſi quis eorum de-
ceſſerit ſine liberis. Ita Bar.in l.centurio. col.3. & 9.verſ.
Secundò oppono. ff.de uulg.& pup. Vbi dicit, quod ſub-
ſtitutio compendioſa ſi eſt facta per adiectionem tempo
ris importati per diſtributiuum quandocunque impor-
tat fideicommiſſariam. Idem ſi non eſt appoſita ipſa di-
ctio quandocunque, ſed alia, quę de ſui natura tractum
temporis ſignificat, vt ſi deceſſerit ſine liberis, licet non
dicat quandocunque: quia tunc requiritur tractus tem-
poris, vt appareat vtrum decedat ſine liberis, & ideo tũc
continet fideicommiſſariam. & cum Barto.pertranſeunt
communiter Docto. Hoc voluit & Bal. in allegato conſi.
14 55. † Vbi inquit quòd illa ſubſtitutio, vos inuicem ſubſti-
tuto, ſi quis veſtrum deceſſerit ſine filijs propter condi-
tionem inſertam de liberis, iudicaretur fideicommiſſa-
ria poſt aditam hæreditatem. Huicque ſententię aſſen-
tit Soc.in conſi.133.col.4.& Dec.in conſi.572.col.j.in con
15 ſil.642.col.j.& in conſi.ſequen. colum.j. † quia ſubſtitu-
tio dicitur compendioſa vbicunque ſit ſub. conditione
mortis, vt eſt gl. magna.in l.in teſtamento. C.de teſt.mil.
vbi ſi Lucius deceſſerit, quam ad hoc ibi notant Fulgoſ.
16 Paul.& alij. Nam cum ſemper quis mori poſſit l.j.ff.de
cond. & demon.conditio mortis videtur habere tractum
ſucceſſiuum, & multa tempora complectitur, vt per An-
gel.in conſi.125.in prin. Curt. Iun.in conſi.86.colum.2.
& in conſi. 172.in prin.Iaſ.in conſ.132.colum.4.volum.
j.&

j.& in conſil.134.colum.penul ibi,tunc propter compen-
dioſam continetur fideicommiſſaria , eò quia comme-
moratio mortis facit, vt videatur ſubſtitutio collata poſt
aditam hæreditatem , & ſic cenſeatur fideicommiſſaria.
Et hanc partem vti communem amplectitur Par.in cita-
to conſil.41.colum.5.in princ. Vnde ex his reſultare vide-
tur clara & indubitata concluſio,quòd Quilicus vna cùm
dictis ſororibus conſequi debeat de bonis ſubiectis fidei-
37 commiſſo legitimam & Trebellianicam Vincentij, † in
quibus tamen computanda erunt alienata per dictũ Vin-
centium,iuxta not.in l.Marcellus. §.res quæ. ff.de Treb.
Iaſ.in l.fin.§.ſed,quia in ſeptima limitatur.C.communia
de leg.& in conſil.161.volu.4.Dec.in conſ.202.col 4.in fi.
vol.2.& in conſil.236 col.pen.Pariſ.conſil.55.in fi. vol.2.
& in conſ.109.col.3.vol.3.

Venio ad vltimam quæſtionem,in qua quæritur,ex quo
teſtator in ſua vltimò voluntate depoſuit, quod caſu quo
aliquis ipſorum Quilici & vincentij deuenerit ad aliena-
tionem bonorum ipſius teſtatoris ante vigeſimum quin-
tum annum, talis alienatio ſit nulla, & nullius valoris &
momenti, & res tranſeat & vadat ad cohæredem, an per
alienationem particulariter factam de aliquibus bonis
per Quilicum , ipſe priuetur commodo hæreditatis . Et
quoniam hæc quæſtio non videtur habere maximam dif-
ficultatem,concludendum arbitror,quòd non, cum non
ſuperſit cohæres, in cuius fauorem facta fuit dicta prohi-
bitio,& qui poſſit dictam alienationem reuocare nec mi-
nus deſignata alia perſona in quam teſtator voluerit bo-
na applicari in caſu contrauentionis,& hoc per not.deciſ.
38 Angel.in conſ.169. colum.2 † vbi concludit, quòd quá-
do in fauorem alicuius fuit prohibita alienatio ſub pœna
a teſtatore, ſi ex alienatione facta contra prohibitionem
non offenditur perſona , in cuius fauorem facta fuit pro-
hibitio, non habet locum pœna : quia vbi mens & ratio
teſtatoris non offenditur, ceſſat ipſa pœna , licet contra
factum ſit prohibitioni,l.filiusfamilias.§. diui. ff. de leg.j.
petto.§.fratre.ff.de leg.2.Ang.ſequitur Dec in conſi.182.
col.j.in conſ.511,col.pen. & in conſ. 584. col.pen. in fi. in
conſ.635.col.pen.& in conſil.637.in fin.Pro cuius confir-
39 matione facit,quod voluit Paul.de Caſt.in conſ.35. † vbi
inquit,ꝙ ꝓhibita alienatione extra familiam,vltimus de
familia nõ ꝓhibetur alienare:q̃a nõ ſupereſt pſona, q̃ ſm
mentẽ teſtatoris poſſit reuocare alienationem. & Pau. de
Caſt.ſequitur Bolog.in conſ.43.col.3.verſ.9.præſuppono.
Dec.in conſ.582 in prin.in conſ.511. col.pe.in fi.in conſi.
584.col.pen.in conſ.635.col.2.in fi.& in conſ.637. in fi. &
Iaſ.in cõſ.164.col.pen.vol.4 vbi dicit,quod licet Paul.de
Caſt in d.cõſ 45.nihil ad hoc alleget,tñ,quod põt allegari
bonus tex.in l.Mutianæ.ff.de cond.& demon.quam alle-
gat.Bar.in d l.filius familias.§.diui.in 2.oppoſitione.

Vltimò pro hac ſñia facit , ꝙ voluit Ang. in conſi.155.
vbi dicit, ꝙ ſi aliquis inſtituit hæredẽ cum conditione, ꝙ
bona hoſpitali relicta non poſſunt aliquo modo, vel ali-
qua cauſa per Rectorẽ dicti hoſpitalis vendi,alienari,do-
nari,vel pmutari,ꝙ ſi cõtra fecerit cadat dictum hoſpita-
le,ſi poſtea hoſpitale alienauerit aliqua bona dictæ hæredi
tatis, quod talis alienatio valet, ex quo teſtator non deſi-
gnauit perſonam , cui applicare vellet ſi contra faceret ,
quia hoc eſt præceptum nudum , quod non ligat, ſecus ſi
deſignaſſet perſonam : nam tunc , quia præceptum non
eſſet nudũ applicarentur bona ei,quem teſtator deſignaſ-
ſet.d.l.filiusf.m.§.diui. Laus Deo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Apocha priuata,vt fidem faciat requiritur quod ſit ſcripta manu debitoris,& ſcripta manu trium Teſtium,qui viuant,& de veritate eius deponant.*
2 *Comparatio literarum,vt fieri poſſit,requiruntur duę ſcripturæ, videlicet ſcriptura ad quam, ſcripturę, ex qua, quod declara, vt in num.17.*
3 *Scriptura ad quam eſt ea,quæ producitur in iudicio,vt fides ei imponatur,continens illud,ad quod debitor eſt obligatus,quę ſi nõ habeat ſubſcriptionem teſtiũ, vel ſaltem adiuuetur depoſitionibus teſtium,qui interfuerunt,& dicant ſe cognoſcere illum qui ſcripſit,non eſt ſufficiens,vt ad comparationem procedi poſſit.*
4 *Mercatores cauti eſſe debent vt non confidant tantum de apochis ſimplicibus in abſentia factis & a nullo ſupſcriptis quia ſi eas producunt in iudicio,& debitores negant eorum manu ſcriptas, uel forſan mortui ſunt,non poſſunt petere ut per talem ſimplicem apodicitiam fiat comparatio literarum .*
5 *Comparatio literarum hodie fit cum maiori cautela,quam olim.*
6 *Scriptura ex qua opus eſt ut ſit ſubſcripta annotatione trium teſtium,quorum ſaltem duo de ipſa ſubſcriptione teſtificentur .*
7 *Scriptura approbata per partem non dicitur indubitata. Sed contra num.18.*
8 *Scriptura ex qua confeſſata per partem,non eſt tantæ efficatiæ,ut per eam poſſit deueniri ad comparationem literarum.niſi ab altera parte acceptata,quod declara ut nu.19.20 21.*
9 *Apocha ſola iuuata comparatione nullam fidem facit,imò ſemiplenam ſecundum communem. ut in num.12. & 16.*
10 *Comparatio licet poſſit facere ſemiplenam probationem,tamen non poteſt ſuppleri iuramento ſuppletiuo ſi cauſa eſt magna : quod intellige & declara, ut in nu.22. & 23.*
11 *Cauſa ducentum aureorum dicitur magna ſi eſt inter ciues, ſecus inter duos Reges,*
13 *Iuramentum ſuppletiuum ut poſſit deferri,requiritur ſemiplena probatio,ut nu.15.*
14 *Apocha ſola non adiuuata aliquo adminiculo facit aliqualem præſumptionem.*
24 *Teſtes deponentes ſe habere notam manum debitoris faciunt aliqualem preſumptionem .*
24 *Teſtes deponentes ſe habere notam manum debitoris faciunt aliqualem præſumptionem .*
25 *Comparitionem fieri petens, duplex iuramentum præſtare debet, unum generale,& aliud ſpeciale .*

## C O N S I L I V M XXVI.

IN præſenti caſu primo aſpectu vnicuique vi
deretur dicẽdum,quòd apocha producta in
iudicio per dominũ Iacobum Cantauenam
contra Bernardũ Boglionum, cum ſit priua
ta,nullam fidem faciat per text. in capit. 2.
ibi non videtur alicuius firmitatis robur habere,vt gl.ibi
in verbo auth.ſed fid.inſtr.vbi per Doct.idem tenet Alex.
1 in conſ.188. in fi.vol.6. † Ad hoc enim vt apocha priuata
plenam fidem faciat requiritur,quòd ſit ſcripta manu de-
bitoris,ſubſcripta manu trium teſtium,qui teſtes viuant,
& deponant de veritate ipſius apochæ l. ſcripturas. cum
authen. vbi poſita, vbi Bartol. & Doctor. C.qui potio. in
pigno. hab. §. ſi quis vult cautè deponere, in authen. de
inſtrum.cau.& fid. Corn.in conſil.166. col. pen.volum.j.
Iaſ.in conſi.129.col.j. vol.2. Sed in præſenti apocha defi-
ciunt huiuſmodi requiſita, ergo nulla fides ei adhibenda.

Nec vis fieri poteſt in comparatione facta, quoniam ad
2 eam nulliter proceſſum fuit, † nam vt de veniri poſſit ad
comparationem literarum , requiruntur duæ ſcripturæ,
3 videlicet ſcriptura ad quam , & ſcriptura ex qua. † Scri-
ptura enim ad quam eſt ea, quæ producitur in iudiciũ vt
fides ei imponantur , continens aliud ad quod debitor eſt
obligatus, quæ ſi non habet ſubſcriptionem teſtium , vel
ſaltem iuuetur de poſitionibus teſtium, qui interfuerunt
ſcripturæ ipſius apochæ , operatur vt ad ipſam compara-
tionem procedi non poſſit, vt eſt gl.in auth. ſed nouo iu-
re.C.ſi cer.pet.no.Cy. in l.comparationes col.3 verſic.ſi
quæritur ad priuata ſcriptura.C.de fid.inſtr.vbi tradit, ꝙ
his deficientibus,alter non poteſt fieri comparatio.Idem
voluit ibi Paul.de Caſt.col.3.ver.ſed contingit interdum.
& Sali.in ver.ad quintam quæſtionem. Hoc idem tenuit
Bar.in auth.de inſtr.cau.& fid.in §.nouimus. ver. ſi quis.
vbi inquit. ꝙ ad hoc, vt poſſit fieri comparatio literarum
ad aliquam ſcripturam priuatam probandam vel impro-
bandam requiritur,ꝙ ſcriptura ad quam habeat teſtium
ſuſcriptiones vel teſtes ſubſcriptos , qui fuerint præſen-
tes quando illa ſcriptura fuit facta , & dicant ſe cogno-
ſcere illum qui eam ſcripſit,quod etiam firmat idem Bar.
ibi in §.ſi quis tamen.in ver.7.& in l.ſcripturas.C.qui po-
tio.in pigno.hab.eiuſq; ſententiæ fuere Bald.& Ange in
ipſa l.ſcripturas.†vbi admonent cautos eſſe debere mer-
4 catores,vt non cõfidant tm̃ in ſimplicibus apochis in ab-
ſentia factis, & à nullo ſubſcriptis, quia ſi eas producunt
in iudicio,& debitores negant eorum manu ſcriptas,vel
forſan debitores mortui ſint,non poterunt petere,vt per
talem ſimplicem apodiciam fiat comparatio literarum .
Idem tradit Paul.de Caſt.in auth.& ſi contractus.col.pe.
verſ.in 2.par.C.de fid.inſtru.†vbi dicit,ꝙ hodie cũ maio-
5 ri cautela fit comparatio,quam olim : quia requiritur, ꝙ
ſcriptura quæ negatur,nitatur argumento teſtitum in ea
ſupſcriptorum,vel teſtium qui interfuerint ſcripturæ,vt
poſſit fieri comparatio , ſubdens ſe valde mirari de dicto
Ang.ſatis pernicioſo , dum vult, ꝙ ſi apocha non habeat
ſubſcriptionem teſtium , & negetur , non poſſit deueniri

ad comparationem literarum:quia tradit Pau.de Caſt.di
ctum.Ang. debere intelligi, quando etiam non extarent
teſtes, qui viderint ipſam ſcribere. Cum hac etiam per-
tranſeunt Corn.in conſi.169.col.pen.volu.j. Oria.in ca.
quoniam contra in verbo,teſtium depoſitiones,col.pen.
de prob.Afflict.decis.181.Dec.in conſ.615.col.3. Par. in
conſ.19.col.5.vol.3.conſ.65.col.2.vol.4.& in conſ.27.col.
6.vol.2.vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem.
Sed hæc apocha non habet ſubſcriptionem teſtium, nec
etiam reperiuntur examinati aliqui teſtes, qui interfue-
rit ſcripturæ eiuſdem apochæ, ergo ſequitur, quod ipſa
compatatio tanquàm minus legitimè facta reddatur nul
lius valoris,atque momenti.

6 † Item & ſecundò requiritur ſcriptura,ex qua,quę ſit
ſubſcripta annotatione trium teſtium,quorũ ſaltem duo
de ipſa ſubſcriptione teſtificentur, vt eſt tex.in d.l com
parationes.in ver.ideoque ſancimus,& ibi not. Bal. Pau.
& Salic. Angel.in authen. ſi quis. C.qui potio. in pignor.
hab.Oria.in d.§.quoniam contra. ver teſtium depoſitio-
nes.colum.fin.aliàs ſi hæc ſcriptura in hoc deficeret, non
poteſt deueniri ad ipſam comparationem literarum, vt
per Alexan.in conſi.76.colum.3.volum.3. & in conſ.114.
colum.2.volum.7.& in conſil.210. colum 2. eod. volum.
Dec. in allegato conſ.615. columna 2. & latiſſimè Par. in
conſi.19.colum.5. volum.3. Ruyn.in conſil.11.colum.4.
volum.3.in conſi.12.colum.4.ver.ſed præmiſſis.vol.eod.
& in conſ.79.colum.3. volu.4. Sed ſcriptura ex qua pro-
ducta in huiuſmodi iudicio caret ipſa ſolemnitate, ergo
comparatio nulla.

Nec habet obſtare ſi dicatur, quod imò ſcriptura ex
qua,eſt indubitata, cum ipſa fuerit confeſſata per partẽ,
7 quoniam & ſi per partem approbata fuerit,†tamen non
dicitur indubitata, vt per Barto.in d.l.comparationes.&
Ang.ibi, qui hoc dixit menti tenendum.

8 Secundò reſpondetur, † ꝙ etſi ſcriptura ipſa ex qua
confeſſata fuerit per partem, tamen nõ eſt adeò efficax,
vt per eam deueniri potuerit ad ipſam comparationem:
quia tunc confeſſio præiudicat parti,quando fuit ab alte-
ra acceptata,aliàs ſecus. Ita Cy.& Sal.in l.j. C.de con-
feſſ.idem Sal.in l.iubemus,C.de liber.cau.& in l.genera
liter.C.de non num.pec. Fel.in c.capitulum, in 6.limita-
tione ad regulam,ex eo de reſcrip & in c.ſi cautio, col.6.
in fi.de fide inſtr.Barb.in conſ.43.col.2. vol.2. Alex.conſ.
111.col.4.vol.3.& in conſ.20.col.2 volu.4. & in conſ.82.
col.fi.eo.volu.necnon & in conſ.211.col.6.volum.6. Iaſ.
in l.error.col.j.C.de iur.& fac.ignor. in l.poſtquam liti.
col.1.in prin.C.de pa.in l.qui Romæ,§.cohæredes, col.2.
ff.de verb.obl. Mar.in rub. C.de prob. nu.114. & in l.de
vnoquoq;, col 49 ff.de re iud.& in ſing.319.Cur. Sen. in
conſ.77.col.j.vbi firmat hanc eſſe communem. Et eam
quoq; communem atteſtatur Par.in conſ.131.col.3. vol.
j.Sed hæc ſcriptura, etſi confeſſata per debitorem, non
reperitur a creditore acceptata, ergo &c.

9 Similiter non obſtare videtur, † quòd ſola apocha ſal-
tem comparatione iuuata, faciat ſemiplenam probatio-
nem,vt per Bar.in l.admonendi, col.5.verſ. circa primã,
ff.de iureiuran.adeò, quod mediante iuramento ſupple-
tiuo,quod in tali caſu deferri poſt,vt per Scrib.in d.l.cõ-
parationes, & in d.auth. Sed nouo iure, poterit perfici
probatio,per quam condemnari poterit ipſe Bernardus,
quia reſpondetur, quòd imò nullam fidem facit, vt per
Afflic.in deciſ.181.in fi.& Par.in conſil.19.col.6. volu.3.
Imò plus volunt prædicti Doc. & idem Par. in conſ.27.
col.6.vol.2 & in conſ.55.col.3.volum.4.quod etiem nul-
lam fidem faceret,ſi teſtes deponerent ſe habere notam
manu debitoris. Et ita inquit Afflic.vbi ſuprà,quem ſequi
tur Dec.in conſi.615. col.2. ita fuiſſe iudicatum in ſacro
conſilio Neapolitano.

Prętereа dato, ꝙ comparatio ipſa faceret ſemiplenam
probationem,adhuc dicitur,quòd ea ſuppleri non poteſt
mediante iuramento ſuppletiuo, cùm hæc cauſa ſit ma-
10 gna,videlicet aureorum ducentum,† in quib.cauſis ma
gnis non datur iuramentum in ſupplementũ probatio-
nis,vt vult gl.in c.cùm ſint partium,de reg.iur. in 6.not.
Doct.in d.l.admonendi,& Alex.in conſi.74.col.2. vol.1.
& in conſi.68.col.fi.vol.3. vbi refert hanc eſſe communẽ
11 opinionem. † Quod autem cauſa ducentorum aureorũ
ſit magna,no.Alb.de Roſa. in l.in bonæ fidei, col.fin. C.
de reb.cred vbi inquit, ꝙ ſi eſſet quæſtio inter duos Re-
ges de ducentis ducatis,quod cauſa nõ diceretur magna,
ſed ſi eſſet inter duos ciues,bene eſſet magna,quod ver-
bum ſemper reputauit notabilẽ Iaſ.in conſil.129.col.
2.vol.1.Idem Iaſ.in conſi.43.col.3.in fin.vol.1.

Quibus tamen non obſtantibus concludendum fore
arbitror, ꝙ imò ex ſcriptura iuuata comparatione lite-
rarum iuncto iuramẽto ſuppletiuo, dictus Bernardus in
præmiſſa ſumma ducatorum ducentum condemnandus
veniat,ad quod dicendum moueor ex communi Docto-
rum ſententia, quæ eſt, quòd apocha ſine ſubſcriptione
11 teſtium,ſi approbetur per ſolam comparationem † lite
rarum,facit ſemiplenam probationem. Ita decidit lucer
na iuris Bar.in l admonendi,col.5.verſic.circa primam,
ff.de iureiur.& in auth.ſi contractus,col.2. verſic.ſi verò
non habet.C.de fid.inſtr.Pau. de Caſt.in conſ.88. col.1.
& 2.vol.2.& in conſ.313.col.2.vol.eo. Anch.in conſ.28.
col.2.in fin.verſ.ita ſimiliter.Sal.in d.l.comparationes,in
vlt.col.quem refert,& ſequitur Alexan.in conſ.58. col.j.
vol.7. idem Sal. in d.auth. ſed nouo iure, quem ſequitur
Alex.in conſi.239.col.3.volu.6. Bal in ipſa l.comparatio-
nes,col.fi.vbi inquit,quòd eſt quædam comparatio admi
niculatiua, quæ eſt quoties ſcriptura ad quam habeatur
parum fidei,vt quia erat ſcriptura priuata,quæ probabi-
liter poteſt negari,ſi adiuuetur per comparationem,legi
tima augetur fides, non tamen reſultat plena probatio,
ſed iudicis arbitrio committitur delatio iuramenti,& ſic
Bal. præſupponit eam facere ſemiplenam probationem
13 † ſine qua regulariter non poteſt deferri iuramentum
ſuppletiuum,vt in d.l admonendi,& latius hoc determi-
nat idem Bald.in d.auth.ſed nouo iure col 2. verſic.vlte-
rius,& Bald.ſequitur Dec.in citato conſ 615.col.j.in fin.
Corn.in conſ.138.col.j.vol.4.Alex.in conſ.114.col.2.vol.
7.Soci conſ.41.col.1.volu.3.Fel.in c.2. in prin.& in 5.col.
verſi.7.limita.Cur.ſen.in d.l admonendi, col.28. verſi.ſi
autem approbaretur,col.31.in fi.verſ.ſtat ergo,& Cacia
lup.ibi char.91.col.j.verſi. nona concluſio, vbi expreſsè
dicit, quòd apocha manu debitoris ſcripta, vel ſubſcri-
pta, & in iudicio negata, teſtium ſubſcriptione munita,
ſed iuuata depoſitione trium teſtium deponentium illã
fuiſſe ſcriptam vel ſubſcriptam manu debitoris, vel iuua
ta comparatione literarum, facit ſemiplenam proba-
tionem. Huicque ſententiæ aſſentit Prac. Pap. in form.
oppo.contra,inſtru.in gl.in verbo,quòd negatur. Rui in
conſi.71.col.7.circa fi.& col.pen vol.3.& in conſi.46.col.
3.vol.4.& in conſi.69.col.4.in prin.& in conſ.79.col.j.vo
lu.eod. Pro qua opinione facit, nam nos videmus ſecun-
14 dum communem opinionem, † quod ipſa ſola apocha
non iuuata aliquo adminiculo, facit aliqualem præſum-
ptionem,vt per Bar.& alios in d.l.admonendi, ad Imol.
Abb.& Fel. in c.2. de fi. inſt. & hoc propter præſumptio-
nem, quæ eſt, quòd quis de facili non faciat falſam ſcri-
pturam.Alex.in d.conſ.239.col.4.verſ. vbi autem ſcriptu
ra,vol.6.idem voluit Iaſ.in allegato conſi.129.col.2.in fi.
vbi atteſtatur hanc eſſe communem. Et cum Bart.in d.l.
admonendi,communiter tranſire Doct. firmat Ruin. in
citato conſi.79.colum.2. Si ergo ipſa ſola facit,aliqualem
probationem,non mirum ſi iuncta comparationem facit
ſemiplenam,aliàs ipſa cõparatio nihil operaretur, quod
15 eſſet contra l.ſi quando,ff.de leg.j † cum ergo ipſa apo-
cha iuuata comparatione faciat ſemiplenam, nõ mirum
ſi poterit compleri iuramento ſuppletiuo, vt vult in ter-
minis noſtris Bal.in d.l.comparationes,col.fi.& ibi Salic.
col.fi.Doc.in d.auth.ſed nouo iure.Abb.in d.c.2. Alex.in
conſ.118.col.2.vol.4.& in conſ.279.col.3.vol.6 & in con
ſil.58.col.1.vol.7.Soc.in citato conſ.41.col.1.Ruy.in con
ſil.79.col.j.volum.4. & in conſi.46. colum.8. verſicu.nec
obſtat,volum.eod.

16 Non obſtant modò adducta pro parte contraria,† & in
primis,quod talis apocha non probet, quia reſpondetur
argumentum procedere, quando ipſa apocha eſſet ſola,
& ita procedit text.in d.c.2 ſecus vbi eſſet iuuata compa
ratione literarum,quia tunc facit ſemiplenam probatio-
ne ita in terminis dixit Abb.in d.c.2.col.2 in fin. & Fel.
ibi col.5.verſ.8.limita.& Ruy.in citato conſi.76.col.2.

Secundò non obſtat, quòd ad comparationem litera-
rum deueniri non poteſt,niſi extrema ſint habilia,vide-
licet ſcriptura ad quam,& ſcriptura ex qua,quoniam di
citur hoc locum ſibi vendicare,& procedere quo ad effe
ctum, vt ipſa comparatio faciat plenam probationem,
17 † non autem quo ad effectum ſemiplenæ probationis, vt
patet ex authoritatibus ſupra relatis,alias ſi contrariũ di-
ceretur,ſequeretur, ꝙ opinio ſupra citata redderetur fal
ſa quæ tamen cõiter a doctoribus recepta comprobatur.

Nec

Nec eſt verum, quòd ſcriptura ex qua, non ſit indubita
ta, cum reperiatur in iudicio per ipſum Bernardum con-
feſſata, quòd ſatis ſufficere videtur, vt expreſsè dixit Bal.
Pau. de Caſt. & pręcipuè Sal. in d.l. cõparationes, in prin.
18 in verſic. item nota. † Vbi inquit, quod ſcriptura priuata
ex qua debet fieri comparatio, debet eſſe approbata: &
ideo ſi vtraque pars fateatur eſſe de manu illius, alia ap-
probatio non eſt neceſſaria, & in verſic. & ex prædictis,
dum reprehenditur Bar. dicit, quod poteſt colligi breuis
concluſio videlicet, quod vbi fides ſcripturæ ex qua peti-
tur fieri comparatio, eſt approbata, quamuis ſit ex ea, po-
teſt fieri comparatione ad negatam, ſubdens de hoc eſſe
caſum in d.l. verſic. ideoque, & prius literis eorum fides
imponatur, tradens etiam ibi Paul. de Caſt. col. fi. hoc vi-
deri abſurdum, quòd ſi quis confiteatur aliquam ſcriptu-
ram eſſe de manu ſua, quòd ego non poſſim illam induce
re ad comparationem alterius, quæ fuit per eum negata.
Idem voluit Ruyn. in conſi. 22. colum. 3. in fi. volum. 3. &
in d. conſi. 79. colum. 4.

Pariterque non obſtat dictam confeſſionem tanquam
non acceptatam per partem non officere confitenti, vt
voluit Cy. & Salic. in d.l. 1. C. de confeſſ. & qui ſequuntur
19 eos, quia reſpondetur tribus modis. † Et primo, quòd cõ
trarium tenuit Abb in cap. cum dilectus filius, de ſucceſ.
ab inteſt. Soc. in conſ. 228. col. 2. vbi dicit hanc partem eſſe
veriorem, quia Bart. & Doct. communiter in l. ex hac ſcri
ptura, ff. de donatio. tantum requirunt præſentiam para-
tis, & nihil dicunt de acceptatione. Idem voluit Pariſ. in
conſi. 75. col. 10. in fin. vol. 2. vbi dicit, quod ita pleniſſimè
tenetur per omnes, & maximè modernos in d.l. admonẽ
di. Purp. in l. poſtquam liti, col. 3. C. de pact. & in l. ed ta,
col. 6. C. de edendo. Et iſtam partem vti veriorem, & de
mente omnium Canoniſtarum, & vt fulcitam longè, &
melioribus rationibus dicit Alcia. in trac. de præſumpt.
in tertia regula præſump. 21. nu. 6. cum ſeq. pro quo opi-
nione facit, quod not. Pau. de Caſt. in conſ. 171. ſecundum
antiquam impreſſionem col. fin. vbi dicit, ꝙ confeſſio filij
aſſerentis ſi filium alicuius, eo præſente, ſibi præiudicat.
Hoc etiam tradit Pariſ. conſ. 10. nu. 45 vol. 2.

20 Secundò reſpondetur, ꝙ prædicta † concluſio limitatur
non procedere, cum inſtante parte fuiſſet facta talis con-
feſſio: quia tunc ſufficit, licet ipſa non fuerit acceptata.
Ita Sal in locis ſuprà citatis. Idem tenuit Alex. in conſil.
111. col. 4. vol. 3. in conſi. 20. col. 2. vol 4. in conſil. 174. col.
1. vol. 6. & in conſi. 212. col. 6. eo. vol. Soc. in conſi. 228. col.
2. in fi. Cur. Sen. conſ. 77. col. 1. Beltr. conſi. 86. col. 2. vol. 2.
Barb. in conſ. 43.

21 Tertiò reſponderi poteſt † quod opinio Cy. & aliorum
procedit vbi agitur de præiudicio partis pręſentis: quia
tunc ea non præiudicat niſi fuerit acceptata, ſecus vbi ip-
ſa confeſſio tenderet in fauorem ipſius partis præſentis:
quia tunc præiudicat, cum præſumatur acceptata. Ita di-
ſtinguit Ale. in l. ſuus, C. de repud. hæred. quem ſequitur
Dec. in ca. at ſi clerici, col. 2. de iudic. & Alc. in d. tract. de
præſumptio, in 3. regula, præſump. 21. nu. 6.

Similiter non obſtat, quod non ſit locus delationis iu-
ramenti ſuppletiui, quia ex authoritatibus ſupra citatis
ſatis clarè conſtat locum fore iuramento ſuppletiuo, quia
hoc communiter receptum eſſe comprobatum fuit.

Nec refragatur, ꝙ in hac cauſa quæ eſt magna, cum ſit
ducentum aureorum, non admittatur iuramentum in
22 ſupplementum probationis, † quia reſpondetur duobus
modis. Primò, quod fundatam habet intentionem hic do
minus Iacobus creditor, qui petiit iuramentum ſuppleti-
uum ſibi deferri ex regula dictæ l. admonendi. Vnde ſi Ia
cobus conuentus opponit non eſſe deferendum iuramen
tum ſuppletiuũ, eo quia dicat cauſam eſſe magnam ſeu
arduam, debuit eam probare, iuxta l. ei qui ff. de proba.
quia debebat probare qualitatem domini Iacobi eſſe ta-
lem, quod dicta ſumma dictorum ducentum aureorum
reputatur magna ſumma, inſpecta qualitate ſua, & quod
ex inſpectione conditionis dicti domini Iacobi, Iudex
debet ita arbitrari, l. & ſi ſuſceperit, ff. de iudic. Ita in ſpe-
cie reſpondet Alex. in conſil. 66 col. 2. volum. 1. in conſil.
122. col. 3. verſic ſaltem, & in conſil. 76. col. 2. vol. 6. Verũ,
quia Soc in conſi. 136. col. 2. duplicato in conſil. 155. vide-
tur impugnare hanc reſpõſionem, licet de Alex. in locis
ſupra citatis non faciat mentionem. Ideo &c.

23 Secundò modo reſpondetur, † quod etiã in cauſis ma-
gnis datur iuramentum ſuppletiuum quando quis pluſ-
quam ſemiplenè probauit intentionem ſuam, vt admit-
tunt omnes Scrib. in d.l. admonendi, & maximè quando
perſona eſt honeſta, vt not. in ca. fi. de iureiur. vt per Alex.
in conſi. 122. col. 2. in fi. vol. 2. & in conſi. 76. col. 2. volu. 6
Iaſ. in terminis noſtris in conſi. ſuprà citato 129 colum.
pen. Crauet. in conſi. 198. col. fi. Ruy. conſi. 46. col. 5. vol. 4.
Sed per dominum Iacobum pluſquam ſemiplenè eſt pro-
batum, quia primo hic adeſt ſemiplena probatio, quæ re-
ſultat ex ipſa comparatione. Adeſt & ſecundò negatio
debitoris facta coram magiſtratu inſtante parte & cum
iuramento, quòd ſcriptura ex qua non erat ſcripta, quam
tamen proprio iuramento exinde ad mandatum iudicis
inſcriptis affirmauit eam fuiſſe ſcriptam manu propria, &
de qua negatione quamplurimi teſtes depoſuerunt, quæ
negatio quantum augere debeat dictam ſemiplenã pro-
bationem, maximè cum iuramento facta fuerit ipſa nega
tio, ſatis liquido apparet, cum leges valde odio habeant
tales negantes proprias ſcripturas, auth. contra qui pro-
priam, C. de non nume. pecu. Augetur quoque ipſa ſemi-
plena probatio ex teſtibus deponẽtibus, quod notam ha-
bent manum ipſius Bernardi debitoris: quia viderunt eũ-
14 dem ſæpius ſcribere, † quæ depoſitiones faciunt quoq;
aliqualem probationem, vt per Ruy in citato conſ. 79. co-
lum. 3. & clarius in conſi. 46. col. 5. & 6. vol. 4. Et ſic ex ſu-
pradictis clare liquet iuramentum ſuppletiuum credito-
ri deferendum, etſi cauſa eſſet ardua attenta dicta pluſ-
quam ſemiplena probatione.

Non obſtat vltimò, quod dictæ comparationi nulla fi-
des adhibenda veniat: quia in ipſa minimè reperiuntur
obſeruatæ ſolemnitates, quæ a iure requirũtur, & de qui-
bus in d.l. comparationes, quia reſpondetur hoc fatue al-
legatum fuiſſe, cum ipſe ad vnguem obſeruatæ fuerint.
15 † Nam primo ex parte petentis eam duplex iuramentũ
præſtitum fuit, primũ generale de calumnia, vt vult glo.
in d.l. comparationes, & ibi Sal. in 3. col. in ver. & ex hoc
ac etiam alij. Secundum ſpeciale quod non petijt talem
comparationem calumnioſè, ſed quia alio modo non po-
terat probare ſuam intentionẽ, prout requiritur a Scrib.
in d.l. comparationes, & per Cor. in conſil. 169. colum. 3.
vol. j. Secundo fuerunt electi periti per iudicem, qui di-
ctam comparationem fecerunt præſente ipſo iudice, &
qui diligenter examinatis characteribus, corporibus, &
elementis ſcripturarum, retulerunt cum iuramento cre-
dulitatis, & de eo, quod ipſis viſum fuit in iudicio ratio-
nis characteres ſcripturæ priuatæ, ad quam ſimiles eſſe
elementis & tractibus ſcripturæ, ex qua, prout pariter vo
lunt tex. gloſſ. & Doct. in d.l. comparationes. Alex. in cõſ.
58. col. 2 vol. 7. Par in conſ. 55. col. 2. vol. 4. Et tanto fortius
hæc dicenda arbitror, cum exindè per iudicem citata par
te pronunciatum fuerit comparationem ipſam legitimè
fuiſſe factam, quæ pronunciatio tranſitum fecit in rem iu
dicatam Vnde ex his omnibus, quæ ſupra dicta fuerunt,
concludo omnino iuramentum ſuppletiuum requiſitum
per partem ſibi fore deferendum, & ipſam partem debi
tricem in petitis condemnandam. Laus Deo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Trebellianica priuatur hæres ob non confectionem inuentarij, & nu. 13 ſed contra, nu. 26.*

2 *Caſus duo vbi ęquiparantur a lege antiqua lex noua ſuperueniẽs diſponẽs aliquid in vno ex dictis caſibus, cenſetur etiam in alio diſponere, quod declara & in nu. 15. & 17.*

3 *Falcidiæ appellatione venit & Trebelllanica.*

4 *Falcidia eſt fauorabilior Trebellianica.*

5 *Extenſio non eſt licita in correctorijs.*

6 *Extenſio non dicitur fieri in correctorijs, ubi eſt expreſſa ratio in lege, ſed comprehenſio.*

7 *Ratio una & eadem quando eſt in pluribus caſibus, tunc non agitur de extenſione, ſed ſicut genus comprehendit omnes ſpecies, ita & ratio generalis omnes caſus complectitur.*

8 *Ratio ubi ſcripta eſt in lege, tunc etiam ſi lex eſſet correctoria, fit extenſio ad caſum, qui larga ſignificatione uocabuli inſpecta, poteſt comprehendi ſub caſu expreſſo.*

9 *Hęres quare non conficiens inuentarium perdat Falcidiam.*

10 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem, tenetur fideicommiſſario uniuerſali reddere rationem de rebus hæreditarijs, & num. 23. ubi declaratur multis modis.*

11 *Inuentarium eſt caput rationis, cùm per illud facilior fiat ipſa redditio rationis.*

12 *Legatarij & fideicommiſſarij ſunt citandi in confectione inuentarij hęredis.*

*Pęna*

14 *Pœna priuationis nunquam habet locum, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
16 *Ciuitas,& eccleſia æquiparantur.*
18 *Falcidia,& Trebellianica in omnibus non æquiparantur.*
19 *Extenſio non licita in materia pœnali.*
20 *Diſpoſitio,§ ſancimus.in auth.de hære.& Fal.procedit in Falcidia,non aũt inTrebellianica,et ſic in fideicommiſſo uniuerſali.*
21 *Geminatio uerborum arguit maiorem, et præciſam deliberationem in quidditate ſermonis.*
22 *Lex procedens per præſumptiones non extenditur etiam, in caſib. quibus alias extenderetur.*
24 *Ratio aliud non eſt niſi ultro citroq; dandi, accipiendi, reddendi, obligandi, ſoluendi ſuæ cauſæ negociatio.*
25 *Declaratio ad §:ſancimus,in auth.de hæred.et Falc.*

## CONSILIVM XXVII.

ILluſtriſſime Domine, Quoniam doctores in hac ardua, & difficili quæſtione,
1 † an hæres omiſſa confectione inuentarij, priuari debeat Trebellianica, vario modo ſenſere, ita vt ea indigeret deciſione principis, vt vtar verbis. Caſſadori in deciſ.3.in fi.in tit.de teſt.cùm de facili perſcrutari nõ poſſit, quæ ſit magis communis opinio, vt refert Dec. in conſil.236. in quinto quæſito, & in qua multi ex doctoribus tam antiquis, quam modernis (vt ex infra allegandis apparebit) non ſolum alijs, verum ſibi aduerſantes fuere. Ideo motus hac ratione libenter me ab hoc munere conſulendi abſtinuiſſem, verum deuictus precibus Illuſtriſſimi, & multum Reuerendi Mutij Conſtanti Armiralij religionis Hieroſolymitanæ, cuius rogationes mihi ſunt veluti præcepta, & cui multum debeo, tum propter ſingularem affectionem, qua erga me ſemper vſus eſt, tum propter innumerabilia beneficia ab eo recepta, non potui hanc prouinciam recuſare. Vt igitur votis ipſius ſatisfaciam, accedo ad ipſius quæſtionis conſultationem. Et primò deducam fundamenta ſtringentia pro parte affirmatiua omittendo non neceſſaria. Deinde allegabo authoritates pro ipſa parte. Poſtremò ipſa argumenta confirmabo. Vltimo verò loco citabo authoritates doctorum tenentium partem negatiuam, ex quibus luce clarius demonſtrabitur hanc ſententiam magis communem, æquam, & conſuetudine approbatam.

2 Pro parte igitur affirmatiua primò facit † vbicunque per legem antiquam duo caſus ſunt æquiparati, lex noua ſuperueniens diſponens aliquid in vno ex dictis caſibus, cenſetur etiam diſponere in alio gl. eſt in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit, C.de furt. quæ licet loquatur in ſeruo vigore legis antiquæ porrigitur etiam ad filium, licet ſtatutum illius l.ſit odioſum, vt not.etiam in l.quod vero, ff.de legibus, quod etiam vult Alex.in conſ.171. col.j.volum.7. & Iaſ.in auth.quas actiones, col.5.C.de ſacroſanc.eccl. Sed per leges antiquas æquiparatur Falcidia, & Trebellianica, l.Marcellus, §.quod autem, ff.ad Trebell. vbi in teſtamentis, in quibus ceſſat Falcidia, ceſſat & Trebellianica. Sed lex noua, videlicet §.ſancimus in auth.de hæredit.& Falc.vult, quòd hæres non conficiens inuentariũ perdet Falcidiam, ergo ſimiliter debet perdere Trebellianicã.

3 † Secundò facit appellatione Falcidiæ venit, & Trebellianica, l.cum filio. ff.de leg.j. l.cohæredi. §. cum filiæ, ff.de vulga.& pupil.glo.in d.auth.vnde ſi pares, C.de inoff.teſt.l.irritum, l.ſi vt allegas, C.ad l.Falcidiam. l.iubemus C.ad Treb.ſed per non confectionem inuentarij hæres perdit Falcidiam, ergo & Trebellianicã perdere dēt

4 quòd eo maximè dicendum venit, † cùm Falcidia ſit fauorabilior, quàm Trebellianicã l.in quartam, ff.ad l.Falcid.Nam in Falcidia non veniunt, niſi tantum ea, quæ hæres acquirit iure hæreditario, in Trebellianica verò veniunt quæcunque prouenientia quomodocunque ex diſpoſitione defuncti ad hæredem. Et ratio eſt, quia in Falcidia magis grauatur hæres, cùm omnia onera ſuſtineat: in Trebellianica verò pro quarta parte tantum, d.l.in quartam, & in l.j.§ fi. ff.ad Trebellianum.

Nec obitat ſi dicatur, quòd licet Trebellianica veniat appellatione Falcidiæ, id eſt impropriè, vt per gl. & Do-
5 cto.in d.auth.vnde ſi pares.† & quod in correctorijs non eſt licita extenſio, vt per docto. & maximè Iaſ.in authen. quas actiones, C.de ſacroſanc.eccleſ.

Quia reſpondetur, quòd hic non tractatur de extenſio-
6 ne, ſed comprehenſione, quod oſtenditur: † quia vbi in correctorijs eſt expreſſa ratio in l. prout in caſu de quo agitur, vt in d.§.ſancimus, in princ. ſcilicet ratio ſubtractionis, tunc non dicitur fieri extenſio, ſed comprehenſio l.his ſolis C.de reuocan.dona.per quem tex. ita dixit Bal.in d.auth.quas actiones in 2 col.& in l.cum verò, ff. de leg.col.j.Vbi dicit, quòd vbi eſt eadem ratio non dicitur extenſio, ſed proprius intellectus ſtatuti per l.nominis, & rei.§.verbum ex legibus. ff.de verb.ſignific.idem
7 Bal.in l.de quib. col.3.ff.de legib.† vbi inquit, quod quãdo in pluribus caſibus eſt vna & eadem ratio, non agitur de extenſione, ſicut genus comprehendit omnes ſpecies, ita, & ratio generalis, omnes caſus complectitur, vt etiã tradit Pau.de Caſt.in conſi.332.præſens caſus, col.2. volum.7.& Pariſ.in conſi.16.col.3.& 4.volu.3. vbi dicit cõmuniter concludi, quod in correctorijs ex identitate rationis ſcriptæ, & expreſſæ fit extenſio ad alium caſum, in quo eadem viget ratio, eò quoniam data identitate rationis, & eiuſdem mentis non ſumus in caſu extenſionis, ſed comprehenſionis per d. l.nominis, & rei, §. verbũ. Et quia vbi eſt eadem ratio & mens, ſumus in interpretatione intellectiua, & comprehenſiua, quæ dicitur ineſſe, ſicut ſpecies dicuntur ineſſe generi, & ſic extra materiã extenſionis, vt per Ang.poſt gl.& Bartol.in l.ait prætor, §.j.ff.de op.no.nunc.idem Par. in conſ.83. col.3, volum.3 Soc.iun.conſil.30.col.4.volu.j. & in conſil. 128. col.fi.volum.eod.

8 Secundò reſpondetur, † quòd vbi ratio eſt ſcripta in lege, tunc etiam ſi illa lex eſſet correctoria, fit extenſio ad caſum, qui, larga ſignificatione vocabuli inſpecta, poteſt comprehendi ſub caſu expreſſo, gl.in verbo eligatur. in clemen.j.de electio.& ibi Pau.de Eleaz.Alex.in conſ. 113.col.2.vol.6.& in conſ.7.col.pen vol.7. Cor. in conſi. 303.col.6.in fi.vol.j.Pariſ.in conſ.69 col.pen.vol.3. Ruy. in conſi.205.in prin.vol.2.ſed ratio expreſſa in d.l.corrigente, & de qua in d.§.ſancimus, ita habet locum in Trebellianica, ſicut in Falcidia, cum ipſa Trebellianica largo ſumpto modo appellatione Falcidiæ contineatur. Ita in terminis huius quæſtionis dixit Corn.in d.conſil.303, col.6.cum ſeq.vol.j.

9 Tertiò facit. † Nam ratio quare hæres non conficiens inuentarium, perdat Falcidiam, eſt, quia lex præſumit, ꝙ de bonis hæreditarijs ipſe ſubtraxerit quantum valet Falcidia, d.§.ſancimus, & in §.ſi verò fecerit, de hæred. & Falcid. quæ ratio ſubtractionis æquè ſibi locum vendicat in Trebellianica, ergo quemadmodum per non confectionem inuentarij, hæres perdit Falcidiam pro legatis particularibus, ita eadem ratione debet amittere Trebellianicam de fideicommiſſo vniuerſali. Ita Sal.in auth. ſed cum teſtator, C. ad l. Falc. & huic rationi ſecundum Ang.in §.extraneis, Inſtitu.de hæred.qual. & diff.in fin. col.malè poteſt reſponderi.

10 Quarto † hæres grauatus de reſtituendo hæreditatẽ tenetur fideicommiſſario vniuerſali reddere rationem de rebus hæreditarijs, l.cum tale, §.Titius, vbi Iacob.de Are.Bal Rapha & Imo.ff.de cond.& demonſt.Bald. in l. filium quem habentem, in fi.C.fam.herciſ. cùm ergo hæres ad huiuſmodi rationem obligetur, eſt argumentum,
11 quòd teneatur ad inuentarium, † quod eſt caput rationis, cum per illud facilior fiat ipſa redditio rationis, l.j.§. officio, ff.de tutel.& ratio, diſtrahen. ergo ſi non facit inuentarium, debet ipſe hæres ita perdere Trebellianicam ſicut & Falcidiam, ita doc.ſuprà relati in d.§.Titius, Cy. in auth.ſed cũ teſtator.Bar.in conſ 234. Old.in conſ.134. & Ang.in d.§.extraneis, & in §.ſi. Inſtit.de fideic.hæred.

Quinto hæc opinio probatur per text. in §.ſancimus,
12 verſi.illo addito.† Vbi Imperator dicit eſſe citandos legatarios, & fideicommiſſarios per hæredem in confectione inuentarij, ſi nõ vult damnificari ſed lucrari, qui tex. loquitur de fideicommiſſarijs particularibus, & vniuerſalibus, imò fortius de vniuerſalibus: quia eorum magis intereſt, ergo ſi non eſt factum inuentarium, vel minus legitimè non citato fideicommiſſario vniuerſali, hæres nõ lucratur Trebellianicam. Ita Bald.in auth. Sed cum teſtator, col.2. vbi inquit illum tex.non fuiſſe ponderatum à doctoribus, qui tamen decidit hanc quæſtionem. Et Bal. ſequuntur Pau.de Caſt.in conſ.36. vol.2. Bald. in conſil. 99.col.2.vol.4.Cor.in conſ.203.col.4. vol.j. & Are.in d. §.extraneis, vbi dicit, quod malè poteſt reſponderi in dicto verſi.illo addito.

13 Sextò & vltimò, † quòd amittatur Trebellianica, ſi hæres non confecerit inuentarium, tenuerunt Oldr.in conſil.34.

ſil.34.Bar.in conſi.50.duplicato in conſ.234.Cyn. Guliel.
Rayner.Petr.Ricar.Malumb. Albe.de Roſa. Bald.Salic.
Fulgo.in dicta auth.ſed cum teſtator.Alb.Galeo. in Mar
garita ſua,in rubrica de quar.Treb.verſi. quæritur,ſi nõ
fecerit.Iac de Aret.Bald Cuma.& Imo.in d.l.cum tale,
§.Titius.Bald.in conſil.99.colum.2.volu.4. Floria. Sal.in
d.l.Marcellus,Cuma.in conſi.141.col.2. Fulgoſ.conſ.26.
col.2. conſ.34.in fi.conſ.41. col.fin. vbi inquit ita de facto
ſępe conſultus cũ alijs clariſſimis præceptoribus reſpon
diſſe in conſ.87.col.3.& in conſ 96 col.j.Paul.de Caſt.in
conſil.487.col.j.vol.j.conſ.36 vol.2.conſ.188. & 445.vo-
lum.eod.Corn.in conſi.22.col penul. volum 2.in conſil.
168.col.3.vol 3. Vbi atteſtatur hanc eſſe magis commu-
nem opinionem,& in conſ.303.col.4.volum.j. vbi refert
etiam hanc partem eſſe communem.Capel Thol.q.304.
Matheſ.in l.filium quem habentem, C.fam.herciſ vbi
citat ipſam fore communem, idem Matheſ. notab. 158.
Corſet.in tract.de Trebel.q.vlti.& in tract. de reg.pote-
ſtate,q.73. vbi aſſerit magis communẽ. Barb.in conſ.46.
col.pen.vol.3. vbi dicit ſecundum hanc partem bis con-
ſuluiſſe.Guido.Pap.in q.53. Ang. in §.ſed qui in fi.de fi-
deicom. hær. & in §.extraneis, de hæredum qualitate,&
differen.Cur.iun.in conſ.120. col.5. vbi dicit hãc partem
veriorem,& hanc eſſe communem atteſtatur idem Cur.
in conſi.54.col.3.Et hanc partem vti communem ample
ctitur.Dec.in conſ.236.col.4.& vti magis communem in
conſi.480.col fi.& in conſi.495. col.fi. & tanquam magis
communem, & ęquiſſimam etiã ſequutus fuit Bertran.
in conſi.23.col.6.in princ.vol.j.& in conſ.75.col.2. vol.2.
in conſ.108.col fi.vol.j.& Pariſ.in conſi.126.colum.ante
pen.in fi.vol.j.conſi.3.col 2.volu.2.conſ.16.col.12.conſil.
18.col.pen conſi.25.col 2 conſi.26.col.6.conſi.64.colum.
3 conſi.9 .col.8.vol 2.& in conſi.1.colum.11.vol 3. con
ſil.27.col.3.conſ.52.col.2.& 53. vol.eod. Pariſ.in additio.
conſilij Soc.iun.139.vol.j.Ruyn.in conſi.115.col.fi. & in
conſ.159.col.2.vol.3.tenet etiam hanc ſententiam, pro-
ut & Crot in c.Raynutius, char.pe.ver. fallit de teſtam.
& Franc.Tigri.in conſil.incip.Bonauentura, quem citat
Iaſ.in d.l.Marcellus,col.antepen.in fi.& Soc.in d.l.Mar-
cellus,vbi dicit hanc partem eſſe ſequendam tam in con
ſulendo,quàm in iudicando.

Quibus non obſtantibus contrariam opinionem tan-
quam magis æquam,magis piam,& magis communem,
24 vt conſuetudine approbatam,tenendam arbitror.† Et ꝓ
fundamento huius partis dico ponderandum eſſe,ꝙ pœ-
na priuationis nunquam habet locum,niſi in caſibus ex-
preſſis a iure. Tert. eſt notabilis in authen.de non elig. ſe-
cundò nub.in §.optimè,dum tex.dicit,nec lex eſt tale q̃d
dicens,quem ad hoc allegat Bald.in authen.ex teſtamen-
to,col.antepen.C.de ſecun. nup.gl.in c.fi.in gl.magna.de
iure patrona.quam ſingularẽ ibi reputat Abb. vbi dicit,
quòd ad hoc vt pœna priuationis alicuius iuris, puta pa-
tronatus, vel eligendi locum habeat, requiritur quòd ſit
expreſsè cautum.Idem voluit Alex.in conſ.92.col.3. vo-
lum.6.& in conſ.212.col.j.vol.eo. & in l.etiam, §.j.ſoluto
matrim.Iaſ.in l.cùm quidam,col.4.ff. de liber. & poſthu.
Gozad.in conſ.47.col.2.& ideo dixit Barb. in c.j. in gl.2.
de teſt.quem ſequitur Pariſ.in conſ.106.col.2.vol 4.quod
pœna priuationis beneficij inuentarij, non eſt modo ali-
quo imponenda, ex quo non reperitur in iure ſcripta. Si
ergo pœna priuationis alicui non eſt imponẽda, niſi hoc
cautum expreſsè a iure reperiatur, ideo ſequitur, quod
cum a iure diſpoſitum non ſit, quod per non confectionẽ
inuentarij hæres priuetur commodo Trebellianicæ,quòd
hæres,qui eam omiſit,carere non debeat commodo ipſius
Trebellianicæ.

25 Non obſtant modò adducta in contrarium,† & in pri-
mis ꝙ ex quo per legem antiquam Falcidia & Trebellia-
nica æquiparantur lex noua ſuperueniens, & aliquid di-
ſponens in Falcidia cenſetur etiam diſponere in Trebel-
lianica,per gl.in d.l.ſi quis ſeruo perſuaſerit, & in l. quod
vero,ff.de legibus,quia reſpondetur,quòd illa regula pro-
cedit in materia exorbitanti, & ita propriè loquuntur il-
læ duæ gl.ſupra allegatæ, vt per Iaſ.in d.auth. quas actio-
nes,col 5.& in l.ſi conſtante,col.5.ff.ſol.matr.non autem
in materia correctoria, vt expreſſe dicit gl.in §.fin. ſuper
verbo,impl uerit,quam ibi ad hoc expreſsè not.Ang.In-
ſtit.qui.alie.licet vel non. Sed in terminis de quibus agi-
mus,ſumus in materia correctoria, in qua etiam non eſt
licita extenſio, vt probatur in l.fin. iuncta authen. quas
26 actiones,C.de ſacroſanct.eccleſijs. † Nam in d.l.fin. ciui-
tas & eccleſia æquiparantur, & tamẽ auth. quas actiones
corrigens in eccleſia, & ſic in vno ex caſibus parificatis
non intelligitur corrigere in ciuitàte ſecundum opinio-
nem gl.& doctorum ibi, vt per Iaſ.ibi col.5. Et in termi-
nis noſtris hoc voluit Barto.in conſil.2.Alex. in conſil.29.
colum.2.volum.5.& in d.l.Marcellus,in fi.ac Iaſ.in con-
ſilio 84.colum.3.volum.1.

17 Secundò reſpondetur,† quòd etiam dato quòd iſta re-
gula locum habeat in correctorijs, tamẽ oportet quòd in
illa materia æquiparentur per l.antiquam in omnibus &
per omnia illi duo caſus ſi lex noua corrigens in vno caſu
debeat corrigere in alio,ita Matheſij.in trac.extenſi.in 6.
col.quem ſequitur Iaſ.in d.auth. quas actiones, in 5. col.
verſ. ego aliter reſpondeo, & col.7. vol.2. principaliter li-
mita.& in authen.nouiſſima,col.12.verſi.tamen,quia, C.
de inoffi.teſt. ſed ſi per legem antiquam in omnibus non
datur ęquiparatio, lex noua non extenditur de vno caſu
18 ad alium,† ſed in caſu de quo nunc fit ſermo, Falcidia &
Trebellianica in omnibus & per omnia nõ parificantur,
ergo non militat argumentum ſuprà allegatum, & quòd
ſit verum demonſtratur. Nam ſecundum l.antiquam in
teſtamento militis non habet locum Falcidia, & tamen
in eo locum habet Trebellianica, l.1. §.in filij, ff. ad Tre-
bel.no.Moder. in tract. de inuentario in 6. capite nu.16.
item & in alio non datur æquiparatio. Nam in caſibus,in
quibus ratione delicti hæres priuatur Falcidia,non priua
tur Trebellianica,ita Bart.in auth.ſed cum teſtator,C.ad
l.Falcidiam,& in l.Marcelus,§ quòd autem,vbi ita decla
rat illum text.& Barto.ibi ſequuntur Scribentes,item in
Trebellianica aliter diſponitur, quando detrahitur con-
tra voluntatem,l.filium quem habentem,C fam.herciſ.in
Falcidia autem talis differentia non inuenitur.Item one-
ra hęreditaria aliter diſponuntur propter Falcidiam, &
aliter propter Trebellianicam, l.1.& 2.l. reſtituta, ff. de
Trebel.Quinimò hęres reſtituta hæreditatę remanet pro
quarta parte,& fideicommiſ.habetur pro hærede pro tri-
bus partibus,l.j.circa principium, & l.ſi hæres: ad Treb.
Hæres autem ſolutis legatis remanet hæres in totum, er-
go ex his ſequitur, quod cum in omnibus & per omnia
non detur parificatio in l. antiqua inter Falcidiam & Tre
bellianica, quod lex noua corrigens in vno caſu ex æqui-
paratis,in aliquo caſu a lege antiqua non cenſeatur corri
gere in alio.

Vlteris dicitur hoc magis procedere, quando ſumus
19 in materia nedum correctoria,† ſed etiam pœnali, dato
etiam quod ratio ſit ſcripta in lege, vt eſt gloſſ.ſingularis
in Clem.vt hi, qui in verbo,eiſdem,de æta.& qual.quam
reputat ſingularem Rom.in conſ.129.Iaſ.in d.auth quas
actiones,col.7.ver. intellige tamen & in proprijs termi-
nis hoc voluit Bolog.in addit.ad Anan.in conſil. 61. in 2.
dubio,Claud.Sayſel.in d.l.Marcellus,in fin.& Alex. in d.
conſ.29 col.2.volum.5. ac Iaſ.in allegato conſil.84. col.3.
& ſic ex his apparet non militare obiectum, ꝙ hic non
agatur per viam extenſionis, ſed comprehenſionis: quia
dicta opinio poſſet procedere, quando omnino & in to-
tum ratio reperitur expreſſa in caſu non expreſſo, nec da
retur aliqua diſſimilitudo, iuxta notata in c. conſtitutio.
ſuper gloſ.fin.& ibi Franc.& Imol.in l.ſi verò, §.de viro,
in 5.col.verſ.& hæc vera,ff.ſol.matr.Crot. in l.omnes po-
puli,col.41.verſic.decima concluſio.Socin.iun.in conſ.30.
nu.30.vol.1. Et ita loquuntur iura ſuprà allegata, ſed hic
datur diſſimilitudo inter Falcidiam & Trebellianicam (vt
ſupra dictum eſt) & non eſt omnimoda ratio inter Falci-
diam & Trebellianicam, vt infra demonſtrabitur in re-
ſponſione tertij argumenti,ergo &c.

Non obſtat ratio,§.ſancimus,de qua per Salic.in d.au-
thent. ſed cum teſtator, quia reſpondetur ſecundũ Imol.
in d.l.1.§.hæc ſtipulatio,col.pen.ff. ſi pluſquam per l. Fal-
cidiam, Alex.& Iaſ.in d.l. Marcellus & Bolog. in additio-
ne dicti conſilij 61.Anan col.fin. in princip. & Crauet. in
20 conſ.17.col.1.in fin.† quod ille text. loquitur in Falcidia,
non autem in Trebellianica, & ſic in fideicommiſſo par-
ticulari & non vniuerſali,quod probatur. Nam text.in d.
§.ſancimus, dicit, ꝙ vult prouidere ex eo quia hæres per
ſubtractionem rerum hæreditariarum tentabat inducere
Falcidiã,quæ alias non habebat locum,quæ ratio non ha-
bet locum in fideicommiſſo vniuerſali, quia in illo etiam
ſine ſubtractione rerum eſt locus Trebellianica, & ſic ille
tex.in §.ſancimus,ſecundum Iaſ.vbi ſupra, qui in ratio-
ne ibi in textu expreſſa,videbatur pro iſta parte ſtringe-
re fortior, retorquetur ad oppoſitum, cum ratio illa ibi
expreſ-

expreſſa non videatur habere locum in Trebellianica. Præterea ille text.cum §.ſi verò non fecerit. non dicit indiſtinctè hæredem non conficientem inuentarium tenere adimpleri de ſuo, ſed ita demum ſi vires hæreditatis deficiant ad legata, ſed clarum eſt, quod in fideicommiſſo vniuerſali ſemper vires ſufficiunt, quia vltra illas, hæres nõ eſt grauatus, l.ſi hæres ab eo.ff. ad Treb. ergo ille textus intelligitur in fideicommiſſo particulari, & licet text.ibi dicat. tranſcendant menſuram legatorum, datio tamen non repetiit verbum fidicommiſſorum: quia ſatis comprehendebatur ſub appellatione legatorum, l.& fideicõmiſſorum, de leg.3. et attento quod præfationes declarant ſequentia, l.ſi ſeruus plurium, §.fi.de leg.j. apparet, quod per id quod dixerat Imperator in d.§.ſancimus, inducẽdo, vt proximè dictum fuit, quod intellexit de legatis, & fideicommiſſis particularibus etiam in d.§. ſi verò non fecerit. Ita Alex.in d.§.Marcellus, & Iaſ.ac Bolog. vbi ſuprà. Et quòd intelligatur d.§. ſancimus, in fideicommiſſo particulari per rationem ſupra dictam, voluit etiam Alexand.in conſil.29. col.2.volum.5. & in 67.col.2.volum.4. & Corn.in d.authen.ſed cùm teſtator, & Caſſad. vbi ſuprà. Præterea pro iſta opinione facit, nam in d. §. ſancimus, & in §. ſequenti Imperator pluries repetit de Falci-

21 dia, & de Trebellianica nullam facit mentionem, † per quam geminationem verborum ad toties replicata arguitur maior, & præciſa declaratio in quidditate ſermonis, l.cùm ſcimus, C.de agric.& cenſi.lib.10. & ideo ſi voluiſſet etiam loqui de Trebellianica, vtiq; dixiſſet, cap.ad audientiam, de decim. cùm ergo verbum de hoc non fecerit, vtiq; ſequitur quòd nec nos hoc dicere debemus, argum.l.illam, C.de colla.ſed quòd remanere debemus in diſpoſitione iuris communis, ſecundum quod non reperitur iure cautum, quòd propter omiſſionem inuentarij, hæres priuatur Trebellianica, vt inquit Bal. conſi 99. volum 4. Vlterius conſiderandum eſt, quòd etſi ratio ibi expreſſa etiam militaret in Trebellianica, quòd tamen ratio ipſa non extendenda ad ipſam Trebellianicam: quia ſumus in materia correctoria, & pęnali, in qua ſecũdum Caſſad. vbi ſuprà, & Homod. in conſil.240. colum. antepenult. Ruyn.conſ.112.in fi.volum.2.& alios de quibus ſuprà, non eſt licita extenſio, ſed eſſe debemus contenti pęnis legalibus, vnde non ſequitur in pęnam omittentis inuentarium inſurgit priuatio Falcidiæ, d.§.ſanci-

22 mus, cum §.ſequenti, ergo, & Trebellianicæ. † Item etiã facit ſecundum Ruyn. in d.conſ.112. in pe.col.quod lex procedens per præſumptiones, non extendatur etiam in caſibus, in quibus aliàs extenderetur, ſecundum Abb. in c.fin.de ſponſ. Poſtremò, quòd d.§. ſancimus locum non habet in Trebellianica, demonſtratur. Nam poſito, ſed non conceſſo, quòd quis priuetur Falcidia propter omiſſum inuentarium, illud eſt verum ſi non fecerit inuentarium, ſecundum formam traditam in l.fin.C.de iure delib.vt not.in d. §.ſancimus, cum gloſ. in verbo tempera. & tamen vt quis amittat Trebellianicam, nõ requiritur, quòd fiat inuentarium ſecundum formam dictæ l fin.ſed ſufficit ſimplex deſcripto, vt per Pau. de Caſtr. in l.cum tale, §.Titius, ff.de cond.& demonſtratio. quem ſequitur Pariſ.in conſi.43.col.fi.vol 3.& Ruy.in conſil.159.col.5. volum.3. Si ergo in Trebellianica non requiritur inuentarium ſecundum formam, de qua in dicto §. ſancimus, & in d.l.fin.ergo ſequitur, quòd in fideicommiſſo vniuerſali, de quo detrahitur Trebellianica, locum non habeat d.§.ſancimus, quia eo caſu deberet confici inuentarium ſecundum prædictam formam, l.fin. quod tamen ex ſupra dictis eſt falſum.

23 † Similiter non obſtat quartum fundamentũ factum, quòd ex quo hæres tenetur reddere rationem fideicommiſſario vniuerſali, obligatur lege inuentarij, & qui non facit illud, debet carere commodo Trebellianicæ, quia reſpondetur ſecundum Iaſon. in d.l.Marcellus, quòd iſta non eſt bona conſequentia, nec Pariſienſis, Hæres tenetur conficere inuentarium, ergo ſi non facit, perdit Trebellianicam, cùm de ea iure cautum non reperiatur.

Secundò reſpondetur, ꝙ licet hæres teneatur fideicommiſſario vniuerſali reddere rationem, & ex hoc facere inuentarium, vt facilior reddi poſſit ratio, tñ non obligatur ea forma, de qua in d.§.ſancimus, & in d.l.fina. C.de iure delib.per ea, quæ dixit Pau.de Caſt.in d.§.Titius, & ex alijs ſuprà citatis: ergo non ſequitur, ꝙ ſi non fecerit inuentarium, quod carere debet commodo Trebellianicæ; quia dicta ratio militabat etiam de iure antiquo, & tamen non perdebat Trebellianicam. Ita in ſpecie dixit Corn.in conſ.180. in 8.q. vol.4.

Tertiò dicitur, ꝙ non ſequitur, Hæres tenetur rationẽ reddere, ergo facere inuentarium. Et illud quòd dicitur, quod inuentarium eſt caput rationis, negatur. Nam benè verum eſt, quòd cum inuentario melius ratio redditur, ſed non ſequitur, quod ſine eo non poſſit bene reddi. Nam ſi ſcripſiſſet data, & recepta, vtiq; poſſet reddere rationem, ꝙ ſufficit. Dicendum eſt igitur ꝙ licet inuentarium ſit caput rationis reddendæ, tamen non neceſſariũ,

24 † quod ſatis probatur ex diffinitione rationis, quæ non eſt illud, niſi vltro citroque dandi, accipiendi, reddendi, obligandi, ſoluendi, ſuæ cauſæ negociatio, l. ſi quis ex argentarijs, §.rationem, ff.de edendo, & ad has reddendũ

25 non eſt opus inuentario. † Non obſtat quintum de text. in §.ſancimus, in verſi.illo addito, ponderato per Bald.in auth.ſed cùm teſtator, quia reſpondetur ſecundum Imo. in d.l.j.§.hæc ſtipulatio, Ang.in §.ſi verò expreſſim. Alexand. & Iaſ. in d.l.Marcellus, & Caſſad. vbi ſuprà, quòd text.in d.§ illo, non facit in propoſito: quia licet velit fideicommiſſarium vniuerſalem debere citari per hæredem in confectione inuentarij, non per hoc ſequitur ꝙ ſi non citet, vel faciat inuentarium, debeat perdere Trebellianicam: quia etiam citari debent creditores, & legatarij ad pias cauſas, aduerſus quos hæres non detrahit quartam, & tamen non ſequitur ꝙ pęna ibi impoſita ſe extendat ad Trebellianicã, quia verba non videntur adaptari Trebellianicæ in indiuiduo ſumptæ in hac ſtrictiſſima materia correctoria pœnali, ergo nec mens Bald. in l. hos accuſare, §.in omnibus, de accuſat. hoc etiam voluit Corn.in d.conſilio 180.in 8 q.vbi dicit, quod iſte text.de quo exclamat Bal.parum facit, & in d. authen. ſed cùm teſtator, col. fina. Pręterea alio modo reſpondetur, quòd Alex.in conſ.29.col.3 vol.5 & conſ.67. col.fi.volum.4. ac Bolog. poſt Ana.in conſ 61. ac Caſſad. vbi ſupra, ꝙ licet ille tex.loquatur de legatarijs, tamen ex quo expreſſe nõ dicit de vniuerſalibus, & poteſt verificari in particularibus, non debet illud verbum vniuerſalib. ſubaudiri per id, ꝙ not.gl.in verbo petere, in c.cupientes, de electio, in 6.§.ꝙ ſi per viginti. Et ꝙ loquatur in legatis, & fideicommiſſis particularibus, probatur per illum text. ibi, & his omnib. obſeruatur. Dicitur enim, ꝙ ſi faciet inuentariũ, percipiet commodum Falcidię, ſin autem fecerit, priuatur Falcidia. Hic autem quæritur de fideicommiſſario vniuerſali, quæ ſunt diuerſa, igitur non eſt validum arguere de vno ad aliud, l.fin. ff.de ſepara. Ita etiam Moder.in

26 tract.de inuentario, in 6.cap.nu.19.† Vltimo hanc partẽ negatiuam tenuerunt Roff.in lib.ſuis in tit.de ſenat con ſul. Treb.circa princ. Iac.de Beluiſ. in §.hinc nobis in 3. q.de hæred.& Falc.Oldr.Laud.in l.fi.C.de iure delib. Io. And.in addit.ad Spec.in tit. de Inſt.ed.in §.d in ver.nũc dicamus de inuen.in gl.quæ incipit, fecerit de Trebellianica dubitatur. Rayn.in d.auth. ſed cum teſtator. Iac.de Aret.& D.Fran. de Thom.in l j.de leg.j. vt refert Guid. Pap.in q.53.Rizar. in l.fin. §.ſin autem dubius, C.de iure delib. Dy.vt refert Bal.in conſ.99.vol.4 Io. de Put. vt citat Ang.de Gamb.in tract.de teſt.in gl.89. vbi etiam ipſe idem tenet Ang.& Fran.de Ramp.Iac.de Bel. in d.auth. ſed cum teſtator idem Ang.in §.ſi verò expreſſim, in authen de hæred.& Falc.Pet.Ferra.in forma libel.quo per hæredit.in gl.in verbo pure, in fi.Signor.de Hom.in conſil.240.col 7.circa fin.Moder.in tractat.de inuent. in 6.c. Oldr.ſibi contrarius, in conſ.242.col.3. Bart. ſibi contrarius, in conſ.2 in d.auth.ſed cum teſtator, vbi dicit quòd ita cõiter obſeruatur, & in d.l.Marcellus, vbi refert hanc partem multum æquam. Idem ſibi aduerſatur Bald.in l. filium quem habentem, col.11 verſ.item quæro, C.famil. herciſ.& in conſ.354.verſ.2.vol.5. Io.de Caſt.epiſc. Vincentinus in conſ.229.in 2.articulo, inter conſ. Bal. vol.3. vbi dicit hanc opinionem veram, & d.conſ. ſe ſubſcripſit Bal.ibi Paul.de Caſt.etiam ſibimet varius in d. §. Titius, & in d.l.Marcellus. Ang.in d.l.j.§ hęc ſtipulatio, colum.7. verſ.de ſecundo, & in d.l.Marcellus, §.quod autem, in fi. Crauet.in conſi.17.Corn. qui ſimiliter ipſi aduerſatur, in conſi.180.in 8 dubio, vbi inquit, quod hæc opinio iuuatur melioribus authoritatibus, & in practica eſt tutior. Rui. in conſ.112.col.pen.vol.2.Caſſad.in deciſ.3.in titu. de teſtam.vbi refert hanc partem magis piam, & ſecuriorem, & ita tenuiſſe Rot. Vlterius hanc ſententiam tanquam cõmunem tenuerunt Paul.de Caſ.in conſil.177. in tertio quæſito in 2.vol & in conſ 198. vbi tradit in conſulendo & de-

& decidendo tantum non eſſe recedere ab hac communi opinione, & in conſ. 268. in tertia quæſt. in princip. vbi inquit, quod banc partem tenent celebriores & plures Doctor. & cum Bart. dicat in d. l. Marcellus, & in authen. ſed cum teſtator. quod obſeruatur, quòd ab ea non eſt recedendum, cùm nemo ſit, qui neſciat quanta ſit authoritas Bartol. Pariter hanc eſſe communem dixerunt Imo. in d. l. 1. §. hæc ſtipulatio. An. in conſ. 61. col. 2. vbi etiam tradit tutum non eſſe recedere in practica ab iſta opinione. Idē tradit ibi Bolog. in addi. ad Ana. col. 2. & in conſil. ſuo 29. col. 2. Alen. in auth. ſed cum teſtator. vbi etiam tradit hoc menti perpetuo tenendum, & ita vidiſſe de facto ſeruari, & in conſ. 67. col. 2. vol. 4. dicens non eſſe tutum in practica ab hac opinione diſcedere. Iaſ. in rubrica ad. Trebel. in 1. col. in 1. lectu. & in 2. lectu in fin. dicta l. Marcellus, in fine in conſulendo & iudicnado ab ea non recedendum. Calca. in conſi. 37. in fi. vbi ſimiliter dicit ab ea non eſſe recedendum Claud. Sayſell. in dicta l. Marcellus, in fi. Rubr. Alex. in conſ. 43. col. 3. Pariſ. ſibi contrarius in conſil. 43 col. 10. in prin vol. 3. imò & hanc magis eſſe communem atteſtatur Bal. in conſ. 403. col. 2. vol. 2. Alex. in conſil. 29. in 2. col. vol. 5. Iaſ. in conſi. 84. col. 3. vol. j. Ruin. ſibi contrarius in conſil. 135. col. 6. vol. 3. & Soc. Iun in conſil. 137 col. 3, vol. j. Vultimò quod. de cōſuetudine ita obſeruatur, voluit Bart. in d. auth. ſed qum teſtator. Bal. in d. conſil. 403. vol. 2. & in conſil. 99. vol. 4. Corn. in d. conſ. 180. in 8. q. & Soc. Iun. in alegato conſi. 137 col. 3. vbi dicit, quòd licet fortaſſe propter plurimas authoritates tenentium contrarium poſſet dubitari de veritate huius dicti, videlicet quæ ſit communis opinio, attento quod quidam aſſerunt communem opinionem eſſe in contrarium, tamen videtur ꝙ hac ſententia ſit ſeruanda, quia eam admiſit conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres. Et ideo ex his concludendum venit hanc ſententiam negatiuam, cū ſit magis æqua, magis pia, ac magis communiter recepta, & conſuetudine approbata tam in conſulendo, quàm in iudicando eſſe ſequendam. Et ita facias tu iudex quando talis caſus tibi euenerit. Laus Deo.

### *SVMMARIVM.*

1 *Melioramenta facta, per grauatum in rebus ſubiectis reſtitutioni fideicommiſſo, ſi tendunt ad perpetuam rei vtilitatem, cedere debent commodo hæredis grauati.*

2 *Fideicommiſſarius agens debet probare bona fuiſſe in hæreditate fideicommittentis tempore mortis ſuę.*

3 *Exceptio retentionis ratione expenſarū factarum in rebus ſubiectis reſtitutioni fideicommiſſi, ad quorum bonorum reſtitutionem condemnatus ſum opponi poteſt in executione ſententiæ, etiam ſi ius retentionis in ſententia mihi reſeruatum non fuiſſet.*

4 *Exceptio compenſationis poteſt opponni in executione ſententię.*

5 *Item & exceptio inuentarij.*

6 *Nec non & exceptio collationis faciendæ.*

7 *Pariter & exceptio, ne quis exigatur vltra quàm facere poſſit.*

8 *Expenſæ aliquæ ſunt neceſſariæ, aliæ vtiles, & nonnullæ voluntariæ.*

9 *Expenſe factę per grauatum tam in domo, quàm capſina conſtruenda, nec non & in refectione domus & capſinæ exuſtæ à militibus, debent cedere ſolo, ſed contra nu. 13 & num. 14. vbi declaratur.*

10 *Expensæ factæ in bonis ſubiectis reſtitutioni fideicommiſſi compenſandæ veniunt cum fructibus preceptis, pendente conditione ipſius fideicommiſſi, quod declara, vt in nu. 17.*

11 *Expenſæ factę per grauatum, ſi reſtituendę, ſunt, id tantū reſtituendum venit, quod expenſum eſt, licet fuerit multo plus meliorata res quam impenſum.*

12 *Expenſa facta per maritum in refectione domus per incendium combuſtæ, & ſine qua colonus commodè prædia colere non poterat reſtituenda eſt marito ſeu eius hæredi, cum inter neceſſarias connumeratur, & num. 13. & 18.*

15 *Ædificium non cedit ſolo, quando aliqua coniectura ſubeſt, quod ea facta non fuerit animo donandi.*

16 *Ædificium factum per emphyteotam non cedit ſolo ſi emphytheoſis eſt finita ſine culpa emphytheotæ.*

18 *Declaratio ad legem in fundo, ff. de rei uind.*

19 *Expensæ factę per grauatum in diſboſcando, uel redducendo nemora ad culturam, non ſunt reſtituendæ hęredi grauato, ſed contra num. 23.*

20 *Expenſę factæ in arando nel ſerendo non ueniunt repetendę ſeu reſtituendę grauato, ſeu eius hęredi, ſed cum fructibus compenſandę: quia facta gratia fructuum colligendorum.*

21 *Grauatus poteſt repetere ſumptus utiliter factos in rebus hęreditarijs.*

22 *Nouale dicitur terra, quæ de nouo colitur, & alias erat nemus.*

24 *Conductor non tenetur facere foſſata in prędio conducto eius expenſis: quoniam tendunt ad perpetuam utilitatem, aliàs ſecus.*

25 *Expenſa parua ſpectat ad emphytheotam, ſecus magna: quia ad dominum.*

26 *Expenſe factæ per grauatum in plantandis uineis & arboribus fructiferis debent reſtitui per fideicommiſſariam, ſi ex ipſis uineis, & arboribus per cepturus eſt perpetuam utilitatem, & non modicam.*

27 *Conductor licet non teneatur niſi uites ueteres conſeruare, & alias in locum mortuarum ſubrogare, tamen ſi de nouo uites plantauit, ex quibus locator ſit percepturus utilitatem non modicam tenetur ad reſtitutionem ipſarum expenſarum, alias ſecus.*

28 *Fœmina non poteſt ſuccedere in feudo.*

29 *Mulier poteſt ſuccedere in melioramentis factis per vaſallum in re feudali.*

30 *Dominus uel agnatus ad quos feudum pertinet per mortem uaſalli uel agnati, habent facultatem ſoluendi æſtimationem melioramentorum factorum in re feudali, uel pati quòd tollatur ædificium in ipſa refactum quod declara ut ibi.*

31 *Melioramentorum probatio difficilis eſſe uidetur, ſed tamen neceſſaria eſt, & ideo fieri debet.*

32 *Excipiens ita tenetur probare ſuam exceptionem, ſicut actor ſuam probationem.*

33 *Articuli, & probationes in cauſa melioramentorum quomodo fieri debeant remiſſiue.*

## CONSILIVM XXVIII.

1 QVoniam nemini dubium eſt, quòd melio-
ramenta facta per quodam Magnificum
dominū Marcum Antonium Bibiennam
in rebus ſubiectis reſtitutioni fideicom-
miſſi, ſi tendum ad perpetuam rei vtilita-
tem, cedere debent commodo & vtilitati
Magnificæ domine Camillæ eius hæredis,
per tex. & ibi Doct. in l. domos. ff. de leg. j. in l. vbi pure, §.
fi. ff. ad Trebel. & in l. mulier, §. ſed ſi cū diſtrahere. ver. ſed
& ipſe, ff. eod. tit. & p Soc. in conſ. 82. in fi. vol. 4. Pariſ. in
conſ. 55. col. 5. vol. 3. & Feudiſtas poſt gl. in cap. 1. §. ſi vaſal
2 lus hic finitur l. Corr. † Ideo intrepidè tenēdum arbitror,
ꝙ etſi vigore probationum factarum p Magnific. D. Alex.
Caciam verificatum fuerit bona per eundum petita fuiſ-
ſe in hæreditate quondam Magnifi. domini Franciſci fidei-
committentis tempore mortis ſuæ, vt à iure requiritur,
ſecundum Alex. in conſil. 82. col. 2. vol. 2. & Craue. in con-
ſil. 61. colu. 2. & ipſarum vigore condemnata fuerit ipſa
domina Camilla ad reſtitutionem dictorum bonorum,
& ex inde commiſſa contra eam executio ipſius ſenten-
tiæ, nihilo minus quòd iuridiciè parte dictæ. D. Camillæ
oppoſita fuit in ipſa executione retentionis bonorum, de
quibus in ſententia pro expenſis melioramentorum fa-
ctorum in ipſis bonis per dictum quondam D. Mar. Ant.
vt per Bart. & Alb. de Roſa. in l fundo, col fi. ff. de rei ven-
dit. Paul. d. Caſt. in conſ. 17. col. fi. ſecundum antiquā im-
preſſionem. Spec. in titu. de exec. ſent. §. fi. verſic. quid ſi
bona fide, in fi. & in tit. de excep. §. dicto, verſic. ſed po-
ne. Alb. de Roſa. in l. j. col. 3. verſ. Item exceptio. C. de iu-
3 ris & fac. igno. † vbi propriè inquit, quod exceptio retētio
nis ratione expenſarum factarum in re quam condem-
natus ſum reſtituere, poteſt obiici in executione ſenten-
tiæ, etiam ſi ius retentionis mihi ſeruatum non eſſet in
ſententia: quod dicit notab. vt per Hoſt. in ſumma de ex-
cep. §. quando & qualiter, verſ. Item eſt forte, cum verſ.
ſequen. Hoc etiam voluit Corn. in conſil. 147. col. 4. volu.
2. Iaſ. in l. ſi in area in prin. ff. de cond. indeb. Moder. in tra
ctat de pign. in 5. par. in quarto membro. col. 5. in fin. Ber-
tran. in conſi. 15. col. penult. in princ. vol. 1. Afflic. in dicto
§. ſi vaſallus, & Gozad. in conſ. 86. col. penult. in prin. Et
ratio huius coſtcluſionis eſt, quia ex oppoſitione huiuſ-
modi non impugnatur ſententia, cum illa reſpiciat po-
tius ipſius executionem, quia iuſtitiam, non enim eſt ex-
ceptio peremptoriæ exceptionis, nec concernit merita
cauſæ principalis, & ideo non militat in ea diſpoſitio, l.
peremptorias, C. ſen. reſcin. non poſſ. iuxta ibi not. per
4 Bal. & idem videmus in ſimili, † quòd exceptio compen
ſationis poteſt opponi in executione ſententiæ, l. etiam,
5 C. de compenſ. † idem in exceptione inuentarij, † &
6 in exceptione collationis faciendæ, vt conſuluit Bal. in d.

l. perem-

7 l.peremptorias col.j. † & in exceptione, ne quis exigatur vltra quam facere poſſit, l.ex aduerſo, §.fi.ff.ſol.mat.l.Herennius, ff.de iu.not.doc.in d.l.1.C.de iu.& fac.ig.

8 Verum,† quia expenſarum aliquæ ſunt neceſſariæ, aliquę vtiles, & nonnullæ voluntariæ, vt in l.1.ff.de impen. in reb.dot.fac.& per doctor.in l.certum, C. de rei vendi. & in §.certæ. Inſtitut.de rer.diuiſ. Ideo videndum reſtat, quæ ſint iſtæ expenſæ melioramentorum, quæ de iure reſtituendæ veniant. Et deueniendo ad ſingulas expenſas,
9 primò videtur dicendum, † quòd expenſæ factæ tam in domo, quam capſina Aquarolij quam in refectione domus, & capſinæ alias exuſtæ a militibus ad vlmum deberent cedere ſolo, l.2.C.de rei vendit.§.ex diuerſo. Inſtitu. de rer.diuiſ.l.obligationum ferè, §.placet, ff.de action. &
10 oblig.† Item & ſecundo quatenus reſtituendæ eſſent, ſaltem deberent compenſari cum fructibus perceptis ex bonis ſubiectis fideicommiſſo, pendente conditione, ipſius
11 per l.ſumptus, & l.emptor.ff.de rei vendit.† Plus dicitur quod etſi etiam reſtituendæ eſſent, non admiſſa ipſa cōpenſatione, quod ſolum reſtituendum eſt id, quod expenſum fuit, licet res fuerit multò plus meliorata, quam fuerit impenſum, arg.l.in fundo, poſt princ.verſi.etſi plus, ff. de rei vendit.vbi patet, quòd ſi maior eſt vtilitas quæ acceſſit fundo ex impenſa, quam ſit ipſa impenſa, non repetitur niſi quod impenſum eſt, & è conuerſo, ſi maior eſſet impenſa, quam vtilitas, non repeteretur niſi æſtimatio vtilitatis, vt ſic ſemper id, quod minus eſt, repetatur: vt etiā id voluit Paul.de Caſt in conſ.326.col.3.in fi.quem ſequitur Curt.Iun.in conſi.144.col fi.& Moder.in dic. tract.de pign.in d.5.parte, in 4.membro, col.7.in fin.verſic.quarta concluſio, vbi inſtruit partem debere eſſe cautam in capitulando & probando ipſas expenſas. Hoc etiam tenuit Brun.in conſi.106.in fine.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contrarium eſt tenendum: quoniam iſta eſt clara & indubitata doct.ſententia,
12 †quod expenſæ factæ tam in domibus reficiendis, quam de nouo edificandis, & ſine quibus coloni in locis habitare, & commodè prædia colere non poſſunt, ſunt reſtituendæ, cùm inter neceſſarias computentur, l.j. vbi notatur, ff.de impen. & c.l.domum, in fi.C.de rei ven.Pau.de Caſt. in d.conſ.57.col.fin.& in allegato conſ.326.col.pen.in fin.
13 Alex. in conſ.162.col j.vol.7.vbi propriè dicit, † quòd ſi domus vxoris fuit incendio combuſta, & maritus illam reædificauerit: quia ſine ea colonus ſeu cultor agri ſtare non poterat, ꝙ reſtituenda erit impenſa illius domus reſtauratæ marito, ſeu eius hæredi per vxorem, cum ea connumerari videatur inter expenſas neceſſarias, l.diuortio §.impendia, ff.ſol.matr.ibi dum tex. dicit planè ſi nouam villam neceſſario extruxit vel veterem totam ſine culpa ſua collapſam reſtituerit, erit eius impenſæ petitio, ſubdens ibi Alex.quod licet glo.ibi dum loquitur de conſtructione nouæ villæ exponat, neceſſario, ideſt vtiliter, tamē ſecundum Bar.& alios, ibi tex.ſtare poteſt propriè, ſcilicet quòd ſit impenſa neceſſaria quando aliter fundus laborari non poterat ſine conſtructione nouæ villæ. Et ita in effectu dicit tenere Dyn.& Ang.in l.j.§.j.ff.de impenſ.Idem tenet ipſe Alex.in d.§.impendia. & Afflict. in deciſione
14 359.in princ.ac Ruy.in conſi.157.col.5.verſic.† præterea etiam expenſæ, vol.j. & in conſi.134.col.penult. verſi.ſed prædictis, volum.3.Quod ſanè intelligendum arbitror habita ratione ipſarum expenſarum, non a die facti ædificij, vel refecti, ſed ſecundum valorem temporis quo debet fieri reſtitutio fideicommiſſi, dato quod ipſe valor excederet impenſam, text eſt l.domos, ff.de leg.j.vbi notant Iac. de Aret.Bar.Bal.Ang.Imol.& Alex.quod dicunt eſſe notandum.Et dicit ibi Ang. hoc de facto contingere in his qui condemnantur ad reſtitutionem rerum.Nam petunt ſibi reſtitui ſumptus factos in reparatione rei, qui ſumptus fortè tempore reparationis fuerunt multum exceſſiui, & non probabiles arbitrio boni viri; vt quia tunc vigebat tempus guerræ, propter quod res non erat propter refectionem effecta multò maioris æſtimationis, nūc verò tpe reſtitutionis, ſi ceſſauit guerra, res eſt effecta pretioſior: ideo tempus præſens inſpicitur. Idem voluit Ale. in l.vbi purè, §.fi.ff.ad Trebel.Ang.de Perigl.in addit. ad Pau.de Caſt.in col.279.vol.2.Cor.in conſ.158.col.fi.vol.3.Moder. in tract.de pigno. in 5. parte, in quarto membro, col.10. verſiculo, Sexta concluſio, vbi dicit hoc menti tenendum: quia quotidie contingere poteſt. Ruy. in conſi.38.col.fin. volum.1.& in conſil.117.col.2.vol.3. & in conſil. 134.col. penult.verſicu.hanc tamen impenſam, volum.eod. & in conſi.165.col.2.verſic. & iſtud etiam probatur volum.4. vbi ſimiliter inquit hoc procedere, nedum ſi æſtimatio aucta fuiſſet, ſed etiam ſi decreuiſſet, quod cōtingere poteſt ſecundum qualitatem temporum. Hanc etiam partem ſequuntur Bertran in conſi.21.colum.pen.verſic.præterea, vol.1.& Boer.in deciſ.44.col.10.verſ.& nota.

Non obſtant adducta in oppoſitum. Et primò quod ædificia ſolo debent cedere per iura ſupra allegata, quia illa procedunt quando ſciens rem alienam ædificauit tanquā in re propria, & non animo obligandi ſibi aliquem, ſecus quando quis ædificauit in fundo, pendēte tempore fideicommiſſi, & ſic eo tempore, quo erat dominus, & habebat ius in re, quia in dubio præſumitur ædificaſſe animo repetendi expenſas, adueniente caſu reſtitutionis fideicōmiſſi, vt per gloſſ. & Doct. in d.l.domos, ff.de leg.j. & per Cuman.in conſi.57.colum.2.in fin. cum ſequen. & iſtud probatur in l.Senatus, §.Marcellus, ff.de leg.1. vbi ædificium factum a marito in re dotali, eo tempore quo erat dominus, non cedit ſolo, quamuis fundus ille reſtitutioni ſubiectus. Quod patet. quia ſecundum lex. maritus habet facultatem illud ædificium tollendi, quam non haberet ſi cederet ſolo: & ideo dicunt ibi Petr. Bald. Ange. Imo. & Alexan.quod vbi ſubeſt aliqua coniectura, quod quamuis non ædificauit animo donandi, quòd ædificium non cedit ſolo, puta quia habet aliquod ius in re, ſicut emphytheota, qui finita emphytheoſi ſine culpa non amittit ædificiū. Ita in terminis iſtis dixit Ruy.in d.conſi 165. col.2. vol.4.
15 & in conſi.134.col.fi.vol.3 † vbi dicit, quod ædificium cedit ſolo, quando non poteſt capi alia coniectura, quam donationis, ſecus aliàs, prout quando maritus ædificat in ſolo dotali, quia tunc præſumitur, quod hoc fecerit ratione dominij tunc exiſtentis apud eum, quamuis res poſſet ſubiacere reſtitutionis, dicto § Marcellus, vbi per Bal.&
16 alios,† qui ex hoc inferunt, quod ſi emphytheota ædificat in ſolo conducto, quod ædificium non cedit ſolo, ſed ad emphytheotam ſpectat, vel hæredem, dummodo emphytheoſis ſit finita ſine ſui culpa, l.2. C.de iure emphyt. Idem clare probatur in dicto §.impendia, dum loquitur de marito, qui conſtruxit villam neceſſario, vel vtiliter, & tamen tex. non vult quod ædificium cedat fundo dotali, ſed quod expenſa deducatur. Idem ergo dicendum eſt in hærede, qui pendente conditione fideicommiſſi, fecit ædificium; quia cum potuerit ſperare, quod conditio fideicommiſſi deficeret, ceſſat præſumptio donationis.

17 Non obſtat, † quod fructus percepti pendente conditione fideicommiſſi debeant compenſari cum dictis expenſis, per l.ſumptus, & l.emptor, ff.de rei vendic. quia reſpondetur, quod ipſa iura procedunt, quando quis ſimpliciter in re aliena fecit expenſas, & ex ea fructus percepit: quia tunc non negatur expenſam fore compenſandam cum fructibus, ſecus ſi quis fecit expenſas in re ſua, quam tamen per fideicommiſſum tenebatur reſtituere, adueniente caſu conditionis: quia in eo caſu expenſa cum fructibus compenſari non debet: & ideo ad eius commodū & non alienum cedere debent, & eſt gloſſ.ſingularis in d. l.emptor, in verbo, ſuperfluum, in fi.quam ad hoc allegāt Bald.Ange.Imo.& Alexand.in l.inſulam, §.j.ff.ſoluto matrimonio, & in l.domos, ff.de leg.1.& ratio eſt, quia euentus conditionis non trahitur retro quo ad dominium & commodum fructuum, ſecundum Bar. & alios, in l.fin.in §.ſed quia, C.communia de lega.per l.1.§.j.ad Silleia. Ita etiam dicit Ruyn.in conſil.14.col.4. in princip. volum.1. & in conſi.38.col.fi.vol.eodem, & in conſ.132.col.2.verſ. ſed præmiſſi, vol.eod. & in conſ.117.col.1.volum.3. & in conſ.134.col.penult.volum.eodem, & Bertran. in conſil. 21.colum.penult.vol.1, & Cor.in conſ.86.col.3.vol.4.vbi idem dicit in vſufructuario, qui habet cauſam a proprietario, & ius in re.ac Bart.in conſ.303.in fi.vol.1.

Non obſtat quod habenda ſit ratio ad id tantum quod impenſum eſt, non autem ad id, in quo res facta eſt melior, & pretioſior tempore reſtitutionis, per dictam l.in
18 fundo,† quia diſpoſitio d.l.in fundo, procedit in caſu, in quo ille qui fecit impenſam non erat dominus, ſed poſſeſſor tantum, nimirū ſi non poteſt conſequi niſi id quod ſolum expenſum eſt, & non quatenus vltra expenſam fundus factus eſſet pretioſior, ſecus quando ille qui fecit expenſam, erat dominus, vt abundè dictum fuit ſupra ex not.per Baldum, & alios in d.l.domos, & in locis ſuperius citatis.

Quo verò ad ædificium in contrata ad Subbionum, dicitur, quòd ex quo ipſum conſtructum fuit per dictum

domi-

dominum hæredem, vt coli & laborari poſſint prædia ſi-
ta in dictis finibus, & ſine quo aliter coli non poterant,
quòd cum computentur expenſæ factæ in dicto ædificio
inter neceſſarias expenſas vt ſupra dictum fuit, ꝙ expen
ſæ ipſæ factæ in prædicto ædificio ex patre dominæ Ca-
millæ reſtituendæ veniunt, quamuis ædificium illud per
milites deſtructum fuerit, ſine tamen culpa, & cauſa ip-
ſius hæredis, l. & in totum, ff. de impen. Ita dixit Cuma.
& poſt eum Alexand. in dicta l. domus, vbi inquit hoc eſ
ſe notandum. Et ipſos ſequuntur Ruin. in conſ. 14. col. 3.
in fi. vol. j. & in conſ. 117. col. 2. in fi. volum. 3. & Boer. in
19 deciſ. 44. in col 13. in princ. † Circa autem expenſas factas
in disboſcando vel reducendo nemora ad culturam, pri-
ma facie videtur dicendum, ſecundum Paul. de Caſt. in
conſ. 326. col. 3 verſic. tertiò principaliter, quod ipſæ ex-
penſæ non veniunt reſtituendæ: quia illæ pertinebat ad
culturam fundorum, quæ conſiſtit in arando & ſerendo,
l. j. §. de eo opere, ff. de aqua pluuia arcen. l. vim facit, ff. de
vi, & vi arm. Disboſcatio enim eſt præambulum ad præ-
dicta, cùm fieri non poſſint ſine eo: & ſic idem iuris
eſſe debent de ipſa, re quod de expenſa facta in arando,
& ſerendo, l. ad rem mobilem, & l. ad legatam, ff. de pro-
20 curat. † Sed expenſa factæ in arando & ſerendo non ve-
niut repetendę ſeu reſtituendæ: quia factæ gratia fru-
ctuum quærendorum, & veniunt cum fructibus com-
penſandæ, l. diuortio, §. impendia, ff. ſoluto matrimo-
nio. Ergo idem dicendum eſt de expenſis disboſcationis,
quæ eſt præambulum ad culturam, & quia terra disbo-
ſcata ſi aretur & ſeminetur, reddit in duplo, vel triplo,
plus quam ſolita ſeminari, quo caſu ſecundum Paul. de
Caſtr. compenſanda venit expenſa disboſcationis cum
pinguedine terræ & duplicatione vel triplicatione red-
ditum, l. j. §. fina. verſic. ſicut autem omnis pinguedo, ff. de
aqua pluuia arcen. & per not. per gloſ. in l. ſi merces, §. vis
maior. ff. loca. & Paul. ſimpliciter ſequuntur. Moderni
in tract. de pigno. in 5. parte, in 4. membro, col. 8. verſic. &
adde huic concluſioni.

Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium eſt tenen-
21 dum, quia clara & recepta eſt ſnia doctorũ, † ꝙ grauatus,
ſeu eius hæres pôt repetere ſumptus vtiliter factos in re-
bus hrditarijs, d. l. domos, & per alia q̃ dixi ſupra in prin.
præſentis conſulationis. Quod autem expenſa facta in
reducendo nemus ad culturam ſit vtilis, probatur in l.
vtiles. iuncta gl. in verbo nouale ff. de pet. hæred. vbi pro-
22 priè gl. dicit. † nouale dicitur terra quę de nouo colitur,
& alias erat nemus, & in l quòd dſ §. ſi. iuncta l. ſequen.
ff. de impen. in reb. dot. fac. Rui in conſ. 234. col. pen. vol. 3.

Non obſtat, quò disboſcatio ſit facta gratia quæren-
dorum fructuum, atque ideo compenſanda expenſa ip-
ſius disboſcationis cum fructibus: quia, reſpondet Rui.
23 in citato conſil. 134. colum. penult. † quòd Paul. de Caſt.
cum ſupportatione malè loquitur, & contra tex. in l. ve-
luti. ff. de impen. in reb. dot. fac. cum ibi notatis, vbi mari-
tus talem impẽſam deducit. Idem probatur in d. l. vtiles,
cum gloſſ. vbi glo. appellat talem expenſam vtilem, er-
go per maritum repeti poteſt. l. diuortio. §. impendia. ff.
ſoluto mat. & d. l. 1. ff. de impen. &c. quam vtique non de-
duceret ſi gratia fructuum quærendorum facta eſſet, d.
§. impendia. Quod etiam confirmatur ratione, ſecũdum
Rui. Nam talis expenſa eſt facta ad perpetuam vtilitatem
rei, & eſt duratura poſtquam ceſſerit, & venerit dies fidei
commiſſi, ergo non poteſt dici facta gratia fructuum quæ
rendorum. l. 3. §. fi. ff. de impen. & per. Bar. in l. impenſæ.
24 eod. tit. † vbi quærit an cõductor teneatur facere vel pur
gare foſſata ſuis expenſis in prædio conducto. Et conclu-
dit quòd aut debet purgari ad perpetuam vtilitatem rei
uel longioris quam ſit tempus conductionis, & quòd tũc
colonus non tenetur facere ſuis expenſis, per illam le-
gem, quę talem impenſam dicit neceſſariam, quamuis re
petit, & non compenſatur cum fructibus. d. l. 3. §. fi. Si ve-
rò ſint foſſata quæ annuatim debent fieri, & ad colonum
ſpectat talis impenſa, & ſic Bar. explicitè decidit, quòd
expenſa duratura vltra tempus, quo permanſurum eſt
apud illum, qui expẽdit, deducit debet tanquam facta ad
perpetuam vtilitatem rei, ſicut eſt huiuſmodi expenſa
facta in disboſcando. Et idem tenent in l. prædia. §. pen.
ff. de fund. inſtr. declarando tamen verba eius ſecundum
Alex. in dicto. §. impendia. qui idem tenet, & dicit quòd
25 ſic intelligi debet Bald. in l. 1. C. de iur. emp. † dum dicit
quòd expenſa parua ſpectat ad emphyteotam, ſed ma-
gna ad dominum: quia intelligo de magna, (dicit ipſe)
ſcilicet, quæ concernit perpetuam vtilitatem rei, licet in
effectu ſit modica, & ſimiliter illa dicitur etiam modica,
quæ concernit perceptionem fructuum tantum pro tem
pore conductionis, licet. impenſa ſit magna in effectu, per
glo. ibi in verbo tutelam. dum allegat l. plane. ff. eodem
tit. licet ſecundum Alex. melius allegaſſet l. penult. ff. de
impen. vbi fit ſimilis diſtinctio. & in l hactenus. ff. de vſu-
fruct. in princip. & cum declaratione. Alex. tranſit etiam
Rui. in conſil. 14. col. 3. in princip. vol. 1. ex quibus dictis
Rui. in dicto. conſ. 134 col. finali, pluſquam manifeſtè con
ſtat quòd Paul. de Caſt. minùs rectè loquitur, & contra
iura & rationes prędictas, & de eo in hoc ſubdit ſe ſatis
miratum, & tantò magis cùm ipſa impenſa perpetuò du-
ratura ſit magna, per ea quæ not. Cor. in conſil. 86. col. 2.
ver. quando. vol. 3. Cuma. conſi. 56. Paul. conſil 325. col. 2.
& Boer. deciſ. 44. nu. 25. quia ſcutorum ducentũ, quę dici-
tur magna, per ea quæ notant. Alb. de Roſa. in l. in bonæ fi
dei. col. fi. C. de reb. cred. & Iaſ. in cõſi 43. col. 3. in fi. vo. 1.
Non obſtat quòd disbocatio eſt præparatorium ad ex-
penſam, quæ fit in arãdo & ſerendo, & ſic, ꝙ de ea debet
iudicari, prout de illa quæ fit in arando &c. quia reſpon-
det Ruin. in allegato conſil. 134. col. fi. ꝙ hoc non eſt verũ
cum ſit expenſa disboſcationis alterius & maioris quali-
tatis, quia reſpicit perpetuam rei vtilitatem. & eſt per-
petuò remanſura, ſed illa quæ fit in arando eſt tempora-
lis, & annalis, vt probatur per not. per Bart. in l. 2. ff. de
iuriſdic. om. iud. vbi concludit, quòd mandata iuriſdi-
ctione non venit. modica coertio, quæ eſt præparatorium
exercitij iuriſdictionis: quia ſine ea exerceri non poteſt
iuriſdictio, & licet mandato iuriſdictione veniant omnia
ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt, vt ibi in tex.
tamen non veniunt ea, quæ ſunt iuriſdictionis maioris,
quam quæ demandantur principaliter. Et contra Paul.
de Caſt. etiam tenuit idem Ruinus. in conſil. 14. colum. 2.
cum ſeq. volum. j.

Dec expenſis factis in plantandis vienis & arboribus
fructiferis, non multum inſtabo, quoniã aperta eſt doct.
26 concluſio, † ꝙ ſi fideicommiſſarius eſt percepturus per-
petuam vtilitatem, & non modicam de ipſis vineis, & ar-
boribus, ꝙ tenetur ad ipſarum expẽſarum reſtitutionẽ,
vt in ſpecie decidit Pau. de Caſt. in dicto conſ. 326. col. 2.
27 ver. de expenſa verò, † vbi inqt ꝙ licet conductor non
teneatur niſi vites veteres conſeruare, & alias in locum
mortuarum ſubrogare, vt in l. ſi agri. & ibi gloſ. ff. de vſu
fruct. tamen ſi de nouo vites plantaui ſponte, & locator
ſit percepturus vtilitatem non modicam de vitibus, vel
de alijs arboribus, vt ſi eſſet oliuetum, vel eſſent arbores
neceſſariæ ad ſuſtentationem vitium, quòd tenetur loca-
tor ad reſtitutionem ipſarum expenſarum, ſecus ſi ex di
ctis vitibus vel arboribus nulla, vel modica vtilitas re-
ſultare poſſet locatori, vt in ſalicibus, & opijs, vt in quorũ
planatione nullus eſt quaſi labor, vel expenſa: quia tunc
nihil eſt reſtituendum, etſi. in hoc caſu de opijs & ſalici-
bus aliter loquatur Rui. in conſil. 14. col. 3. volum. j. quod
nunc non proſequor, quia non facit ad termnos quęſtio-
nis præſentis. Et Paul. de Caſtr. ſequũtur Mod. in d. tract.
de pig. in quinta parte in 4. membr. in 8. colum. in verſic.
Et adde. & Rui. in citato conſil. 14. colum. 2. Idem voluit
Ruin. licet de Pau. non faciat mentionem in conſil 134.
colum. penult. verſic. & ſimiliter illa, vol. 3. per text. l. vir.
in fundo, ff. de fund. dot. & in l. veluti, ff. de impen. in reb.
dot. fac. & ſubdit Paul. de Caſt. vbi ſupra, col. 2. & ſi ꝙ in
iſtis non datur abraſio, ſicut in ædificijs, quoniam ædifica-
ta non ita vniuntur cum terra, ſicut plantata, poſtquam
radices emiſerunt, Quod etiam voluit Ruin. in præallega
to conſ. 14. col. 3. verſ. nec audiretur dominus. vol. 3.

Reſpectu autem ædificiorum geſtorum in fundo feu-
28 dali ſimiliter concludendum videtur, † ꝙ etſi in feudis
ſuccedere non debeat domina Camilla tanquam extra-
nea & in capax ſucceſſionis feudalis, per text. in cap. 1. §.
hoc autem notandum qui feu. dare poſſ. & in cap. j. de be-
29 nefic. feu. † tamen ꝙ in iſtis meliorationibus factis per
vaſallum in bonis feudalibus ſuccedere poſſit, vt per Pa-
riſ. in conſi. 28. col. j. vol. 3. & in conſ. 55. col. 5. & in conſil.
58. col. 8. verſ. eo inſuper. vol. eodem, & Ruin. in conſil. 24.
30 col. pen. vol. j. † & ideo quòd eſt in facultate domini, ve
agnati ad quem feudum, pertinet, vel pati, quod tollatur
edificium factum in feudo, vel ſoluere æſtimationem me-
lioramentorum, vt eſt tex. in ca. j. §. ſi vaſſallus, in fine, lex
Cor. habita ratione quantum ipſa iatura eſt ex tali rui-
na, prout valent rudera ab ædificio ſuperata: quia in plus
ſua

ſua non intereſt, vt voluit Bald. in dicto § ſi vaſallus, & in cap. j. ſi quis de manſo. de contro. inueſt. col. 5. verſi. extra quæro, idem Bald. in l. in fundo, in 3. notab. ff. de rei vend. Paul. de Caſtr. in allegato conſi. 326. colum. pen. in fi. Iaſ. in l. 2. colu. 8. verſi. an autem eo caſu, C. de iure emphyth. & Ruyn. in conſ. 24. col. pen vol. 1. & hoc niſi per agnatū iam fuiſſet facta electio vel per dominum, quòd per hanc dominam Camillam vti hæredem vaſalli auferretur ædificatum: quia tunc non deberet audiri agnatus vel dominus, ſi vellet ſoluere prædictæ dominæ Camillæ id quod reperiretur de ruderibus, & quod dimitteret ædificia. Ita Bald. in d. § ſi vaſallus, quem ſequitur Pau. de Caſt. in citato conſi. 326. col. pen. in fin. cum ſeq.

31 Verum, † quia difficilis videtur probatio melioramentorum, vt tradit Paul. de Caſtr. in ipſo conſil. 326. colum. penult. verſ. ad vnum tamen, quæ tamen neceſſaria eſt, omnino fieri debet, ſecundum dictum Pau. de Caſtr. vbi ſuprà, & Cuma. in conſil. 102. in fin. & Cur. iun. in conſil. 165. columna 5. & 6. Socin. Iun. in conſilio 62. colum. 1. volum. 1. & Ruyn. in conſi. 157. col. 2. verſic. Præterea non videtur, volu. 1. & in conſil. 18. col. pen. in princi. vol. 4. ac Pariſ. in conſi. 33. col. antepenul. verſic. & aduerſarijs, vo-
32 lum. 1. † quia excipiens ita tenetur probare m ſuam exceptionem, l. in exceptionibus, ff. de prob. ſicut actor ſuam probationem, l. qui accuſare, C. de edend. l. ei qui, ff. de probatio. nam excipiendo cenſetur agere quo ad ipſam exceptionem, vt in l. 1. ff. de exceptio, & per Corn. in cōſ. 223. col. 3. verſi. nec obſtat, vol. 2. Ideo libenter exhortor prædictam Magnificam Dominam Camillam ad quærendum concordiam cum dicto magnifico Domino Antonio Cacia, fideicommiſſario, ſi fieri poterit, cum melius ſit habere bucellam panis ſicci cum gaudio, quam plurimas victimas cum iurgio, iuxta dictum Salomonis. Si autem
33 hoc fieri non poterit, aduertendum cenſeo, † vt bene ſit cauta domina Camilla, ſeu eius aduocatus in bene articulando & probando ipſa melioramenta, per ea quę ſcribit Curtior iun. in allegato conſilio 165. columna 3. in fin. cum ſequenti. Et ita vt ſupra tenendum eſſe arbitror, ſalua ſemper correctione cuiuſcunque melius ſentientis. Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Statutum poteſt tollere appellationem, nullitatem, ſupplicationē, & iudicis officium, quod declara, vt nu.* 12. 15. 24. *&* 28.

2 *Statutum populi potentius eſt, quam pactum priuatorum.*

3 *Appellatio tollitur pacto priuatorum.*

4 *Statutum tollens omnem exceptionem, & defenſionem tollit officium iudicis.*

5 *Statutum conditum à ciuitate non habente primam & ſecundā appellationem, non poteſt prohibere appellationem.*

6 *Ciuitates recognoſcentes ſuperiorem non poſſunt tollere appellationem, nec ſuper ea aliquid ſtatuere in præiudicium præeminentiæ ſuperioris.*

7 *Lex omnes populi, ff. de iuſt. & iure, quæ dat licentiam ſubditis ſtatuendi, debet intelligi dummodò quid non ſtatuant contra ius & præeminentiam ſuperioris.*

8 *Statutum poteſt tempus appellandi & proſequendæ appellationis moderari.*

9 *Conſuetudo non poteſt tollere appellationem.*

10 *Statutum ciuitatis per quod tollitur appellatio nō valet, quando ciuitas etiam haberet primas appellationes, & non ſecundas.*

11 *Quod amplia procedere etiam quando ciuitas merum & mixtū imperium haberet.*

13 *Supremus Princeps poteſt in reſcripto remouere appellationem.*

14 *Princeps poteſt confirmare ſtatutum per quod prohibetur appellatio.*

16 *Princeps vel populus liber qui Imperatorem in ſuperiorem non recognoſcunt, poſſunt reſtituere famæ.*

17 *Diſpoſitio legis Bene à Zenone, C de quadr. præſcript. habet etiā locum in inferioribus non recognoſcentibus ſuperiorem, ſecundū communem.*

18 *Ciuitas Ianuæ potuit concedere communitati Veſſani ius exigendi pedagia*

19 *Lex vectigalia, C noua vectigalia &c. habet locum in ciuitatibus quæ ſuperiorem recognoſcunt, ſecus in alijs, quæ habent iura Principis.*

20 *Ciuitas Ianuæ in eius territorio vtitur iure ſupremi Principis.*

21 *Iudicare in cauſa propria poſſunt non recognoſcentes ſuperiorem.*

22 *Statutum ciuitatis Senarum, quæ ſuperiorem non recognoſcit, & propter quod tollitur reductio ad arbitrium boni viri, valet.*

23 *Princeps ſicut poteſt delegare cauſam appellatione remota, ita etiam Rex, vel dominus, qui in temporalibus ſuperiorem non recognoſceret.*

25 *Inferiores recognoſcentes ſuperiorem, habentes tamen iure proprio in perpetuum dignitatem & adminiſtrationem, poſſunt committere cauſam appellatione remota.*

26 *Reges, Comites, & Marchiones, qui iure proprio habent dignitatē propriam, & adminiſtrationem quo ad ſubditos ſuos, poſſunt omnia, quæ Imperator in vniuerſo orbe, & poßunt facere ſtatuta derogatoria iure communi.*

27 *Necnon & condere ſtatutum, quòd præmoriente vxore ſine liberis, maritus lucretur dotem.*

29 *Pacto non poteſt derogari iuriſdictioni ſuperioris.*

30 *Marchiones Montisferrati, cum ſint vicarij perpetui poßunt omnia in ſuo territorio, quæ Imperator in vniuerſo dominio.*

31 *Confirmatio ſtatutorum inducitur eo ipſo, quod Princeps iurauit obſeruare ſtatuta.*

32 *Confirmatio ſtatutorum facta per Principem in genere non extenditur ad ſtatuta iniuſta & illicita, & ad ea, quæ ſunt iuri cōtraria, vel quæ poſſunt aliquod nouum inducere, etiam ſi facta eſſet cum clauſula ex certa ſcientia, vt num.* 34.

33 *Confirmatio generalis non inducit illum effectum quem inducit confirmatio ſpecialis.*

35 *Interpretatio capiende eſt per quam minus derogatur iuri communi.*

36 *Appellatio inſtituta eſt ad ſolum præſidium innocentiæ, & ad corrigendum iniquitatem, vel imperitiam iudicantium.*

37 *Statutum prohibens appellationem, licet valeat, tamen non debet trahi nec extendi, vbi conſtaret de notorio grauamine appellantis.*

38 *Poteſtas in quocunque actu requiritur.*

39 *Statutum etſi tollere poſſit nullitatem, non tamen eam quæ deſcendit ex deffectu citationis non factæ vel nulliter factæ cum concernat defenſionem.*

40 *Defenſio eſt de iure naturali.*

41 *Imperator ſicut non poteſt tollere citationem, quia ſubtraheretur facultas defenſionis, multo minus ſtatutum, quod eſt pars iuris ciuilis.*

42 *Statutum præciſè diſponens, quòd abſens poſſit condemnari, & de nullitate dici non poſſit, debet intelligi ſi fuerit abſens citatus, aliàs dici poteſt de nullitate non obſtante prohibitione generali ipſius ſtatuti.*

43 *Statutum tollens nullitatem locum non habet quando de eo conſtaret notoriè ex inſpectione actorum.*

44 *Exceptio nullitatis licet opponi non poſſit contra executionem ſententiæ, quando tres latæ reperiuntur conformes, tamen fallit, ſi ex inſpectione actorum conſtat de nullitate, quia illa non intelligitur reiecta.*

45 *Citatio ad videndum deferri iuramentum teſtibus requiritur.*

46 *Citatio ad videndum proferri ſententiam omnino requiritur.*

47 *Citatio peremptoria circunducta videtur, ſi poſtea admittitur receptio teſtium.*

48 *Supplicatio porrigenda eſt principi, qui demum conſiderata æquitate debet annuere imploranti.*

49 *Supplicatio eſt quædam precum porrectio facta principi, per quam ex quadam benignitate ſuperior reſtituit ſupplicantem aduerſus ſententiam, contra quam non competit remedium ordinarium.*

50 *Statutum non poteſt funditus impedire quin officium iudicis imploretur.*

51 *Ciuitas etiam habens iuriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum non poſſet tollere per ſtatutum ſupplicationem, & officium iudicis.*

## CONSILIVM XXIX.

QVæritur an à ſententia lata per dominū Vicarium ciuitatis Caſalis in fauorem Daciteriorum & contra agentes ipſius ciuitatis, poſſit appellari, vel de nullitate dici, non obſtante ſtatuto prohibente, quod ab huiuſmodi ſententia poſſit appellari, de nullitate dici, ſupplicari, nec
1 officium iudicis implorari. † Et prima facie videretur dicendum, quod non reſiſtēte ipſa l. municipali, quæ poteſt tollere appellationem, nullitatem, ſupplicationem, & officium iudicis, & de cuius validitate non videtur dubitādum, vt de ſtatuto vetante appellationem, voluit Bald. in conſi. 148. col. 3. vol. 1. & in conſil. 187. col. 2. vol. 2. Cuma. in conſi. 60. col. 1. Barb. conſi. 79. col. 4. volum. 3. & Pariſ. in
2 conſi. 46. col. 1. vol. 1. † & eſt ratio, quia potentius eſt ſtatu

tum

tum populi,quàm pactum priuatorum, vt eſt tex. melior de iure in l. generaliter, C. de fideiuſſ. ſecundum Bald.
3 ibi Barba.in conſi. 23.colum.3.volum.1. † Sed pacto priuatorum tollitur appellatio,l.1.ff.à quibus, non lic app. & per Butr.in c.venientes,colum.2. de iureiu. Ergo multò magis ſtatuto à lege populi,argum.auth. multò magis, C.de ſacroſan. eccle. Idem etiam de ſtatuto prohibente nullitatem tenuit Anchar.in conſi.211.colum.fin.Soc. in conſi.299 col.2.in conſi.83.col.2.verſi.ſed in caſu noſtro, volum.4.quia & per pactum tolli poteſt , vt per Angel.in repet.l.tale pactum,§.qui prouocauit,colum.16. verſ. vlterius,ff.de pact.& in conſi.187.idem voluit Peruſ.in ca. dilecto quæſtio.52.de appella.Pariter idem tenet de ſtatuto prohibente ſupplicationem Bald. in citato conſil.148. duplicato in conſi.441.volum.5. Barb.conſi.44. col.3.vol. 3.& in conſi.79.colum.6.& in conſi.85.col.6. vol.eodem. Vltimò, quod etiam ſtatutum poſſit tollere officium iudicis: hoc inquit Bart.in l.1.in §.& parui.colum.2.ff. quod
4 vi aut clam. dum vult, † quòd ſtatutum tollens omnem exceptionem,& defenſionem , tollit etiam officium iudicis.Sed clarius hoc voluit Barba.in citato conſil.44.col.4. & in conſi.79.colum.6.

Quibus non obſtantibus contrariã partem veriorem
5 fore arbitror , quod imo † ſtatutum conditum à ciuitate non habente primam,& ſecundam appellationem, non poteſt prohibere appellationem,vt per Barto.in l.omnes populi,in 3.q.princ.verſi.iuxta præmiſſa quæro, ff.de iuſtitia & iure,& Bart.in l.ſi cui,ff.de aqua plu.arcen.& eſt ratio : quia huiuſmodi ſtatutum comperitur factum ſuper eo, quod non eſt iuriſdictionis ciuitatis , ſed ſuperioris,ſecundum Bar.ibi.quem ſequitur Bald in conſ.86.volum.3.in conſi.2.col.2.vol.5.in l.fi.col.2.ver.ſed nunquid. C.de ſent.& interlocut.omn. iudic. vbi inquit,quòd per ſtatutum non poteſt tolli appellatio, quando eſt appellandum ad ſuperiorem ciuitatis, c. venientes , de iureiur. Sed ſi ciuitas haberet iudices appellationum, ſicut eſt ciuitas Bononiæ, tunc valeret ſtatutum. Quod etiam ſentit Cuma.in conſ.136.colum.3 in 2.dubio,dum inquit,quod per ſtatutum tollitur appellatio , quando appellatio veniret facienda ad iudicem ipſius ciuitatis, per l.2.§.ex actis, ff.de origine iuris. Ergo ſecus ad ſuperiorem. Idem voluit Ale.in addi.ad Bar.in d.l.omnes populi,& Abb.in d.
6 c.venientes in 2.not.vbi tradit † ciuitates recognoſcentes ſuperiorem, non poſſet tollere appellationem , nec ſuper ea aliquid ſtatuere in præiudicium præeminentiæ ſupe-
7 rioris, † & ideo quòd d.l.omnes populi,quæ dat licentiã ſubditis ſtatuendi , debet intelligi, dummodo quid non ſtatuant contra ius,& præeminẽtiam ſuperioris.Hoc etiã tenuit ſequendo Barto.Sali.in l.fin.colum.fi. C. de temp. appel.& Anto.de Butr.in d.cap. venientes colum.2. Hoc etiam fatetur Bald.in l.cum filius, ff.de milit.teſt. & in l. præſcriptione,col.6.verſi.nunc venit,C.de precibus, im-
8 pe.offeren.† vbi dicit, quòd per ſtatutum non poteſt tolli appellatio , licet per ipſum poſſit tempus appellandi , & proſequendi appellationem moderari,imò dixit plus Bal. in l.2.col.2.C.quæ ſit long.conſuet.& in l cum de conſue-
9 tudine,ff.de leg.† quod nec etiam conſuetudine appella-
10 tio ipſa tolli poteſt.Et iſtud in tantum verum eſt,† quod etiam ſi ciuitas haberet primas appellationes,& non ſecũdas, non valeret huiuſmodi ſtatutum , quia impediendo primam appellationem ſtatutum impedit etiam ſecundã per quam deuenitur ad ſuperiorem.Ita Bar.in locis ſuprà citatis,& Car.in conſ 72.col.2.& Bald.in citato conſ.86. vbi propriè dicit, quòd per ſtatutum ciuitatis non poteſt impediri appellatio ad ſuperiorem , niſi per priuilegium Principis ciuitas habeat omnes appellationes,ſ.primas & ſecundas.Et ideo videtur,quod malè locutus fuit Bal.in l. fi.C.de ſenten.& interloc.om.iud.vbi voluit ſtatutũ conditum per ciuitatem habentem ſolum primam appellationem,valere: quia ſecunda efficitur prima,prout in ſpe
11 cie reprobat Bal.Salic.in d.l. fin. † vbi hoc ampliat etiã procedere ſi ciuitas habere merum , & mixtum imperiũ, quia etiam tunc non poſſet tollere appellationem.

Non obſtant in contrarium adducta , videlicet huiuſmodi ſtatutum valere: quia pluribus modis reſpondetur.
12 † Et primò, ꝙ ipſa opinio procedere poſſet, quando per ſtatutum ſuperioris ſublata eſſet appellatio. Ita Salic. in d.l.fi.& Butr.in d.c.venientes , & alij Doct. in locis ſupra
13 relatis,pro quo facit,† nam ſupremus Princeps poteſt in reſcripto remouere appellationem, l.1. §. fin.ff.à quibus, appel.non lic.Dec.in cap.paſtoralis,de appell.Ergo & ſta
14 tuere ne appelletur.† Item princeps poteſt confirmare ſtatutum per quod prohibetur appellatio, vt tradit Salic. in d.l.fi.& Bal.in citato conſi.86.& Marſi.in ſingu.71.Ergo multo magis ſtatuere per deciſiones ſuprà allegatas.

Secundò locum habere poteſt prima ſententia in infe-
15 rioribus non recognoſcentibus ſuperiorem, † & qui locum principis tenere videntur, per ea quæ notat Barto.in
16 l.penul.§.de quare, ff. de poſthu. † vbi dicit,quod princeps, vel populus liber , qui Imperatorem non recognoſcunt in ſuperiorem, poſſunt reſtituere famæ, quia talis populus liber appellatur,vt notatur in l.hoſtes, ff. de cap. & poſtlim. reuer.& apud eoſdem dicitur eſſe imperium
17 ſui ipſius.† Item videmus,quod diſpoſitio l.bene à Zenone,C.de quadr. præſcrip.habet etiam locum in inferioribus non recognoſcentibus ſuperiorem, vt per Iaſ.in conſi.227.col.16.vol. ſecundo , & per Dec. atteſtantem hanc communem in conſil.357.col.2. accedat etiam , quod in-
18 quit ipſe Dec.in conſi.534.colum.1.†vbi inquit ciuitatem Ianuæ potuiſſe concedere communitati Veſſani ius exigendi pedagia,etſi ea decreto ciuitatis conſtitui non poſ-
19 ſint,l.vectigalia,C.noua vectigalia. † quia ſecundum Bal. ibi, l.ipſa loquitur de ciuitatibus , quæ ſuperiorem recognoſcunt, ſecus in illis,quæ habent iura principis : vt di-
20 cit Dec.† de ciuitate Ianuæ,quæ in eius territorio vtitur iure ſupremi principis. Facit quoque quod voluit Bar. &
21 alij in l.1.C. ne quis in ſua cau.iud. † vbi non recognoſcentes ſuperiorem poſſunt in cauſa propria ius dicere. Quod etiam tenuit Bru.in conſil.45.col.pen.in princ. Ergo idem dicendum videtur , quod tales poſſint per ſtatutum prohibere appellationem. Et magis accedendo ad proxima facit,quod voluit Socin.in conſil.63.col.2.in fin.
22 vol.4.† vbi inquit,quod valet ſtatutum ciuitatis Senarũ, quæ non recognoſcit ſuperiorem , per quod tollitur reductio ad arbitrium boni viri. Et in terminis appellationis hoc voluit Anto.de Butrio.in dicto c.venientes, col 2. verſic.quod ſatis puto.Cui accedat quod voluit Barto. in d.l.prima,§.fin.verſic.ſed ſi eſſet aliquis Rex, ff à quibus
23 appel.non lic. vbi dicit, † ſicut princeps poteſt delegare cauſam appellatione remota,ita etiam Rex,vel dominus, qui in temporalibus, ſuperiorem non recognoſceret. Idẽ tenuit Peruſ. in d.cap.paſtoralis,in q.5.de appell. vbi dicit , quod clauſula , appellatione remota , poteſt apponi per inferiorem à principe non recognoſcẽte ſuperiorem, ſaltem de facto.

Tertiò reſponderi poteſt,ꝙ dicta opinio locum habere
24 poteſt in caſu, in quo huiuſmodi † ſtatutum factum fuiſſe ab inferioribus recognoſcentibus ſuperiorem,habentibus tamen iure proprio in perpetuum dignitatem , & adminiſtrationem,per ea quæ dicit Dec.in d.c.paſtoralis
25 col.2.† vbi inquit ſimiliter tales inferiores cauſam com-
26 mittere poſſe appellatione remota.† & ideo ſubdit,quod Reges,Comites,& Marchiones, qui iure proprio habent dignitatem perpetuam, & adminiſtrationẽ, quo ad ſubditos ſuos poſſunt omnia. q̃ Imperator in vniuerſo orbe. Idem tradit Bru.in conſ.45.col. pen. vbi ex hoc infert, ꝙ tales,cum æquiparentur Imperatori & Regibus,poſſunt vniuerſalem legem condere in eorum dominio, & legi derogare. Et clarè hoc vult Paul. de Caſt. in conſi.34.col. 2.circa prin.volum.2.vbi Duces, Comites, & ſimiles habentes dominium temporale perpetuum habentur loco principis in eorum territorio,& in eo poſſunt facere omnia,quæ Imperator per vniuerſum orbem, & poſſunt facere ſtatuta generalia derogatoria iuri comuni , & Paul. refert Alex.conſi.1.col.7.verſi.inſuper.volu.5. Soc.conſi. 66.colum.6.vol.3.Aymo.col.135.colum.2.verſic.ſed præmiſſi. Pro cuius confirmatione bene faciunt quæ dixi in
27 libro meo quæſtionum.De lucro dotis,q.3.† vbi firmaui ſimiles principes potuiſſe condere ſtatutũ quod per mortem vxori ſine liberis,maritus lucretur dotem & tale ſtatutum fore ius ciuile.

Quartò,& vltimo reſpondetur prædictam ſententiam
28 poſſe procedere in ſtatutis æditis à ciuitatibus † habentibus iuriſdictionem primarum, & ſecundarum appellationum,per not.per Bart.in d.l.omnes populi, & alios in locis ſupra citatis. Vnde cum ſtatutum conditum a ciuitate Caſalis , non ſit factum à ciuitate non recognoſcente ſuperiorem de facto, nec ab habẽte perpetuam dignitatem , & adminiſtrationem iure proprio, nec ſimiliter habente iuriſdictionem primarum, & ſecũdarum appellationum , ſed recognoſcente ſuperiorem , ſequitur iuridica cõcluſio per huiuſmodi ſtatutum ,ſublatam non fuiſ-

ſe facultatem appellandi,& ideo à præmiſſa ſententia la-
ta per dominũ Vicariũ,lege permittẽte, poſſe appellari.
Nec obſtat, quòd pacto poſſit tolli appellatio: quia ad
hoc reſpondet Bal.in l.2.in §.illud in fi.C.de temp.appel-
29 la.quod licet ea pacto tolli poſſit, non tñ à ſtatuto, † quia
per pactum non derogatur iuriſdictioni ſuperioris, cum
ipſe habeat cognoſcere de pacto,vt per Innoc.in d.ca.ve-
nientes. Ita etiam voluit Butr.in d.c.venientes,& Sali.in
d.l.fin.col.fi.C.de temp.appel.
30 Similiter non habet obſtare † ſi dicatur, ꝙ tale ſtatutũ
fuit cõfirmatum ab Illuſtr.Marchionibus Montisferrati,
Vicarijs perpetuis, & qui omnia poſſunt in eius territo-
rio,ſicut Imperator in vniuerſo dominio,vt per Curt.Iu.
in conſi.61.col.4.verſ.ſuccedit.Iaſ. in conſ.235.col.2. vol.
2.Par.conſ.17.col.2.vol.1.Ergo,quòd debet valere, vt in
ſpecie dixit Salic.in d.l.fi.col.fi.C.de temp.appell. & per
31 Bal.in citato conſ.86.vol.3.quem ſequitur Marſ.71.† vbi
inquit ſufficere ad confirmationẽ ſtatuti, quòd Princeps
iurauerit ſeruare ſtatuta. Ad idem facit, quod dixit Dec.
in conſ.534.col.j.vbi voluit,ꝙ ſtatutum factum per cõmu
nitatem Vexani de ſoluẽdo vectigal,valet & tenet, ſi fuit
confirmatum a Principe: quoniam reſpondetur huiuſmo
di ſtatutum non fuiſſe confirmatum in ſpecie a Principe,
ſed ſolummodo Principem confirmaſſe in genere ſtatu-
32 ta ciuitatis Caſalis,† quæ confirmatio non extenditur ad
ſtatuta iniuſta & illicita,vt per Bal.in l.j.ff. de his qui ſunt
ſui vel alie.iur.quem ſequitur Dec. in conſ.17.col 1. in fi.
& in conſ.71.in fi.& in conſ.538.col.fin.& ad ea,quæ ſunt
iuri contraria, vel quæ poſſunt aliquod ius nouum indu-
cere,vt per Bald.in c.1.per illum tex.per quos fiat inueſt.
quem ſequitur Iaſ.in conſi.122.col.3.vol.4. & Ale.in cõſ.
59.col.pen.in 1.vol.vbi inquit,quòd confirmatio genera-
lis priuilegiorum non trahitur ad iniuſta,& illicita,quini-
mò non trahitur ad ea quæ ſunt iuri contraria,cum intel-
ligatur talis confirmatio per obreptionem impetrata,per
not.in l.ſi quis loca.C.de fund. & ſal.rei.domi. lib.11.Go-
33 zad.conſ.9.col.7.† Nec mirum, quia generalis confirma-
tio non inducit illum effectum, quem inducit confirma-
tio ſpecialis, vt per Pariſ.in conſil.19. col.1. poſt alios per
eum citatos,imo dicit fortius Pariſ.in conſ.33.col 8. in fi.
34 cum ſeq.vol.3.hoc etiam procedere,† vbi talis confirma-
tio generalis facta fuiſſet cum clauſula ex certa ſcientia,
prout etiam voluit idem Pariſ. in conſi.106.col.1. vol.eo.
& in conſ.10.col.pen.vol.4. & ratio eſt ſecundum Corn.
in conſ 9.col.2.verſ. nec videtur obſtare, vol.3. quem ſe-
quitur Pariſ.in d.conſ.33 col.9.in princ.quoniam non eſt
veriſimile Principem voluiſſe talia ſtatuta iniuſta appro-
35 bare, † & etiam quia capienda eſt interpretatio per quã
minus derogatur iuri communi iuxta plenè tradita per
Scrib. poſt gl.in l.fi.§.in computatione de iure delibe. &
ideo dixit Inno in c.j.de tranſact.& Iaſ.adducens alios in
l.generaliter,in ſecundo notabili,ff.de leg.1.quòd talis cõ-
firmatio generalis referri debet tantum ad actus validos,
& non inualidos,quod etiam voluit Alex.in citato conſi.
59.col.pen.in princ.Marſ.ſing.196.& Pariſ.in conſ.alle-
gato 33.col.9. & in conſ.10. col.penul. vol.4. Cum igitur
tale ſtatutum ſit iniuſtum & contra ius commune,demõ
ſtratur, quòd in tali confirmatione generali non veniat
36 approbatio ſtatuti prohibentis appellationem, † quæ in-
ſtituta comperitur ad ſolum præſidium innocentiæ, ca.cũ
ſpeciali,§.porrò.Et ibi doc.de appel.& per Peruſ.in rub.
eod.tit.col.4.in fi.& ad corrigendum iniquitatem,vel im
peritiam iudicantium,l.1.vbi Bar.& alij,ff.eo.tit.
Præterea dato,ſed non conceſſo,quod ſtatutum vetans
appellationem valere, adhuc dicitur ipſum non debere
37 extendi & trahi † vbi conſtaret de notorio grauamine
appellantis,vt vult gl.in c.ex conqueſtione, de reſtit. ſpo-
liat.quam ſequitur Alex.in conſ.77.col.3.vol.3. Peruſ.in
dicto cap.paſtoralis,in fi.& Marſ.in l.1.n.158.C.de raptu
virg.Ruy.in conſi.101.in fi.vol.5.ſed in cauſa præſenti,vt
legitur ex actis,conſtat de notorio,grauamine ipſius vni-
uerſitatis Caſalenſis.Ergo ſequitur, quòd admittenda ve
nit ipſa appellatio.
Secundo principaliter dicitur, ꝙ ex defectu poteſtatis
38 allegatæ,† quæ in quocunque actu requiritur,l. cum te,
C.de dona.ante nup.ſtatutum Caſalenſe non potuit tol-
lere nullitatem ex rationibus,& iuribus de quibus ſupra
in articulo appellationis.
Vlterius dato, quòd per ſtatutum poſſet tolli nullitas,
39 † tamen per illud non intelligitur reiecta nullitas, quæ
deſcendit ex defectu citationis non factæ, vel nulliter fa-
ctæ: quia per ſtatutum huiuſmodi nullitati derogari non
40 poteſt,† quia eſſet tollere defenſionem,quæ eſt de iure na
turali.Ita Ancha. in conſ.201.col.2.verſic. ſubſequenter,
41 † vbi inquit,quod ſicut Imperator non poteſt tollere ci-
tationem, quia ſubtraheretur facultas defenſionis, vt in
clem.paſtoral.de re iud.multò minus hoc poteſt ſtatutum
quod eſt pars iuris ciuilis,l.omnes populi,ff.de iuſti. & iu-
re.Idem voluit Bal.in conſ.201.col.1.vol.5. Ang. in conſi.
77.in fi.Peruſ.in c.dilecto,q.52.verſic.3.limita, de appell.
Craue.conſi.255.col.5.Ruy.in conſi.37.col.2.vol.5. Facit
quod voluit Bal.in l.1.col.3. C. quomodo, & quando iud.
42 quem ſequitur Ruyn.in conſi.24 col.2. vol.4. † vbi dicit,
quod licet ſtatutum præciſe diſponat, quod abſens poſſit
condemnari, & de nullitate dici non poſſit, tamen debet
intelligi ſtatutum, ſi fuerit citatus, alias quod dici poteſt
de nullitate nõ obſtante generali prohibitione ipſius ſta-
tuti: quia in hoc valere non poteſt.
Secundò limitatur,vt dictum ſtatutum locum ſibi non
43 habeat,† quando notoriè conſtaret de nullitate reſultan
te ex inſpectione actorum,vt per dictum Anch. in allega-
to conſi.201.col.fi.& Ale.in addi.ad Bar.in l.j.§.& parui.
ff.quod vi aut clam.Facit quod volunt Bald.& Salic.in l.j.
44 C.ne lic. tertio prouoc. † vbi dicunt, quòd licet contra
executionem ſententiæ non obſtat exceptio nullitatis,
quando tres ſententiæ latæ fuerunt conformes, vt in cle.
prima, de re iudic. tamen fallit ſi ex inſpectione actorum
conſtat de nullitate: quia non intelligitur reiecta. Et Bal.
ſequitur Alexan.in conſi.186.colum.pen. in fin.volum.2.
& in conſ.77.col.3.vol.3.& in conſil.225.col.3.vol.6. Hoc
etiam admittit Ruyn.in conſ.31.col. 3.vol.5. & in conſil.
37.col.3.& 62.in fin.& 101.in fi.vol.eodem.Sed in termi-
nis de quibus agitur,ex inſpectione actorum clare cõſtat
nedum de defectu vnius citationis, ſed etiam alterius,&
45 ſic duarum † videlicet de citatione facta ad videndũ de-
ferri iuramentum teſtibus,contra l.ſi quando, C.de teſt.
& Alex.in conſ.180.col.penul.vol.2.& Socin.in conſ.274.
46 col.2.† & etiam de defectu citationis ad videndum pro-
ferri ſententiam,quę omnino requiritur,vt latè per Marſ.
in l.de vnoquoque,ff.de re iud. Item etiam cõſtat de alijs
nullitatibus: igitur ſequitur,quòd ſtantibus præmiſſis,li-
cita fuit appellatio.
Nec habet obſtare ſi dicatur, quòd imò pars fuit citata
47 ad videndum proferri ſententiam: † quia reſpondetur,ꝙ
ipſa citatio circunducta fuit,& concluſio in cauſa reuoca-
ta per receptionem teſtium factam poſt ipſam citationẽ,
& concluſionem in cauſa,per ea quæ tradit Afflict.in de-
ciſ.115.poſt dominos de Rota,per eum ibi relatos, & Iaſ.
in l.patre furioſo,col.3.ff. de his qui ſunt ſui, vel alie.iur.
& Marſ.in pract.ſua crim.in §.ſequens.nu.52.
Et quod dictum eſt de appellatione, & nullitate, idem
traditur & de ſupplicatione, & de officio iudicis, quia in
hoc maximè offenderetur maieſtas ſuperioris, ad quem
de directo porrigitur ſupplicatio. & recurritur pro im-
ploratione officij ipſius ſuperioris, per ea quæ de ſuppli-
catione dicunt Rom.in conſil.325.& Marſ.in d.l.1.de ra-
48 ptu virgin.numero 160. † vbi dicunt principi eſſe porri-
gendam ſupplicationem,qui demum conſiderata æquita-
te officium ipſius debet annuere imploranti, ex his quæ
dicit Abb.in c.ex literis, col.2.in vlti.nota,de reſtitut. in
49 integr.† vbi dicit, quod ſupplicatio eſt quædam præcum
porrectio facta Principi,per quam ex quadam benignita
te ſuperior reſtituit ſupplicantem aduerſus ſententiam,
contra quam non competit remedium ordinarium: &
idem dicitur de officio iudicis,quamuis etiam non videa-
tur abſolutum, quod officium iudicis per ſtatutum tolli
poſſit,vt in terminis dixit Inn.in ca. quę in eccleſiarum,
50 de conſti.† vbi dicit, quod ſtatutum non poteſt funditus
impedire quin officium iudicis imploretur: quia etiam
Princeps non poteſt tollere nec auferre implorationem
nec defenſionem, cum ſit de iure naturali.Et Inno. ſequi
tur Bald.in Margarita ſua, in verbo, ſtatutum, in 3. ver-
51 ſic.& Marſ.in d.l.1.C.de rap.virg.num.172.† Imò fortius
dicitur,quod etiam ſi ciuitas haberet iuriſdictionem pri-
marum,& ſecundarum cauſarum, non poſſet tollere per
ſtatutum ipſam ſupplicationẽ, & officium iudicis ex de-
fectu poteſtatis,quæ in omni, & quocunque actu requiri
tur,ca.cum ſuper,de offi.deleg. Et ideo concludendo ſer-
monem præſentis conſultationis, intrepide tenendum
arbitror ab huiuſmodi ſententia domini Vicarij, non ob-
ſtante præallegato ſtatuto,licitè appellatum fuiſſe,& eã
recipiendam,& admittendam fore. Laus Deo.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus percepti iudicio teſtatoris pendente conditione fideicommiſsi, licet non veniat imputandi in Trebellianicam ſecundũ communem ſententiam doctorum, tamen ſecus etiam ſecundũ communem quando grauati non ſunt filij primi gradus, ſed vlterioris.*

2 *Declaratio ad regulam fructus percepti iudicio teſtatoris regulariter cedunt lucro hæredis.*

3 *Expenſæ factæ per grauatum in rebus ſubiectis fideicommiſſo, & quæ tendunt ad perpetuam vtilitatem poßunt repeti per eius hæredem, & non compenſantur cum fructibus, ſecus ſi ad temporalem vtilitate: quia tunc non repetuntur, quod tamen limita, vt in num. 5.*

4 *Declaratio ad l. ſumptum, & ad l. emptor. ff. de rei vendica.*

5 *Expenſæ factæ per grauatum, & quæ factæ fuerunt ad perpetuum vtilitatem, repeti poſſunt quatenus res tantum reperitur meliorata tempore reſtitutionis.*

7 *Lex iubemus, C. ad Treb. ſecundum communem etiam locum habet, quando duæ quartæ detrahuntur.*

8 *Filius primi gradus imputat fructus perceptos pendente conditione fideicommiſsi in Trebellianicam, quando eſt grauatus reſtituere alteri, quàm deſcendenti.*

9 *Filijs primi gradus imputatur in Trebellianicam implementum conditionis.*

10 *Fructus percepit ex re legata imputantur in Falcidiam, non autẽ implementum conditionis, niſi ad commodum implementis.*

## CONSILIVM XXX.

OMiſſo longo apparatu verborum ſuper dubijs propoſitis, & ad me tranſmiſſis, breuiter, & ſuccinctè tangam veritatem. Et in primis quo ad dubium primo loco in me-
1 dium adductum, dico † quòd licet in filijs primi gradus communis ſit doctorum ſententia, quòd fructus percepti iudicio teſtatoris pendente cõditione fideicommiſſi, non eueniat imputandi in Trebellianicam, l. iubemus, C. ad Treb. c. Raynutius, ca. Raynaldus, de teſta. tradunt Doct. in l. in fideicommiſſariam, ff. de Trebell. tamen in filijs ſecundi & vlterioris gradus receptior eſt ſententia, quòd Trebellianica computãtur fructus ipſi percepti iudicio teſtatoris, per tex. in l. quod de bonis, §. quod auus, cum gl. in verbo, compenſabuntur, ff. ad l. Falci. vbi eo ipſo, quòd teſtator grauat hæredem, qui non ſit de liberis primi gradus, vt poſt tempus, vel in conditionis euẽtum, hæreditatem ſuam quam hæredis reſtituat, omnes fructus computantur in Trebellianicam. Et ideo dixit ibi Bartol. quòd ſemper cautus eſſe debet aduocatus, vt aduertat quis ſit ille, cui facta fuit ſubſtitutio: quia vidit vnũ magnum doctorem errare. Ad idem eſt text. in d. l. in fideicommiſſaria, in principio. Hoc etiam voluit Barto. in l. Papinianus, §. vnde quæritur, ff. de inoffic. teſtam. Fulgo. in conſi. 24. colum. 1. & in conſi. 41. col. fin. verſic. ad quartum, Oldr. in conſi. 248. in 5. q. Corn. in conſ. 12. col. 10. in princ. verſ. & licet, vol. 2. in conſi. 158. col. fi. vol. 3. in conſ. 180. col. pen. in princ. vol. 4. & in conſi. 270. col. fin. vol. eod. Par. in conſ. 9 col. 2. ver. eo. etiam vol. 2. in conſil. 45. col. 3. verſi. nec prædictis, in conſi. 47. col. 3. in princ. in conſi. 83. colum. 3. vol. eod. & in conſi. 17. col. 5. in princip. in conſi. 43. colum. 11. verſic. nam prædicta omnia, & in conſil. 55. col. 6. volum. 3. Bald. conſi. 291. vol. 5. Bertran. in conſi. 21. col. 4. vol. 1. Gozad. in conſi. 97. col. 2. & fin. Soc. iun. in cõſ. 131. colum. 13. in fi. vol. 1.

2 Nec habet obſtare ſi dicatur, † quòd imò regulariter fructus percepti iudicio teſtatoris, pendente conditione cedunt lucro hæredis, vt in d. l. quod bonis, §. quod auus, in verſi. planè, & non veniant reſtituendi, niſi expreſsè ſit dictum, l. quòd his verbis, de le. 3. quia reſpondetur, quod prædicta concluſio procedit niſi detractio Trebellianicæ eſſet facienda aduerſus fideicommiſſarios: quia tunc non cedunt lucro hæredis, ſèd cõputantur in id, quod per grauatum venit detrahendum. Ita Alex. in d. §. quòd auus, col. 1. Idem voluit Old. in conſ. 248. in 5. dubio, & Pariſ. in allegato conſ. 83. col. 3. in prin. vbi dicit de hoc eſſet text. per locum a ſpeciali, in l. mulier, in §. cum proponeretur, ff. ad Treb. & in l. ita tamen, §. hæres eſſe, eo tit. & vbique Doctores, vbi firmant dictos fructus, quatenus concurrunt cum Trebellianica in ea computandos. Si enim percepti fuiſſent vltra ſummam competentem pro dicta Trebellianica, illud quod ſuprà aſcendit, cedit lucro ipſius hæredis, vt etiam not. omnes Moder. in l. in quartam, in 4. q. princ. Bar. ff. ad leg. Falcid. Et ideo ex his infertur, quod cum Magnificus D. Petrus Blaxius Fontana non ſit de liberis primi gradus domini Petri, ſed nepos, quod fructus per eum percepti, pendente conditione fideicommiſſi, imputari debent in Trebellianicam, & ſi quod ſuperfluũ erit, cedere debet lucro ipſius hæredis.

Deuenio ad ſecundum caput in quo quæritur, vtrum hæredes dicti domini Petri Blaxij expenſas per eum factas in rebus ſubiectis reſtitutioni fideicommiſſi, poſſint repetere à fideicõmiſſarijs per viam excipiendi vel agendi. Prima facie videtur dicendum, quòd nõ, ſed quòd debeant compenſari cum fructibus perceptis ex ipſis rebus reſtituendis, vt in l. ſumptus, & in l. emptor, ff. de rei vẽdi. & per Pau. de Caſtr. in proprijs terminis, in l. vbi pure, §. fin. ff. ad Trebellianum.

Sed præmiſſis non obſtantibus, ſequendo communem Doctorum diſtinctionem, de qua in d. l. vbi purè, §. fina.
3 † dico, quòd reſpectu expenſarum, quæ reperiuntur factæ per dictum dominum Petrum Blaxium ad perpetuã vtilitatem rerum ſubiectarum reſtitutioni fideicommiſſi, ipſe poteſt eas repetere ſiue excipiendo, ſiue agendo, l. domos, ff. de leg. 1. & per Ruy. in conſ. 38. col. fin. vol. 1. & in conſi. 84. col. fi. vol. 3. reſpectu verò earum, quæ factæ cõperiuntur ad temporalem vtilitatem, quod eas repetere non poteſt, l. mulier, § ſed ſi cum diſtrahere, & ibi Doct. ff. ad Treb. Soc. in conſ. 82. in fi. vol. 4. Corn. conſi. 158. col. fin. vol. 3. Ruy. in citato conſi. 38. col. fin. ſed dictus dominus grauatus licet fecerit multas expenſas vtiles & neceſſarias in conſtructione capſinarum, ſine quibus non reperiebantur coloni partiarij, neq; fictabiles, qui colere vellẽt dicta bona ſubiecta reſtitutioni, in quibus habet locum dicta repetitio, tamen multæ demonſtrantur factæ quæ non tendunt ad perpetuam vtilitatem, ſed temporalẽ, & ideo in ipſis ceſſanda erit ipſa repetitio.

4 Non obſtant † not. in d. l. ſumptus, & l. emptor, quia reſpondetur, quod aut quis ſimpliciter in re aliena fecit expenſas, & ex ea fructus percepit, & tunc expenſa cũ fructibus compenſatur. Et ita procedunt dicta iura, ſcilicet l. emptor, & l. ſumptus, aut quis expenſas fecit in re ſua, quam tamen per fideicommiſſum tenebatur ſub conditione reſtituere, & expenſa facta, pendente conditione cũ fructibus nõ compenſatur, quia percepti ſunt ex re propria, ideo ad eius commodum & non alienum cedere debent, nec euentus conditionis trahitur retro quo ad dominium vel commodum fructuum ſecundũ Bar. & alios in l. fi. §. ſed quia, C. communia de leg. per tex. in l. 1. §. 1. ff. ad Silleia. & quod nõ admittatur compenſatio in caſu de quo agitur, voluit gloſ. in d. l. emptor, in fin. gloſſ. magnę, quam ad hoc allegant Bal. Ang. Imo. & Alex. in l. inſulam, §. 1. ff. ſolu. matr. & in d. l. domus. Ita Ruy in conſ. 37. in fi. vol. 3. & in conſ. 117 col. fi. vol. 3. & in conſil. 135. col. pen. vol. eod. & in conſ. 165. col pen. in fi. vol. 4. & Bertrand. in conſi. 21. col. pen. verſi præterea, vol. 1.

Non obſtant not. per Pau. de Caſtr. in d. l. vbi purè, §. fi. quia loquitur in caſu in quo expenſa facta reſpiciebat tẽporalem vtilitatem, & quæ (vt ſuprà dixi) ab hærede grauato non poteſt repeti.

5 Quo ad tertium dicitur, † quòd grauatus etſi poſſit repetere expenſas neceſſarias vel vtiles factas ad perpetuam vtilitatem, tamen eas nõ poterit repetere, niſi pro partibus remiſſis fideicommiſſario, & ſic pro tribus quartis, & pro alia non. Ita Bar. & Doct. in d. l. vbi purè, §. fin. Socin. in citato conſi. 82. in fin. & Bertrand. in d. conſi. 21. col. penult.

Circa quartum articulum, nunquid repeti debeat abſolute per grauatum, quod expenſum eſt, an verò ſolum quatenus res reperitur meliorata tempore reſtitutionis fideicommiſſi, videtur dicẽdum, quòd totum repeti poſſit, etiam vbi res non reperiretur pretioſior tempore reſtitutionis vſq; ad quantitatem expenſæ factæ, quaſi ſufficiat ab initio fuiſſe vtiliter expenſum, l. & in totum, ff. de impen. in reb. dotal. fac.

Quibus non obſtantibus aliter concludendum arbi-
6 tror, † quòd imo debet attendi tempus reſtitutionis, & quatenus eo tempore reperitur res valere, l. domos, & ipſi omnes, ff. de leg. 1. vbi dicunt Ang. & Alex. illam l. notandam, quia de facto quotidie contingit in his, qui condemnantur ad reſtitutionem rerum. Nam petunt ſibi refici ſumptus factos in reparatione earum, qui ſumptus

forte tempore reparationis fuerunt multum exceſſiui,& non probabiles arbitrio boni viri,vt quia tūc aderat tempus guerræ, propter quod res non erat effecta multò maioris pretij , nunc verò tempore reſtitutionis ceſſante guerra , res eſt prætioſior, & præſens tempus inſpicitur. Idem vult Cor.in conſi.158.col.fi.vol.3.Bertran.in conſi. 21.colu 4.volum.1. Neguſ.in tract.de pign. in 4.membro quintæ partis.col.10.verſ.6. concluſio vbi dicit hoc menti tenendum, quia frequenter contingere poteſt.Ruin. in conſil.37.col. fi.vol.j in conſil.84. col.fi.vol.3. & in conſil. 117.col.2.in conſil.135.col.pen.volu.eod.& in conſil.165. col.2.vol.4. Et ideo cum ex lectura iniuriam ad me transmiſſorum conſtet tempore ipſius reſtitutionis repertas fuiſſe pro parte precioſiores , & pro parte minus valere quam expenſum allegatur,ſequitur,quòd pro pretioſioribus grauatus , vel eius hæres poterit repetere illud plus , in quo res reperitur pretioſior,licet minus expenſum ſit, & pro altera parte non id quod expenſum eſt deducitur, ſed,quod in veritate res valet tempore reſtitutionis, dicta l. domos , & per Ruin.latiſſimè in dicto conſilio 117.column.2. volum.3.

Circa vltimam queſtionem, in qua quæritur an dominus Antonius filius domini Franciſci, & grauatus onere fideicommiſſi, teneatur ſibi imputare in Trebellianicam fructus perceptos pendente reſtitutione fideicommiſſi , dubium facit, quia quamuis à regula , quæ eſt,ꝙ fructus percepti iudicio teſtatoris, hoc eſt pendenter die vel conditione,imputentur in Trebellianicam,l.in fideicommiſſaria, in princ. ff.ad Treb. excipiantur filij primi gradus , per l.iubemus,C.ad Treb.tamen ille text.locum ſibi vendicat, quando vna quarta ſolum veniret detrahenda , vt probatur ibi in verbo , dodran , vbi ergo reſtitutio dodrantis fieri non debet,deficiunt verba illius l.exorbitantis à regula , ergo deficit diſpoſitio,argum. l. ita autem , in princ.ff.de adminiſt. tut. & maximè ſtante fine illius l. iubemus prohibentis trahi illam legem ad alios caſus , ſed in caſu noſtro non reſtituitur dodrās: quia detrahuntur duæ quartæ, igitur &c.Ita in ſpecie dixit ſingulariter Pau.de Caſt. in l.mulier, §.cum proponeretur, col. fin.ff. ad Treb.vbi dicit hoc dictum nouum,& ita aliàs conſuluiſſe,& multis placuiſſe. Et quod ita conſuluerit,apparet in conſil.ſuo 9 in fi. ſecundum antiquam impreſſionem , & alibi.Idem tenuit in l.ſcimus,in prin.col.2.C.de inoffic.teſt.vbi refert ita conſuluiſſe in ciuitate Bononiæ , in quodam caſu de Mutina, ꝙ cōſilium viderunt plures Doctores,& ſuis viſum eis, ꝙ imaginatio eſſet bona : tñ quia nullus tangit, & ſic non habet authoritatem , voluerunt ſe ſubſcribere,ſed,ꝙ ita ipſe iudicaret ſi eſſet iudex . Qđ dictum non eſſe obliuioni tradendum tanquam peregrinum tradit Alexan.in d.§.cum proponeretur. Idem voluit alibi Alex.in conſil.165.in fi.vol.5. Cur.Sen.in conſil. 51.col.antepen.verſic.eſt etiam aduertendum.Iaſ.in con ſil.231.col.2.vol.2.& in conſi.43.col.fi.volum.3.Gozadin. conſi.45.col.pen.

Tamen his non obſtantibus in hoc aliter ſentio,& contrarium de iure puto verius & æquius,quia non eſt verū, quod præſupponit Paul.& alij,qui eum ſequuntur. Nam contrarium expreſsè ſentit Bald.in l.quod de bonis.§.qđ auus.C.ad l. Falc. nam dum gl.ibi per d.l. iubemus dicit fructus non imputari in quartam filij primi gradus , dicit Bartol.cautum debere eſſe aduocatum , vt quando fit reſtitutio fideicommiſſi, & grauatus vult retinere legitimam & trebellianicam,iuxta not.per glo.in cap.Raynutius . aduertatur an grauatus ſit de liberis primi gradus: quia tunc poteſt deducere dimidiam , in quam non debent ſibi imputari fructus in Trebellianicam. d. l. iube-
7 mus, quòd ſic vult,& illa l. locum etiam habeat,quando duæ quartæ veniunt detrahendæ.Et verba Bar.ibi.ad hoc ponderat Alexan.contra Paul.de Caſtr.& allegat Angel. idem tenētem in conſil.123. dicens Alexan .quod durum eſſe in practica contrarium obtinere propter authoritatem Bart.& Angel.& in ſpecie idem Paul.ſibi contrarius hanc partem tenuit ponderando verba Bart. vbi ſuprà in d.l.iubemus,colum.j.verſic.tertiam limitationem.vbi dicit,ꝙ iſta pars eſt ſecurior,licet prima de rigore iuris magis placeat, & quòd hanc opinionem Bartol. ſequeretur, ex quo non reperit aliquem de hoc loquentem vel aduertentem.Cor. in conſil.321. colum. penult. volum.3. & in conſi.180.in 10.q vol.4.Iaſ.in conſi.99.colum.pen.& fin. vol 2.& in conſi.146.col penul.volum.eod.Goza.in conſil.97.pen.col.& ita determinaſſe Rotam, refert Caſſad. in deciſ.ſuis. in titu.de teſta. deciſ.2.vbi dicit, hoc menti tenendum perpetuo, quia faciet tibi magnum honorem & quod in iudicando durū ſit recedere ab opinione Bartol & Angel.tradit Picci.in l.in quartam.colum.98. ff.ad l.Fal.Rui.in conſ.88.col.pen.vol 2.& in conſil.133.col.fi. vol.eod.& in conſil.21. col.6. vol.3. Et hanc eſſe communem opinionem citat Goza.in conſi.81.col. pen.imo magis communem & veriorem firmant Clau.Sayſel.in d.§. cum proponeretur.Pariſ.in conſil.1.colum.10. verſi.nam contraria opinio.vol.3.in conſil.30.col.pen.& fi.& conſ. 43.col. penul.vol eod.& Rui. in conſi.190.colum.fin. vol. 2.Pro qua facit ſecundum Alex.in d.§.quod auus.quia vanum eſſet priuilegium illius l. iubemus, conceſſum filijs primi gradus,ſi locum ſolum haberet quando vna quarta tantum retineri poſſet:quia cum legitima debeatur ne dum dictis filijs primi gradus, ſed etiam vlterioribus,ſine imputatione fructuum. l.ſcimus §. repletionem.C.de inoffi. teſt. ſatis prius erat conſultum liberis in vna quarta,& ſic inane eſſet priuilgeium illius legis.

Non obſtat tex.in d.l.iubemus,in verbo,dodrans, quia intelligitur de eo, quòd ſupereſt deducta prius legitima , prout etiam hoc modo intelligit Bald. in l. filium quem habentem.C.fam.herc.verſi.extra oppono. Alex.in d.§. ꝙ auus.Paul.de Caſt.in d.l.iubemus. Pariſ.in citato conſ. 30.colu.fi.& Rui in allegato conſil.21.col.6.in fi . Et ideo ex hoc capite reſultat magis communem & veriorem ſententiam eſſe filium grauatum , qui deducere habet duas quartas , non debere imputare fructus perceptos ex iu-
8 dicio teſtatoris in quartam Trebellianicam . † ſed ex alio capite dico in terminis de quibus agitur hunc filium grauatum debere imputare dictos fructus in Trebellianicam : quoniam dicta l.iubemus loquitur in caſu in quo filius erat grauatus reſtituere alteri deſcendenti ipſius teſtatoris,vt apparet ex principio illius.l.& ex fine, dum dicit, ꝙ non extenditur ad alias perſonas, & ſic locum habere non videtur, quando reſtitutio eſt facienda trāſuerſalibus.vt in caſu noſtro . Et licet ſint nonnulli qui teneāt contrarium.Paul.de Caſt.in d.l.iubemus. & Imol.in d.§. quod auus.& ibi Alex.col.fin.vbi dicit, ꝙ ſibi magis placet hæc opinio tanquam benignior & æquior . Et ſimiliter idem tradit Rui.conſi.21.col.7.vol.3.vbi refert hanc partem tanquam benigniorem & æquiorem tenendam menti hanc ratione,quia dicta lex iubemus.facta eſt fauore filiorum primi gradus, & eadem ratio, imò maior eſt, vt habeant dictum priuilegium filij , quando ſunt rogati reſtituere tranſuerſalibus,quàm fratri,vel filio,argumento l.illud.ff.ad l.Aquil.tñ in contrarium eſt magis cōis opinio doctorum.Nām hanc partem tenuerūt Cy.Raynerius,Franciſcus de Rampo.Alb.Fulg.Corn.& Pet. in d.l. iubemus,idem Fulg.in auth. contra rogatus,C.ad Treb. Cuma.in conſi.123.in vltimo dubio, Alex. in d.l.in fideicommiſſaria, & ibi Claud. Sayſel. vbi dicit hanc partem veriorem, & magis communem , & ꝙ pro ea conſuluit , Idem tenuit Corn.conſi.321.col.pen.vol.3.vbi dicit Romæ ita fuiſſe obtentum, & iudicatum . Quam partem ēt vt magis communem tenuit Par.conſil.21.col.fin vol.3. conſ.27.col.4.volum.eod. & in conſil.93.col.pen.vol.2.& Ruin.in conſ.84. col.4. in princ. volum.3. vbi Ruin.confundit opinionem Imol. vltra reſponſionem datam per Alex.in d.l.in fideicommiſſaria,ex not. per Bart. in d.l.in
9 quartā.in 6. & vltima oppoſitione primæ par. † vbi concludit,ꝙ filijs primi gradus imputatur in Trebellianicam implementum conditionis, & ꝙ in illo non habet locum d.l.iubemus,quia ſecundum eum in ſi.prohibetur extenſio ad alium.Et ſic patet, quod Imola nō bene ſentit dum dixit, quòd extentio ad alium caſum tantum prohibita reſpectu cautionis,de qua ibi text.quia imò extra cautionem vult Bar.quod ad alium caſum non poſſit oſtendi,& ſubdit Ruin.aduertendum fore,quod maior erat ratio pro hibendi,ꝙ dictum implementum imputaretur in Trebel-
10 lianicam,quam in fructibus : † quoniam illi facilius imputantur, quàm implementum conditionis, quod patet,
11 † quia fructus percepti ex re legata imputantur in Falcidiam ad commodum omnium legatarium,l.quod de bonis.§.fructus vbi communiter Doct.ff.ad l. Falci.& tamē in ea non imputatur complementum conditionis, niſi ad commodum implentis.l. Neratius eo.tit.vt per Docto. in d.l.in quartam.Si ergo liberis primi gradus non imputantur fructus,d.l.iubemus.multò magis videbatur quod implementum prædictum deberet imputari, & tamen Bartol.vult contrarium,etſi quod ad alium caſum non extendatur

datur ex maioritate rationis, ergo non debet etiam extendere ad alias perſonas in quibus ſit maior ratio. Concludẽdum igitur dico, quod ex quo hic grauatus tenetur reſtituere fideicommiſſum domino Ioanni tranſuerſali, quod hæredes ipſius filij tenentur imputare in Trebellianicam grauati fructus per eum perceptos. Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Proceſſus inquiſitionalis formatus contra minorem vigintiquinque annis, carentem curatore, redditur nullus, & nu. 8.*

2 *Aetas filij probatur ex libro paterno, in quo ætas ipſius ſcripta reperitur.*

3 *Aetas filij probatur ex teſtimonio matris.*

4 *Confeſſio facta ſuper inordinato proceſſu eſt ſufficiens ad condemnandum, quod etiam procedit in confeſſione ficta, vt num. 6. ſed declara vt nu. 7.*

5 *Confeſſio non requirit telam nec ordinem iudicij.*

9 *Minor tam in ciuilibus, quàm in criminalibus non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*

10 *Minor ſine curatore, ſi dicit iudici, non torqueas me domine, quia omnia confiteor, & iuro non venire contra, talis confeſſio ſic iurata non præiudicat minori.*

11 *Confeſſio inualida non comprehenditur ſub ſtatuto faciente mentionem de confeſſione.*

12 *Confeſſio vera licet probet delictum verè, tamen confeſsio ficta nunquam probat verè delictum.*

13 *Notarius damnatus ex de falſo ex confeſsione vera, vel conuictus quamuis nunquam amplius poſsit conficere inſtrumentum, tamen damnatus propter contumaciam non perdit inſtrumẽtorum confectionem.*

14 *Contumacia vera iudicio exiſtente nullo aliquem iuris effectum validum non tribuit.*

15 *Poſitio vbi non debet admitti ratione perſonæ, formæ, vel materiæ, contumax in non reſpondendo non habetur pro confeſſo.*

16 *Libellus ſi eſt ineptus vel non concludens, ſicut non poteſt reus ex vera confeſsione condemnari, ita nec ex ficta.*

17 *Statuto ſi cauetur, quòd contumax habeatur pro confeſsio, tale ſtututum debet intelligi, dummodo præcedat libellus, ſeu inquiſitio valida.*

18 *Inquiſitio quando eſt inepta, vel libellus ineptus, quicquid ſequitur eſt ipſo iure nullum, & ſententia diffinitiua ſequi non poteſt.*

19 *Libellus quando eſt ineptus, ſiue propter omiſsionem formæ ſubſtantialis & modi, ſiue propter alias ineptitudines, bannum tunc latum, tanquã in contumacem, non valet, & ſententia quæ fundatur ſuper ipſo banno, eſt ipſo iure nulla, & non meretur executionem.*

20 *Inquiſitio quando eſt ineptè formata, ſi vlterius ea non obſtãte ad ſententiam procedatur, quæ tranſiuit in rem iudicatã, ſemper opponi poteſt de ineptitudine & inualiditate ipſius inquiſitionis.*

21 *Exceptio ineptitudinis reddit iudicium & ſententiam ipſo iure nullam.*

22 *Iudici licitum eſt in dubijs eligere partem ſecuriorem quia ita faciendo fugit rètia ſyndicatorum.*

23 *Iudex rectus in iudicando debet habere Deum a dexteris.*

24 *Iudex qui verecũdatur errorem ſuum corrigere, quem nemine inſtante reuocare debet, ſaltem poteſt & debet ſuſpendere executionem.*

25 *Bona ſubiecta reſtitutioni fideicommiſsi, confiſcari non poſſunt, & præſertim accedente prohibitione teſtatoris de eis non alienandis.*

26 *Iura quæ non poſſunt in extraneum hæredem tranſire, pariter in fiſcum tranſire non poßunt, qui loco extranei hæredis habetur.*

27 *Prohibitus alienare, cenſetur etiam prohibitus facere actum per quem ſequatur alienatio.*

28 *Legitimæ quæ iure naturæ filio debetur per patrem onus aliquod imponi non poteſt; quod declara vt nu. 30.*

29 *Trebellianicam filijs primi gradus pater prohibere non poteſt ſecũdum magis communem, quod intellige vt in nu. 31.*

32 *Legitima debita de iure naturæ eſt fauorabilior Trebellianica.*

33 *Fiſcus habetur loco hæredis, tam quo ad onera, quam quo ad emolumenta.*

34 *Fiſcus pro bonis publicatis tenetur ad æs alienum onera fideicommißi, legatorum & ſeruitutum.*

35 *Inſtrumentum eſt probatio probata, & veritas euidens non probanda.*

36 *Vxor petens dotes, & donationem propter nuptias, à fiſco eas conſequi debet ſummariè, & ſemoto iudicio ordinario.*

37 *Poſſeſsio & dominium transfertur per conſtitutum.*

38 *Clauſula ex nunc prout ex tunc, & è conuerſo, quantæ, ſit virtutis, remiſsiuè ponitur.*

39 *Vxor quę habet bona mariti hypothecata pro dote, cum trãslatione dominij & poſſeſsionis, poteſt illi inſiſtere, & impedire publicationem bonorum mariti, donec ei fuerit ſatisfactum de dote.*

40 *Confeſsio dotis receptæ facta a marito fiſco non præiudicat, quod limitatur nu. 42.*

41 *Fiſcus poteſt opponere exceptionem non numeratæ dotis, ſicut debitor exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

43 *Diſpoſitio l. ſi quis poſt hac C. de bon. damna. locum etiam habet ſecundum communem in dote confeſſata, quando ante reatum tranſiuerat tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis.*

44 *Fiſcus vtitur iure communi, ubi non eſt priuilegiatus.*

45 *In ambiguis pro dotibus iudicandum eſt.*

## CONSILIVM XXXI.

VISO proceſſu inquiſitionali formato de homicidio contra dominum Ioannem de Parmola, necnon & ſententia condemnatoria contra eum lata, cum publicatione bonorũ, vna cum teſtamento quondam domini Antonij eius patris, omittendo ſuperflua, dico huiuſmodĩ proceſſum contra eum nulliter fuiſſe formatum, atque ideo ſententiam ſubſecutam nullius eſſe momenti, quod luce clarius demonſtratur. Nam recepta eſt doctorum ſen
1 tentia, † quòd proceſſus inquiſitionalis formatus contra minorem vigintiquinque annis, nullo ſibi prius dato curatore, redditur nullus, l clarum, vbi omnes notant, C. de auth. præſtan. Marſ. in l. 1. in princ. ff. de quæſt. in conſ. 26. nu. 9. in conſi. 67. col. pen. & fi. & in conſilio 130. num. 22. ſed hic dominus Ioannes eſt minor vigintiquinque annis
2 † vt ſatis liquet, tam ex proceſſu, quàm ex libro paterno, in quo eſt deſcripta ætas filij, & per quem ipſa ætas probatur, vt per Sal. in l. ſi minorem, C. de in reſt. mino. quem ſe
3 quitur Ruy. in conſi. ſuo 31. col. fi. vol. 4. † Necnon ex teſtimonio matris, cui in hoc ſtãdum eſt, cum ſit melius informata, quàm eſſe poſſint alij, vt per doct. in l. 1. ff. ſi cer. pet. & Marſi. qui alios citat, in conſi. 90. nu. 22. & Ruy. in conſ. 194 in fi. 1 col. vol. 1.
4 Nec habet obſtare, † quod potuit condemnari ex ſua confeſſione, quãuis facta ſuper inordinato proceſſu, iuxta no. per Bart. in l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. & exhi. reo. Innoc. & omnes in ca. qualiter & quando, de accuſatio. &
5 Marſ. in conſi. 46. nu. 17. & 48. col. 2. † quia confeſſio non requirit telam nec ordinem indicij, vt voluit Bal. in l. properandum, in prin. in finalibus verbis, C. de iud. quem ſequitur Ang. in tractatu maleficiorum, in verbo, comparuerunt dicti inquiſiti, & confitentur totum, verſi. quæro
6 an confeſſus. † Quòd ampliatur etiam procedere in confeſſione ficta, inducta à ſtatuto per contumaciam, vt in
7 caſu, de quo agitur, † cum ipſa confeſſio ita validet proceſſum nullum ſicut vera contumacia, vt per Bar. in conſ. 110. quem refert & ſequitur Nellus in tract. bannito, in prima par. 2. temp. q. 49. & Marſi. in conſ. ſuo 46. num. 19. nam ille qui ex forma ſtatuti habetur pro confeſſo perinde eſt ac ſi verè in iudicio confeſſus eſſet factum cũ qualitatibus in inquiſitione deductis. Ita Bart. & Bal. in l. quoniam, ff. de his qui not. infamia. Bal. in l. ſi tutor. per illum tex. C. de interdict. mat. & Are. in conſ. 146. col. 1.
Quia reſpondetur, quod licet vera ſit concluſio, quòd
8 confeſſio vera ſuper proceſſu nullo valeat, † tñ ea procedit, & locum habet, quando eſt valida, ſecus ſi nulla, quia tunc nullum operatur effectum, l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. l. non putaui, §. non quæuis, ff. de bon. poſſ. contra tab. alias, vt dicit Marſi. in conſi. 46. nu. 19. ſequeretur maximum abſurdum, quòd iudices poſſent torquere ad eorum libitum homines indebitè & iniuſtè, & ſuperueniente confeſſione ex aſperitate tormentorum omnia eſſent valida, & ſic daretur materia delinquendi, quod nõ eſt dicendũ, nec tolerandum. Sed iſta confeſſio, dato, quòd eſſet vera & ſpontanea, non valeret, tanquam facta ſine interuentu curatoris, per ea quæ not. Bar. in l. fin. §. pupillus, ff. de verborum obligationibus, vbi minor reſpondere non poteſt ſine curatore, & Sal. in l. 1. C. de confeſſ. vbi inquit, quod iudex criminalibus quando vult deferre iuramentũ minori recipiat cautelam, vt faciat eius curatorem adeſſe. Et in terminis ita decidit Ange. in trac. malef. in verbo, comparuerunt inquiſiti, & confitentur totum, in verſic. necnon ſit cautus, quem ſequitur Affli. in deciſ. 208. vbi ita formaliter loquitur, Necnon bene ſis cautus tu iudex, quando habes minorem vigintiquinque annis, in fortiam tuã pro aliquo delicto, quod nunquam eius re-

ſponſionem recipias,niſi primo eidem dato, & proceſſui
9 curatore per te iudicem, †.quoniam minor tam in ciuili-
bus , quam in criminalibus non habet legitimam perſo-
nam ſtandi in iudicio,dicta,l.clarum,in tantum,quod di-
cit ibi Cy.& etiam alij,quòd etiam ſi ſponte cõfiteretur,
talis confeſſio ipſi minori ſponte confitenti delictum,non
obeſſet: quod dicit menti tenendum , ne tu iudex erres,
& ne proceſſus tuus poſteà poſſit irritari. Et Angel. quo-
que ſequitur Marſ.in conſi.26.num.9.& in conſil.61. nu.
10 14.& 130.numero 22.† Imo plus vult ibi Ang.quòd etiam
ſi minor ſine curatore dicat iudici non torqueas me do-
mine iudex,quia omnia confiteor, & iuro non venire cõ-
tra,ꝙ confeſſio facta hoc modo cum tali iuramento, non
præiudicat minori.Et Ange.ſequitur Marſ. in locis ſuprà
per me citatis.Facit etiam,quòd not.Marſ.in conſ.39.nu.
11 41.vbi inquit poſt Bal.ibi per eum relatum, † ꝙ ex cõfeſ-
ſione inualida confitens non poteſt pati damnum,nec cõ-
prehenditur ſub ſtatuto faciente mentionem de cõfeſſio-
ne:& ibi multa alia adducit,quæ faciunt ad propoſitum.
Si ergo hoc locum habet in vera confeſſione inualida, er-
go multo magis in ficta, vt in indiuiduo decidit Angel. in
tract. maleficiorum in verbo, qui iudex videns. in verſi.
quæritur tamen an tale ſtatutum,col.fin.vbi inquit ſingu
lariter tenere Bal.in add.ad Specul.in tit. de accuſa §. &
nota quòd accuſatio ver.& nota ꝙ ibi libellus. Et Angel.
ſequitur Marſ.in practica ſua crimina.§.poſtquam, num.
12 36.& 59.† Nam magna eſt differentia inter veram & fi-
ctam confeſſionem: quia licet vera confeſſio probet deli-
ctum verè,vt in d.l.ſi confeſſus. Tamen ficta confeſſio nũ-
quam probat verè delictum,vt per Ange.in loco ſupra al-
13 legator.† vbi etiã ex hoc infert,ꝙ ſi notarius ſit damna-
tus de falſo, ex confeſſione vera, vel conuictus, quamuis
nunquàm amplius poſſit conficere inſtrumentum , vt in
§.fi.in auth.de tabel.& per Bal.in l.eadem,§.1.ff.ad l.Iul.
repet.tamen ſi eſt damnatus propter contumaciam, non
perdit inſtrumentorum cõfectionem.Ita Bar.in l.ſi ideo,
in prin.ff.de euic.& Bal.in l tranſigere.circa medium, C.
de tranſac. magis enim propter contumaciam & abſen-
tiam ſuam dicitur eſſe lata ſententia, quàm quòd malefi-
cium commiſerit,l.qui repudiantis,in fi ff.de inoffi.teſta.
Et Ang.ſequitur Marſ.in conſi.10.nu.13. Cum igitur cõ-
feſſio huiuſmodi ſi vera eſſet, non præiudicaret inquiſi-
to,ergo nec ficta,& per conſequens ſequitur,quòd ſenten
tia condemnatoria cum publicatione bonorum redditur
nulla,vt probatur ex not.per Rom.in conſil.224.in 1.col.
14 vbi inquit,†quod ex vera contumacia in quam quis inci-
dit iudicio exiſtente nullo , non poteſt reſultare aliquis
validus effectus,per tex.in l.ſi filius,la ij.ff. de interroga.
actio.vbi Bald.etiam dicit,ꝙ ſi aliquis accuſatur à banni-
to,qui ex forma ſtatuti non debet audiri, & ſic accuſatio
ſit nulla, & inualida , licet hoc caſu accuſatus ipſe patia-
tur ſibi labi terminum,tamen non habebitur pro confeſ-
ſo ex forma alterius ſtatuti,& ſubdit ibi Bald.nota hic ar-
15 gumentum , ꝙ vbi † poſitio non debet admitti ratione
perſonæ,materiæ,vel formæ, quòd contumax non habe-
tur per confeſſo.Accedit etiam quod voluit idem Bald. in
l.2.§.quod ſi actor.ver. vlterius nota. C.de iur. calumniæ,
16 † vbi dicit, ꝙ ſi libellus eſt ineptus , vel non concludens,
ſicut non poterit reus ex vera confeſſione tunc condem-
nari, ita nec ex ficta. Confirmatur hæc ſententia ex his,
quæ not.Marſi.in d.ſua practica.crimi.in §.poſtquam nu.
56.vbi tradit tenendum eſſe menti perpetuo vnum ſingu
17 lare verbum,& multum quotidianum,videlicet,ꝙ † ſtan
te ſtatuto,quòd contumax habeatur pro confeſſo,tale ſta
tutum debet intelligi , dummodo præcedat libellus , ſeu
inquiſitio valida : & ideo ſi in ciuilibus præcedit libellus
inualidus,vel in criminali inquiſitio inualida,ſequuta tũc
contumacia,reus non habebitur pro confeſſo, per tex.in
d.l.ſi filius,vbi hoc voluit etiã Bart. Accidit quoque quod
dixit alibi idem Marſi.in conſi.49.nu.63.vbi ſimiliter in-
quit, quòd quando libellus eſt ineptus , quòd non poteſt
habere locum confeſſio facta ex diſpoſitione ſtatuti:quia
ex quo fundatur ſuper actu inualido dicitur potius nulla,
quam ficta confeſſio, ſecundum Bald. in l.error. in fin. C.
de iur. & fact.ignor.& in l. certi conditio.in princip. Pro
cuius confirmatione facit quod voluit Ang.in conſil. 178.
18 † vbi dixit , quod quando inquiſitio eſt inepta, vel libel-
lus ineptus,quicquid ſequitur ex ipſo iure nullum, & ſen
tentia diffinitiua ſequi non poteſt.Et Ang. ſequitur Marſ.
in d.ſua pract.in §.2.nu.8.in conſi.24.num.29. & in conſ.
128.nu.8. Optime etiam accedunt dicta Bald. in add.ad

Spec.in tit.de accuſa.in 1.par.in 5.col. verſic. & nota quo
19 vbi libellus.† vbi tradit,quòd quando libellus eſt ineptus,
ſine propter omiſſionem modi & formæ ſubſtantialis, ſi-
ue propter alias ineptitudines, bannum tunc latum tan-
quam in contumacem non valet , nec videtur contumax
confeſſus maleficium, ſubdens denique, quòd ſi non va-
let bannum , etiam ſubſequens ſententia, quæ fundatur
in ipſo banno, eſt ipſo iure nulla , & non meretur execu-
tionem.Et Bal.ſequitur Marſ.in d.§.poſtquam,nu.57.cir-
ca medium,& in conſi.81.nu.36. ergo etiam ſimiliter di-
cendum venit in caſu de quo agitur quod hæc condem-
natoria ſententia, & publicatio bonorum, quæ fundata
reperitur in confeſſione facta & inualida , non valet , nec
meretur executionem,etiam ſi tranſiuiſſet in rem iudica
20 tam: † quoniam clari iuris eſt , quod quando inepte fuit
formata inquiſitio, ſi vlterius, ea non obſtante, proceda-
tur ad ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam , ſem-
per opponi poteſt de ineptitudine & inualiditate dictæ
inquiſitionis,l.ſi libertus patronum,& ibi Docto.ff.de iu-
reiur.Iaſ.in l.eleganter,§.ſi quis poſt.ff. de condi. inde.&
in l.j.nu.13.C.de iur.& fac.igno.Marſi. late in conſil.128.
21 nu.10.& in conſ.130.nu.17.† & ratio prædictorum ſecun
dum Iaſ.vbi ſupra,eſt,quia exceptio ineptitudinis reddit
iudicium & ſententiam nullam ipſo iure, ſecundum glo.
ſingu.inſtitu.de obligatio.in gl.magna,ad fi. Vnde ex his
concludendum arbitror, quo ad iſtud primũ caput, quòd
melius feciſſet hic magnificus iudicans ſtantibus præmiſ-
ſis, prout vere militant , abſoluere ab obſeruatione præ-
ſentis iudicij prædictum dominum Io.quàm condemna-
re,l.libellorum,verſic.quòd ſi libelli.& ibi Barto.ff.de ac-
cuſa.& per Marſ.in allegato conſ.49.in fin.& in d.§.2.nu.
88.vbi dicit ex mente Angel.quòd tutior via eſt in tali ca
ſu,quòd abſoluatur reus ab obſeruatione iudicij,& ꝙ ip-
22 ſe ita conſularet: quia † iudex hoc caſu fugeret retia ſin-
dicatorum , cum licitum ſit iudici in tam dubijs eligere
23 parem ſecuriorem,ſubdens ſe ita de facto obtinuiſſe.† Et
ſi ita egiſſet,habuiſſet Deum à dexteris, prout in iudican
do habere debet quilibet rectus iudex,vt inquit Marſil.in
conſ.46.in fin.vbi etiam inquit, quod ponderare debent
24 iudices text.in cap.cum æterni,de re iud.in ſexto. † & ſi
verecundabatur errorem ſuum corrigere, quem nemine
inſtante reuocare debebat, ſaltem ponderat & debebat,
ſuſpendere executionem,vt inſtruit Bal. in l.1.C.ſenten.
reſcin. non poſſ. quem ſequitur Marſil.in conſi.76.in fin.
Quòd cum per ipſum geſtum non fuerit, ſciat pro certo
ſe Deum habere in vltorem , & quod anima eius crucia-
bit in æternum.

Secundo principaliter dicitur,quod etiam data validi-
tate ipſius proceſſus , quæ tamen omnino negatur , bona
25 dicti domini Ioannis non potuerunt confiſcari, † quoniã
doctorum recepta eſt ſententia,quod bona ſubiecta reſti-
tutioni fideicommiſſi, prout in caſu de quo agitur confi-
ſcari non poſſunt:vt eſt caſus legis expreſſus & rotundus
in l.Statius, in §.Cornell. felici. ff. de iureſiſci. per quem
textus. ita conſuluit Alexandr. in conſilio 23. colum. 1.
vol.1.Opezo.in l.filiusfamilias, §.diui, col. 2. & ibi Iaſ.in
2.lectura, in ver.Sextò pondera,ff.de leg.1. idem Iaſ.in l.
2.§.ſed quia,C.commu.de legatis. Dec.in conſil.442.col.
3.& Marſ.in conſi.49. nu.51. Sed in caſu præſenti ex di-
ſpoſitione teſtamentaria patris ipſius domini Ioannis,
bona veniunt reſtituenda domino Gulielmo fratri ip-
ſius domini Ioannis , eueniente conditione de qua in ip-
ſo teſtamento,quæ per mortem dicti domini Ioannis pu-
rificata fuit,igitur &c. Et tanto fortius hoc dicendum ve
nit, ſtante prohibitione alienationis bonorum , de qua in
ipſo teſtamento, quo caſu , quando res eſt prohibita alie-
nari, non poteſt deuenire in fiſcum per publicationem
bonorum,vt vult Bal.in l.Imperator per illum text.& ibi
Ang.§.de fideicommiſſ.lib.quem ſequuntur Ale. in cita-
to conſil.23.in princ.col.3.duplicato in conſil. 88. volu.3.
Iaſ.in d.§.diui, & ibi Opezo.in char.8. in prima & 2.col.
Rom.in l.ſi finita,§.ſi de vectigalibus,ff.de damn.infect.
Marſ.& Dec.vbi ſupra. Pro qua opinione facit ſecũdum
26 Alexan.vbi ſupra.† Nam iura quæ non poſſunt in extra-
neum hęredem tranſire, pariter non poſſunt tranſire in
fiſcũ,qui habetur loco extranei ſucceſſoris,l.4. & ibi Bar.
ff.de iure patronatus,ſed prędicta bona ſtante prędicto te
ſtamento non poſſunt hæredes extraneos tranſire , ergo
27 nec in fiſcum. † cum ergo dictus dominus Ioannes alie-
nationem aliquam de dictis bonis facere non potuiſſet,
nec aliquem actum per quem alienatio ſequatur , iuxta
glo.

glo.in l.ſi ita quis §.ea l. ff.de verb.oblig.& Bald.in l. hac
edictali.in princ.C.de ſecundis nupt. Vbi ita arguit, ideo
delinquendo nõn potuit facere, ꝙ alienatio ſequatur cõ-
tra voluntatem & diſpoſitionem ipſius teſtatoris, vt per
Alexan.in d. conſil.23. vbi multa ad propoſitum adducit,
quæ non tranſcribo.
28 Nec obſtat † ꝙ licet prædicta ſint uera, tamen ſibi lo-
cum non vendicant in legitima debita iure naturæ dicto
Ioannis, ſuper qua eius pater non potuit imponere fi-
deicommiſſum,vel aliquod onus. l.quoniam in prioribus
29 C.de inoff.teſta. Dec.in conſ.81.in 1.col. † Nec ſimiliter
in Trebellianica ipſi grauato debita. d l.quoniam. quam
etiam filijs primi gradus teſtator prohibere non poteſt;
vt laté per Iaſ.in l. Marcellus.in prin.col.12.in fi.verſic.q̃d
tenendum.ff.ad Trebellia.vbi refert hanc eſſe magis com
munem doctorum ſententiam.& dec.in citato conſil.81.
& ita aliás conſului, cum in dicta legitima & Trebellia-
nica habeat plenum ius,iuxta notata per Alex.in conſi.3.
col.pen.vol.3.Iaſ.in d.l.2.§.ſed quia in ver.7. limita,& in
authē.res quæ.ver.12.& ver.vlt.limita.C.commu.de leg.
& in l.Marcellus. §.res quæ col.2. ff.ad Trebellianum.vbi
vſque ad legitimam & Trebellianicam per hæredem gra-
uatum poteſt fieri alienatio prædicta.

Quia reſpondetur, quòd etſi regulariter per patrem
non poſſit imponi fideicommiſſum, & ſit onus in legiti-
30 ma filio debita,vt ſuprà dictum fuit.† nihilominus quòd
poteſt prohibere alienationem legitimæ debitam filio,do-
nec fuerit ætatis annorum vigintiquinque, vt fuit prohi-
bita in cauſa præſenti: ita in terminis decidit Iaſ.in d.§.
diui.in j.lectura,colum.penul.in fi verſic. Limita notabi-
liter iſtam concluſionem.vbi inquit, quod limitatur con-
cluſio præmiſſa quando, prohibitio eſſet facta ſimplici-
ter, ſecus ſi fieret vſque ad tempus certæ ætatis filij, puta
ſi teſtator diſpoſuit, ꝙ filij non poſſent facere alienatione
bonorum,donec ſint ætatis annorū.25.quia tunc valet,cū
non contineat grauamen, ſed prouiſionem filij, cuius in-
firmitati pater voluit prouidere, & quæ etiam hodie de
legitima non reijcitur,l.filijs matrem. C.de innoffi.teſta.
Bart.in l.cum ex filio.vbi etiam alij ff.de vulg.& pup.ſub-
dit Iaſ.ita conſuluiſſe.Paul.de Caſt.in conſil.134. Viſis &
conſideratis.col.2.& hoc melius alibi non legiſſe. Idem
tenuit Alex.& Iaſ.in l.multi.ff.de lib.& poſthu.Iaſ.in d.l.
filijs matrem.& in d.l.quoniam in prioribus.col.2.verſi.
j.niſi ſit Boer.deciſ.87.col.2.& hanc eſſe communem opi-
nionem teſtatur Dec.in conſil.242.colum.antepen.in fin.
31 † &quod dictum eſt de legitima,pariter dicendum venit
de Trebellianica, vt vſque ad ætatem annorum viginti-
quinque filij potuerit prohiberi alienatio per teſtatorem:
quia ſic valet in legitima,quæ eſt potentior quàm ſint aliæ
quartæ,vt per Iaſ.in l.ſcimus.in prin.col.fin. verſic.6. no-
ta.C.de inoff.teſta.quod patet, quia prius detrahitur §.
32 quamobrem.in auth.de reſt. & ea quæ par.†Item etiam
quia debetur iure naturæ,ideo eſt longè fauorabilior,quã
ſit Trebellianica,vt per Iaſ.in l.filium.colum.9. verſ.in 3.
par.glo.ergo multò fortius debet valere in dicta Trebel-
lianica ea prohibitio alienationis,donec fuerit dictæ æta-
tis,cùm non contineat grauamen,ſed prouiſione filij,&
per eam ſuccuratur fragilitati ipſius minoris grauati,iux
ta notata in d.l.cum ex filio. & in alijs locis ſuprà citatis.

Tertiò dicitur,ꝙ ē ceſſantibus prædictis,quæ verè ob-
ſtant, ꝙ licet dicta bona venire poſſint in confiſcatione.
33 †tamen ꝙ fiſcus cum habeatur loco hæredis,tam quo ad
onera,quàm quo ad emolumēta,l.3.C.ad l.Iul.de vi pub.
l.inter eos.§.fi.ff.de fideiuſ.ꝙ de dicta legitima & Trebel-
lianica debet ſatisfacere creditoribus delinquentis.l. 1.
C. pœnis fiſcalibus creditores præferri. lib. 10. l.ſi mari-
to.ff.ſol.matr.& per Rip.in l.ex facto.§.ex facto.in 4.not.
34 ff. ad Trebel.† vbi inquit ꝙ tenetur fiſcus ad æs alienum
ad onera fideicommiſſi,legatorum,& ſeruitutum,per iu-
ra ibi per eum allegata,vt etiam eſt text.& Sal.in l.ſi quis
poſt hac.C.de bonis damnatorum.ſed in dictis bonis do-
mina Cornelia eius vxor vigore dotium ſuarum,quæ eſt
35 mille ſcutorum,†& de quibus conſtat publico inſtrumen
to,quod eſt probatio probata,& veritas euidens non pro-
banda vt per Bal.in l.quoties,in vltimis verbis.C.de iud.
Dec.in conſi.118.in j.col.& Marſ.in conſil.113.nume.18.
36 † debet cõſequi eius dotes,& donationē propter nuptias
quas ſummariè & ſemoto iudicio ordinario petijt à fiſco
quod ſufficit.vt per Bar.in l.rem.§.1.ff.de iure fiſci.quem
ſequitur Ioan.de Pla.in d.l.j.C.pœnis fiſcalibus credito-
res præferri.ergo dictas dotē & donationem tradere dēt.

37 Imò plus dicitur,†quòd cum in ipſam dominam Cor-
neliam tranſlatum fuerit dominum,& poſſeſſio bonorum
mariti, vigore conſtituti oppoſiti in inſtrumento dotali.
38 iuxta notata in d.l.quod meo.ff.de acquir.poſ. † & in quo
conſtitutio eſt appoſita clauſula,ex nunc prout ex tunc,&
è conuerſo,quæ quātæ ſit virtutis,colligitur ex dictis Ale-
xand. in conſil.83. colum.2.verſic.confirmatur volum.2.
& Iaſ.in l.quoties,in 4.colum.ver.nota tamen diligenter.
C.de rei vend.& Moder. in tracta. de pigno.in 2.par.in 2.
memb.columna.2.quòd ex quo euenit caſu dotium reſti-
tuendarum per mortem mariti, poterat inſiſtere poſſeſ-
ſioni prædictorum bonorum,donec fuiſſet ei ſatisfactum
tam de dotibus, quàm de donatione propter nuptias, de
quibus in prænarrato inſtrumento dotali, per ea quæ no.
Angel.Raph. & Imo in l.ſi marito.in princi. ff.ſol.matri.
& Ang.in tract.malef.in verbo,& bona publicamus. ver.
39 quæro quis poſſit impedire. † vbi dicunt,quòd licet vxor
quæ habet bona mariti obligata pro dote, non poſſit im-
pedire, quin omnia bona viri publicentur, & in fiſcum
incorporentur, tamen id locum habet quando tantum
habet bona mariti obligata ſine tranſlatione dominij &
poſſeſſionis: quia tunc à fiſco poterit repetere dotem,er-
go ſecus inferunt & ſentiunt,quando eſſe facta tranſlato
dominij & poſſeſſionis:quia tunc poterit illam impedire.

Nec obſtat, ꝙ tale inſtrumentum non continet veram
40 traditionem dotium, † ſed confeſſionem dotis receptæ,
quæ fiſco obeſſe non poteſt l. ſi quis poſthac. C. de bono.
41 damn.†& quod fiſcus poteſt opponere exceptionem non
numeratæ dotis ſicut poteſt opponere debitor exceptio-
nem non numeratæ pecuniæ,quando mutuum eſt confeſ-
ſionatum,per ea,quæ dicit Sali.in l.in cõtractib.§.fi.in fi.
C.de non nu.pecu.vbi dicit eſſe caſum notabilem,ꝙ om-
nia quæ ſunt ſtatuta in exceptione non numeratæ pecu-
niæ,habent locum in exceptione non numeratæ dotis, in
his quæ ſunt vtrique proportionabilia.Et Sal.ſequitur Fe
lin.in c.ſi cautio.col.21.ver.2 concluſio.cum ver. ſequen-
ti de fid.inſtru.quia ad hoc reſpondetur, ꝙ fiſcus in hoc
caſu non poteſt opponere exceptionem non numeratæ
dotis, quia plus iuris non habet fiſcus quam habeant alij
creditores,& is cui ſuccedit fiſcus ipſe,vt decidit Bart.in
42 l.aſſiduus.C.qui potio.in pigno.hac.† Vbi inquit,ꝙ con-
feſſio dotis cum lapſu temporis,de quo ibi præiudicat cre
ditoribus. Et Bartol. ſententiam amplectuntur Alexand.
in conſi.90.col.2.vol.3. duplicato in conſil.25. vol.2.& in
conſil.123.vol.6.& in l.j.ff.ſolut.matr.& Gozad.conſil.42.
col. pen. quia imputandum eſt credioribus ſi non inter-
ruperunt curſum dicti temporis iuxta formam. l.in con-
tractibus.§.in omnibus.& auth.ibi poſita. C.de nõ num.
pecu.& dicit Alex.hoc probari in l.ſi cui.in verſ.credito-
res. C.eo.tit.vbi apparet,quod veri creditores non poſſint
opponere exceptionem non numeratæ dotis,niſi q̃n con-
petit principali debitori,& ſic marito,ſi vero non eſſet la-
pſum temporis,tunc fatetur Alex.ꝙ licet maritus renun-
ciauerit exceptioni non numeratæ dotis, tamen mulier
repelli poteſt per creditores allegantes & opponantes do
tem non fuiſſe numeratam.d.l.aſſiduis: quia talis renun-
ciatio non pręiudicat creditoribus,& hoc modo dicit pro
cedere text.in d.l.aſſiduis.idem tenuit Paul. de Caſtr. in
l.ſi maritus.in prin.ff.ſol.matr.& Rub.Alexan.in conſ.78.
colu.2.ſed in caſu de quo agitur.ante intitulationem aſſer
ti delicti,lapſa erant omnia tempora ſtatuta ad opponen-
dum exceptionem numeratæ dotis,& de quibus in l.ſi &
auth.ibi poſita.C.de dot.cau.& non num. ergo ſicut talis
confeſſio, cum lapſu temporis præiudicaret creditorib.
& marito,ita etiam fiſco. Ita in terminis decidit Salic.in
43 d. l. ſi poſt hac. † vbi inquit quòd diſpoſitio dicta l. quæ
vult quod publicatis bonis viri, dos vxori debeat reſti-
tui,habet etiam locum in dote confeſſata, quando ante
reatum tranſiuerat tempus opponendæ exceptionis do-
tis non numeratæ,quia tunc credit fiſcum talem exceptio
nem opponere non poſſe, ſicut nec is cui ſuccedit. idem
tenuit And.de Iſer.in conſt. reg. conſtitutiones cauſas.in
1.lib. quem ſequitur Afflict. in deciſ.402. colum.4. in fin.
vbi dicit quod imperitè loquuntur hi qui dicũt quòd ſpe-
ciale eſt in fiſco,quòd confeſſio dotis non nocet fiſco, per
d.l.ſi quis poſt hac.quia dicta l.intelligitur,quando ſumus
infra tempora opponendi exceptionem non numeratæ
dotis,ſecus quando lapſum eſt tempus, vt in l.j.& in au-
then.quod locum ꝙ de dot.cau.& non num. Hanc quo-
que ſententiam amplectuntur Iſer.in c.j.de ſtat. & con-
ſue.in §. diffidamus, vbi inquit quòd dicere hoc eſſe ſpe-

ciale in fiſco, eſt refugium miſerorum, cum non ſit verũ,
ꝙ d.l.ſi quis poſthac. corrigat ius commune. Et ibi idem
tenet Afflict.quia omnia intelliguntur remanere,quæ nõ
reperiuntur ſpecialiter correcta per gloſſ.not. in §. fin. in
auth.neque vir ex dot.ſubdens non eſſe verum,quod d.l.
44 inducat priuilegium fiſco: quia ibi hoc non dicitur,†imò
fiſcus vtitur iure communi,niſi vbi eſt priuilegiatus,l.fiſ-
cus,ff.de iure fiſci.Et cum Iſer.quoque pertranſeunt Mo-
derni in rub.de dona.inter vir.& vxor.§.33.in fin.Rubr.
Alex.in citato conſi.78.col.2. in fi. & hanc eſſe communẽ
teſtatur Bal.Nouel.in tractat.dot.in 10.par.col.7.in prin.
45 verſi.niſi primo,† quia in ambiguis pro dotibus iudican
dum eſt l.in ambiguis,ff.de reg. iur. Ex his ergo conclu-
ditur dictum proceſſum primo fuiſſe nullum, & quate-
nus fuiſſet validus,quòd prædicta bona non potuerunt at
tento fideicommiſſo, & prohibitione alienationis,publi-
cari: ſed quod ipſa bona reſtituenda veniunt domino Gu
lielmo fratri prædicti domini Ioannis,qui de prędictis bo
nis ſatisfacere poſſit dominæ Corneliæ pro dotibus ſuis,
& donatione propter nuptias. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Bona regiſtrata tacitè ſunt obligata pro collectis.*
2 *Bona regiſtrata tranſeunt in emptorem cum onere ſuo.*
3 *Prædia non ſoluentium onera poſſunt nedum pro collectis vendi, ſed etiam pro pœnis impoſitis contra non ſoluentes ipſas collectas.*
4 *Onus ſoluendi collectas incumbit poſſeſſoribus.*
5 *Collectæ executio fit executiuè & ſummariè, quod declara vt in num.38.*
6 *Collecta forenſibus imponi non poteſt.*
7 *Collectam imponi non poteſt clericis.*
8 *Collecta quis ſubire & pati debet in loco in quo poſſidet ſecundũ conſuetudinem & generalem Italiæ alias res & fructibus auferuntur.*
9 *Forenſes,qui de iure non tenentur ad onera perſonalia, ex conſuetudine illa ſubire coguntur.*
10 *Scholares licet ad onera perſonalia cogi non poſſint, ſi tamen de conſuetudine eis imponuntur,poterunt ad illa compelli.*
11 *Capitatio licet de iure ruſticis tantum imponatur,tamen ex conſuetudine poteſt induci, vt aliqui ruſtici non teneantur, & è contra,vt alij vltra ruſticos teneantur.*
12 *Collecta quando imponitur ſecundum æſtimum,tunc poſſeſſor debet ſoluere collectas quamuis venditor fuerit deſcriptus in æſtimo. Sed contra num.14.36.& 37.*
13 *Et non tantum pro tempore futuro,ſed etiam præterito,pro prędijs tamen venditis, & non pro alijs.*
15 *Venditor ſi poſt venditionem & traditionem ſoluit publicas functiones: quia fortè leuata non fuit res de æſtimo ſuo, poterit repetere ab emptore id quod ſolutum fuit.*
16 *Alienatio prædiorum pro perſoluendis collectis, ſi minus ſolemniter facta fuit,retractanda venit.*
17 *Venditio ſolemniter facta ob tributum non ſolutum, non reuocatur,licet a debitore tributum poſtea offeratur.*
18 *Appellatione publicarum penſitationum veniunt omnes ſolutiones,quæ fiunt in publico annuatim.*
19 *Alienatio facta per prætorem ob collectam non ſolutam a debitore,nulla præcedente citatione ad ſoluendum non valet.*
20 *Citatio facta per nuncium, nulla præuia commiſſione iudicis, de qua in actis apparere debet redditur nulla de iure, licet de conſuetudine aliter ſeruetur,quod tamen declaratur nu.ſeq.21.*
22 *Conſuetudo quę eſt contra ius,ſtrictè debet intelligi,& trahenda non eſt extra terminos ſuos.*
23 *Citatio vbi eſt nulla,omnia etiã quæ ſequuntur redduntur nulla.*
24 *Citatio ambigua non reddit citatum contumacem.*
25 *Citatio non valet ſi iudex non exprimit nomen nuncij per quem vult quòd fiat citatio.*
26 *Relatio nuncij dẽt magis extenſè ſcribi,quàm commiſſio iudicis.*
27 *Citatio incerta ratione loci non valet.*
28 *Citatio nedum debet eſſe certa reſpectu actu fiendi, ſed etiam reſpectu perſonæ citandæ.*
29 *Citatio mariti facta in perſonam vxoris,non valet, quando nuncius non refert eum citaſſe in perſonam vxoris in domo habitationis ipſius viri.*
30 *Citatio omnino neceſſaria eſt ſuper decreto, quòd bona debitoris vendantur.*
31 *Factum contra formam mandati eſt ipſo iure nullum.*
32 *Executio primò debet fieri in mobilibus, & ſecundò in immobilibus.*
33 *Bona capta pro executione fienda, quando ſubhaſtantur ſi non reperitur emptor qui ipſa bona pro iuſto pretio emat, non debent vẽdi uiliori pretio, ſed illa creditor adiudicari ſibi facere debet pro iuſto pretio præcedente æſtimatione expertorum.*
34 *Bona antequam ponantur ſub haſta, practica eſt, quòd prius æſtimari debeant per habentes notitiam, & quòd poſtea ponantur ſub haſta.*
35 *Deliberatio facta alia die,quam citationes,eſt nulla.*

## CONSILIVM XXXII.

PRimo quidem aſpectu videtur dicendum in
præſenti conſultatione dominum Ioannem
Gribaldum pro prædijs per eum poſſeſſis te-
neri ad onera petita parte agẽtium pro vni-
1 uerſitate Caſtillioni,† cum ea tacitè pro col-
lectis ſint obligata, vt per gloſſam, Bart.& alios in l.1.C.
in quib.cau.pign.taci.contra.& Bar.Alex.Aret. & Iaſ.in
l.apud Iulianum,§.hæres,ff de leg.1.ac Soci. in conſ.243.
col.fin.& Dec.in conſi.285.col.3. & præſertim hoc dicen
2 dum venit, † cum prædia ipſa tranſiuerint in eum cum
onere ſuo,quia regiſtrata,vt per Bar.in l.reſcripto, in fi.ff.
3 de mun.& honor.†& ideo quia non ſoluit onera,quod po
tuerunt vendi & diſtrahi dicta prædia pro quãtitate one-
ris ſui,prout alienata per reperiuntur,iuxta glo.no.in l.1.
in verbo diſtrahantur, C.de vend.bon. fiſc.lib. 10.& ne-
dum pro collectis non perſolutus,ſed etiam pro pænis im
poſitis contra non ſoluentes collectas,vt not.Alexand.in
apoſt.ad Bart.in l.creditor,in princ. ff.de act.empt.quém
ſequuntur Mod. in tract.de pign.char.44.col.4.in fi.ſecun
4 dum impreſſionem paruã. † Et ratio eſt,quia communis
eſt regula, quòd onus ſoluendi collectas incumbit poſſeſ-
ſoribus,l.fin.& ibi Bald.ac Salic.in 3.not.C.ſine cenſ.vel
reliq.Alex.in conſi.35.num.12.vol.4.vbi allegat tex.in l.
fructus,in verbo functionum,C.de act.empt.vbi ad illum
ad quem ſpectat commodum vel incommodum fructuũ,
ſpectat etiam grauamen functionum & ſimilium onerũ.
Idem Alexand.in conſilio 148.colum.3.volum.6. Dec.in
citato conſilio 285.colum.2.in princ.Curt. iun. in conſil.
42.col.2.& nedum vendi poſſunt ac diſtrahi pro dictis col
lectis perſoluẽdis prædicta prędia ordinariè, ſed ſumma-
5 riè & executiuè.† Quoniam in exactione onerum publi-
corum, vt ſunt collectæ, proceditur ſummariè,& execu-
tiuè,§.coges,in auth.de man.Princ.Bal.in conſ.238.vol.j.
& in conſi.434.volum.5.quem ſequitur Crauet.in conſil.
111.col.2.in princ.
6 Nec obſtat,† ſi dicatur dominũ Ioannem nõ potuiſſe
collectari pro prædijs per eum poſſeſſis,quia forenſis,per
Barto.in l.1.colum.5.C.de mulier. & in quo loco, in l.re-
ſcripto,§.fin.ff.de muner.& honor.& in l.libertus, §.ſola,
ff.ad municipalem,vbi dicit,quòd niſi perſona ſubdita ſit
ratione domicilij, vel originis,collecta ei imponi non po-
7 teſt: † & ideo ex hac ratione concludit etiam Bart. quòd
clericis imponi non poteſt,vt etiam dicit Cur.iun.in cõſ.
6.col.1.Hoc etiam voluit Paul.de Caſtr. in l.2.col.1.circa
fi.C.ſine cenſ.vel reliq.Alexan.conſil.101.col.3. volum.1.
conſi.210.in princ.volum.2.Dec.conſi.358.col.2.& Boer.
deciſ.260.num.11.
Quia reſpondetur, ꝙ & ſi concluſio prædicta ſit vera,
8 † tamen ex generali conſuetudine admittitur, quòd vbi
quis poſſidet bona,ibi collectam patiatur.Ita Bart. in l.1.
col.5.C.de mul.& in quo loco,Alexan. in conſil.52. col.2.
volum.5.inquit, quod communiter per Italiam obſerua-
tur, quod collectæ imponuntur etiam forenſibus in lo-
co vbi prædia poſſident,Bald.in l.etiam,col.fin. de execu.
rei iud. vbi dicit generalem conſuetudinem obſeruare,
quòd vbi quis poſſidet, ibi collectam patiatur, alias res
& fructus ſibi auferuntur. Iaſ.in conſi.83.col.2.volum.3.
Aret.in conſi.32.col.3.Crauet.conſil.111. colum.2. nu.1.
& conſi.201.col.6.Et hanc eſſe veram,& communem cõ-
cluſionem firmat Curt.iun. in conſil.6. & ſequenti col.1.
9 Pro cuius confirmatione facit, nam nos videmus,†quod
de iure forenſes non tenentur ad onera perſonalia,& ta-
men conſuetudine receptum eſt, vt etiam forẽſibus one-
ra perſonalia imponantur,vt not.Barto.per illum text.in
l.1.C de auro coronario,lib.10.quem ſequitur Dec. in cõ-
ſilio 358.colum.2.& in conſil.285.col.2.& 694.col.j.Cur.
iun.conſil.60.colum.j.Socin.iun. conſ.49. nume.26.vol.j.
10 Et ideo dicit Bar.in d.l.j. † quod licet ſcholares ad onera
perſonalia cogi nõ poſſint,l.j.C. de profeſſoribus, & me-
dicis, libro 10. tamen ſi de conſuetudine eis imponun-
tur,poterum compelli ad ipſa onera perſonalia. Accedit
etiam,

etiam,quod notat Parpal.in rẽpetitione l.placet,colum.9.
11 verſic.ſecundo fallit,C.de ſacroſanct.eccl. † Vbi dicit, ꝙ
licet capitatio de iure ruſticis tantum imponatur, vt per
Barto.in l.j.C.de capitatione ciuium cenſibus eximenda,
libro 11. tamen ex conſuetudine poteſt induci, vt aliqui
ruſtici non teneantur. Item è contra, vt etiam alij vltra
ruſticos teneatur. Et Parpar.ſequitur Socin.iun. in conſi
lio 49.num.15.vol.j.
Non obſtat etiam, quòd non potuerit collectari, quã-
uis eſſet poſſeſſor dictorum prædiorum, quia paſſim col-
lectæ in dicto loco imponuntur ad æſtimum, in quo ipſe
non reperitur deſcriptus: quo caſu ſequitur, quæ notat
12 Ang.in l.fin.C.ſine cenſu,vel reliquis.† Vbi inquit,quòd
quando collecta imponitur ſecundum æſtimum, tunc nõ
attenditur poſſeſſio bonorum,ſed ſolum ipſum æſtimum,
quia reſpondetur,quod imò collectari potuit, vt per Bar.
in l.ſi negocium,C.de neg.geſt.vbi inquit, quòd emptor,
cui res vendita tradita fuit, cùm ipſe habeat poſſeſſionẽ,
collectas ſoluere tenetur, licet alius ſit in æſtimo deſcri-
ptus,& nominatus.Et Bal.ſequitur Alexan. in conſil.148.
colum.3.volum.6.Idem voluit Roma.in l.Imperatores in
princ.ff.de publican.per l.fin. C.ſine cenſu, vel reliq. ibi
etſi nudum tranſlata ſit poſſeſſio cenſualis, ſed ad priorẽ
fundi dominum permaneat.Hoc etiam tenuit.Dec.in cõ
ſil.694.colum.2.Cur.iun.in conſi.42.colum.2.& Bologn.
13 conſil. 4. colum. 4.† & non tantum pro tempore futuro,
ſed etiam pro præterito,videlicet tamen pro prædijs vẽ-
ditis,non autem pro alijs non venditis. Ita Bald. & Salic.
in l.2.C.ſine cenſu,vel reliq.Idem Bald.in l.licet,colum.
j.C.de iur.dot.vbi dicit videri caſum,quòd ſi aliquis ha-
bet in æſtimo domum, & fundum,& ratione æſtimi, de
per ſe eſt æſtimata domus,& de per ſe fundus,& imponi
tur collecta,ſi iſte alienauit domum, emptor eius non po-
teſt collectari pro fundo,quoniam quælibet res eſt obliga
ta pro onere ſuo,non vna pro omnibus.
Quibus tamen non obſtantibus contrarium de iure
verius arbitror,ꝙ imò collectari non potuit dictus domi-
14 nus Ioannes,quoniam vera eſt doctorum ſententia, † ꝙ
quando collecta imponitur ſecundum æſtimum, tunc
non attenditur poſſeſſio bonorum, ſed ſolum æſtimum.
Ita Angel.in d.l.fin.Bal.in l.etiam,colum.fi.ver.Item ha-
bentes æſtimum. C.de execu.rei iud. vbi dicit, quòd ha-
bentes æſtimum præciſè grauari poſſunt, quæ æſtimũ ad
hoc tendit, & cauſa finalis eſt ipſum æſtimum, vt etiam
tradit Bald.in l.j.col.6. C.de ſentent.quæ pro eo quod in-
ter.profer. Bald.in l.j. §.quòd ſi nemo,verſic.ſuper tertio
puncto. ff. quod cuiuſque vniuer. nom.dum inquit,quòd
quicunque habet æſtimum in communi, poteſt grauari
pro collectis, ſiue ſit ſubditus, ſiue non, licet ille qui non
habet æſtimum nõ poſſit grauari,niſi ſit ſubditus: ex quo
datur intelligi,quod deſcripto æſtimi præciſè attenditur,
& per ſuprà dictas authoritates ita conſuluit Dec.in con
ſil.285.colum.3.& Cur.iun.in conſi.42.colum.2.in fi.Sed
vltra eos accedit,quod voluit Paul. de Caſtr. in l. ea quæ.
15 C.de reſcin.vend.† vbi inquit,quòd ſi venditor poſt vẽ-
ditionem, & traditionem ſoluerit publicas functiones,
quia fortè non fuit leuata res de æſtimo ſuo,nec poſita in
æſtimo emptoris,quod poterit repetere ab emptore totũ
id quod ſoluit, cum commodum, vel incommodum ad
ipſum pertineat.Idem voluit ipſe de Caſt.in l.2.col. fi.C.
ſine cenſu,vel reliq.ibi.& ſi venditor. in cuius æſtimo res
remanſit compelleretur ſoluere pro futuro tempore re-
peteret ab emptore actione negotiorum geſtorum per d.
l.ea quæ.Ex quibus colligitur, quòd æſtimum præciſè at-
tendatur,aliàs non poſſet venditor compelli ad huiuſmo-
di ſolutionem.Cum igitur non reperiatur hic emptor de-
ſcriptus in cathaſtro Caſtilioni, ſed venditor, licet ipſe
emptor ſit poſſeſſor. meritò ſequitur,quod collectari non
potuit,& per conſequens quod alienatio prædiorum fieri
non potuit.
16 Secundò principaliter dicitur, † quòd etiam poſito,
ſed non conceſſo,quòd ad huiuſmodi collectas ſoluendas
compelli poſſet,tamen ꝙ alienatio prædicta,tanquam mi
nus ſolemniter facta retractanda venit per text.in l.j.ibi
neque ordine peracto.C.de fide inſtr.lib.10. & in l.2.eo.
titu. vbi textus ſunt aperti, quod ſi in venditione rei de-
bitoris fiſci, debita ſolemnitas non ſeruetur, reſtituitur
res cum fructibus perceptis,& percipiendis. De hoc etiã
eſt tex.arguendo a contrario ſenſu in l.j. C.ſi prop. pub.
17 penſita. † Vbi venditio ſolemniter facta ob tributa non
ſoluta non reuocatur,licet a debitore tributum poſteà of-
feratur: ergo à contrario ſenſu ſecus quando non ſolem-
niter,& ibi hoc etiam ſentit Bald.verſiculo, item poſuit.
Idem tradunt Moderni.in tracta.de pigno. in quarto mẽ
bro ſecundæ partis.num.125.vbi dicunt, quod textus.in
d.l.j.C.de fid.inſt.& haſtæ fiſca.ſolet allegari ad retracta-
tionem ſubhaſtationum factarum minus ſolemniter in
venditione rerum captarum pro executione rei iudica-
tæ,quia tunc dominus poteſt offerre debitum, & reuoca-
re vẽditionem,ſi non fuit in ea ſeruatus ordo, & ſubdũt,
ꝙ etſi Bal.in d.l.j.C.ſi prop.pub.penſita. loquatur in tri-
buto,tamen idem eſt in collectis, quia rubrica ibi loqui-
18 tur de publicis penſitationibus, quarum † appellatione
veniunt ſolutiones omnes, quæ fiunt in publico annua-
tim,vt declarat ibi gl.& probatur in l.2.& 3.eod.titu.ſed
iſta alienatio minus ſolemniter celebrata fuit,vt ex infra
19 dicendis luce clariùs demonſtrabitur,ergo,&c. † Quòd
autem ſit verum, liquidò apparet ex lectione proceſſus,
cum ad ipſam alienationem deuentum fuerit per præto-
rem,nulla præcedente citatione facta debitori de ſoluen-
do,quæ tamen a iure requiritur.l.fi. C.de prop.pub. penſi-
ta.ibi conuento debitore. Ad idem eſt gloſ.in l.j.in verbo
habitis.C.de fid.inſt.& iur.haſt.fiſca.lib.10.Hoc etiam di
xit Pau.de Caſ.in l.ſi deſerta.C.ſi prop.pub.penſita. Vbi
inquit,quod inter requiſita, vt valeat conditio vel priua-
torum propter publicum officialem eſt,quod debitor fiſca
lis ceſſauerit,& fuerit in mora: quod equidem eſſe non
poteſt,niſi prius præceſſerit monitio de ſoluendo. ſed cla
rius hoc decidit in fi.ipſius legis, vbi tradit,quòd in ven-
ditione ipſa debet eſſe præſens debitor de cuius præiudi
cio agitur verè,vel interpretatiuè, ſubaudi quòd fuerit ci
tatus, & contumacia adſit, aliàs ſibi non fieret præiudi-
cium.Idem etiam tenuit gloſ. in d. l.j. in verbo omni or-
dine. & gl.in l.3.C.de iur.fiſc. lib.10.
Nec obſtat, quod dictus dominus Ioannes fuerit cita-
20 tus,† quia reſpondetur,quod citatio ipſa redditur nulla,
cum citatio præceſſerit ſine commiſſione iudicis, quæ ta-
men requiritur,& de cuius commiſſione in actis appare-
re debet, vt per Bartol. in l.neminem. per illum textum.
C.de exhib.reis notant Abba.Imol.Butr.& Dec.in c.qm̃
contra,de prob. Nec valet obiectio quæ ex aduerſo addu
citur,ꝙ de conſuetudine talis commiſſio non requiritur,
vt per Baldum,in dicta l.nẽminem, vbi inquit ita ſeruari
21 Florentiæ de conſuetudine,quę ſequenda eſt.† Quoniam
in dictum Bal. debet intelligi quando citatio fit in foro ci
tantis,non autem quando requiritur, vel ſaltem requi-
rendus eſt iudex alterius territorij per literas ſubſidia-
les, vt citetur quis exiſtens, & domicilium tenens in ſua
22 iuriſdictione, † quia cùm iſta conſuetudo ſit contrarius,
vt per Crauet.in conſ.170.col.1. & omnis receſſus à iure
communi dicatur odioſus, ſtricteque intelligi debeat. l.
quod verè.ff.de legib.ideo trahenda non venit extra ter-
minos ſuos.l.j.§.Iulianus,ff.de itine.actuque priuat.Dec.
23 in conſi.483.col.pen.† Vnde cùm ipſa citatio fuerit nul-
la ex defectu præmiſſo, per conſequens omnia exinde ſe-
cuta redditur nulla,vt eſt gloſ.fin.in l.ſi accuſatoribus,C.
de accuſat.quam ſequitur Marſ. in prac. ſua crim. §.quo-
niam.nu.30.vbi citat Bald.in auth.ſi omnes.col.fi.C.ſi vt
ſe ab hære.abſti.dicentem,quod vbi eſt vitium in citatio-
ne,nunquàm valet proceſſus in præiudicium abſentis.
Secundò citatio ipſa dicitur ambigua,quia nuncius re
fert citaſſe dominum Ioannem in perſonam vnius famu
24 li, nec exprimit quo nomine vocetur, † quo caſu citatio
ambigua non reddit citatum contumacem. Ita Alexan.
in conſ.137 col.3.vol.2.Socin.conſ.13.num.10.vol.4.Pro
qua opinione facit,quod voluit Aret.in conſ.33.colum.4.
25 verſic.nec poteſt dici.† vbi inquit,ꝙ non valet citatio,ſi
iudex non exprimit nomen nuntij per quem vult, quod
fiat citatio. quod etiam tenuit Bald. in §. eius qui in pro-
uincia.col.3.verſi.prætereà, ff.ſi certum pet. quem ſequi-
tur Mar.in l.de vnoquoque.nu.152.ff.de re iud.& in rub.
C.de prob.nume.372. ſi ergo non valet huiuſmodi cita-
26 tio, † nec ſimiliter debet valere huiuſmodi relatio. quia
ea magis latè ſcribi debet, quàm cõmiſſio iudicis,vt per
Bar.in l.4.§.Prætor ait,ff.de damno infecto.
27 Tertio citatio ipſa vitiatur,† quia incerta ratione loci:
quia non ſuit facta nec perſonaliter, nec ad domum di-
cti domini Ioannis,prout fieri debebat,per Doct.in d.
§.prætor ait,& Alex in conſ.120.in fi.vol.7. ſed nuntius
refert citaſſe prædictum dominum Ioannem in perſonã
ſui famuli, nulla facta expreſſione loci, & ſic redditur
nulla.l.aut qui alter.§.j.ff.quod vi aut clam.Bart.in l.ſi vt
pro-

proponis.l.a ij. C.quomodo,& quãdo iud.Marſi,in d.rub.
28 de proba. nume.360.& 370. vbi inquit,† ꝙ citato nedum
debet eſſe certa reſpectu actus fiendi, ſed etiam reſpectu
perſonę citandæ. Facit etiam quod voluit Guid.Pap.in q.
29 445.vbi tradit,† ꝙ citatio mariti facta in perſonam vxo-
ris non valet, quando nuntius non refert eam citaſſe in
perſonam vxoris in domo habitationis viri, ſed eum ſim
pliciter citaſſe in perſonam dictæ ſuæ vxoris, non expri-
mendo in quo loco.

Quartò facit, nam antedictus dominus Ioannes non
30 fuit citatus per executorem ſuper decreto,† ꝙ prædia ip-
ſa venderentur, quæ quidem citato omnino erat neceſſa-
ria, gl.in l.debitores.C.de pign.l.creditor.C.de diſtract.
pigno.Affl.deciſ.358.col.2.

Quinto accedit quòd executio ipſa redditur inefficax
31 † quoniam per iudicem ordinatum fuit, quòd executio
ipſa fieret primò in bonis mobilibus, & per executorem
primò facta fuit in rebus ſtabilibus, quo caſu, cum exceſ-
ſerit fines mandati,quod obſeruare debebat.l.diligenter.
32 ff mandati.ſequitur, † quòd geſtum ab eo redditur nul
lum,& tantò fortius cum hoc ſit de iure,vt per Bartol.&
alios communiter in l.a diuo Pio.§. in venditione. 2.col.
& in fin.ff.de re iudica.& Afflict.in deciſione 358.col.1.

Sextò, quod pariter non valet dicta executio facit,
33 † nam quando capta pro executio fienda ſubhaſtantur,
ſi non reperitur emptor, qui ipſa bona pro iuſto pretio
emat, non debent vendi viliori pretio, ſed illa creditor
ſibi adiudicari facere debet iuſto precio, & ſic præceden-
te æſtimatione expertorum.l.1. C. ſi in cau.iud.Ita deci-
dit Afflict.in deciſ.358.colum.2.verſic.4.ratio, & Pau.de
34 Caſt. in l.ſi quos.C.de reſcind. vend. † vbi inquit pra-
cticam eſſe quòd antequam ponantur bona ſubhaſta, ꝙ
prius æſtimari debent,per habentes notitiam, & poſtea
poni in ſubhaſtatione pro precio declarato per æſtimato-
res,& deinde plus offerenti deliberari, & quòd ſi pone-
rentur bona ſubhaſtata, non præmiſſa tali æſtimatione
poſſit committi fraus in damnum debitoris,& creditoris,
quia res daretur pro modico gratioſè per publicum exa-
ctorem amico ſuo, & ſic plus lucraretur exactor ex gra-
tia,quam fiſcus ex debito: ſed in caſu præſentis executio-
nis non fuit aliquot ex præmiſſis obſeruatum: quia Cla-
uarius dictæ vniuerſitatis fuit ille, qui ipſa prædia poſuit
ad florenos octo pro ſextario, & ei deliberata fuerunt,
non reperto alio emptore,& nulla præcedente æſtimatio-
ne expertorum, ergo malè &c.

35 Vltimò accedit,† quòd deliberatio prædictorum præ-
diorum fuit facta alia die,quàm citationis, ergo nulla.l.
aut qui aliter,in princ.& in l.fin.§.ſi is,qui. & vtrobique
Bart.ff.quod vi,aut clam.c.conſuluit,vbi doct.de offic.de-
leg.Soc.conſ.20.nu.30.vol.j.conſ.10.in princ.vol.4.Crau.
in conſ.122.in fi.Mar.in d.l.de vnoquoque.nu.45.

36 Non obſtant modò adducta in contrarium, † quia etſi
ex præmiſſis ſatis eis remaneat reſponſum, tñ ſpecialiter
reſpondẽdo dr̄;verum eſſe bona alibrata tacitè eſſe obli-
gata pro collectis,ſed ꝙ poſſint vendi, etiam ſi poſſidean-
tur per emptorem non habentem ipſa bona ad ſuum ca
thaſtrum quando collecta imponitur ad æſtimum, nega-
tur:quia vt ſuprà ſatis dictum fuit,tunc non attendiẽ poſ
ſeſſio,ſed æſtimum,tãquam cauſa finalis colllectæ:& ideo
collecta exequenda erit a venditore habente dicta bona
ad ſuũ cathaſtrũ, & poſtea ſolutũ repetere poterit actio-
ne negotiorũ geſtore ab emptore,ad quẽ commodum,vel
incommodum pertinet, vt per.Bal.in d.l.ſi negotium. &
Pau.de Caſt.in l.2.C.ſine cenſ.vel reliq.ac Soc.in allega-
to conſ.243.col.fi.& doct.in citato conſi.285.col.fi.

37 Secundo reſpondetur,† ꝙ licet bona quæ per aliquem
poſſidentur,quamuis non poſita ad ſuum regiſtrum, poſ-
ſint pro collectis vendi, tñ dicta opinio poteſt procede-
re quando ordo iuris fuiſſet ſeruatus in ipſa executione,
qui tñ (vt conſtat ex ſupra dictis) ſeruatus nõ fuit igiẽ &c.

38 Vltimo nõ obſtat,† ꝙ in exactione collectarũ proceda
tur ſummariè,& executiuè,quia reſpondetur,ꝙ etſi præ-
miſſa concluſio ſit vera, tamen ex abrupto non debent
vendi ipſa bona, vt per Bal.in conſ.vlt.col.2.vol.3.quem
ſequitur Craue.in conſ.111.nu.19. Laus Deo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Venditio rerũ minoris,vt valeat,requiritur,vt ſubſiſtat æs alienũ.*
2 *Item & creditores inſtent cum effectu tutores, vel curatores ad ſoluendum.*
3 *Inſtantia,& petitio non probatur,dato quòd in inſtrumentis dica tur creditores inſtaſſe, & petijſſe eiſdem ſolui: quia hoc planè iudici conſtare debet.*
4 *Alienationes rerum ſtabilium minorum, vt valeant neceſſe eſt, quod antequam ad eas procedatur, iudici liqueat per diſcuſſionem bonorum non extara bona mobilia,ex quibus ſolui poſſit æs alienum.*
5 *Iudici incumbit excutere an pecuniam minor habeat numeratam, vel in nominibus debitorum,qui conueneri,poſſint,vel in fructibus conditis, vel etiam in redditum,vel obuentionum ſpecie.*
6 *Alienatio bonorum minoris, vt valeat, oportet quòd pręcedat iudicis interlocutoria, per quam declaretur non exſtare bona mobilia.*
7 *Item requiritur,quod vendatur res minus damnoſa pupillo.*
8 *Plus quod non uendatur res magna pro paruo debito.*
9 *Item adeſſe debet tutoris authoritas, & decretum iudicis, quod debet interponi eo ſedente pro tribunali.*
10 *Decretum iudicis in uenditione bonorum minoris debet concedi cauſa cognita.*
11 *Decretum ſi iudex interpoſuit non praecedentibus pręmiſſis, non ualet quoniam de tali cognitione inquiſitione,& probatione fieri debet ſciptura ab ipſa uenditione,& decreto ſeparata.*
12 *Tractus in alienatione rerum eccleſię interuenire debet, & de eo fieri inſtrumentum de per ſe, & ſeparatim ab inſtrumenta alienationis.*
13 *Subhaſtationes requiruntur in alienatione rerum immobilium minoris poteſt decretum iudicis,adeò quòd non ſtatur inſtrumento facienti mentionem de ipſis ſubhaſtationibus, niſi alio modo appareat.*
14 *Subhaſtationes fieri debent in rebus minoris eccleſiæ, & fiſci per uiginti dies: in alijs uerò eſt arbitrarium, niſi aliter tempus eſſet limitatum à ſtatuto,uel conſuetudine.*
15 *Præſumitur pro decreto, iudicis, quando iudex atteſtatur cauſæ cognitionem in alienationibus minorum interueniſſe.*
16 *Quod limita procedere,quando in decreto explicitè ſunt enunciatę ſollemnitates in ſpecie.ſecus ſit in genere.*
17 *Declaratio ad gl.in l.1.C de ſi.inſtru.& haſtę fiſc lib 10.ut procedat in maioribus iudicib.nõ autẽ in magiſtratibus inferioribus.*
18 *Decretum iudicis licet faciat caſſare omnem præſumptionem doli uel metus tamẽ hoc locum ſibi uendicat in maioribus iudicibus.*
19 *Magiſtratui maiori,ſi eſt conceſſum arbitrium,is poteſt bona conſiſcare, & pœnam corporalem imponere: quod ſecus eſt in minori magiſtratui.*
20 *Magiſtratui maiori propter enormitatem delicti eſt licitum ſtatuta, & conſuetudines tranſgredi,quod ſecus eſt in minoribus magiſtratibus,quia ad unguem tenentur ſtatuta obſeruare.*
21 *Decretum iudicis redditur nullum, ſi licentia alienandi bona ſtabilia minoris fuit obtenta à procuratore conſtituto à tutore.*
22 *Alienatio rei minoris quando non tenet, non transfertur dominium cùm cauſa ſit nulla.*
23 *Dominium ex traditione ſine cauſa,non transfertur.*
24 *Alienatio ubi à iure eſt prohibita,impeditur translatio dominij.*

## CONSILIVM XXXIII.

Viſis alienationibus bonorum immobilium,
de quibus in præſenti cauſa,factis per Ioan-
nem Priueriam tutorem, & curatorem Pe-
tri,& Frãciſci pariter de Priuerijs,Ambro-
ſio,& Simbaldo de Platea. Dico, omitten-
do ſuperflua, quæ ſolent ad pompam poni, & ad ornatũ,
ipſas alienationes fieri non potuiſſe, neque valere: quod
1 ex infra ſcriptis luce clarius demonſtratur. † Nam ad
hoc vt venditio rerum immobilium minoris valeat, ne-
ceſſe eſt, ꝙ ſubſiſtat æs alienum,l.ob æs, C.de præd.min.
l.magis puto,§.ne paſſim,ff.de reb.eorum, Corn.in con-
ſil.109.col.j.vol.3.& in conſ.107.col.j. volum.eod. Rom.
in conſ.321.in princ. Mod.in tract.de empt. & vend.in 5.
q.col.24.verſic. ſequitur videre de forma.Afflict.deciſio.
2 49.in princ. volum.j. † imò non ſufficit, vt ſit æs alienum,
ſed etiam requiritur, vt creditores cum effectu inſtent
minorem, ſeu eius tutores, vel curatores ad ſoluendum,
d.§.ne paſſim,verſic.ſi modo vrgeat creditor, & ibi Bart.
vbi inquit, quòd iudex debet adhibere cauſæ cognitio-
nem an creditor inſtet,& petat ſibi ſolui:quia aliàs ei non
eſt ſoluendum.Ad idem eſt tex.in l.tutor vrgentibus cre-
ditoribus,ff.de minor. Idem voluit Dec.ſequendo Barto.
vbi ſuprà,in conſil.403. colum.3. Pariſ.in conſil.98.col.2.
3 volum.1. & in conſ.85.col.2.volum.3. † & adeo hoc verũ
eſt, quòd etiam ſi inſtrumentis diceretur creditores in-
ſtaſſe, & petijſſe ſibi ſolui, adhuc non probaretur ipſa
inſtan-

Inſtantia, & petitio ex quo ſunt verba prolata a notario
tanquam dicta à curatore, & cõtrahentibus: qui hoc ple-
nè iudici conſtare debet, vltra aſſertionem curatorum, &
emptorum, vt per Decium, in citato conſ.403.col.2.ibi, &
ideo non eſt credendum tutori, vel curatori aſſerenti de
ære alieno, ſed veritas vlterius per iudicem debet perſcru
tari ab illis, qui habet notitiam de ſtatu minoris, & me-
lius per Pariſ.in allegato conſ.98.colum.2.& conſilio 85.
colum.3.volum.3.

Secundo poſito, ꝙ vrgeret æs alienum, & inſtantia fa-
cta fuiſſet per creditores a curatore de ſoluendo, adhuc
4 dictæ alienationes non poſſunt ſubſiſtere de iure, † quia
antequam procedatur ad venditionem bonorum ſtabi-
lium minoris, debet liquere iudici per diſcuſſionem bo-
norum non exiſtere bona mobilia, ex quibus poſſit ſolui
æs alienum, d.l.magis puto, §.ne paſſim. Ita Specul.in tit.
de emp.& vend.§.nunc dicendum reſtat, verſi. hoc quo-
que, quem ſequitur Dec.in præallegato conſ. 403. col.2.
in fi.& in conſi.556.col.1. Idem volunt Moder. in tracta-
tu, de empt.& vendi.vbi ſupra, Rom.in citato conſi 321.
5 vbi dicit, † ꝙ iudici incumbit excutere, an pecuniam mi
nor habeat numeratam, vel in nominib. debitorum, qui
conueniri poſſint, vel in fructibus conditis, vel etiam in
redditum, vel obuentionum ſpecie. Corn.in conſi.50.vo-
lum.3.in conſilio 109. in princip.volum.3. in conſilio 98.
col.penul.volum.1.& in conſ 92.col.2. volum.4. per tex-
tum in l.j.§ quòd ſi fortè, ff.de rebus eorum, vbi dicit ibi
eſſe text. apertum, quòd tunc demum poſſunt bona im-
mobilia minorum alienari, quando ex cæteris bonis non
poteſt ſatisfieri. Si ergo ex bonis mobilibus, vel nomini-
bus debitorum poteſt ſatisfieri æri alieno, ergo ſequitur
ex d. §. ſi fortè, a contrario ſenſu, quòd bona immobilia
minorum non poſſunt alienari. Hoc etiam tenuit Afflic.
in deciſ.249.verſic.2.& 3.& Par.in d. conſil.98. colum.2.
& in conſ.ſeq.col.j.& in tantum hoc verum dixit Ange.
in authen.de eccleſiaſt.rer.immob.alien.per illum tex.fa-
cta æquiparatione bonorum minoris, & eccleſiæ, quòd re
6 quiritur etiam, † quod præcedat iudicis interlocutoria,
per quam declaretur non extare bona mobilia, & Ang.
referunt, & ſequitur Mod.vbi ſuprà in d.tractatu de emp.
& vend.Pariſ.in conſ.98.col.2.99.col.j.& 100.col.j. volu.
j.& in conſil.85.col.3.vol.3.

7 Tertiò requiritur, † quod vendatur res minus damno
ſa, d.§.non paſſim, & §.in primis. Quod etiam vult Affl.
in ipſa deciſ.249.ver.4.& Mod.in allegato tract.de empt.
& vend.q.5.vbi ſupra.Cor.conſ.109.col.2.volu.3. Dec.in
conſi.403.vol.3. Pariſ.in citato conſil.99. colum.1.& 100.
colum.j.volu.j.

8 Quartò de ſubſtantia eſt, † quòd non vendatur res ma
gna pro paruo debito, l.etſi ſine, §.j. ff.de minoribus, d.
l.magis puto, §.ne paſſim. Afflit.vbi ſupra.verſi.5.& Mo-
der.in tractatu de emptio. & venditio. in loco iam ſupe-
rius allegato.

9 Quintò adeſſe debet † tutoris authoritas, l.neque, l.eũ
qui, C.de author.tut.glo.& Bald.in l.j.in princ. ff.de reb.
eo.Spec.in d.tit.de empt.& vend.verſicu. non dicendum
reſtat, Mod.vbi ſupra, & Dec.in citatis conſ.403.col.2.in
fin.& 556.col.j.& de eius tutela conſtare debet vel cura,
iuxta not.per Bart.in l.legitimos, ff.de legit.tut. & de in-
uentario tutoris, de quo in l.tutor qui repertorium, ff. de
adminiſtrat.tut. Afflict.vbi ſupra, verſic.6. & Corn.conſ.
207.col.2.volu.3.

Sextò requiritur, quòd omnia iſta præcedãt decretum
iudicis, & his peractis interueniat in alienationibus bono
rum immobilium minoris decretum iudicis, l. lex quæ
tutores, C.de adminiſt.tut.l.j.& ibi gloſ.& Bal.ff.de reb.
eo.Rom.in allegato conſi.321.Mod.in d.tractatu, de em-
ptio.& vend.vbi ſuprà, & Affli.in citata deciſ.249.verſic.
7.Dec.in conſi.403.col.2.& 556. colum.j. Pariſ.conſil.98.
col.2.99.colum.j. & 100.colum.4.volu.1. Imò plus dixit
Corn.in conſ.98.colum.2.in fi.vol.1. poſt Spec.in titu.de
ferijs, §.ſequitur, verſi.fin. Quod decretum ſeu licentia iu
dicis de alienando rem minoris immobilem, debet inter-
poni, eo ſedente pro tribunali.

10 Septimò non eſt omittendum, † quòd etiam tale decre
tum debet concedi cauſa cognita, d.§.ne paſſim, alias, ꝙ
non valet, tex.eſt in l.minoris, ſecundum lecturam gloſſ.
quam ibi approbant Bart.Bal.& Salic. C.de præd.mino.
Corne.conſi.98.col.2.verſ. Secundò videtur, vol.j. Afflict.
vbi ſuprà, ver.7.in fi.poſt Specul.ibi per eum citatum. Et
ideo dicit tex.in l.lex quæ tutores, C.de adminiſt.tut. cau
ſas alienationis, primò eſſe probandas, anteqnam decre-
11 tum interponatur, & hoc adeò procedit, † quòd ſi iudex
decretum interponit non præcedentibus ſuperius addu-
ctis, quòd pro eo non eſt præſumendum, ex quo de tali
cognitione, inquiſitione, & probatione fieri debet ſepa-
rata ſcriptura ab ipſa venditione, & decreto, & antequã
fiat venditio, vt per Pau.de Caſt.in con.91.ſecundum an
tiquam impreſſionem, Corn.conſ.71.in princi. volum.3.
Alex.conſ.17.col.2.vol.4.Bolog.conſ.33. col.2. Iaſ.in l.ne
quicquam, §.vbi decretum, col.antep.verſ. Imò plus con
ſuluit, ff.de offic.proconſ.& leg.Dec.conſ.341.colum.6.in
princip.& in conſ.401.colum.4.Marſi.in conſi.48.nume.
49.Pariſ.in conſ.98.col.2.in fi.99.col.2. & 100.col.2. vol.j.
in conſ.85.col.3.vol.3. Vbi dicit hanc opinionem veram,
& communem. Pro quo facit, quod notat Ruy. in conſil.
12 40.col.j.vol.5.vbi inquit, † quòd etiam in alienationib.
factis ab eccleſia tractatus interuenire debet, & de eo fie-
ri inſtrumentum de per ſe, & ſeparatim ab inſtrumento
alienationis. Idem Ruyn.in conſil.189.col.2. in fi.volum.
j.& Marſ.in pract.ſua, in §.nunc videndum, num.44.

13 Octauò, ꝙ † poſt decretum interueniant ſubhaſtatio-
nes, l.etſi ſine, §.j.iuncta gl.& ibi Bart.ff.de mino. Corn.
in conſi.71.vol.3.in conſi.29.col.2.vol.4.& in conſ.92.co-
lum.2.vol.eo. Afflic.vbi ſuprà, verſ.8. Mod.vbi ſuprà, in d.
tract.de emp.& vend. Dec.in citato conſ.403. col.2. in fi.
Pariſ.conſ.98.col.3.99.col.2.& conſi.100.col.2.volum.1.
vbi refert hanc eſſe communem opinionẽ, & adeò ſub-
haſtationes ſunt de ſubſtantia, quod non ſtatur inſtrumẽ
to facienti mentionem de ipſis ſubhaſtationibus, niſi alio
modo appareat. Ita Bar.in l.j. C.de fi. inſtr. & haſtæ fiſ.li.
10.cum quo tranſeunt Doc.in l.ſciendum.ff.de verb.ob-
lig.vt citat Corn.in conſ.98.col.3.vol.1.

14 Vltimò † ſubhaſtationes fieri debent per viginti dies,
authent.hoc ius porrectum. ibi, per viginti dies oportet
rem eſſe venalem. C.de ſacroſanct.eccle. doct.in l.ſi tem-
pora.C.de fid.inſtrum. & haſt.fiſcal.lib.10. Modern.in d.
trac.de emp.& vendi. quæſt.5. verſ. ſequitur de ſolemni-
tate ſubhaſtationis. vbi dicit, quod tẽpus ſubhaſtationis,
in quo res venalis debet ſtare ſub haſta, eſt diffinitum in
iure, videlicet.per ſpatium viginti dierum in rebus fiſci,
eccleſiarum, & minorum, in alijs verò eſt arbitrariũ, niſi
aliter tempus eſſet limitatum à ſtatuto vel conſuetudine.
Cum igitur in dictis alienationibus, & vnaquaque earum
minimè obſeruata comperiantur ea de quibus ſuprà, &
quæ requiruntur a iure, meritò ſequitur iam dictas alie-
nationes fore, & eſſe inefficaces, & nullius valoris.

Nec habet obſtare, ſi dicatur, ꝙ in huiuſmodi alienatio-
nibus ſuberat iuſta cauſa, & ꝙ præceſſit ſolemnitas a iure
15 requiſita, ex quo fuit † interpoſitum decretum pro quo
præſumendum eſt, quòd prædicta interuenerint, argum.
gloſ.in l.1.C.de fide inſtrument. & haſt.fiſca. lib.10. Bal.
in l.j.ff.de rebus eo.& eo maximè, cum iudex atteſtetur
cauſæ cognitionem in ipſis venditionibus interueniſſe,
vt per Paul.de Caſtr.in l.cùm hi. §.ſi prætor.ff.de tranſa-
ctio.vbi inquit hoc ſufficere, licet non exprimentur par-
ticularia. Et Pau.ſequitur Corn.in conſ.71. col.1. volu.3.
Alex.in conſ.80.col.2.volu.5.Dec.in conſ.341.col.5.& in
conſ.351. col.fi. quia reſpondetur duobus modis. Et pri-
mo, quòd quando in decreto explicitè nõ ſunt enunciatæ
ſolemnitates, prout in caſu de quo agitur, pro decreto nõ
præſumitur, vt per Bald.in l.j. ff.de reb.eo. vbi intelligit
ita gl.in d.l.j.C.de fid.inſtrum. Hoc etiam voluit Iaſ.in l.
ſciendum.col.5.verſi.limita iſtam doctrinam, ff.de verb.
oblig.vbi inquit, quòd licet Bartol.ibi velit, quòd ſi nota-
rius faciat mentionem de ſolemnitatibus, quæ potuerũt
interuenire tempore confecti inſtrumenti, quòd præſu-
16 mantur tales ſolẽnitates interueniſſe, tamen hoc † limi-
tatur procedere, quando notarius facit ſpecialiter, & ex-
preſsè mentionem de ſolemnitatibus requiſitis, ſecus ſi
in genere atteſtaretur omnes ſolemnitates interueniſſe
extrinſecus, & intrinſecus, de quibus opus eſſet facere
mentionem ſpecialem: quia tunc per talia verba non pro
bantur ſolemnitates interueniſſe, quæ poterant interue-
nire tempore confectionis inſtrumenti, tradens idem te
nuiſſe Alberic.ibi, idem voluit Ioan.Fab.in §.fin.Inſti.de
fideiuſſ.quem ſequitur Fel.in c.quoniam contra.char.an
tepenul.colum.4.verſi.Limita, ſeu declara.de prob.Pari.
in conſi.98.col.3.in fin.cum ſeq.in conſ.100.col.3.volum.
j.conſi.12.col.7.in fi.volum.2.& conſi.85.col.5. volum.3.
Ruy.in conſi.63.col.5.verſi.poteſt & 3.volum.1.vbi pro-
priè dicit, quòd pro decreto non præſumitur, quamuis
adhi-

adhibitam fuiſſe cauſæ cognitionem exprimat notarius,
niſi ſolemnitates neceſſariæ ſint nominatim enunciatæ:
quia ſecundum Ioan.Fab.vt ſuprà videretur tabellio ſcri
pſiſſe,vt iudex,& non vt teſtis. Idem voluit ipſe Ruy.in
conſ.69.col.5.verſic.non obſtat igitur primo, vol.eo. Sed
in terminis præſentis conſultationis non apparet, quod
ſpecialiter fuerit enunciatæ ſolemnitates, quæ a iure re-
quiruntur,nimirum ſi pro decreto iudicis præſumendum
non venit,cum de illis conſtare debeat.

17 Secundò reſpondetur,† ꝙ glo.in d.l.j. C.de fid.inſtr.&
haſt.fiſca.procedit in maioribus iudicibus, non autem in
magiſtratibus minoribus indoctis, & nullas habentibus
literas,prout eſt iſte iudex,qui in huiuſmodi alienationi-
bus interpoſuit ſuum decretum,qui eſt ruralis,& ſolitus
prædia cultiuare.Ita Bal.in c.1.qui feud.dar. poſ. ꝙ dictũ
perpetuò notandum eſſe tradit ibi Iaſ.col.3.in fi.ver.limi
18 ta prædicta omnia. vbi inquit † quòd licet decretum iudi
cis faciat ceſſare omnem præſumptionẽ doli, vel metus,
tamen ꝙ hoc ſingulariter limitatur ſecundum Bald. in l.
tutores,ff.de confirmat.tut. vt procedat in maioribus iu-
dicibus,vt in Præſide,Prætore,& ſimilibus:quia lex præ-
ſumit, quòd maioris iudicis factũ ſit rectè factum. Quod
dictum etiam menti tenendum dixit Marſ.in ſing.438. &
hanc eſſe magnam, & ſingularem limitationem dixit
Petr.Girard.in no.57.& Pariſ.in conſ.98.col.5. verſic. &
etiam tollitur vol.j.nec mirum, quia videmus maiora pri
uilegia concedi maiorib. magiſtratibus, quàm minorib.
19 quod patet,† quia ſi maiori magiſtratui conceſſum eſt ar
bitrium,is poteſt bona confiſcare, & pœnam corporalem
imponere,ꝙ ſecus eſt,ſi ſit minor magiſtratus, cui ſit cõ-
ceſſum tale arbitrium.Ita ſingulariter dicit Bal.in l.j.C.
ne ſine iuſſu princ.quem refert,& ſequitur Anan. in c.ſu
per his,col.5.in fi.verſi.Item adde,de accuſ. Marſ.in ſin-
20 gul.397.pro quo etiam facit,vos ſcitis, † quòd propter e-
normitatem delicti, licitum eſt maiori magiſtratui iura,
ſtatuta,& conſuetudines tranſgredi:quod ſecus eſt in mi
noribus magiſtratibus:quia ipſi non poſſunt leges,vel ſta
tuta tranſgredi, ſed debent ſtatuta ad vnguem obſerua-
re.Ita Bald.in auth.hodie,per illum text. C.de iud. idem
Bald.in auth.ſed nouo iure,circa ſecundam col.C.de ſer.
fugit. quem ſequitur Iaſ. in §.ex maleficijs, in 2.colum.
Inſti.de actio.Marſi.in ſingul.243.& in pract. ſua crim.in
§.diligenter,num.175.

21 Vltimo dictum decretum redditur nullum, † quia licẽ
tia obtenta a iudice de alienando fuit petita per procura
torem conſtitutum a tutore, & a quo peti non potuit, vt
eſt tex.in l.minorum, C.de præd.minor.ſecundum Bald.
& Salic.ibi. & Corn.in conſ.98. col.2. volum.j. Et ideo ex
his,quæ abundè ſuprà dicta, & allegata fuerunt, clara re-
ſultat concluſio, prædictos minores potuiſſe agere ad re-
cuperationem bonorum alienatorum, vt habetur in l.1.
§.j.l.magis puto,§.penult.& in l.quamuis, ff. de reb.eor.
& Pariſ.in conſ.100.in 3.col. vol.j. & ad fructus,l.ſi præ-
dium,l.non ſolum, l.prædiorum, C.de præd.minor.not.
Dec.in conſ.556.col.fi.in conſi.98.col.fi.vol.j. vbi inquit,
22 † quòd quando alienatio rei minoris non tenet, non trã-
23 ſfertur † dominium, cum dominium ex traditione ſiue
cauſa non transferatur,l.nunquam nuda,ff.de acquiren-
24 do rer.dom.& etiam,† vbi eſt alienatio a iure prohibita,
impeditur translatio dominij.l.fin. C.de non alien.l.non
dubium,C.de legib.& in conſ.207.col.2.in prin.& Rom.
in citato conſi.321. col.fin. Laus DEO.

*S V M M A R I V M.*

1 *Abſolutio a iuramento ad effectum agendi ſine citatione partis ſecundum magis communem, ualet.*

2 *Abſolutio a iuramento debet peti ante terminum ſolutionis,aliàs ſi tempore elapſo petatur per debitorem, & ſic poſtquam incidit in periurium non debet audiri ſecundum communem.*

3 *Iuramentum non poteſt remitti per partem iuranti, poſt quam incidit in periurium, ſed ante ſecus.*

4 *Abſolutio a iuramento conceſſo per uicarium epiſcopi debitori,qui expreßam etiam fecit mentionem de lapſu temporis, eſt iniuſta.*

5 *Abſolutio à iuramento obtenta per obreptionem, & ſubreptionem, eſt nulla.*

6 *Iurans non contrauenire, & non petere abſolutionem a iuramento, & impetrata non uti, ſi petat ſimplicem abſolutionem, a iuramento non petita prius abſolutione a iuramento de non petendo abſolutionem, & impetrata non uti, non ualet abſolutio.*

7 *Excommunicatus ex duplici cauſa, ſi tantum petat abſolutionẽ ex una cauſa, abſolutio redditur nulla, tanquam ſubreptitia.*

8 *Abſolutio petita a tribus iuramentis, cum eſſent quatuor, & obtenta redditur nulla, quia tot debent eßet relaxationes, quot iuramenta.*

9 *Imo ſi eſſet narratum quartum, ſed obſcurè, & per relationem ad aliud, concedi non debuit, etſi conceſſa eſt uti ſubreptitia, non ualet.*

10 *Iudex ſecularis poteſt cognoſcere ſe de nullitate abſolutionis a iuramento.*

11 *Iudex ſecularis non ten tur exequi præceptum iudicis eccleſiaſtici, de cuius iniuſtitia ſcit, uel ſuſpicatur.*

## CONSILIVM XXXIV.

REdemptoris prius inuocato ſuffragio,viſis du
bitationib. collectis ex proceſſu agitato in-
ter ſpectabilem dominum Antonium de V-
bertis,& Matthæum de Baldis, quæ in effe-
ctu ad duas reducuntur, & quarum prima
eſt, an abſolutio conceſſa per vicarium epi-
ſcopalem Alexandriæ Matthæo debitori, iuribus ſubſi-
ſtit:altera verò, an iudex ſecularis, coram quo fuit tra-
ctus in iudicium debitor, poſſit cognoſcere de nullitate
talis abſolutionis quatenus nulla reperiatur. Quamuis
præſentium hæſitationum conſultatio poſſet ſatis proli-
xo,& diffuſo ſermone explicari, tamen quia verba non
placent,ſed pondus verborum: ideo ſubſtantialia ac ne-
ceſſaria,& ad rem conferentia attingam duntaxat,cæte-
ris prætermiſſis,vt exordiar cum Bal.in auth.ex cauſa, in
princ. C.de liberis præteritis.& Iaſ.in conſil.2.in princ.
volum. 1. Super primo igitur dubio videtur dicendum.
1 † ꝙ licet cõis doct.ſententia ſit, quod abſolutio a iuramẽ
to ad effectum agendi ſine citatione partis valeat, vt hãc
eſſe magis communem teſtatur Afflict. in deciſ. 220. col.
3.& eam communem, & ex de facto ſeruari firmat Ruy.
in conſi.ſuo 170.nu.30.vol.1.& in conſ.69. vol.3. & ſuper
quo articulo aliàs latiſſimè ita conſului, tamen duob.re-
ſpectibus in caſu de quo agitur,ea redditur nulla.

Et primò, quia fuit conceſſa ad petitionem debitoris,
qui nullam fecit expreſſionem in eius ſupplicatis, quòd
lapſum fuerat tamen præxum ſolutioni, & ſic, ꝙ iam in-
ciderat in periurium. Quo caſu ſequitur,quod voluit Fe-
2 deric.de Sen.in conſ.301. in fi.vbi conſuluit,ꝙ † abſolu-
tio a iuramento debet peti ante terminum ſolutionis, a-
liàs ſi lapſo tempore petatur per debitorem, & ſic poſtq̃
incidit in periurium non debet audiri, quia fruſtra legis
auxilium inuocat,qui in legem cõmittit. ca.quia fruſtra.
de vſur.Idem tenuit Anch.in conſ.198.colum.fi.Rom.in
conſi.326.col.2.Alex.in conſ.222.col.3.vol.2. & in conſil.
118.col.fi.vol.7.& in conſi.17. vol.3. vbi dicit, ꝙ ſecundũ
magis communes concluſiones doctorum non debet cõ
cedi abſolutio a iuramento ei,qui venit iam prius contra
iuramentum,q̃ ab eo petierit abſolutionem,per dictum
3 c.quia fruſtra, vt in ſimili etiam videmus, † ꝙ pars cui
præſtitum eſt iuramentum,non poteſt illud remittere iu
ranti, poſtquam incidit in periurium ſed ante ſic, vt per
Bal. in auth.quod eis. C.de nup. & eam magis cõem etiã
fatetur idem Alex.in conſ.83.col.fi.vol.5.Bru.in conſ.46.
Dec.etiam hanc partem amplectitur in conſ.442.col.pe.
in princ.Afflic.deciſ.30.col.fi.& 31.col.j.Gozad.in conſil.
69.col.pen. vbi etiam atteſtatur hanc communem. Pariſ.
in conſ.43.col.4.in princ.vol.1.& in conſ.96.colum.11.in
princ.eod.vol.& in conſ.10.nu 93.eo. vol. vbi etiam dicit
communem.Ruy.in conſ.66.col.2.vol.4. Plus voluit An-
char.in d.conſi.198. in fin.quem ſequitur Felin. in ca.j.in
4 verſ.Septimò quæro de iureiuran. † Quòd etiam ſi vica-
rius conceſſiſſet dictam abſolutionem ad petitionem de-
bitoris,qui expreſſam mentionem feciſſet de lapſu tem-
poris,ꝙ ipſa eſſet iniuſto, & dicit Ruyn.in conſ.66. col.2.
vol.4.referendo.Feli. vbi ſuprà, quod iſta eſt cõis opinio,
quod de iure vicarius hoc facere non poteſt,nec debet.

5 Secundo quia † abſolutio iſta a iuramento tanquã ob-
tenta per obreptionem,& ſubreptionem, eſt nulla. l.etſi
legib. C.ſi contra ius, & vtilitatem publi. c. ſuper literis.
extra de reſcriptis. Quòd autem ſit obreptitia,& ſubre-
ptitia demonſtratur ex lecturam ſupplicationis porrectę
per debitorem coram vicario, & abſolutione inde conceſ
ſa.Nam in ea tantum dixit debitor ſe iuraſſe in inſtrumẽ
to de non contraueniendo deſcriptis, & contentis in eo,
& tamen in ipſo promiſit nedum cum iuramento non
contrauenire, ſed etiam abſolutionem à iuramento non

6 petere impetrata non vti.† quo caſu,cum prius non petierit relaxationem ab iſtis iuramentis de non petendo abſolutionem, & obtenta non vti, ſed ſimplicem abſolutionem tantum, redditur inefficax dicta abſolutio, vt notabiliter voluit Bal.in repetitione, l.2.ff.de iureiur. col.35.verſic.& quo ad primam queſtionem, vbi dicit, ꝗ licet relaxari poſſit iuramentum tamen ꝗ prius debet peti relaxatio alterius iuramenti per capitulum primum, de iureiur. vnde cum tot erunt neceſſariæ petitiones, & tot relaxationes,quot ſunt iuramenta,cum ex fine vnius relaxationis, alterius petitionis origo proficiſcatur, arg. l.Iulianus, ff.de cond.indeb.& ſubdit, ꝗ niſi hoc ordine petatur relaxatio, ſtandum eſt iuramento. Idem voluit Ro.in conſ.326.colu.2.vbi dicit, quòd licet authoritate reſcripti ſacri Conſilij, ſublatum fuerit impedimentum, quod alicui inferebatur propter iuramentum de non contraueniendo, non tamen cenſetur ſublatum aliud impedimentum, quod inferebatur ex renunciatione facta vtēdi iuramenti relaxatione:quia ſublatio vnius impedimenti non inducit ſublationem alterius concurrentis ad eundem effectum, l.ſi.domus, de ſeruit.vrbanorum prædio, quia vbi ſunt plura impedimenta, tot eorum debent eſſe ſublationes, l.ſi pupilli,§.ſi ex pluribus, ff.de noui operis nunc. Et ideo concludit, ꝗ ſi quis ex preſſit ſolùm ſe iuraſſe de nullatenus veniendo contra contractum ceſſionis & diuiſionis bonorum,& ſic expreſſit ſolum impedimentum vnum, quo ſibi claudebatur aditus contraueniendi non autem dixit ſe iuraſſe relaxationem non petiturum, eademq́;non vſurum & ſic ſiluit aliud duplex impedimētum,quo tenebatur aſtrictus,& quo expreſſo ſacrum Cōcilium difficilius relaxationem conceſſiſſet, non eſſe dubium quòd talis impetratio redditur ſubreptitia, prout
7 in ſimili videmus,† ꝗ ſi quis ex duplici cauſa eſt excommunicatus, impetratio abſolutionis eſt ſubreptitia, ſi in ea non expreſſerit niſi vnam cauſam:quia quamuis Princeps remouere intendant impedimentum excommunicationis ſurgentis ex vna cauſa, tamen remanet impedimentum excommunicationis ſurgentis ex alia cauſa, vt in c.ex officij,c.cum pro cauſa,de ſentent.excommu.Itē reſcriptum, in quo impetratur reſtitutio beneficij, quo quis amotus eſt duplici ex cauſa, ſcilicet grauium exceſſuum & excommunicationis, in qua diu permanſerat, redditur ſubreptitium,vna cauſa amotionis expreſſa, alia verò tacita,vt in c.dilectus filius Abbas,de reſcr.Accidit etiam ad hoc quod dixit Soc. in conſi.59.volum.3.col.3. vbi determinat, quòd ſi per partem ſolum petita fuit ab-
8 ſolutio a tribus iuramentiis, cum eſſent quatuor,† quòd tales abſolutiones non dicuntur legitimæ,cū tot debeant
9 eſſe relaxationes, quot iuramenta.† Imo plus dicit,ꝗ licet eſſe narratum quartum iuramentum, ſed obſcurè, & per relaxationem ad aliud,quod non debet concedi relaxatio,& ſi conceſſa eſt tanquam ſubreptitia, non valet. Hoc idem tenuit Feli.in.c.debitores, col.pen.de iureiur. verſic.Tertio quęro, ſed melius in c.conſtitutus, in 8.colum.verſic amplius dicas, de reſcrib. vbi dicit, quòd non ſolum in ſupplicatione debet fieri mentio de iuramento quinimò ſi impetrans iuraſſet, nedum aliquid obſeruare ſed etiam abſolutionem non petere, non ſufficeret in ſupplicatione dicere ſe ſimpliciter iuraſſe, ſed debet etiam exprimere ſe iuraſſe de non petenda abſolutione. Plus ſubdit,quòd ſi iuraſſet non ſolum relaxationem non petere,ſed quod etiam ſi peteret, & obtineret,non vteretur quòd non ſufficeret illas duas partes exprimere, niſi & tertio de non vtendo etiam exprimat, alias impetratio eſt ſubreptitia,& inquit hæc dicta eſſe aurea, & noua, & ſecundum hanc partem fuit iudicatum in ſacro concilio vt teſtatur Afflict.in deciſ.220.col. 4. verſicu.fuit per omnes,& in deciſ.30.in fi.vbi figit pedes, quòd ille qui non petijt abſolutionem a iuramento de non petendo abſolutionem,nihil agit,licet eam petat ab alio iuramento,& ſi ita,& ſub hac forma non petit,periurus efficitur.Idem amplectitur Pariſ.in conſ.43.n 15.cum pluribus ſequen. vol.j.vbi ſequitur Soc.vbi ſupra,& in conſ.96.nu.92.eod. vol.& Thom.Gram.in deciſ.66.nu.11.Sed in caſu de quo nunc tractatur, non fuit petita abſolutio per debitorem de non petendo abſolutionem a iuremento,minuſque de ea non vtendo,quamuis obtenta,ergo fortius debet reddi ſubreptitia, & per conſequens nulla, authent. multò magis,C.de ſacroſanc.eccl.

10 Circa ſecundum dubium, † an Magnificus dominus Prætor uti iudex ſecularis poſſit cognoſcere de nullitate ipſius abſolutionis, licet prima facie videretur dicendū, quòd non,cùm iudex ſecularis cuiuſcunq. dignitatis non ſit regulariter iudex competens,quando tractatur de materia iuramenti, cum ſit quid ſpirituale, quod laicis non conuenit,vt habetur in c.per venerabilem,extra qui filij ſint legit.& in c. cum ſit, de foro compet.tamen hoc non obſtante,contrarium eſt verius, vt in indiuidio decidit Petr.de Anchar. in conſil.382.retento ordine, col.3.quæ mouetur ex notatis per Ioa.And.in c.cum in iure, extra
11 de offic.de leg. & in c.j.de offic.ord.† vbi traditur, quòd iudex ſecularis non tenetur exequi pręceptum eccleſiaſtici,de cuius iniuſtitia ſcit,vel ſuſpicatur.Et hanc partem referendo Anchar.tenuit Fel.in c.cum ſit extra de foro compet.in veſic.Limitā quintò, & in c.pręterea, col.12. verſic.quintò limita. de ſponſal.vbi iſtud dicit etiam probari per locum à ſpeciali, in c.vt inquiſitionis §.prohibemus,de iud.in 6.& ex eo, quod not.Bart.in l.d.diuus,ff.de cuſtod. reo. non reſpectu exempli, in quo errauit per §. prohibemus, ſed reſpectu doctrinę, quæ eſt ꝗ ſecularis iudex poteſt reuidere proceſſum, quem ab ipſo iubetur exequi. Hoc idem voluit Veronen. in cautela ſua 102.incip.in multis contractibus in fi.& Soc.in conſ.ſuo 83.numero 16.vol.4.& Afflic.in deciſ.220. num.9.vbi concludit ita pluries fuiſſe in ſacro conſilio Neapolitano practicatum. Idem voluit Marſ.in ſingul. ſuo 367.nemo prudens,& Par.in conſil 43.num.21.volum.j.& in conſil.96. nu.94.eo.vol. Et ita aliàs ſuper ſimilibus dubijs, de quib. ſupra iudicatum fuit per hunc ampliſſimum ſenatū Montisferrati,in cauſa quæ coram eo ventilata fuit inter Magnificos dominos Comites de Coconato, & Magnificam dominam Bonam de ſancto Georgio. Patet igitur ex deductitis talem abſolutionem tanquam minus legitimè obtentam,nō eſſe conſiderandam,& partes Magnifi.D.Pręt toris fore,& eſſe in declarando ipſam abſolutionem nulliter conceſſam, & debitorem eundem vti periurum, & qui per ſubreptionem tamen ralaxationem obtinuit,condemnandum eſſe ad obſeruationem contentorum in inſtrumento iurato. cum iuramenta præſtita per eum, ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poſſint, arg.c.debitores, & in c.cùm contingat.de iureiu. Et ita (vt ſuqra concluſum fuit)iuris eſſe cenſeo, ſalua ſemper ſententia cuiuſcunque melius ac rectius ſentientis. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſura pro concurrenti quantitate intereſſe eſt debita,et omni iure premiſſa quod declara,vt nu.7.*
2 *Vſurę licitè petuntur à debitore,ſi creditor propter moram debitoris,accepti pecuniam ſub vſuris.*
3 *Periculum rei venditæ poſt moram pertinet ad debitorem, & deterioratio rei,vel æſtimationis.*
4 *Intereſſe lucri ceſſantis poſt moram debitoris ſecundum magis communem debetur creditori,quod intellige vt in nu.11.& 13.*
1 *Intereſſe lucri ceſſantis poteſt peti à debitore moroſo, ſi creditor fuiſſet empturus prædium,ex quo potuiſſent percipi ſex pro cētenario,quod declara,vt in nu 15 18 & 24.*
6 *Mulier quæ non erat ſolita negotiari,poſt annum ſoluti matrimonij poteſt agere ad intereſſe lucri ceſſantis,ſi erat emptura prædium,ex quo tot fructus veriſimiliter.*
8 *Mandatarius vt conſequatur intereſſe a mandante, debet clarè probare ſolutionem intereſſe per eum factam,alias non debet per mandantem ſolui.*
9 *Papa qui habet plenitudinem poteſtatis,non poteſt quem condēnare ad debitum non probatum.*
10 *Paria ſunt aliquid allegare & non probare,& nihil allegare.*
12 *Creditor agens ad intereſſe lucri ceſſantis, debet articulare, & probare quòd eſſet ſolitus negotiari, alias non debet obtinere.*
14 *Teſtes deponentes de intereſſe lucri ceſſantis, debent reddere rationem dicti ſui,etiam non interrogati.*
15 *Actus quæſtuarius non eſt emere fundum vel domum,*
17 *Tutor qui fuit negligens in emendo prædium ex pecunia pupillari,tenetur ei ad intereſſe,id eſt, ad fructus duos,quos percepiſſet, ſi emiſſet prędium.*
19 *Iuramento alicuius licet ſit ſtandum in his quę dependent ab animo alicuius,ſecus tamen eſt vbi euitatur materia delinquendi.*
20 *Paria ſunt non probare vel probare, ſed minus legitimè.*
21 *Teſti ſingulari non creditur.*
22 *Teſtis depones de auditu alterius non probat.*
23 *Teſti deponens alternatiuè,non probat.*
25 *Intereſſe lucri ceſſantis peti non poteſt à debitore,quia per impotentiam ſoluere non potuit.*

Vſu-

26 *Vſura eſt prohibita vtroque iure, canonico & ciuili.*
27 *Vſura eſt rapina.*
28 *Vſura dicitur exactio iniquiſſima.*
29 *Iudicis boni & optimi debent repellere vſurarios a limine iudicij, & eo ſeueriter punire, cum ſint deuoratores pauperum & oppreſſorum.*

## CONSILIVM XXXV.

IN præſenti conſultatione, in qua non dubitatur de reſtitutione pecuniarum mutuò habitarum per pauperem Ioannem Fondazucham a nobili Antonio Guaſco, ſed tantum de intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis occaſione retardatę ſolutionis, & moræ. Ideo diſputari contingit, an dicto Domino Antonio debeatur intereſſe damni emergētis, vel lucri ceſſantis. Et deueniendo primò ad caput vſuræ, quæ petita fuit ratione intereſſe dicti damni emergentis, prima facie videtur dicendum, illam legitimè petitā fuiſſe ex quo propter moram ipſius debitoris creditor paſſus fuit damnū in recipiendo pecuniam ſub vſuris ab alio, vt dicitur probatum fore per teſtes ad inſtantiam prædicti creditoris examinatos. Quo caſu ſuccedit communis doctorū theo-
1 rica,† ꝙ vſura pro concurrenti quantitate intereſſe, ſiue quatenus intereſt, eſt debita, & omni iure permiſſa, ſecūdum gl. in c peruenit, in verbo indemnē, de fideiuſ. probatúr in c. conqueſtus, in c. ſalubriter, cum ibi notatis per doc. de vſuris. Cyn. & Bal. in auth. ad hæc q. pen. C. de vſuris, no. Alex. in conſi. 221. col. 1. vol. 2. in conſil. 141. col. 2. vol. 5. & in conſ. 31. col. 2. verſicu. non obſtat. gloſſ. volu. 6. conſi. 146. col. 2. & 3. vol. 4 Ruy. in conſ. 104. col. j. volu. 4. Quod comprobatur ex not. per gl. in c. cum allegas, in fi. de vſuris, quam reputa tibi Bal. in pe. col. notandum, vbi dicit, quod in quacunque contractu de mundo poteſt fieri vſura, quatenus intereſt. Et ideo tradit Innocentem, &
2 alij poſt eum in c. j. de vſuris. † quòd ſi aliquis tenetur mihi ſoluere ad certum diem, & quia non ſoluit, capio pecuniam ſub vſuris, quòd licitè ab eo vſuræ petuntur. Et Innoc. ſequuntur Alexan. & alij ſuprà citati. Pro quo facit.
3 † Nam etiam videmus quod periculum rei venditæ poſt moram pertinet ad debitorem, & deterioratio rei vel æſtimationis, l. quod te, l. vinum, ff ſi certum peta. & l. j. ff. de periculo, & com. rei vend. Et ideo ex præmiſſis dicendum videtur, quòd cum tale intereſſe damni emergentis cauſatum fuerit ex mora debitoris, qui in tempore ſtatuto non ſoluit pecuniam creditori, ad quam tenebatur, ꝙ talis mora cedere debet damno ipſius debitoris, l. nummis, cum ibi not per gl. & Doc. ff. de in lit. iuran. & in l. liber homo, §. fi. ff. de verb. obl. & per Soc. in conſi. 176. col. pen. verſi. Secunda difficultas.

4 Similiter dicitur, † quòd ſi non debetur intereſſe damni emergentis, ſaltem eſt debitum intereſſe lucri ceſſantis, attēta mora debitoris, ex quo ipſe dominus Antonius eſt mercator, vt per tex. in l ſocium qui pro eodem, ff. pro ſocio, dum tex. loquitur de intereſſe ſimpliciter, & indiſtinctæ Et iſtud expreſsè vult Albe. de Roſa. ibi Doc. per illum tex. in l 3. §. fi. ff. de eo quod certo loco. Bart. & alij in l. j. C. de ſenten. quæ pro eo. Cor. in conſ. 44 colum. penul. vol. 2. Roma. conſi. 517. in 2. dubio. Ruyn. in conſ. 55. col. 2. vol. 2. & in conſ. 49. col. 2. volum. 5. Et hanc eſſe communem opinionem, dixit Dec. in ca. cùm venerabilis, de exceptio, & in conſil 441. col. fina. & eam magis communem dicit Claud. in l. diuortio, in princ. col. 4. ff. ſol. matr.

5 Secundò facit, † Nam vltra, quòd dictus D. Antonius ſit ſolitus negotiari, & mercari cū pecunijs, probari quoque videtur per teſtes, ſicuti erat empturus prædium ex quo veriſimiliter tot fructus percepiſſet, qui reddidiſſent ſex pro centenario, quod intereſſe quamuis lucri ceſſantis, peti poteſt, vt in terminis decidit Paul. de Caſt. in l. diuortio, in princ. in 4. col ff. ſol. matr. Abi in fortioribus ter-
6 minis vult, † quòd mulier, quæ non erat ſolita negotiari poſt annum ſoluti matrimonij poteſt agere de intereſſe lucri ceſſantis, ſi erat emptura prædium, ex quo tot fructus veriſimiliter percepiſſet. Et Pau. ſequitur Alexan. in conſ. 200. col. 2. vol. 6. & in conſi. 31. col. j. vol. eod. & Ruy. in conſ. 55. col. 2. vol. 2. vbi pariter allegat Ancha. & Bald. idem tenentes in locis per eum relatis. Et quibus concludendum videtur hunc pauperem Ioannem tum rationę damni emergentis, tum lucri ceſſantis, teneri, & condēnandum fore ad intereſſe petitum.

Quibus non obſtantibus contraria ſententia eſt de iure verior: quoniam etſi a doctoribus indiſtinctè admittatur vſuram pro concurrenti quantitate intereſſe peti poſ-
7 ſe, id quoque receptum eſt, † ſi de intereſſe damni emergentis conſtarc poſſit, vt notatur, in l. 2. C. de vſuris. & per doct. in c. conqueſtus, & in ca. ſalubriter, de vſuris, ac per Alex. in præallegato conſ. 141. col. 2. & Ruy. in conſi. 104. col. 2. vol. 4. Sed in caſu de quo agitur, non fuit probatum de aliquo damno emergenti, quod equidem per creditorem probandum erat, cum eſſet fundamentum intentionis ſuę, igitur ſuccumbere debet, arg. l. qui accuſare. C. de eden. l. ei qui, ff. de proba. & in ſpecie ita decidit Afflict. in
8 deciſ. 22. col. j. † vbi inquit, quod ad hoc, vt mandatarius conſequatur intereſſe a mandate, quòd ſolutio ipſius intereſſe clarè debet probari, alias non debet per mandan-
9 tem ſolui: † quia & Papa qui habet plenitudinem poteſtatis non poteſt condemnare quem ad debitum, quod non eſt probatum, ſecundum Alex. in conſ. 2. colum. 1. volu. 2.
10 Item † quia paria ſunt aliquid allegare, & non probare, & nihil allegare, vt per Alex. in conſ. 72. in 3. vol. colum. 3. Idem dicit Afflic. in deciſ. 91. & ideo ex hoc capite firmiter tenendum venit debitorem abſoluendum fore a dicta petitione intereſſe damni emergentis, ex quo de damno minimè verificatum reperitur.

Nec de intereſſe lucri ceſſantis pariter eſt habenda ra-
11 tio: quia communis concluſio, quæ habet, † quòd poſt moram debitoris intereſſe lucri ceſſantis debeatur creditori, ex iuribus & authoritatibus ſuprà citatis recepit intellectum vt procedat, & locum habeat, quando probatum fuiſſet creditorem ſolitum fuiſſe mercari & negociari cū pecunijs, vt per Alexan. in conſi. 141. in princ. vol. 5. & in conſ. 31. in princ. vol. 6 Corn in conſi. 165. & Dec. in conſi. 39. col. 2. & 116. col. j. & in conſi. 332. col. 2. & in c. cum ve-
12 nerabilis col. 6. de excep. vbi inquit, † quod agens debet articulare, & probare quòd eſſet ſolitus negociari, alias quòd non debet obtinere, ſed hoc non fuit capitulatum, nec probatum, vt patet ex teſtibus ad inſtantiam debitoris examinatis, igitur &c.

Vlterius dicitur, quòd licet ſecundum diſpoſitionem iuris, licitè peti poſſit intereſſe lucri ceſſantis ab eo qui ſit ſolitus negotiari, & pecuniam ſuam ponere ad iuſtum lucrum & mercantias, vt per Barto. & alios in d. l. j. C. de
13 ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, &c. † Id tamen admittitur a Scribentibus, quando certum eſt, quòd creditor fuiſſet lucratus, ſi pecuniam habuiſſet, quia probauerit mercantiam, de qua tantum fuiſſet lucratus, & quia pecuniam non habuit, mercari non potuit, vel alio modo poteſt conſtare, quòd ſi habuiſſe illam pecuniam, certitudinaliter fuiſſet lucratus, ſecus ſi incertum erat. Nam nō ſequitur, erat conſuetus lucrari aliquando. Ergo ſi habuiſſet pecuniam fuiſſet lucratus, quia poſſibile eſt, quòd nō cum multa potuerit euenire in contrarium. Ita Paul. de Caſt. in l. 3. §. fina. ff. de eo quod certo loco, per text. quem dicit bonum, in l. quemadmodum, §. ſi nauis, in fi. ff. ad legem Aquiliam, quem ſequitur Afflic. in deciſ. 20. col. 2. in princ. Iaſ. in l. cunctos populos, colum. 11. verſi. Secundò principaliter, C. de ſumm. trin. & fide cath. Dec. in conſil. 111. col. 1. & in citato conſil. 322. col. 2. vbi quoque ſubdit,
14 quod in probatione talis intereſſe † debent teſtes reddere rationem dicti ſui, etiam non interrogati, per ea, quæ not. Bart. in tractatu de teſtibus, col. 2. verſi. teſtis, ſed hic dominus Antonius creditor non articulauit, nec probauit quòd certè, & verè eſſet empturus fundū, vt infra demonſtrabitur, igitur reſultat approbata doctorum ſentētia, quòd his non probatis, ſibi non debetur intereſſe lucri ceſſantis.

15 Nec habet obſtare, † ſi dicatur quòd quamuis dominus Antonius non eſſet ſolitus negotiari, tamen quando certum eſt quòd eſſet empturus fundum, debeatur intereſſe lucri ceſſantis, per ea, quæ dixit Paul. de Caſt. in l. diuortio, in prin. quia pluribus modis reſpondetur. Et Pri-
16 mò ꝙ Pau. ibi improbat Alex. quia † emere fundum, vel domum, non eſt actus quæſtuarius, vt not. Barto. in l. legatis, in princ. in pe. quæſt. ff. de leg. 3. per tex. in l. ſi cum villico, ff. de inſti. & Alex. ſequitur Ruyn. in conſil. 48. col. 3. vol. 5. Verum quia prædicta opinio Caſtren. recipitur, & approbatur ab eodem Alex. in conſi. 31. col. 1. & 2. volu. 6. & in conſ. 200. col. 2. eodem vol. & Aymo. in conſi. 89. colum. fi. & per Ruy. in conſ. 55. col. 2. vol. 2. vbi inquit quod propter authoritatem Bald. Anchar. & Caſtren. ſeruaretur in praetica hæc opinio, quam comprobat ex not. per Bart.

Bart.in l.tutor qui repertorium,§.ſi quid poſt, ff.de admi
17 niſt. tut. † vbi ſi tutor fuerit negligens in emendo præ-
dium ex pecunia pupillari,tenetur ad intereſſe, id eſt, ad
fructus quòs percepiſſet, ſi emiſſet prædium . Et ſic vult
Bartol.quòd habeatur ratio iſtius lucri in fauorem , eius
qui non eſt ſolitus negotiari, ideo alio modo reſpōdetur,
18 & dicitur,† quòd opinio Pauli,& aliorum procedit quã
do probaretur verè,& non præſumptiuè, quod creditor
omnino fuiſſet empturus fundum,ex quo fructus ſex ſcu
torum pro centenario veriſimiliter percipere potuiſſet,
& hoc articulatum,& probatum fuiſſet, aliàs ſecus. Ita
declaret Ruyn.in conſi.55.col.3.vol.2.ſubdens ex mente
prædictorum doctorum quòd in hoc non eſſet ſtandum
19 dictó creditoris , quamuis iurato, † quia licet in his quæ
dependent ab animo alicuius,ſtandum ſit eius iuramen-
to ſecundum gloſſ.in §.aliæ, inſt.de actio.tamen hoc non
conceditur vbi materia delinquendi euitaretur , ſi enim
ſecus eſſet, daretur materia per indirectum creditori ex-
torquendi vſuras,quia ſemper poſſet allegare, quòd eſſet
empturus prædium . Vt ergo occaſio delinquendi euita-
retur , ideo eius dicto non ſtatur. l.conuenire, ff. de pact.
dota. l.ſi vnus, §.illud, ff.de pact. Aymo.vbi ſuprà,& Iaſ.
in d.l.cunctos populos, col.11. verſic.limita quod etiam.
Sed in terminis de quibus agitur , ſi bene lynceis oculis
diſcurrantur , dicta teſtium , luce clarius apparebit ipſis
teſtibus fidem adhibendam non eſſe, & per conſequens
non probari hunc creditorem omnino fuiſſe empturum
fundum,ex quo percepiſſe ſex pro cẽtenario. Igitur &c.
Nam primus teſtis qui eſt Franciſcus de Fabis peponit ꝙ
de anno 1547. & ſequenti D.Anton. capitulans potuiſſet
emere fundum,ex quo percepiſſet tot fructus aſcenden-
tes ad ſex pro centenario: quia fuit requiſitus a nonnul-
lis ad emendum fundos , & quòd ipſe dixit ſi habuiſſet
pecuniam,quam habebat foris,ꝙ emiſſet,ſed interroga-
tus a quib fuit requiſitus,reſpondet ꝙ fuit requiſitus in-
ter cæteros a Baptiſta Figulo,ſi volebat ſibi præſtare pecu
niam ſuper quodam prædio, & ſic iſte teſtis nihil probat
quia non deponit in ſpecie , qui fuerint hi qui requiſiue-
rint D.Ant.ad emendum,ſed ſolum ſpecificat perſonam
dicti Baptiſtæ , qui non requiſiuit dictum Antonium ad
emendum,ſed ad præſtandum pecunias,& ſic non appa-
20 ret de emptione,ſed de mutuo,ideo probatio nulla.† Nã
paria ſunt non probare, vel probare, & minus legitimè,
argumen.l.quoties,cum ibi not.per Scrib. ff.qui ſatiſdat.
cog.Secundus teſtis Gulielmus de Brauis deponit, quòd
capitulãs fuit requiſitus per ipſum teſtem de anno 1547.
& ſequenti , ad emendum ſuum viridarium,qui reſpōdit
quòd tunc nō poterat,ſed quòd expectabat habere ſcutos
centum a dicto Ioanne eius debitore, ſubiungens ipſe te
ſtis, quòd ſi prædictus Domins Anto. ei ſeruiuiſſet ſuper
dicto viridario,quod eidem dediſſet pro annuali fictu ſcu
ta ſeptem pro centenario.Sed dictum iſtius teſtis non pa-
21 trocinatur D.Ant.† tum quia eſt ſingularis, propter quã
ſingularitatem ſibi non creditur, cap.in omni de teſtibus
l.vbi numerus, ff.de teſt.Alex.in conſi.82.in princ. volu.
4. tum quia non deponit quod omnino eſſet empturus
viridiarum,vt requiritur, ſecundum Doct. de quibus ſu-
prà Ideo in hoc dicto vis fieri non poteſt,minus quam in
dicto Petri de Papia tertij teſtis.Nam ipſe deponit quod
de anno 1547.ſiue 1548.eius mater interpellauit dominũ
capitulantem ad emendum prædium ſuum pro ſcutis cẽ
tum, & quod deinde titulo conductionis accepiſſet ad fi-
ctum ſcutorum ſex pro ſingulo anno, qui eidem dedit re
ſponſum,quòd non habebat pecuniam, & ſi habuiſſet,il
lum emiſſet. Et interrogatus quomodo ſcit præmiſſa , di-
22 xit ſe ſcire ex auditu matris , † quo caſu cum ipſe depo-
nat de auditu alterius,non probat,vt per Alexan.in conſ.
1.num.10.volu.3. in conſi.23.colum.2. volum.5.conſ.50.
col.3.vol.eod.& in conſi.112.col.pen.vol.6. Item eſt ſin-
gularis,quo caſu teſti ſingulari non creditur,Alex.in con
ſilio 82.in princi.volum.4.Doct.in c.in omni.de teſtibus.
Item etiã deponit alternatiuè , quòd dicta requiſitio fuit
facta de anno 1547 ſiue de anno 1548.quo anno 1548.nō-
dum venerat dies ſolutionis , vt patet ex lectura inſtru-
23 menti mutui celebrati inter ipſas partes. † Quo caſu te-
ſtis deponens alternatiuè non probat, l.vbi autem, §.qui
illud,ff.de verb.oblig.Alex.in citato conſ.82. in princip.
vol.4.Et ratio eſt,quia ambiguè deponit, & ideo dixit A-
lex.in conſ.152.col.1.vol.5.quod teſtis ambiguè, & incer
te deponens nō probat. Vnde cum probationes prædictæ
ſint ſingulares,alternatiuæ,& neceſſariò non concludãt,
prout concludere deberent,vt in c.in præſentia , de pro-
ba. meritò interpretatio fieri debet contra producẽtem,
vt per Bar.in l.ſtipulantem,§.j.ff.de verb.oblig. Alexand.
in conſ.2.col.fi.& in conſ.119.col.3. vol.7.
24 Item alio modo reſpondetur † quòd opinio Pauli de-
claratur Secundum Claud.ibi procedere , quãdo mulier
ante finitum annum ſoluti matrimonij,ipſa emiſſet fun-
dum , ſperans ſoluere de pecunia, quam debebant reſti-
tuere hæredes mariti poſt aunum , quia tunc tale intereſ-
ſe peti poteſt, quia in iſto caſu eſt eadẽ ratio , vel maior,
quam in ſolito negotiari,ſed in terminis,de quibus nunc
verba facimus,hoc factum non reperitur,igitur intereſſe
lucri ceſſantis non debetur.
Vltimò reſpondetur quod ex quo iſte Ioannes debitor
ruſticis, & pauper, & per impotentiam non ſoluit pretiũ
25 conuentum, volunt Theologi, † ꝙ quando quis per im-
potentiam non ſoluit debitum, non poteſt cõueniri pro
intereſſe lucri ceſsãtis.Ita firmat beatus Antonius archie
piſcopus Florentinus in ſecunda parte ſuæ ſummæ, in tit.
de auaritia,char.29.ver.quid de pœna appoſita, quem ſe
quitur Affl.in deciſ.20.col.2. vnde ex prædictis omnibus
per quæ apparent bene reſoluta obiecta, de quib. ſuprà,
intrepide tenendum arbitror tale intereſſe non deberi,
cùm id quod petitur, potius ſit vſura , quam intereſſe li-
26 citum,† quæ vſura eſt prohibita,l.diuina noui,& veteris
teſtamenti, & humana iuris canonici,c.ſuper eo,ca.con-
ſuluit,de vſuris,vt per Corn.in conſi.146.in princ.vol.4.
Item eſt prohibita vtroque iure,canonico,& ciuili.Alex.
conſi.49.in prin.volu.4.in conſ.141. col.1. volum.5.Soci.
conſ.2.col.2. volu.j.& Par.in conſil.54. num.60. colum.7.
27 volu.j. † & ideo cum vſura ſit rapina, vt 24.q.4.§.ſi quis
28 vſuram. † & vſura dicatur exactio iniquiſſima 45. diſt. §.
29 erit autem. Alex.in conſil.1. colum.1. volum 4. † Meritò
iudices boni, & optimi tales vſurarios repellere debent à
limine iudicij , & eos ſeueriter punire,cùm ſint deuora-
tores pauperũ,& inſidiatores oppreſſorum. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*


1 *Teſtamentum in ſcriptis condere periculoſum eſt.*
2 *Forma conficiendi teſtamentum in ſcriptis hic ponitur.*
3 *Teſtator quando neſcit ſubſcribere , vel eſt impeditus adhibeat octauum teſtem,qui nomine ipſius teſtatoris ſe ſubſcribat: quia de ſubſtantia,ita à iure requiritur.*
4 *Teſtamentum in ſcriptis debet ſigillari per teſtatorem ſigillo ſuo.*
5 *Subſcriptio teſtium,licet non requirat locum , & diem tamen bonum erit diem,& locum in ea apponere.*
6 *Apertura teſtamenti in ſcriptis ad alium finem non fit,niſi vt teſtamentum inſpici,& deſcribi poſſit.*
7 *Teſtamentum in ſcriptis aperiri poteſt ſine citatione partis, & per quemlibet probantem intereſſe ſuum cum iuramento calumniæ peti poteſt.*
8 *Iudex requiſitus pro apertura teſtamenti , poterit cogere ſignatores teſtamenti,captis pignoribus,vel iudicio pęnali,ad recognoſcendum ſigna ſua,quod tamen declara, vt ibi.*
9 *Publicatio teſtamenti nihil aliud eſt , quàm ſcripta in eo redigere in publica documenta, vt tali inſtrumento plena fides adhibeatur,dato etiam quòd teſtes moriantur.*
10 *Publicatio teſtamenti multa requirit , quæ hic ſigillatim deſcribuntur,vſque ad nu.*18.*incluſiuè.*
19 *Forma ſubſcriptionis faciendę per notarum in publicatione teſtamenti in ſcriptis.*
20 *Cautela hic ponitur , per quam valebit teſtamentum in ſcriptis. etiam quòd moriatur vnus ex teſtibus,viuo teſtatore,vel eo mortuo ante eius aperturam.*


## CONSILIVM XXXVI.

QVoniã nonnulli ſunt, qui nolunt ꝙ quiſq́ ſciat ꝙ in eius teſtamento continetur, niſi poſt mortẽ ſuam, vt in §.ſi quis aũt. Inſtit. de pup.ſubſtit.ꝙ eſt vtile pp duo, ſecundum Ioann.Fab. in §.poſſunt,col. pe.in gl.in verbo lintheum. Inſt.de teſt. quẽ ſequitur Boer.deci.14.col.2. Primò ne illi , qui ſperant habere emolumenta ex teſtamento, prouocentur ad odium, ſi inde nullum capiant commodum,vel ſi exhæredentur.Secundò ne illi quibus datur,legatur,vel qui inſtituuntur,captent, vel procurent mortẽ teſtantis, ad finem ꝙ non mutet teſtamentum , vel vt citius capiant ꝙ ſe habituros expectant,prout ipſe audiuit acci-

2 accidere in quodam ſuo vicino. † Ideo ſecundum eum inuenta eſt via teſtandi in ſcriptis, quæ tamen quantum ſit periculoſa, demonſtrat Bart. in l. 2. in princip. ff. quemadmodum teſtamenta apert. Cæpol. in cau. incip. multi ſunt, & Iaſ. in conſ. 67. col. 1. vol. 3. vbi dicunt, quòd ſi moreretur viuo teſtatore, vel etiam poſt mortem, ante tamẽ aperturam teſtamenti, vnus de teſtibus, qui nõ poſſet recognoſcere ſuam ſubſcriptionem, & ſigillum, non valeret teſtamentum, & ideo dixit Porch. in §. j. col. 5. verſi. circa primum. Inſt. de teſt. Bar. dixiſſe, ꝙ nunquã vidit aliquod teſtamentum ſolemne aptum, & in ſcriptis. niſi vnum, ꝙ fuit in confectum a quodam doctore ſolemni, & tamen vltimò decidit ad interitum propter defectum ſolemnitatis. Qua de re conſiderando periculum, de quo ſuprà, decreueram me abſtinere a præſenti conſultatione, tamẽ deuictus precib. domini Hieronymi Bozarelli ciuis Placentini, & Papienſis, cupientis ſatisfacere deſiderio cuiuſdam Magnificæ Matronæ peroptantis ſecretę, & occultè de rebus ſuis diſponere, propter aliquas iuſtas, & rationabiles cauſas, vt ſatisfaciam voto tãti amici, pro quo aſtrictus ſum maiora facere: primò ponam formam teſtamenti celebrandi in ſcriptis: ſecundò ordinem aperiendi dictum teſtamentum: tertiò modum, & ſubſtantialia, quæ requirũtur in ipſius teſtamenti publicatione: quartò & vltimò dabitur modus, & cautela, per quã valebit teſtamentum etiam ꝙ moriatur vnus ex teſtibus viuo teſtatore, vel etiam poſt mortem, ante tamen eius aperturam.

3 Deueniendo igitur ad primum caput, † dico per Spec. poſitam eſſe formam ipſius teſtamenti in titu. de inſt. edi. in §. compendioſè, col. 18. in princip. vbi inquit, quòd volens ordinationem ſuam fore ſecretam, & tutam ſi literatus eſt, ipſemet ſcribat teſtamẽtum, vel etiam per aliũ ſcribi faciat in membrana bona, & ſolida in cuius parte ſuperiore relinquatur ſpatium vacuum trium, vel quatuor digitorum, in dextro verò latere, & ſiniſtrò tantundem ſpatij, in parte autem inferiori ſuperſit ſpatium vacuum tantum, quantum palmus, ſeu palma digitis protẽditur vel circa, & in medio horum ſpatiorum ſcribat tenorem & ſeriẽ teſtamẽnti. Quo facto publicabitur charta ipſa, ita ꝙ ſpatium ſuperius coniungatur cum inferiori parte, & figantur ibi tres chordulæ, in plicatura vero dextri ſpatij duæ chordulæ, & in parte ſiniſtri aliæ duæ, ſic ut quælibet chordula duo habeat foramina, interiorẽ literam non lædentia, vel attingentia: quibus chordulis ſingula ſpatia, & ſingula coniuncta ligenter, ita quòd interior litera videri vel legi non poſſit. Porrò de illo magno ſpatio inferiori vacuo tantum debet diſcoopertum relinqui, ꝙ poſſunt ibi patenter, & apertè ſcribi ſubſcriptiones teſtatoris, quibus vel eodem die vel vno, vel pluribus ante ſit ſcriptum, vel factum, vel ordinatum, & poſtea quando placuerit teſtatori vocabit ſeptem teſtes iuratos vtique literatos, & ſcribere ſcientes, & nullum iuris impedimentum habẽtes, & coram eis teſtator ipſam ſcripturam clauſam, & dictis chordulis ligatam in manibus tenens, offerre debebit, dicens illud eſſe ſuum teſtamentum, ſua, vel alterius manu ſcriptum, & eos rogare in teſtes, & rogando mandare, quòd ipſum teſtamentum ſubſcribant, & ſignẽt. Ipſe etiam teſtator debebit ſe ſua manu ſubſcribere (prout inferius exprimetur,) & ibidem vnico contextu antequam ipſe teſtator, vel aliquis ex teſtib. inde diſcedant, debebit vnuſquiſq; ipſorum teſtium annulum, vel ſigillum caracteratum ad vnam ex chordulis appendere, ſiue ſuum, ſiue alterius teſtis, ſi proprium non habet, poſt hoc continuo in ſpacio inferiori diſcooperto ſubſcriptiones fient.

Primò enim teſtator ſi propria manu ſcripſit teſtamẽtum, ſe hoc modo ſubſcribet. Ego A. præſentem paginam clauſam, & ligatam in manibus tenens, infraſcriptis teſtibus omnibus ſimul præſentibus purè ad hoc adhibitis, & rogatis, obtuli ab eis ſecundum iuris ordinem ſignandam, & ſubſcribendam, aſſerens, quòd in ea ſcriptũ eſt, meum fore teſtamentum, & illud totum, & hæredis inſtitutionem, & omnia & ſingula, quæ in eo continentur a me ſcripta eſſe, necnon coram eis ibidem præſentẽ ſubſcriptionem propria manu ſubijciens.

Si verò de mandato teſtatoris alius teſtamentum ſcripſit, ille taliter ſe ſubſcribet. Ego R. de mandato A. literarum ignari, vel ſcribere propter corporalem ægritudinem impediti, hoc ius teſtamentum tam hæredis inſtitutionem, quàm cætera in eo contenta ſuo mandato mea manu propria ſcripſi, & eo poſtea præſente paginã clauſam, & ligatam infrà ſcriptis teſtibus ab eo vocatis, & rogatis omnibus ſimul præſentibus offerente, & aſſerente id quod in eo continetur ſuum eſſe teſtamentum, & à me ſcriptum præſentem ſubſcriptionem meam, vice & nomine ſuo, & eius mandato appoſui, & in teſtimonium me ſubſcripſi.

Forma ſubſcriptionis teſtium talis eſſe debet, vt ſequitur. Ego Ioannes rogatus, & præſens vnà cum omnibus infra ſcriptis, ſiue ſubſcriptis teſtibus, ad omnia, & ſingula in hoc præſentis paginæ inferiori ſpacio facta, contenta, & ſcripta ſimul præſentibus, & rogatis in ipſa pagina eius vtique A. teſtamento ſuo mandato manu mea in teſtimonium me ſubſcripſi, & eam ſigillo proprio (ſi proprium habet) vel ſigillo infra ſcripti domi, ſignaui, habẽtem in circulo formam Aquilę, vel Leonis, quod ad vnam ex chordulis ſupra dictis ceræ impreſſi.

Hic igitur ſeptem ſigillis appenſis, & factis octo ſubſcriptionis antedictis, & cæteris, ritè peractis inquit Spec. cul. quod teſtator ſtudeat ſecrete teſtamentum cuſtodire, & ꝙ ex his ſolemnitatibus ſubſtantiam capit, & vitã, & nomen teſtamentum in ſcriptis, nec aliter factum valet, niſi inter filios teſtatoris l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, & auth. inter liberos, C. de teſt. ſubdens præmiſſa probari in d. l. hac conſultiſſima, & in l. cùm antiquitas, §. fin. & in l. iubemus, & auth. hoc non obſeruato, C. eod. tit. & in § poſtea verò, vſque ad §. teſtes. Inſt. eod. tit. & in l hęredes in fi. & l. ad teſtiũ, §. ſigna aũt, & l pe. ff. eod.

Verùm quia Spec. in aliquo deficere videtur, in dicta ſua forma, quia non declarat an quando teſtator facit alium ſubſcribere, quia ipſe eſt ignarus, vel alio modo impeditus, ſi ſufficiat, quòd vnus ex dictis ſeptem teſtibus
3 ſe ſubſcribat nomine teſtatoris, vel requiratur, † quòd octauum adhibeat. Ideo aduertẽdum cenſeo, quod de ſubſtantia requiritur, ꝙ teſtator octauum adhibeat. Ita Ioan. Fab. in §. poſſunt. Inſt. de teſt. vbi dicit, quod in hoc ſecũdum eum corrigitur, l. hac conſultiſſima in parte, per l. cũ antiquitas, in fi. & in parte ſtat.

Item quia etiam non aperit, an vltra ſubſcriptionem teſtatoris. requiratur etiam, quòd ſigilletur teſtamẽtum de ſigillo ipſius teſtatoris, notandum venit, quod etiam
4 pro forma efficienti requiritur, quod teſtator dictum teſtamentum ſigillet ſigillo ſuo. Ita dixit Pau. de Caſt. in d. l. hac conſultiſſima, C de teſtamento quem ſequitur Iaſ. in d. conſi. 67 col. 4. num. 7. quæ omnia tene bene menti, tu, qui habes conficere tale teſtam. ne aliquando decidat teſtamentum in interitum.

5 Vlterius quoq; memoriæ mandatum eſt, † ꝙ etſi de iure in ſubſcriptionibus teſtium non ſubſcribatur locus, & dies, tamen quòd bonum erit diem, & locum in ipſis apponere. Ita Io. Fab. in d. §. poſſunt. Quo autem ad ſecũdum articulum de apertura teſtamenti, in ſcriptis, quæ ad alium finem nõ fit, niſi vt teſtamentum inſpici, & de-
6 ſcribi poſſit, vt per Doc. in l j. & in l. cum ab initio, ſi. quẽadmod. teſt. aper. & in qua de medico præiudicio tracta-
7 tur, † cum fieri poſſit ſine citatione partis, vt per Barto. &
8 Imo. in d. l. 1. ac Iaſ. in d. l. publicati in princ. † & peti poſſit per quemlibet probantem intereſſe ſuum cum iuramento calumniæ, ſecundum Doc. in d. l. j. officium iudicis requiſiti pro. dicta apertura erit cogere ſignatores teſtamenti etiam captis pignoribus, ſi opus erit, vel pœnali iudicio, ſecundum gl. in verbo cogat. in d. l. cum ab initio, vel ſub pęna banni, ſecundum Imol. ibi colum. 2. ſimul conuenire, qui cum iuramento ſigilla ſua recognoſcunt d. l. cum ab initio, iuncta glo. ſi. vel negent ſe ſignaſſe l. vel negare, ff. eod. tit. & hoc ſi omnes commodè venire poſſunt, vel ad eos tranſmitti, vt per Doc. in d. l cum ab initio. Si autem non omnes, ſed maior pars haberi poterit, tunc iudicis officium erit interueniente ipſa maiori parte ſola teſtamentum reſignari, & recitari. Si verò maior pars abſens eſſet, & minor præſens, tunc iudex cũ ipſa minori parte vna cum viris optimæ opinionis debebit recitare teſtamentum. Ita Imol. in d. l. cum ab initio, col. 2. Vbi verò nulli eſſent teſtes, quia commodè venire poſſent, & ſubeſſet iuſta cauſa aperiendi teſtamentum, tunc iudex vna cum interuentu virorum melioris opinionis debebit teſtamentum aperire, vt vult text. in l. ſed, & ſi quis ex ſignatoribus, iuncta gl. in verbo, aliqua cauſa, ff. eo. tit. & Imo. ac alios vbi ſupra. Quibus recognitionibus, & deſcriptione factis ab iiſdem quibus interueniẽtibus apertum fuit teſtamentum, iudex reſigillari faciet dictum teſtamentum, vt exinde poſſit fieri eiuſdem teſta-

menti recognitio, & publicat ſecundum formam, de qua in articulo ſequenti.

Circa teſtium articulum publicationis dicti teſtamen-
9 ti,† quæ nihil aliud eſt quam ſcripta in eo redigere in publica documenta, ad finem & effectum, vt tali inſtrumento fides adhibeatur, dato etiam quòd teſtes moriantur, vt
10 per Iaſ. in d.l. publicati, colum. 2. verſi. 3. requiritur. † Pro ipſius publicationis ſubſtantia multa requiruntur. Ad eſſe igitur ipſius publicationis primò requiritur, vt hæres de ſcriptus in eo, mortuo teſtatore, accedat ad iudicem ordinarium loci, ſecundum Bald. in d.l. publicati, colum. 1. vel coram magiſtro cenſus, ſecundum Sal. ibi, columna 2. ſi ſumus in Romana curia, l. conſulta diualia C. de teſta. & in alijs ciuitatibus coram magiſtratibus municipalibus, l. omnia, C. de teſtam. vel etiam coram delegato, vt per Cano. in cap. fin. de fide inſtrum. & Iaſ. in d.l. publicati, colum. 3. & ab eis reſpectiuè ſecundum facti contingentiam petat dictam publicationem, iurando in manibus iudicis, quòd eam petere non intendit animo calumniandi, vt per Spec. in d. titu. de inſtrum. edi. in §. oſtenſo, colum pen. verſ. & nota, quòd teſtamenta, & Innoc. But. & Imo in d.c. fin. de fid. inſtr. ac Iaſ. in conſi. 67. colum. 4. vol. 6. adeſt, vol. 3.

Aduertendum tamen cenſeo, quòd ſuper hac requiſitione fienda per hæredem non debet dari libellus, & fieri litis conteſtatio, vt per Nico. de Matha. in repetita, C. de epiſc. & cler. quem refert, & ſequitur Bal. in d.l. publicati, cum hoc fiat mero iudicis officio, id eſt, ad perpetuationem alterius iudicij, ſicut dicimus in interrogationibus fiendis, vt in rubrica, ff. de interrog. actio. & in ea forma iudicij non ſit ſeruanda. Subdit tamen Bald. ſe putare ſaltem in actis ſcribendum eſſe quid petitur, vt iudex ſcire poſſit quid habeat facere, & vt petitor poſtea non poſſit variare, argumento, l. curent. ff. de teſtibus.

11 Secundò requiritur, † vt in ipſa publicatione citentur omnes quorum intereſt principaliter, puta venientes ab inteſtato, ita Bald. Paul & alij, in d.l. publicati, & Bald. in l. 2. in prin. ff. quemad. teſt. aper. Spec. & Io. Andr. in d. §. oſtenſo, verſ. qualiter autem fiat publicatio. vbi dicit Specul. quòd niſi vocentur illi, quorum intereſt, non facit fidem inſtrumentum, & ſi iudicis ordinarij authoritate fuerit publicatum, ſubdens in contingentia talis facti coram eo ita obtentum fuiſſe, & ideo cauendum eſſe, vt de tali citatione fiat publicum inſtrumentum, per quod poſſit probari ipſa citatio, vt in cap. ſignificauit, de teſta.

12 † Et hoc adeò verum eſt, vt non ſufficeret citatio generalis, ſed requiritur ſingularis, l. 1. §. denunciari, ff. de ventre inſpi. ita Ange. Bald. & Salic. in d.l. publicati, Inno. & Cano. in cap. Albericus, de teſtam. & Iaſ. in citato conſil. 67. colum. 2. verſic. modo quod ſit. Quod tamen intellige quando ſucceſſores ab inteſtato ſunt certi, ſecus ſi incerti, ſecundum Sal. & Alber. in d.l. publicati, quia tunc ſufficeret citatio per proclama, vel edictum generale, argumento l. ſi eo tempore, C. de remiſſi. pigno. & notatorum per Barto. in l. ſi quis inſtituatur ff. de hæred. inſt. Et adeò eſt vera huiuſmodi ſententia, quòd ſi dicta publicatio facta non erit citatis omnibus, de quorum præiudicio agitur, quando certi ſunt, quòd ea non nocet non citatis, nec contra eos fidem facit. Ita Anto. de But. & Imo. in cap. ſignificauit, de teſt. Pau. & Sali. in d.l. publicati in fi. & Iaſ. in allegato conſi. 61. col. 2. circa finem.

13 Tertiò requiritur, † quòd citentur teſtes teſtamentarij, qui ſe ſubſcripſerunt, & ſigilla eorum appoſuerunt, vt veniant coram iudice, & cum iuramento examinati recognoſcant eorum ſubſcriptiones, & ſigilla, ac deponant ſe fuiſſe rogatos à teſtatore de talibus ſubſcriptionibus & ſigillis, aſſentiente teſtatore, quòd in dicta ſcriptura continebatur eius teſtamentum. Ita Paul. de Caſtr. Salic. & Alexand. in d.l. publicati, & Iaſ. in allegato conſilio 67. colum. 3. verſi. 2. principaliter, & in 5. ſequenti, & hoc ſi teſtes ſunt præſentes, vel in eodem territorio, & poſſunt ſine magno incommodo venire, ſecus ſi cum magno incommodo, ſecundum Bartol. in d.l. cum ab initio, quia tunc iudex non coget eos venire, ſed debet mittere notarium, vel officialem ad recipiendum iuramentum, & dicta ſua. Si autem ſunt in alieno territorio, tunc iudex debet committere iudici illius territorij quòd recipiat iuramentum, & dicta teſtium, quæ exinde ſibi remittat clauſa & ſigillata, & tunc debet illa publicare, & aperire Ita Bart. Bald. & Imo. in d.l. cum ab initio, vbi ſubdit Bar. conſilium eſſe, quando non poteſt cogi teſtis venire ad eum, quòd committat articulos diſtinctos, & interrogatoria, ſecundum quæ teſtes interrogentur per notat. in c. præſentium, de teſti, in 6.

14 Quartò eſt etiam de ſubſtantia, † vt tempore delationis iuramenti præſtandi teſtibus, citentur ij, quorum intereſt ſpecialiter, & modo quo ſuprà, ad videndum deferre iuramentum dictis teſtibus teſtamentarijs ſuper recognitionibus chartæ teſtamentariæ, ſubſcriptionum, & ſigillorum, vt Imo. in d.c. ſignificauit. in pen. not. & Iaſ in d. conſi. 67. colum. 3.

15 Quintò pariter requiritur, † quòd ipſi teſtes qui ſingulariter examinandi ſunt, & ſigillatim, vt per Spec. vbi ſupra, & Sali. in d.l. publicati, col. fin. in eorum depoſitionibus faciant mentionem de ſubſcriptionibus, & ſigillationibus aliorum conteſtium ſi eam non fecerunt in eorum ſubſcriptionibus, vt per Iacob. Butrig. Sali. & Corn. in dicta l. publicati, ac Iaſon in citato conſilio 67. col. 4. verſiculo 4.

16 Notandum tamen cenſeo, † quod licet teſtes teſtamentarij ſint examinandi, quòd tamen non debent dari capitula ſuper quibus teſtes teſtificentur, & interrogatoria fieri ab alia parte, ſicut in teſtibus iudicialibus, ſecundũ Bald. in d.l. publicati, colum. ſecunda, verſi. Quarto quæro, quia officium iudicis hoc ſolo conſiſtit, vt citatis teſtibus, & his qui lædunt, ipſi teſtes iurati deponant, & recognoſcant ſigilla ſua, & eorum ſubſcriptiones: nec eſt neceſſe, quòd teſtificentur quid in teſtamento contineatur, cum id occultum ſit, vt Inſti. de pupil. ſubſti § fin autem quis, & l. qui teſtamento, §. ſi. ff. de teſt.

17 Sextò requiritur, † quod omnibus his peractis iudex interloquendo pronunciet ſcripturam ipſius teſtamenti publicam, & illi fidem perpeutam adhibendam. Ita Pau. & Salic. in dicta l. publicati, in 3. q. & Alexand. ibi col. 1. vbi inquit, quòd ſi ſcriptura originalis teſtamenti conditi in ſcriptis erat ſcripta manu propria teſtatoris, tunc citatis his, de quorum præiudicio agitur, etiam citantur teſtes, vt recognoſcant ſigilla, & ſubſcriptiones ſuas; quo facto, iudex per ſuam interlocutoriam publicabit ſcripturam teſtamenti, declarando, & pronunciando illam ſcripturam teſtamenti in poſterum plenam fidem facere. Idẽ voluit Ioann. Fab. in §. ſed cum aliquis, colum. 2. Inſt. de teſtam. Iaſ. in citato conſilio 67. colum. 3. in fin. & in d.l. publicati, col 2.

18 Septimò & vltimò requiritur, † quod in publicatione fienda per iudicem interſint ſeptem teſtes, vt per Spe. in d. §. oſtenſo in fine.

19 † In publicatione autem teſtamenti in ſcriptis, notarius modo infrà ſcripto habebit ſe ſubſcribere, exemplabit enim totum teſtamentum, & poſtea dicet, anno, menſe, die, indictione, & loco talibus, hoc teſtamentum fuit exhibitum coram tali iudice, præſentibus talibus teſtibus, ſigilla ſua recognoſcentibus, & eorum ſubſcriptiones. Et ego talis authoritate tali notarius de mandato iudicis exemplaui, nihil addens vel minuens, & in publicam formam redegi. Iſtam formam ponit Specu. in d. §. oſtenſo. col. fin. vbi ſubdit, quòd demum dictum originale debet ſigillari ab ipſis teſtibus, qui interfuerunt publicationi, & reponi in archiuis publicis ad perpetuam rei memoriam, & quòd ratio præmiſſę ſigillationis, & repoſitionis in archiuis eſt, vt quaſi protocollum ſemper ad memoriam remaneat, aut ſi fortè exemplum periret, vel ſuſpectum diceretur, aut falſum, poſſit ſemper recurſus ad illud haberi, & poterit ſecundum eum quoties opus fuerit, aperiri, & iterum ſigillari coram iudice, & de nouo exemplari, & publicari, & ſemper valebit originale.

20 † Circa quartum & vltimũ articulum poteſt dari cautela, quod etiam ſi moreretur vnus ex teſtibus, viuo teſtatore, vel eo mortuo, ante tamen eius aperturam, valeret teſtamentum, videlicet quod teſtator facto ipſo teſtamento in ſcriptis, conuocet vnum notarium, qui non ſit de teſtibus ſuprà dictis, & duos vel alios tres, & faciat quod quilibet dictorum teſtium, qui ſe ſubſcripſerunt, & ſigillauerunt, recognoſcant ſubſcriptiones & ſigilla in præſentia duorũ vel trium teſtium & dicti notarij, & rogat dictum notariũ vt conficiat vnum inſtrumentum de dicta recognitione ſubſcriptionum & ſigillorum, & erit ſecurus, ꝙ non erit opus alia recognitione. Hanc cautelã poſuit Veronenſis in cautela incip. Multi ſunt, vbi dicit illa ſæpiſſime vſum fuiſſe, & ꝙ hoc modo ceſſabit periculũ, de quo in principio præſentis conſultationis. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Brachium ſeculare poteſt implorari per iudicem delegatum apo-ſtolicum pro executione ſuæ ſententiæ ſecundum communem.*

2 *Iudex apoſtolicus implorans auxilium brachij ſecularis, debet fidem facere de ſua delegatione.*

3 *Iudices exequentes ſententias incompetentium puniuntur.*

4 *Iudex ſecularis a quo per iudicem delegatum Apoſtolicum inuocatur brachium ſuum, cautus eſſe debet an ille ſit iudex competens, vel ne, quia ſi incompetens, non debet ſibi præbere miniſterium alicuius obedientiæ, vel executionis.*

5 *Brachium ſeculare non poteſt implorari per iudicem delegatum, niſi in ſubſidium, quando nihil habet quod faciat ſecundum communem.*

6 *Iudex delegatus quando fecit quod in ſe fuit, debet prius requirere ordinarium eccleſiaſticum pro auxilio, & ſi non ſufficiet, tunc inuocare debet brachium ſeculare.*

7 *Iudex ſecularis ante conceſſionem brachij ſecularis debet adhibere aliquam cauſæ cognitionem, an iuſta ſit poſtulatio huiuſmodi brachij ſecularis.*

8 *Iudex ſecularis non debet obedire iudici eccleſiaſtice niſi quando proceſſit ſeruato iuris ordine.*

9 *Actus ſi factus eſt alia hora, quam ea, quæ præfixa fuit in citatione, non valet.*

10 *Brachium ſeculare non debet concedi quando conſtat quod a ſententia iudicis delegati fuit appellatum.*

11 *Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicantis.*

12 *Appellatione pendente nil innouandum eſt, etſi quid actum fuit, nullum eſt.*

13 *Iudex ſecularis ſi ſcit fuiſſe appellatum a ſententia delegati, & appellationem per eum non admiſſam quæ debebat admitti, & a tali non admiſſione appellatum non debet concedere brachium ſeculare.*

14 *Exceptio nullitatis oppoſita coram iudice ſeculari a quo inuocatur brachium ſeculare ſi eſt in promptu & notoria, impedit executionem.*

15 *Iudex coram quo petitur executio ſententiæ, ſi videt eam nullã, habet ſuperſedere, & exceptionem nullitatis remittere, ſecus ſi nullitas eſſet notoria, quia tunc poteſt executio denegari.*

## CONSILIVM XXXVII.

OMiſſo multiloquio, quòd ſolet prudentiſſimos ſtomachari, veniendo ad merita huiuſmodi brachij ſecularis implorati per reuerẽdum D. Abbatem S. Andreę iudicem delegatum Apoſtolicum contra Dom. Antonium Saluagium.

1 Dico † quòd licet apud doctores receptior ſit ſententia iudicem delegatum ſedis apoſtolicæ poſſe implorare brachium ſeculare pro executione ſuæ ſententiæ, quãuis expreſsè in ſua commiſſione hoc ſibi non concedatur, vt per Archi. in cap. adminiſtratores, 23. q. 5. & per Oldr. in conſi. 89. inc. Epiſcopus in fi. poſt Hoſtien. in cap. 1. de off. deleg. & in conſi. 319. in fi. poſt Barto. in ca. ſtatuimus, de off. deleg. & per Fed. de Sen. in conſi. 163. Bal. & Sal. in l. in criminali, C. de iuriſd. om. iud. Pau. de Caſtr. in l. epiſcopale, C. de epiſ. & in conſi. 39. ſecundum antiquam impreſſionem, Card. in clem. 1. in 10. q. de offic. deleg. Inno. Abb. Fel. & alij, in cap. poſtulaſti, de offic. delega. vbi Dec. dicit hanc eſſe communem, quam etiam amplectitur Abba. in cap. ſi quis contra clericum, colum. pen. de foro competenti, reprobata opinione Arch. in cap. vt officium, de hæret. in ſexto, Fed. de Senis in conſilio 251. Alb. de Roſa. in d. l. epiſcopale, & Calca. in conſi. 119 qui voluerunt eum non poſſe brachium inuocare, niſi in commiſſione hoc ſibi permittatur.

Tamen, quòd iſta communis opinio doctorum in caſu præſenti ſibi locum vendicare non poteſt, pluribus ex cauſis demonſtratur.

2 Primò, quia † per iudicem apoſtolicum nulla facta fuit fides iudici ſeculari de ſua delegatione, & ſic de ſua competentia, quo caſu tradunt Bald. & Sal. in l. in crimi-
3 nali, col. 1. † quod puniuntur iudices exequentes ſenten-
4 tias incompetentium, & ſubdunt, † quòd cautus eſſe debet iudex ſecularis, a quo per iudicem delegatum imploratur brachium ſeculare, vt videat an ille ſit iudex competens, vel ne: quia ſi eſt incompetens, non debet ſibi præbere miniſterium alicuius obedientiæ, vel executionis. Idem tenuit Fed. de Se. in d. conſi. 251. col. 2. & Calca. qui Bal. vbi ſupra citat in conſi. 119. col. 2. ergo ex defectu incompetentiæ redditur inefficax talis imploratio.

5 Secundò facit, † nam iudex eccleſiaſticus non poteſt brachium ſeculare implorare, niſi in ſubſidium, & ſic quando delegatus nihil haberet quid facere, vt per Doct. in cap. cum non ab homine de iud. & in ca. ſignificaſti, de officio delegati, per tex. in cap. 1. circa fina. de ſta. mona. in 6. vbi iura loquuntur ſi opus fuerit. Idem voluit Fed. de Sen. in d. conſi. 25. col. fi. vbi dicit, quòd licet poſſit inuocari brachium ſeculare, debet tamen inuocari cum neceſſe eſt, & iuris ordine ſeruato, videlicet quando remedia eccleſiaſtica deficiunt: quia non debet iudex delegatus incipere a cauda, ſed a capite, cum iura loquentia de brachio ſeculari, dicant ſi opus eſt, vel neceſſe eſt, vt in c. 1. de offi. ord. Hoc etiam tenet Oldr. in conſi. 89. col. 2. Alb. de Roſa. in d. l. epiſcopale. Affl. in conſt. regn. in proęmio Rubricarum, num. 44. vbi firmat. Doct. ita communiter tenere, Cum qua ſententia etiam tranſit Calca. in d. conſil. 119. col. fin. vbi ponit quæ prius ſeruanda veniunt, antequam imploretur brachium ſeculare, & dicit, quòd debet apparere de excommunicatione, aggrauatione, reaggrauatione, & quòd effectus fuerit incorrigibilis, antequam ta-
6 le brachium impetretur. † Et etiã requiritur, quòd prius ordinarius eccleſiaſticus fuerit per delegatum requiſitus cuius auxilium ſi non erit ſufficiens, tunc implorabitur auxilium ſeculare. Ita Card. in d. Cle. 1. in 10. q. de off del. quem ſequitur Dec. in cap. poſtulaſti, de offi. deleg. ſed ex actis præſentatis non dignoſcitur, quòd iſte deleg. fecerit quantum in ſe fuerit, igitur, &c.

7 Tertiò quia † iudex ſecularis ante conceſſionem dicti brachij ſecularis debet adhibere aliquã cauſæ cognitionem, an iuſtum ſit quod petitur ab eo per delegatum Ita Ancha. in conſi. 382. col. 2. Fed. de Senis in d. conſ. 251 col. fi. vbi concludit, quòd ſi iudex ſecularis inuocatur præcedente ſententia nulla, non debet concedere ſuum brachium niſi iuſtè inuocetur, & ſummatim hoc debet examinare, per nota. per Inno in c. 1. de ſta. monach. in 6. Idẽ tenuit Oldr. in d. conſi. 89 col. 2. Pau. de Caſtr. in d. l. epiſcopale. Calca. in præallegato conſilio 119. colum. 2. pro qua opinione facit, quod notat. Felin. in cap. cum ſit in 5. colum. de foro comp. & Affl. in dec. 220. numero 9. vbi
8 firmant, † quod iudex ſecularis non debet obedire iudici eccleſiaſtico, niſi quando proceſſit ſeruato iuris ordine, qui quidem ordo reperitur ſeruatus per iudicem delegatum, qui reperitur, vt conſtat ex eius proceſſu, citaſſe dictum dominum Antonium ad videndum deferri iuramentum teſtibus in mane, quod exinde delatum fuit in ſero, & ſic in alia hora, ex quo defectu actus redditur nullus, tanquam factus ſine citatione, per not. per Alex. in conſilio 213. in 2. volum. colum. 2. verſic. præterea iſti
9 tres. † vbi ſi quis citatus eſt vna hora ad videndum iurare teſtes, & alia hora reperiatur datum iuramentum, non valet, quod actum eſt. Quod etiam voluit idem Ale. in conſilio 134. colum. pen. eo. volum. 2. & Aymo. in conſ. 122. in fin. & quod plus eſt, reperitur ipſa ſententia lata parte non citata, quia alia die lata fuit, quam quod continebatur in citatione, in qua pars monita fuerat ad eam proferri videndum, & ideo ſuccedit, quod voluit Bald. in cap. cum M. in 4. colum. verſi. Item not. de conſti. vbi ſi quis citatur ad certum locum, vel ad certã dime, ſi aliter fiat, actus redditur nullus. Bene facit, quòd not. Barto. in l. fi. ff. quod vi, aut clam, vbi ſi es citatus ad aliquem actum fiendum in nonis, vel in veſperis, ille actus debet fieri tũc illa hora in qua citatus es: ſed ſi fieret poſt, & ſic alia hora, tunc actus qui fieret, non valeret, tanquam factus parte non citata.

Quartò, quod non debeat concedi tale auxilium iudicis ſecularis facit, nam conſtat quòd a tali ſententia iudicis deleg. fuit appellatum per legitimum procuratorem dicti D. Antonij ex quo ſequitur, quod in terminis decidit Alb. de Roſa. in d. l. epiſcopale, & Oldr. in d. conſi. 89. vbi de verbo ad verbum ſcribit dicta per Alb. volunt, ꝙ
10 † iudex ſecularis non teneatur concedere brachium ſuũ iudici eccleſiaſtico pro facienda executione eius ſenten-
11 tiæ, ſi videt ad ea fuiſſe appellatũ, † quia cum per appella-
12 tionẽ ſit ſuſpẽſa eius iuriſ. l. 1. in fi. ff. ad Turpi. † quicquid agitur pẽdente appellatione nullũ eſt, c. non ſolum, de appella. in 6. tanquã factũ à iudice incõpetente, l. ſi C. ſi a nõ comp. iud. & impunè ei non paretur, l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. quia quantum ad hoc priuatus eſt, l. 3. ff. de offic. præſid. Idem concludit Caſtr. in d. l. epiſcopale, per l. quoniam

niam iudices, C. de appell. vbi iudex poſt appellationem non debet ad executionem procedere, etſi contra facit, officiales ſui poſſunt, & debent ſibi reſiſtere: ergo multò fortius alius iudex, cuius brachium ſeculare impetratur. Hanc partem etiam ſequitur Dec. in d. cap. ſignificaſti, de offic. deleg. Afflict. in d. conſtitut. reg. in dicto proœmio ru
13 bricarum, num. 44. in fi. Plus dicit, num. 48. † quod ſi iudex ſecularis ſciret fuiſſe appellatum a ſententia iudicis eccleſiaſtici, & appellationem per eum non fuiſſe admiſſam, quæ debebat admitti, iux. not. in c. ſæpe, de appel. & à tali non admiſſione appellerum, prout requiritur ſecundum Car. in c. Paſtoralis, de offic. deleg. & in Clemen. j. de dolo, & contum. quod non deberet concedere brachium ſeculare. Et ita ex hoc fundamento aliàs ita fuit notatum & deciſum in ſacro conſilio ſtatus Montisferrati contra agente pro epiſcopo Albæ.

Quintò, & vltimo adducitur. Nam iſte dominus Antonius habita notitia, quòd petebatur contra eum auxilium iudicis ſecularis à iudice delegato, oppoſuit coram eo exceptionem nullitatis dictæ ſententiæ, clarè reſultantem ex lectione proceſſus, & ipſum requiſiuit non fore audię-
14 dum in ſuis requiſitis † quo caſu firmant Doctores propter talem exceptionem nullitatis oppoſitam non eſſe exequendam ſententiam ipſius delegati, quia in iuſto mandato iudicis eccleſiaſtici non eſſet parendum, 11. quæſt. 3. ca. qui reſiſtit. Nec contra iura obediendum eſt iudici eccleſiaſtico, per not. in cap. ſi quando, de reſcript. & quia quæ contra ius fiunt, debent haberi pro cõfectis, l. non dubiũ, C. de legib. ita per iſta iura determinat Afflict. in conſti. reg. vbi ſupra, nume. 45. poſt Doct. ibi per eum citatos, quod ſecus dicit eſſe, quando non conſtaret in promptu de dicta nullitate. Et iſtud etiam voluit Iſern. in ca. j. in fi. de contro. inter vaſal. & alium de benefic. vbi ſi de nullitate quis habet probationes in promptu vel ex tenore actorum appareret de ea, iudex retardare debet executionẽ. Facit, quod not. Fel. in cap. poſtulaſti. col. pen. de foro com
15 pet. & in cap. de cætero de re iud. † Vbi ſi iudex coram quo petitur executio ſententiæ, videt eam nullam, habet ſuperſedere, & exceptionem nullitatis remittere, vt per Imol. in cap. cum in iure, de officio deleg. ſecus ſi nullitas eſſet notoria: quia non opus eſſet remiſſione, ſed poteſt executio denegari, vt dixit Rom. in conſi. 51.

Et ideo ex his omnibus videtur concludendum ſaniori ſemper iudicio, tali delegato fore denegandum auxilium brachi ſecularis. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Inquiſitus relaxari non debet à carceribus mediante fideiuſſione, ſi detentus eſt pro delicto, pro quo imponitur pœna corporis afflictiua.*
2 *Imò ſi præſtitia fuiſſet, non valere.*
3 *Quod amplia procedere etiam ſi inquiſitus daret mille fideiuſſores.*
4 *Inſtrumentum, vt valeat de ſubſtantia eſt, vt notarius de eo ſit rogatus q̃a in dubio ſecundũ communem nõ præſumitur rogatus.*
5 *Item etiam requiritur, vt in inſtrumento ſint teſtes.*
6 *Scripturæ tabellionis non creditur ſine teſtibus quando facta eſt extra iudicium, licet in iudicijs quandoque dicamus acta valere ſine teſtibus.*
7 *Plus adeſſe teſtamenti requiritur, quòd in eo deſcriptus ſit locus.*
8 *Conſuetudo non valet, vt fiat inſtrumentum ſine inſertio ne loci.*
9 *Notarius ſi conficit inſtrumentum, in quo non appoſuit locum nec diem, non poteſt puniri pęna ſtatuti imponentis pœnam notario qui falſum inſtrumentum confecit.*
10 *Actorum apeellatione veniunt ea quæ fiunt coram iudice, nedum in his quæ fiunt contencioſę iuriſdictionis, ſed etiam voluntariæ, vt eſt emancipatio, & datio tutorum.*
11 *Scriptura qualibet facta coram iudice, dicitur de actis.*
12 *Acta dicuntur omnes ſcripturæ notarij actorum de commiſſione iudicis factę.*
13 *Acta publica dicuntur triplici ratione, quia confecta à notario & ſic à perſona publica, item coram iudice, & in iudico.*
14 *Pœna falſi olim erat deportatio.*
15 *Hodie vero arbitraria.*
16 *Vel abſciſſio dexteræ manus ſecundum ius Lombardorum, quæ ſecundum Gand. hoc ſeruatur.*
17 *Teſti vni in criminalibus licet non credatur contra notarium, quando dicit notarium aliter ſcripſiſſe, quàm dictum fuerit, tamen ſecus, quando plures ſunt teſtes: quia tunc magis creditur teſtibus, quam notario, & enim ſequenti. Sed contra num. 23. 24 29. & 41.*
19 *Falſum commitens, licet ſecundum veram doctorum ſententiam puniri debebat pœna arbitraria, vel abſciſionis manus, id tamen procedit commitente falſum verè in maria, & vbi non eſt peccatum in forma, alias ſecus.*
20 *Inſtrumentum confectum à notario ſi eſt nullum alio reſpectu quam falſitatis, notarius illud conficiens non debet puniri pœna falſi.*
21 *Dictans ſcienter notam ex qua redactum eſt inſtrumentum nullum, non punitur de falſo.*
22 *Teſtis qui dixit falſum, ſi eius dictum eſt nullum, vel falſitas non nocet, non punitur pœna falſi ſed crimine ſtellionatus.*
25 *Teſtibus ſingularibus non creditur.*
26 *Teſtibus negatiuè deponentibus minus crebitur.*
27 *Tabellio habetur loco teſtium, vt num. 35.*
28 *Teſtes duo affirmantes vincunt duos negantes*
30 *Præſumptio ſubornationis eſt contra teſtes qui depoſuerunt poſtquam locati ſunt cum parte.*
31 *Notarius in dubio non præſumitur falſarius.*
32 *Notarius potius præſumitur in notario, quam falſitas.*
33 *Notarius potius præſumitur bonæ famæ: quia bona fama eſt innata, ſed mala accidentalis. Item bona eſt continuata ex origine, et habitudine naturæ, ſed male non eſt continuata.*
34 *Fama bona inquiſiti, aut accuſati tollit ſuſpiciones contra eum exiſtentes.*
36 *Falſitatis præſumptio ceſſat quando ex ea nullum quis reportat commodum, & num. 38.*
37 *Falſitas ceſſat in re modica.*
39 *Falſitas non poteſt committi ſine aliqua cauſa.*
40 *Dolus non ſolet committi ſine animo lucrandi.*
42 *Declaratio ad Bald. in conſi. 85 vol. 5.*
43 *Pœna extraordinaria punitur conſici ens ſcripturam priuatam falſam, quamuis nullam. Sed contra nume. 45. quod etiam declarat, vt nume 44.*
46 *Reus non eſt detinendus in carceribus vſque ad ſententiam, ſi per publicationem proceſſus poteſt apparere ipſum abſoluendum eſſe.*
47 *Iudices proniores eſſe debent ad abſoluendum, q̃ condemnandum.*
48 *Innocentem abſoluere melius, eſt, quam innocentem condemnare.*

## CONSILIVM XXXIIX.

MArchionale decretũ ſic diſponit, q̃ ſi notarius faceret inſtrumentum falſum, vel aliquem actum publicum falſum, q̃ manus cũ qua ipſum inſtrumentum fecerit notarius, vel actum publicum, ei abſcindatur, inſuper etiam condemnetur ad reſtitutionem damni q̃ paſſus fuerit ille, contra quem factum eſſet dictũ inſtrumentum, vel actus publicus.

Reperitur modò, q̃ quidam Michael Ramellatus de Caluſio recepit nonnullas propallationes factas vigore quarundam literarum monitorialium conceſſarum fratribus de Bernabono de dicto loco. Demum intentata fuit cauſa ciuilis per ipſos fratres, & dum repeterentur teſtes ipſi qui vigore dictarum monitorialium depoſuerant, dixerunt in dictis propallationibus aliter fuiſſe ſcriptum per dictum Ramellatum, quam per eos dictum. Dominus loci & ad quem ſpectat merum & mixtum imperium, hoc intellecto, denuo teſtes ipſos examinari fecit per eius Caſtellanum, qui ſub vinculo iuramenti idmet affirmauerunt. Quibus ſic præmiſſis & ſtantibus, de mandato ipſius Caſtellani detentus fuit dictus notarius, & contra eum formata inquiſitio de falſo, quòd aliter ſcripſerat ipſas propallationes quam per teſtes dictum fuerat, & ſic quòd falſum inſtrumentum ſeu falſa inſtrumenta confecerat & publicauerat. Qui inquiſitus reſpondendo inquiſitioni depoſuit legaliter & fideliter geſſiſſe officium ſuũ, & ſcripſiſſe ipſas propallationes de verbo ad verbum, vt teſtes depoſuerant. Repetitis ipſis teſtibus ſolenniter fuit eidem notario ſtatutus terminus defenſionis, quare ſubijci non deberet quæſtionibus tormentorum. Qui in termino limitato ſuas fecit defenſiones, & multum inſtetit ſe relaxari a carceribus mediante fideiuſſione. Ex aduerſo ex parte fiſci replicatum fuit illum nullo modo relaxandum eſſe, ſed quæſtionibus tormentorum ſubijciendum vel cõdemnandum, inſtans ſic declarari. Ex quibus dubium oritur an relaxatio ipſa concedendam veniat, vel detentus ipſe torturæ ſubijciendus. Antequam veniam ad deciſionem præſentis cõſultationis, operæ pretium eſt videre, an in præſenti caſu locũ hẽre poſſit diſpoſitio ipſius Decreti, q̃m ſi locũ heret, † clarũ, eſt q̃ ex quo notario imponit pę-

na abſciſionis manus,quę eſt corporis afflictiua,quod me
dio fideiuſſionis non eſſet relaxandus,vt per Barto.in l.1.
ff.de cuſtod.& exhib.reo. Ange.in tract. malef.in verbo
2 fama publica,ver.decimò quæro, † Imò plus dicitur. ꝙ
ſi ipſa fideiuſſio præſtita fuiſſet, non valeret, ſecundum
glo.ſingularem in cap.cum homo 23.q.5. quam refert &
ſequitur Angel.in d.tracta. malefic.in verbo pro quibus
Antonius fideiuſſit, & ſecundum Bald. etiam in l.eos, §.
3 ſuper his, C.de appella.vbi inquit, † quòd etiam ſi reus
daret mille fideiuſſores, tali caſu reus non deberet rela-
xari. Sed quod virtus huius decreti locum non habeat in
caſu præſenti, demonſtratur, quia illud loquitur in caſu,
in quo notarius fecerit inſtrumentum falſum, vel actum
publicum ſed iſte Michael non fecit nec inſtrumentum
falſum, nec actum publicum,vt clarè liquet: quia de ſub-
4 ſtantia inſtrumenta multa requiruntur. † Et primò,
quòd notarius ſit de eo rogatus, vt in §. nos autem, in
authen. de Tabell. & in dubio non præſumitur rogatus,
vt per Doct.communiter in l.ſciendum, ff.de verb.oblig.
& Alexan.in conſi.152.colum.3.vol.2. vbi dicit hanc eſſe
magis communem. Bertr.conſ.219.colum.1.in 2.volum.
Afflict.in conſti reg.in conſtit. Baiulos, & Pariſ.in conſil.
138.numero 32.volum.2. Sed iſte notarius non reperire-
tur rogatus de iſtis propallationibus conficere inſtrumen
tum, ergo &c.
5 Item † in eo requiruntur teſtes,vt per Alex.in conſil.
6 13.col.3.volum.1. † Vbi ſcripturæ tabellionis non cre-
ditur ſine teſtibus, quando eſt facta extra iudicium, licet
quandoque in iudicijs dicamus valere acta iudicij ſine
teſtibus, l.in donatione, C.de donat. Idem dicit gl.in l.in
generali,C.de tabul.& gl in l.iurisgentium, §. quòd ferè
ff.de pact.Bart.in l.ſi quis,§.ſi initium, verſi. Secundò vi-
dendum,ff.de edendo.Alex.conſi.37.colum.fi.vol.3.Soci.
conſi 40.nu.4.vol.3 Corn.in conſi.220.col.2. vol.2.& Pa-
riſ.in conſi.162.col 1.vol 4.
7 Plus requiritur, † vt in eo inſeratur locus,vt per Bar.
in l.de pupillo,§.qui nunciat, ff.de nouat.oper. nunc. vbi
inquit,quòd ita communiter tenetur,& Ange.in conſilio
228.Doc.in ca.1.vbi omnes alij de fide inſtru.Boer.deciſ.
33.col.pen.Ruy.conſi.154.in fi.vol.3. & in conſi.159. vol.
4.& Corn.in conſ.60.col.2.vol.1.vbi plus dicit referendo
8 dominos de Rota,† quod non valeret conſuetudo, quòd
inſtrumentum fiat ſine inſertione loci. Idem Corn.conſ.
216.colum.2.volum eod.& Pariſ.in conſi.28. numero 10.
volum.2. & Afflict.in conſt.regn.in conſtitutione Baiu-
los,nume.24.verſiculo 4.
Sed in iſtis propallationibus deficiunt teſtes, rogatus,
& locus,ergo non poteſt dici, quòd hoc ſit inſtrumentum
Et pro iſta parte facit quod voluit Gramat.in voto 25.
9 vbi concludit, † quòd ſi notarius confecit falſum inſtru-
mentum,in quo non appoſuit locum nec diem,quod non
poteſt puniri pœna ſtatuti impònentis pœnam notario,
qui falſum inſtrumentum confecit,quia ſtatutum debet
intelligi de inſtrumento valido, ſed debet puniri pœna
extraordinaria.
Et capite quoque actus publici non poteſt etiam habe-
10 re locum decretum,quia † appellatione actorum veniunt
ea quæ fiunt coram iudice, nedum in his ſuæ ſunt conten
tioſæ iuriſdictionis, ſed etiam voluntariæ, vt eſt emanci-
patio,& datio tutorum, ſecundum Bald. & alios in l.2.C.
vt lite pend.& per Bar.in l illud in prin.& ibidem etiam
11 Bald in 2.colum. C. de ſacroſan. † & vbi dicunt, quod
quælibet ſcriptura facta coram iudice dicitur de actis:
12 † Item acta dicuntur omnes ſcripturæ notarij actorum
de commiſſione iudicis factæ, vt per Bald.in auth. quæ
ſupplicatio, C.vt lite pend. Et magis ad terminos noſtros
13 facit, quòd voluit Curt.Iun. in l.2.C. de edendo. † vbi
inquit, quòd actu dicuntur quæ fiunt per notarium corã
iudice, & quòd acta publica dicuntur triplici ratione,
quia confecta a notario, & ſic a perſona publica,item co-
ram iudice, qui ſimiliter eſt perſona publica, & in iudi-
cio, & ſic in loco publico. Vnde cum appellatione actorũ
publicorum non veniant priuatæ ſcripturæ, prout ſunt
huiuſmodi propallationes, quæ non fuerunt factæ coram
iudice, nec in loco iudicij, nec coram notorio actorum,
nec coram etiam alio de commiſſione iudicis, meritò ſe-
quitur, quòd decretum Marchionale loquens de actis
publicis,locum habere non debet contra dictum Ramel-
latum,qui dictas propallationes ſcripſit.
Qua concluſione ſtante pro vera,prout eſt, videtur di-
cendum,quòd ex vi ipſius decreti non veniat puniendus,
nec ſubijciendus quæſtionibus tormentorum ipſe nota-
rius, ſed abſoluendus, vel ſaltem relaxandus mediante
fideiuſſione oblata.Sed difficultas remanet an ſaltem ra-
14 tione allegatæ falſitatis puniri poſſit pœna falſi. † quæ
de iure communi eſt deportatio, l.1.§ fin.ff.ad l. Corn.de
15 falſ.Soci.conſilio 92.numero 10.in fin. † in cuius locum
ſucceſſit pœna arbitraria, vt inquit Gand. in tracta. ſuo
malef.in rubr. de falſar. per gloſſ. auream, in l.ſacularij,
§.ſunt quædam, ff.de extraord. crimi. cum hodie non ſit
in vſu deportatio. Et ita etiam tenent Imol. in l.1. ff. de
public.iudi.& Alb.de Roſa. in l.1. ff.de fal. quos ſequitur
Brun.in tract.de iud.& tortura, in tertia parte, in verbo
16 falſum. † vel pœna dexteræ manus, ſecundum ius Lõ-
bardorum, quæ ſecundum Gand. hodie ſeruatur, vt in
Lombard. de eo qui falſa charta ſcri. Et prima facie vi-
detur dicendum, quod ſic: quia duo teſtes deponunt
aliter fuiſſe ſcriptum per dictum notarium, quam fuerit
dictum per teſtes, quo caſu, etſi Specu. in tit. de inſtit.
17 edit.in §.reſtat, verſi. quid ſi vnus † dicunt, quòd quan-
do vnus teſtis dicat ſe non depoſuiſſe prout ſcriptum re-
peritur a notario, ſi agatur criminaliter non credatur te-
ſti contra notarium: quia in criminalibus probationes
debent eſſe luce meridiana clariores, l.fina. C.de proba.
& Specu.ſequatur Abb.in cap. cauſam, columna fina. de
teſtibus, vbi dicit hoc eſſe notandum,& in ca.ad audien-
tiam, in 5.not.de præſcrip. Alex.in conſilio 74. colum.4.
volum.eo. & in conſil.65.col.2. vol.2. tamen quando ſunt
plures, magis creditur teſtibus, quam notario. Ita Ange.
& Imol.in l 2.§.ſi quis neget, ff.quemadmodum teſtam.
aperian.quos ſequitur Alexan.in d.conſi.65.colum 4.Fe-
lin.in c.ad audientiam.de præſc. Et hanc ſententiam etiã
amplectitur Crau.in conſilio 74.colum.2.vbi expreſsè di
cit, quòd licet quando vnus ex teſtibus pluribus diceret
ſe non dixiſſe prout notarius ſcripſit, magis credatur no-
tario, quam teſti, vt per Alexan. in d.conſi 70. & Dec.in
cap. cum parati de appellat. tamen ſecus, quando omnes
teſtes contradicerent ſcripturæ notarij: quem præferri
debent cum ſint plures numero, & notario non inferio-
res, l.3.§ 1.ff.de teſtibus & eo maximè hoc dicendum ve-
nit in caſu iſto, in quo duo ex ipſis teſtibus in eorum de-
poſitionibus non fuerunt ſingulares: quia vnus fuit præ-
ſens dicto alterius, & è conuerſo, per ea quæ not.Bald.in
18 conſilio 385. volum.5. vbi conſuluit, † quòd ſi notarius
ſcripſit vno modo, & teſtis inquiſitus de falſo dicat no-
tarium aliter ſcripſiſſe, quam per eum dictum fuerit, &
iſtud probat per alios duos teſtes examinatos de conſen
ſu partium, in præſentia ipſius inquiſiti, quod ipſe non
poteſt torqueri cum tres teſtes præualeant ſcripturæ: ſe-
cus ſi teſtis non haberet comprobatorem, quia tunc
magis crederetur notario quàm teſtibus, cum habeat
vim duorum teſtium, & quandoque plurium, ſubdens,
quod iſto caſu, ſi deberet incipi à tortura, quòd eſſet inci-
piendum a viliori perſona, & ſic ab iſto teſte, cum nota-
rius ſit perſona authentica, ſecus ſi plures teſtes contra
dicerent notario.
Verum præmiſſis non obſtantibus,contrariam partem
in caſu de quo agitur, veriorem exiſtimo, ad quod dicen
19 cendum moueor. † Nam licet vera ſit Doct. ſententia,
quod committens falſitatem debeat puniri pęna arbitra-
ria, vel amputationis manus, illud ſibi locum vendicat in
eo qui committit falſitatem verè in materia, & vbi non
eſt peccatum in forma, vt quia in inſtrumento non defi-
ciunt ſubſtantialia, de quibus in l.in generali, C. de tab.
libro 10.& in l.iuriſgentium, §.quod fere, ff.de pact. aliàs
ſecus, quando falſitas eſt in materia, & peccatum in for-
ma vel quando ſcriptura eſſet nulla,quia nullam fidem fa
ceret,adeo,quod alicui non noceret, quia tũc ſecundum
Barto.in l.ſi quis legatum,ff.de falſis.non debet puniri pę
na falſi, ſed in caſu pręſenti peccatum eſt in forma, ergo
ſequitur quod pęna falſi notarius puniri non poſſit, quod
comprobatur ex dictis per Alex.in conſi.35.vol.1.vbi in-
20 quit, † quod inſtrumentum confectum a notario. ſi eſt
nullum alio reſpectu, quam falſitatis, notarius illud confi-
ciens non debet puniri pęna falſi. Allegat Bald.in l.iube-
mus, C.de teſt.clarius idem Ale.in conſ.50. col.1.verſ.cõ-
21 firmatur, vol.3. vbi tradit, † quod ille qui ſcienter dicta-
uit notam ex qua redactum eſt inſtrumentum nullum
non punitur de falſo, quando illa nota eſt ſcriptura pri-
uata,quę non facit probationem. Et Alexan. ſequitur Pa
riſ.in conſi.151.col.5.volum.4. Hoc etiam voluit Marſil.
in l.1.§.pręterea,ad l.Corn. de ſicar. vbi concordãdo va-

rietates

22 rietates Doc.inquit,† ꝙ teſtis qui dixit falſum,ſi eius di-
ctum eſt nullum,vel ſi falſitas non nocet,non punitur pę-
na falſi & poſtea licet ſubdat,ꝙ punitur crimine ſtelliona
tus,id non admittitur à Cor.in conſ.182.col.pen.vol 4.
Nec obſtat adducta contrarium,& in primis,quod quã
do ſunt plures teſtes,quod magis ſtatur teſtibus,quam no
23 tario, † quia reſpondetur,quod Angel. & alij ſupra cita-
ti loquuntur in cauſa ciuili,non autem in cauſa criminali,
in qua etiam duo teſtes non ſufficerent,vt per Bald.in con
24 ſil.281. volum.2. vbi in quit, † quòd ſi in ſcriptura nota-
rij reperiantur teſtes dixiſſe inquiſitionem eſſe veram,&
duo teſtes atteſtentur ſe nunquam dixiſſe, quod iſti duo-
bus teſtibus non creditur quo ad accerrimum examen
25 contra notorium quia iſti teſtes ſunt ſingulares: † vnde
ratione ſingularitatis minus legitimè probant,capit.cau-
26 ſam,de teſtibus. † Item eſſerunt negatiuam, & ratio-
ne negatiuæ minor fides adhibetur, cap.cum eccleſia Su-
trina.de cau.poſſeſ.& propr. † Plus quia tabellio habe-
27 tur locum teſtium. §.item verborum obligatio, vbi no-
ta. Inſtitut. de inutil.ſtipul. † & duo teſtes affirmantes
28 vincunt duos negantes.idem Bald.in conſil.385.volum.5.
Hoc idem tenuit Gram. in voto.26. nu.in fin. & Boer. in
deciſ.25.col.2.idem dixit Butr.& Abbas in d.c.ad audiẽ-
29 tiam Alex.in citato conſi.65.col.2.† vbi dicunt,ꝙ ẽt ſi eſ-
ſent plures,eis non crederetur, cũ ſint ſingulares. Crau.
in conſ.13. col.pe. Alcia.in trac.de præſum.in 3. reg. præ-
ſum.13.Et hoc bene ſentit Bal.in d.conſ.385.dum dicit,ꝙ
ille teſtis contra quem procedebatur de falſo, habebat
duos alios teſtes, qui de conſenſu partium fuerunt præ-
ſentes depoſitionis teſtis,quaſi dicat,quod ſi non fuiſſent
præſentes examini teſtis,quod eis nõ crederetur,& tanto
fortius non eſt credendum dictis duobus teſtibus, cum
omnes teſtes non concurrant contra notarium, vt in ſpe-
cie dixit Boer.in d.deciſ.25.colu.2.quia adeſt Antonius,
30 qui deponit pro notario & contra teſtes alios.† Item hi
duo teſtes locuti ſunt cum parte poſt primas depoſitio-
nes, & ſunt viles, quo caſu præſumitur in eis ſubornatio
vt decidit Bal.in terminis, in d.conſi.281. vbi propriè in-
quit,ꝙ ſi teſtes ſunt viles, & cum parte locuti eſſent,ꝙ eſt
quædam præſumptio ſubornationis, & ꝙ eis non ſit cre-
dendum contra notarium,multum facit, ꝙ ſubdit Bal.in
allegato conſil.281.quia ſi aliter diceretur, ſequeretur v-
num valde abſurdum,quod ſemper poſſent reſcindi depo-
ſita per teſtes dicendo, ego non dixi ſic. Et hoc prætextu
ẽt res iudicata reſcinderetur, licet ab eà non eſſet appel-
latum, & eſſet dare materiam teſtibus ſubornationis fal-
ſum committendi, & hoc præſertim qñ notarius eſt inte-
grę famę,prout in caſu de quo agitur,vt infrà dicetur,ſe-
cus ſi reputaretur,homo ſuſpectus:quia alias confecit fal
ſas ſcripturas,& eo magis hæc ſententia amplectenda eſt
31 † cum in dubio notarius non præſumatur falſarius,gl.in
32 c.accedens de crim.fal. Marſ.in conſi.51.nu.33.† imò po-
tius præſumatur ignorantia,vt euitetur falſitas.Bal.in l.j.
§.fi.ff.de legibus,per l.quod adhibitis.in fi.C.de his qui in
teſta.ſibi aſcr.quam legem dixit notandam ad excuſatio
nem ſimplicium tabellionum.Dec.in conſil.175. vol.5. in
33 prin. † Itẽ ẽt bonæ famæ,vt per Bal.in conſ.402.vol.5.vbi
inquit,ꝙ ſi non conſtat de cauſis infamiæ notarij,qđ præ-
ſumitur bona fama,& non mala:quoniam bona fama eſt
inuata ſed mala accidentalis. Item etiam bona eſt conti-
nuata ex origine & habitudine naturæ, ſed mala non eſt
continua. Et hoc magis ſuadetur,cnm etiam per ipſum
notarium fuerit probata in ſpecie bona fama ipſius,† quę
34 bona fama rei inquiſiti aut accuſati tollit ſupiciones, ſi
quæ ſunt contra eum exiſtentes.Bart.in l.j.§.pe. C.per il-
lum text.ff.de re milit.Iaſ.in l.j.in fin.C.com.de leg. Dec.
in conſ.175.col.pen.ad fi.& Crau.in conſ.99.in fi.& in cõ
ſi.151.nu.21.& in conſ.145.in fi.& ideo ex his infertur,ꝙ
cum in caſu noſtro cõcurrant hæc omnia, videlicet,quod
teſtes ſint ſingulares, aſſerentes negatiuam, & duo tan-
tum,& qui cum parte loquuti ſunt poſt primas depoſitio-
nes,& notarius ſemper fuerit bonæ famę,vt præſumitur,
35 & probatum fuerit,† ac fungatur vice duorum teſtium,
vt inquit Bald.conſi.384. vol.3.videlicet notarij & teſtis,
propter ſecretam examinationem, & habeat comproba-
torem,quod dictis duobus teſtibus nullatenus eſt creden-
36 dum, † & eo magis cum non appareat notarinm ipſum
emolumentum aliquod conſequutum fuiſſe, vel ſaltem
modicum potuiſſe conſequi, cum cauſa ſuper qua depo-
ſuerunt teſtes ipſi, tantum aſcenderet ad ſcuta quatuor,
quod valde à iure conſideratur,vt per Dec. in citato con-
37 ſil.175.col.6.vbi † inquit,quod vbi agitur de modico prę-
iudicio & paruo intereſſe,non præſumitur falſitas. Et ra-
tio eſt ſecundum Crau.in conſ.75.num.16.quia tunc non
ſubeſt cauſa veriſimilis, ꝙ pro modico voluerit quis fal-
ſum,aut fraudem committere.Marſ. in conſil.77.num.7.
38 quem ſequitur Rub.Alex.in conſ.15.col.j. † vbi conclu-
dit, qnod falſitas non præſumitur dolo commiſſa à nota-
rio, niſi quando aliquod emolumentum committens fal-
ſum conſequitur.Idem voluit Crau. in conſ 75. nu.13. &
39 17.vbi inquit, † ꝙ falſitas committi non poteſt ſine a-
liqua cauſa.Nam delictorum cum plura ſint genera, non
ſolet quis moueri ad delinquendum ſine aliqua cauſa eũ
impellente. Et licet hoc pateat ad rationem naturalem,
quam ſolam ſufficit allegare,l.ſcire oportet.§.ſufficit, ff.de
excuſa.tuto. tamen ſubdit,quòd ita tenet Corn.in conſi.
227.col.fin.vol.4.& in conſ.63.col.3. circa fina. vol.3.vbi
40 dicit,† ꝙ dolus non ſolet committi ſine animò lucrandi.
Idem Crau.in conſ.8.num. 13.Et ideo cum non appareat
hunc pauperem notarium probatæ vitæ, emolumentum
aliquod conſequutum fuiſſe,magis infertur teſtibus ipſis
nulla penitus fidem contra notarium adhibendam eſſe,
tanto fortius cum habeat comprobatorem in fauorem
ſuum, ad hoc bene facit etiam, quod voluit Gram. in d.
41 voto 26. † vbi dixit,quod quando teſtes deponunt con-
tra notarium,& inſtrumentum eſt contra dicta teſtium,
ꝙ non poſſunt puniri notarius, nec ſimiliter teſtes.
Nec obſtet,quòd imò teſtes in caſu noſtro non ſunt ſin
gulares,quia vnus fuit præſens dicto alterius, & ideo eis
ſtandum,vt per Bald.in d.conſilio 385. quia reſpondetur
42 † quòd in caſu Bal.illi duo teſtes fuerunt aſſumpti & exa
minati de conſenſu ambarum partium ſimul, & ſemel,
quo caſu non mirum ſi comprobant dictum teſtis inqui-
ſiti de falſo.Sed in caſu de quo agitur ipſi teſtes cõtra or-
dinẽ iuris fuerunt examinati ſimul,& ſemel,& non ſecre
tè,& ſeparatim,prout fieri debebat,ergo fatendum venit
dictum Bal.in d.conſi.nihil facere ad propoſitum,& præ-
ſertim cum notarius habeat alium teſtem,qui conprobat
ſcripta per eum.Præterea in caſu Bald.non concurrebant
ea quæ dicta fuerunt ſuprà, igitur de vno non poteſt be-
ne inferri ad aliud,l.Papinianus exuli,ff.de mino.l.fi.ff.de
ſepar. vnde concludendo in hoc articulo dicendum vide-
tur, quod dictus notarius non ſit torquendus, nec minus
condemnandus in aliqua pœna iuris communis.
Or reſtat videndum an ſaltem ſit puniendus pœna ex-
44 traordinaria, † quia confecta fuit ſcriptura falſa vt ex ad
uerſo obijcitur, quamuis nulla reſpectu ſubſtantialium,
vt voluit Alb.de Roſa.in prima parte ſtat.q.147.quem re
ferunt & ſequũtur Marſ.in dicta practica ſua,§.præterea.
Bald.in conſi.33.vol.3.in fin.& Gram. in citato voto 26.&
Soc.conſ.62.col.2.in fi. & conſ.104.in fi.
44 Quia reſpondetur, † ꝙ prædicta opinio poſſet proce-
dere vbi vere probatum fuiſſet,ꝙ ſcriptura illa fuiſſet fal
ſa,quamuis nalla ex defectu ſubſtantialium,prout loquũ-
tur Doct. ſuprà allegati, ſecus vbi talis probatio facta non
fuiſſet, vt in terminis de quibus impræſentiarum agitur,
quia tunc non militant deciſiones,de quibus ſuprà.Et ita
etiam concludit Bal.in d.conſ.33.in fi.
45 Secundò dicitur, † quòd etiam dato,ſed non conceſ
ſo, quod ipſa ſcriptura fuiſſet falſa,tamen quod Corn. in
citato conſilio 102. columna penult. & Pariſ. in conſilio
151.columna 5.volum.4.ac Crauet.in conſil.46.columna
1.Vbi etiam allegat Paul.de Caſtr. in conſi.139.vol.1.vo-
lunt,ꝙ pro tali ſcriptura,priuata q̃ nullo modo probat fal
ſi crimen ceſſat,vt accuſatus puniri non debeat,etiam ex
traordinariæ.Vnde ex omnibus his,quæ ſuprà abunde di
cta fuerunt, concludendum uidetur ſtantibus prædictis,
quòd quamuis nondum ſit completur proceſſus,Ramel-
latum notarium qui in nihilo deliquit, relaxandum fore,
mediante fide iuſſione oblata,ꝑ ea quæ nota Bal.in l.ſed ſi
56 his. ff.de in ius vocat. vbi determinat, † quod in cauſa
capitalis reus non eſt detinendus in carceribus vſque ad
ſententiam ſecundum Iac.Butr.ſi per publicationem pro
ceſſus poſſet apparere ipſum abſoluendum eſſe, per text.
expreſſũ in l.nullus.in verbo donec reperierit, C.de exh.
reis, qui ſecundum eum ad hoc eſt magis ſingularis ali-
quo alio qui reperiatur,& Bal.ſequitur Marſ in rubrica,ff.
de fide iuſſo.nu.219. vbi alios citat cùm non poſſit tractari
de aliqua pœna: imò plus dicitur ipſum abſoluendum ab
omnibus & ſingulis contentis in dicto proceſſu crimina-
li, & ita iudicandum eſſe per dominum iudicem cauſæ.
47 † cum proniores eſſe debent iudices magis ad abſoluen-

 dum,

dum, quam ad condemnandum, l. Arianus ff. de actio. &
48 oblig. † & melius ſi innocentem abſoluere, quàm nocen-
tem condemnare. l. abſentem, in princip. ff. de pœnis.
Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum factæ cum iuramento, ſecundum communem opinionem, non valet.*
2 *Quòd ampliatur procedere, etiam ſi eſſet facta cum reſeruatione vſufructus.*
3 *Fallit tamen quando eſſet facta cum reſeruatione alicuius quantitatis, de qua donans poſſet diſponere.*
4 *Inſtrumento donationis in dubio eſt ſtandum.*
5 *Inſtrumentum eſt probatio probata, & probat illud quod cantat.*
6 *Conſtare euidenter dicitur, quod apparet ex inſpectione inſtrumenti.*
7 *Pena confiſcationis bonorum poteſt imponi contumaci.*
8 *Mulctari vt quis poſſit propter contumaciam, requiritur vt prędat legitima citatio ſecus ſi illegitima.*
9 *Citatio inualida nullam inducit contumaciam, & nullum bannum.*
10 *Actus iudiciales nulli effectum validum producere non poſſunt.*
11 *Citatio vbi eſt inualida, omnia quæ ſequuntur ſunt nulla.*
12 *Citatus comparens, licet illicentiatus recedere non debeat, tamen hoc fallit ſi citatio fuit innalida.*
13 *Sententia nulla nullum operatur effectum.*
14 *Citatio nulla vel omiſſa reddit ſententiam nullam.*
15 *Citatio tranſmiſſa à iudice incompetente non valet.*
16 *Commiſſio facta ſub nomine proprio, cum ſit perſonalis non tranſit in locum tenentem, nec ſucceſſorem.*
17 *Commiſſio facta ſub nomine dignitatis non tranſit in vice gerentem, quando non fuit conſtitutus vicegerens a ſuperiore, ſed ab eo cuius locum tenet.*
18 *Epiſcopus conſtituendo vicarium generalem videtur ſibi ſolum committere quæ ei competunt ratione ordinariæ iuriſdictionis, non autem quæ ex iuriſdictione delegata.*
19 *Delegatus Principis non poteſt ſubdelegare, quando in delegatione eſſet dictum, vt perſonaliter exequatur etiam partibus conſentientibus, cum ſit electa induſtria perſonæ.*
20 *Poteſtas requiritur in quocunque actu.*
21 *Voluntas & authoritas canonizant omnem actum.*
22 *Delegatio quamuis maximè authoritatis, non eſt parendum, niſi conſtet de literis delegationis.*
23 *Citatio delegati non arctat citatum ad comparendum, niſi in citatione inſeratur tenor delegationis, quando citandus eſt abſens, & maximè quando agitur de grauiſſimo præiudicio, vt num. 25.*
24 *Præſumptio non eſt pro iuriſdictione delegata, cum ſit odioſa.*
26 *Citatio non valet ſi citetur, qui non poteſt venire ad iudicium propter impedimentum notum Principi.*
27 *Citatio facta in tam breui tempore, in quo erat impoſſibile comparere, attenta qualitate perſonæ, non valet, nec arctat citatum etiam ad comparendum poſt terminum.*
28 *Citatio facta contra ſtylum curiæ Principis, eſt nulla.*
29 *Reſcriptum Principis deuians à ratione, & communi ſtylo præſumitur falſum, quod amplia etiam procedere ſi illud conceſſiſſet Princeps motu proprio, vt nu. 32.*
30 *Clauſulæ inſolitæ inducunt præſumptionem fraudis.*
31 *Libellum formatum contra ſtylum & conſuetudinem iudex reijcere poteſt.*
33 *Mulctari vt quis poſſit requiritur vltra contumaciam, quòd de nouo citetur contumax, & ſibi terminus defenſionis ſtatuatur, ad faciendum eius excuſationes*
34 *Donatio excedens ſummam quingentorum aureorum non inſinuata, non valet: quod intellige, vt num. 42.*
35 *Defectus inſinuationis non poteſt purgari per renunciationem etiam iuratam, ſed contra nu. 38. & 39 vbi declaratur.*
36 *Inſinuatio introducta eſt ad publicam vtilitatem.*
37 *Iuramentum contra publicam vtilitatem non valet.*
40 *Aurei ſeptuaginta duo faciunt libram auri.*
41 *Donatio hodie ſine inſinuatione valet vltra ſeptingentos aureos.*
42 *Decretum iudicis quando interuenit in aliquo contractu, contractus dicitur palam factus.*
44 *Geminatio ſolet multos operari effectus.*

## CONSILIVM XXXIX.

IN præſenti cauſa, quæ dicitur ventilanda in
ſacro auditorio Curiæ Romanæ, viſis iuri-
bus ad me tranſmiſſis, clariſſimi iuris eſſe
cenſeo donationem factam per quondam
Magnificam dominam Beatricem de la Val
le, ſpectabili domino Ioanni Mariæ de la Valle, patri, ac
Franciſco, Hieronymo, Paulo, Antonio Mariæ, & Da-
nieli fratribus, & prædicti D. Ioan. Mariæ filijs, fieri po-
tuiſſe; & valere, non obſtantibus his quæ ex aduerſo ex
parte ſpectabilis Dominæ Leonoræ filiæ prædictæ domi-
næ donatricis allegata, & adducta reperiuntur, & ad ſic
dicendum moueor. Nam hęc eſt ſolida, & communis do
1 ctorum ſententia † quòd licet donatio omnium bonorũ
præſentium & futurorum non valeat, vt per Doct. in l. ſti-
pulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & in l. fi. C.
de pac. & per Corn. in conſ. 176. col. pen. volum. 2. ac Dec.
in conſi. 30. in prin. & in conſi. 488. col. 1 etiam ſi eſſet fir-
mata iuramento, vt per Scrib in d. l. ſtipulatio, & in d. l. fi.
& Rip. in reſponſo 14. colum 2. in 3. part. & Corn. in conſ.
60. colum. 2. vol. 2. & in d. conſi. 176. colum fi. & curt. Iun.
2 in conſi. 25 col. pen. † ac quoque ſi eſſet factam cum reſer-
uatione vſufructus, vt per Paulum de Caſtr. in conſi. 101.
incip. notandum, col. pen. ſecundum antiquam impreſſio
nem, quem ſequuntur Dec. in conſil. 30 ſupra allegato &
in conſi. 251. col. 2. & Cur. iun. in conſi. 25. col. 2. & in conſ.
120. col. 2. Cor. licet de Paulo de Caſtr. mentionem non
faciat in conſ. ſuo 176. col. pen. vol. 2. & Rip. in allegato re
3 ſponſo 14. col. 2 † tamen quãdo eſt facta cum aliqua reſer
uatione alicuius quantitatis, de qua poſſit donans teſtari
valet & tenet, vt per doc. communiter in dicta l. fi & in d.
l. ſtipulatio hoc modo concepta. vbi dicit Iaſ. hoc verbum
ſingulare in practica. Hanc quoque partem tenent Rom.
in conſi. 26. colum. 2. & Corn. in conſi. 15. in princ. volu. 1.
Soc. conſ. 101. colum. j. volum. 3. vbi firmat hanc commu-
nem. Dec in d conſ. 30. & in conſ. 216. col. j. & in cõſ. 203.
col. j. & in conſ. 251. col. 2 & in conſ. 516. col 4. & 655. col.
2. & Iaſ. in conſi. ſuo 5. col. 4. & in conſ. 60. col. 2. vol. eo. &
in conſi. 237. col. 5. vol. 4. & in conſil. 169. col. 1. vol. eo. vbi
dicit omnes doct. ſequi Barto. in d l. ſtipulatio. Hoc idem
voluit ipſe Iaſ. in conſ 9. col. fin. in prin. inſerto in vol cõ-
ſiliorum Bru. Curt. iun. conſ. 81. col. 2. Sed in caſu de quo
agitur, facta fuit reſeruatio ſcutorum quingentorum, per
ipſam dominam donatricem, de quibus voluit poſſe te-
ſtari, quo caſu, cum remaneat fundata intentio ipſorum
4 dominorum donatariorum ex vi inſtrumenti † dictæ do-
nationis, cui in dubio ſtandum eſt, l. cum precibus, C. de
5 proba. † cum ſit probatio probata, & probet illud, ꝙ can-
tat, & not. Angel. in l. intereſt. in vltim. not. C. de ſolut.
6 † & euidenter dicatur cõſtare, quot apparet ex inſpectio
ne inſtrumenti, vt notat Anto. de Butr. per illum tex. in c.
cum contingat, in tertio not. de reſcript. ſequitur ipſam
dominam Leonoram teneri & obligatam eſſe ad remit-
tendum prædia contenta in ipſa donatione vna cum fru-
ctibus perceptis a die mortis prædictæ dominæ Beatricis,
ipſis dominis de la Valle, eo quo vſque in pręſentem diẽ
eas tenuit & poſſedit, licet contra mentem & voluntatẽ
donatricis.

Non obſtat, quòd illa donatio fieri non potuit: quia di-
cta bona fuerunt confiſcata per commiſſarium & delega
tum Illuſtriſſimi Principis Marchionis Montisferrati ꝓ-
pter contumaciam dominæ Beatricis, quę monita fuerat
ad comparendum infra duos dies coram ipſo Illuſtriſſi-
mo Principe, & ſub pœna confiſcationis bonorum, quę
7 non comparuit, † propter quam non comparitionem &
contumaciam potuit mulctari in confiſcatione bonorum
vt per Bal. in c. 2. extra de teſt. quem ſequitur Iaſ. in l. 1. in
princ. in pen. col. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. vbi di-
cit per illum text. quòd propter contumaciam poteſt im-
poni teſti pœna confiſcationis bonorum, & exinde dona-
ta per Illuſtriſſimum Marchionem Montisferrati dictę
8 dominę Leonorę: quia pluribus modis reſpondetur. † Et
primò, quòd ad hoc vt quis conſtituatur in cõtumacia, ita
ꝙ poſſit mulctari, requiritur quòd fuerit legitimè citatus,
ſecus autem ſi illegitimè quia tunc talis citatio eum non
arctat, vt per Anch. in cap. non ita 2. q 6. not. in ca. propo-
ſuiſti, de foro competenti, & per Nellum in tract. ban. in
9 tertia parte, primi temporis, in ſecunda quęſtione, † vbi
formaliter dicit, quod citatio inualida nullam inducit

contu.

contumaciam, & nullum inducit bannum, ſecundũ Bal.
10 in l.j.C. ne ex delic. defuncto. † vbi generaliter declarat
actus iudiciales, qui nulli ſunt, nullum effectum produce-
re. Faciunt quoque not. per gl. in l.ſi accuſatoribns, C.ac-
cuſa. quem referunt & ſequuntur Bal. in cap. ſi clericus de
pace tenen. & Marſ. in conſ. ſuo 20. col. 2. & in conſ. 64. col.
11 pen. vbi dicunt, † quòd dat inualiditate citationis, cita-
tio, & omnia inde ſecuta ſunt nulla, & vbi eſt vitium in ci-
tatione nunquam tenet proceſſus in præiudicium abſen-
tis: & ideo dixit Bald. in l. nam ita diuus, ff. de adoptioni-
12 bus † quòd licet citatus comparens non debeat illicen-
tiatus recedere, vt in c. ſi poſtquam, de electio in 6. tamen
hoc fallit ſi citatio fuit inualida: quia tunc poteſt impunè
quandocunque recedere, & Bal. ſequitur Barb. in ca. con-
ſuluit, in nona char. de offic. deleg. Marſ. conſi. 38. col. 3. in
fin. in conſi. 43. col. 3. in fi. & in conſi. 49. col. 3. in fine. Acce-
dant etiam not. per doct. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re
13 iud. † vbi dicunt, quòd ſententia nulla nullum opera-
tur effectum, & quæ ſcribuntur per Innoc. & alios in ca.
præſenti, de reſcrip. & in cap. querelam, prope fi. de proc.
14 † vbi citatio nulla vel omiſſa, reddit ſententiam nullam.
Quòd autem dicta citatio fuerit inualida, plurib. medijs
15 demonſtratur. † Et 1. quia emanata à iudice incompetẽ
te, quę non valet vt eſt gloſ. in ca. veniens, de accuſatio, &
per Bal. in l. ea quidem C. ſi mancipium ita fuerit aliena-
tum. Sed iſta citatio facta fuit locum tenente iudicis ordi-
narij, cui per Principem facta fuit ſpecialis commiſſio de
monendo dictam quondam magnificam dominam Bea-
tricem, ad comparendum coram eo infra duos dies, ſub
pœna confiſcationis bonorum, & a quo citatio ipſa fieri
non poterat: quia aut nos dicere volumus commiſſionem
factam ſpecialiter domino Galuagno de Fraxinetto Prę-
16 tori Aquarum, † fuiſſe factam ſub nomine proprio, &
tunc eſt perſonalis, quæ non tranſit in locum tenentem,
nec ſucceſſorem, vt per Docto. in l. more, ff. de iuriſd. om.
iud. & in c. quoniam Abbas, de off. deleg. Aut volumus di
cere commiſſionem eandem factam fuiſſe ſub nomine di
17 gnitatis, & pariter non † tranſit in vice gerentem, quã
do non fuit conſtitutus vice gerens a ſuperiore, ſed ab eo
cuius locum tenet, vt Docto in l. & quia, ff. de iuriſd. omn.
iud & Dec in d. cap. quoniam Abb. col 10. verſ. hactenus
expedita, poſt Bar. in l. j. §. his quibus, ff. de leg. 3. Imò plus
dicit, quòd ea eſt nulla, quia nec etiam apparet in verita-
te, quòd eſſet locum tenens dicti domini Galuagni Præ-
toris Aquarum. Et pro iſta opinione facit, quod not. Fed.
de Sen. in conſ. 130. circa fin. verſi. Imò poteſt dici, vbi in-
18 quit, † quòd epiſcopus conſtituendo vicarium generalẽ,
videtur ſibi ſolum committere quæ ei competunt ratione
ordinariæ iuriſdictionis, non autem quæ ex iuriſdictione
delegata. Et Federicum ſequitur Dec. in d. cap. quoniam
Abbas, col. 2. in fi. & col. 10. in princ. Idem vult dominus
meus Ruy. in conſ. 138. in prin. vol. 3. licet de Feder. men-
19 tionem non faciat. Imò fortius dicendum eſt, † quod de-
legatus Principis nõ potuiſſe ſubdelegare alterum in iſto
caſu, per ea quæ not. Iaſ. vbi multos alios refert, in l. à iu-
dice, col. 5. in fin. verſi. Sextò limita, C. de iud. vbi dicit, ꝙ
quando in delegatione eſſet dictum, vt perſonaliter exe-
quatur, quòd tunc non non poſſet delegatus alteri ſubde-
legare etiam partibus conſentientibus, quaſi tunc ſit ele-
cta induſtria perſonæ: ſed ita eſt in caſu de quo agitur. Nã
in cõmiſſione facta dicto domino Galuagno Prętori Aqua
rum dicitur, [Vogliamo, & te commettemo, che poſtpo-
nendo ogni altra coſa debbi ſubito trasferirti al luoco de
Triſſobio.] Et infrà etiam dicitur: [Et auanti che ti parti
deli, debbi monire madonna Beatrice a comparere auan
ti à noi, &c.] Per quæ verba demonſtratur, quòd fuit ele-
cta induſtria perſonæ, & perinde eſt, ac ſi eſſet dictum,
quòd perſonaliter moneret dictam dominam Beatricem,
quo caſu militant dicta per Iaſ. vbi ſuprà, ergo ex his red-
20 ditur ipſa citatio nulla ex defectu poteſtatis, † quæ in
quocunque actu requiritur, l. cum te, C. de don. ante nup.
cap. cum ſuper, de offic. deleg. vbi dicunt Doctores, quòd
duo ſunt ex quibus omnium humanorum actuum cõſtat
effectus, ſcilicet voluntas & poteſtas, quorum ſi alterum
deſit, nihil eſt, quod explicare queat & tunc quod agitur,
non tenet. Quod etiam voluit Barb. in conſil. 13. in 7. co-
lum. in princip. Ad idem facit, quod not. Bald. in l. omne
verbum, in verbo voluntatem legitimam, C. cõmunia de
21 leg. vbi per illum, textum colligit, † ꝙ duo requiruntur,
quæ omnẽ actũ canonizant, ſcilicet volũtas, & authoritas.
Secundo ex alio capite demonſtratur inualida ipſa ci-
tatio, quia nec etiam facta fuit fides de commiſſione do-
mini Galcagni, licet allegetur & dicatur in ea contineri
22 verba de quibus ſuprà, † quo caſu non eſt parendum
alicui aſſerenti ſe delegatum quantumcunque perſona ſit
maximæ authoritatis, niſi conſtet de delegatione, vt per
Alexand. in conſ. 71. colum. 2. volum. 7. & ideo dixit Iaſ.
23 in l. 2. in prin. ff. ſi quis in ius voc non ier. † quòd citatio
delegati non arctat citatum ad comparendum, niſi in ci-
tatione inferatur tenor delegationis, quando citandus eſt
24 abſens, c. præterea, de dila. † Et ratio eſt, quia non præſu
mitur pro iuriſdictione delegata, cum ſit odioſa, cap. cum
iuriſperitus, vbi gloſ. & Doct. de officio deleg. Et ratio ra-
tionis eſt, quia cum delegatus non habeat iuriſdictionem
naturalem, l. more, ff. de iuriſdict. omnium iudicum, ſed
eam habeat ex accidenti, non mirum ſi partes citatæ nõ
tenentur credere, niſi in citatione inferatur tenor dele-
gationis. Idem dixit ipſe Iaſ. in conſilio 145. columna 2.
25 in prin. vol. 4. † & eo maximè hoc dicendum venit, quã-
do agitur & tractatur de grauiſſimo præiudicio, prout in
caſu, de quo agitur, vbi tractatur de confiſcatione bono-
rum, quia tunc plena fides fieri debet de delegatione. Ita
Soc. in tractatu de citatione, in 2. art. vbi dicit ita eſſe in-
telligendum text. in ca. cum iure de off. deleg. & quod ita
voluit dominus ſuus in c. 2. de libel. obla. & ſubdit Socin.
vbi ſuprà in 2. c. diſtin. ꝙ etiam vbi non ageretur de gra-
uiſſimo præiudicio, ſed de grauiori, quod non ſufficeret
aſſerere ſe delegatum, ſed, quod tunc ſaltem debet mitti
copia reſcripti, quæ licet non ſit authentica, tamen maior
præſumptio oritur pro iuriſdictione delegata propter ver
ba ibi expreſſa. Si ergo non crederetur delegato niſi facta
fide delegatione, multo minus credendum venit ei, qui
dicit ſe ſubdelegatum delegati.

Tertio etiam eſt nulla, quia dicta citatio fuit facta dictæ
26 Dominæ Beatrici grauiter ægrotanti, † & de cuius infir
mitate Princeps notitiam habebat: quo caſu non valet
citatio, ſi citetur quis qui non poſſit venire ad iudiciũ pro
pter impedimentum notũ Principi, vt per Bar. in l. quæſi-
tum, ff. de re iudic. & glo. in l. contra maiores. & Spe. in ti.
de citatione, §. j. verſi. Item, quod valetudine. & in verſi.
Item, ꝙ erat infirmus Oria. in c. quoniam contra. in ver-
bo, citationes, verſi. Præterea. de prob. Soc. in trac. de cita
tione arti. 28 in fi. & Afflict. in deciſione 29 circa finem.

Quarto dicitur, quod citatio prædicta viribus caret,
27 † quia facta in tam breui tempore, in quo impoſſibile
erat dictæ dominæ Beatrici, attenta qualitate eius perſo-
næ, comparere, quo caſu dicit Barto. in l. aut qui aliter, ff.
quod vi aut clam. quod talis citatio redditur nulla. Idem
tradit Abb. in c. cum dilecti, col. pen verſi. & ſatis placet,
de dolo & contu. dicens, quod talis citatio etiam non ar-
ctat citatum, vt compareat etiam poſt terminũ, quia fuit
impoſſibilis & temeraria, cap. bonæ, la ij. de elect. & im-
poſſibile præceptum non ligat, l. fi. ff. quæ ſent. ſine appel.
reſcin. Hoc etiam voluit Old. in conſi. 43. & Affli. in deciſ.
ſua 24. circa finem, ſed domina Beatrix monita fuit infra
nimis anguſta tempora duorum dierum de tempora hye-
mali, videlicet de menſe Nouembris, quo tempore dies
ſunt multum breuiores, & tanto fortius cum laboraret
morbo articulari, propter quem coacta fuiſſet ſe deferri
facere per baiulos ſupra vna cathedra, cum non poſſet
equitare, ergo citatio nulla.

28 Quintò redditur nulla, † quia facta contra ſtylum cu-
riæ Principis, qui non ſolet in præceptis ſuis pęnam con-
fiſcationis bonorum apponere, niſi contra rebelles & fa-
cinoroſos: quo caſu quando citatio Principis eſt facta cõ-
tra ſtylum non valet. Ita Ang. in l. fi. C. de canone largitio
nalium titulorum, lib. 10. vbi dicit, quod ſi de ſtylo pala-
tij eſt, quod iudex citet aliquem quòd compareat coram
eo ſub pœna decem librarum, & remanet citatio ſub pę
na decem librarum, & remanet citatio ſub pœna cor-
porali, excuſatur non comparens propter ſtylum altera-
tum. Quod dictum refert & ſequitur Felyn. in cap. cau-
ſam quæ. lo vltimo, de teſtam. in ca. quoniam contra. in 7.
colum. in fin. de proba Marſ. in d. l. de vnoquoque, num.
175. & in l. fin. col. 5. in fi. de iuriſd. om. iud. & in ſing. 118.
Facit quod no. Dec. in ca. ex parte, ver. notat 3. de reſcrip.
29 dicens quod vbi † reſcriptum Principis deuiat a ratione
& communi ſtylo eſt præſumptio falſitatis: & ideo dixit
gl. & ibi Bal. in l. ſi quis ſub conditione, ff. de condi. inſtit.
30 † quod clauſulæ inſolitæ inducunt præſumptionem frau-
31 dis: † & ideo iudex poteſt reijcere libellum formatum
contra ſtylum & conſuetudinem curię. & not. Ang. in l. j.

32 in prin.ff.de off. aſſeſſo.& ſubdit Dec. vbi ſuprà, † hoc etia n precedere etiam ſi motu proprio facta fuiſſet conceſſio,quia per hoc ſuſpicio non purgatur,vt per Bal. not. in l.fideicom.§.ſi ſeruo.ff.de leg.3.

33 Sextò redditur etiam nulla, † quia vt ad condemnatio nem multæ,quæ ſit magna,deueniri poſſit,requiritur vltra contumaciam,quòd de nouo citetur contumax, & ſibi terminus defenſionis ſtatuatur ad faciendum ſuas excuſationes,ſeu defenſiones,vt per Bart.in l.j.col.2.verſic. ſed quæro.ff.ſi quis ius di. non obtem.& in l.2. vbi etiam Iaſ.in 3.not.ff.ſi quis in ius voca.non ie. Ang.in §.ſi.colu. fi.de ſatiſd.tut. Alex.in conſil.212.col.2.in fi.vol.6. Socin. in tract.citationis.in 7. artic. principali. verſic.27. Marſil. in pract.ſua criminali.§.examinanda.in fi. & in l. de vnoquoque nume. 191. de iud. pro qua opinione facit quod not.Bal.in c.2.de teſt.cogen.vbi inquit quod ſi quis eſt citatus ad comparendum in certo termino, ſua pœna excommunicationis,& in termino non comparet,quòd nõ debet denunciari excommunicatus, niſi prius citetur ad faciendum ſuas defenſiones ſed in caſu pręſenti ante con fiſcationem non fuit citata prædicta domina Beatrix, neque monita ad faciendum ſuas defenſiones; quare mulctari non deberet,erg &c.

34 Secundò principaliter † non obſtat defectus inſinuationis quia donatio excedit ſummam quingentorum ſcu-

35 torum per l.ſancimus. C.de dona. † qui defectus inſinuationis non poteſt purgari per renunciationem;quia illa re nunciatio non valet,vt no.per Bartol.in d.l.ſcimus.& in l. nemo poteſt.de leg.1. vt tradit ibi Alex.col.4.Nec ſimiliter iuramento, vt concludit Bald.in l.illud. verſ.5.quæro, C.de ſacroſanct.eccle. Angel.in conſil.ſuo 169. Viſis.& in conſi.59.in fi.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe in ciuitate Caſtelli cum Bald.eius germano.& Bald. in conſil.101. col.fin. vol.3.& Barb. in conſil.16. vol.2.vbi atteſtatur iſtam eſſe

36 communem opinionem.Pro qua opinione facit, † quia inſinuatio eſt introducta ad publicam vtilitatem:quia rei publicæ intereſt,ne quis re ſua malè vtatur §. penultima Inſtit.de his qui ſunt ſui, vel alie. iuris. l.j.ff. de curat. fu-

37 rio.† & iuramentum contra publicam vtilitatem non valet,ca.ſi diligenti.de foro competenti. l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact.Item & quia inſinuatio eſt introducta a lege,ad remouendum fraudes, quæ committi poſſunt, maximè inter coniunctos.l.data. C.de donatio.ſi ergo firmaret iuramentum contractum donationis abſque inſinuatione,daret materiam delinquenti contra l.conuenire.ff.de pactis dot.& ita videretur iuramentum contra bo nos mores,quod non valet. l.non eſt.de regulis iuris in 6.

38 qua reſpondetur † communem opinionem eſſe in contrarium,vt per Soc.in conſil.ſuo 77.in præſenti conſultatione.col.5. & Dec.atteſtantem hac partem communem in conſi.ſuo 432.col.pen.& in conſi.488.col.2.& in conſi. 536.col.pen.& Iaſ.in conſi.118.col.2. & in conſi.169.col. pen.vol.4.& Curt.Iun.in conſi.81.colu.3.& in conſi.141. col fi.Pariſ.in conſil.33.col.7.vol.3.& in conſil.36.colum. 10.vol.eod.& in conſil.16.col.16. vol.2.Rui.in conſil.225. in fi.vol.1.in conſi.121.col.1.& 2.vol.eod.Aret.in conſ.2. & in conſi.77.in fi.Rui.in conſi.51.in 6.colu.in fi.vol.1.& in conſi.132.volu.4.col.2. Imò magis communem.Curt. Iun.in conſi.34.col.1.& 143.col.fi.

Secundò reſpondeti poteſt, quòd etiam præſuppoſito quòd iuramentum nõ purgaret defectum inſinuationis,

39 † tamen ille defectus non tollit nec vitiat in totum dona tionem,ſed quatenus excedit ſummam legitimam.l.ſancimus.§.j.& ibi Bald. C.de dona. Angel. in conſil.179.& in tali ſumma in qua valet donatio, eſt conſiderandum,

40 quòd intelligitur † de aureis, quibus ſeptuaginta duo faciunt libram auri,vt per Paulum de Caſtr.l.fin.in principio.C.commu.de leg. Decius in conſil.239.colum.1.& in conſil.536.col.penul.Soc.in conſil.48.vol.1.Iaſ.in l puniri col.1.C.ſi contra ius vel vtili.public.& in l. finali.colum. 1.ff.de in ius Soc. vbi dicit quòd ex quo aurei quibus vtimur,puta Veneti vel Florentini ſunt minori ponderis,& nonaginta ſex faciunt libram auri, quia hodie ducatus non eſt niſi octaua pars vnciæ ſecundum Bar.in l.quoties.

41 C.de ſuſcept.& arca.lib.10. † quod donatio hodie ſine inſinuatione etiam valeret vltra ſeptingentos aureos.

Tertiò reſpondetur,quod dato,ſed non conceſſo,quod poſſit eſſe aliqua dubitatio, quod iuramento tollatur de-

42 fectus inſinuationis,† tamen quia in propoſito noſtro vltra iuramentum,interuenit etiam decretum iudicis,puto omnino adhærendum eſſe illi opponi, quæ verior, & magis communis eſt,quòd non poſſit fieri fundamentum ſuper defectu inſinuationis, quia vt dixit Bart.in l.Modeſtinus.de dona.& cõmuniter cæteri,inſinuatio fuit requi

43 ſita ad tollandas fraudes. † cum igitur quando interuenit decretum iudicis in aliquo contractu,dicatur talis contractus factus palam,& bona fide,vt per Bal.in l.frater a fratre,de condi.indeb.col.19. verſic. quæro quid de contractu.& Curt.Iun.in conſil.118.col.2.in prin.& in conſi.67. col.2.verſic.accedit.& tollitur omnis præſumptio doli vel metus,vt per Bar.in l.j.C.de prædijs decurionum.lib.10. conſtat ceſſare præſumptionẽ fraudis, propter quam fuit inuenta ipſa inſinuatio. Et quod ſufficiat præſentia iudicis,voluit in terminis.Dec.in conſ.536. col.pen.in fi.poſt Ale.in conſ.157.vol.2.in prin.Curt.Iun.in conſ.34.col.2. ver.pręterea dato. Et tanto magis hoc faciẽdum eſt in caſu iſto;quia donatio fuit geminata ſeu repetita,quæ gemi

44 nato ſolet multos effectus operari,vt per doctores in l.Baliſta.ff.ad Trebellianum, & quam geminationem in proprijs terminis, de quibus agitur, ponderat idem Curt. in citato conſ.34.col.2. Vnde ex ſuprà dictis reſultat indubitata iuris concluſio, quòd donatio facta dicti patri & filij de Valle obſeruanda eſt,non obſtantib.his,quæ ex aduerſo obiecta fuere,& dictam dominam Leonoram condemnandam ad reſtitutionem bonorũ donatorum, vna cum fructibus de quibus ſuprà. Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

*1 Donatio inter viuos probatur per duos teſtes,quod declara,vt n. 3*

*2 Teſtis quando vnum dixit extra iudicium, & aliud in iudicio cum iuramento,ſtatur ſecundo dicto ſecundum communem:& rationem vide vt in nu.4.& amplia procedere quando primum dictum fuiſſet factum in iudicio ſed nullo, vt n 6. quod tamen limita & declara,vt num. 9.*

*3 Teſtis in iudicio cogitur dicere veritatem ſub vinculo iuramenti pro vtraque parte.*

*5 Aſſertiones extraiudiciales ſæpe fiunt vt complaceatur partibus.*

*7 Depoſitio facta in iudicio nullo,pro non facta habetur.*

*10 Declaratio ad Bart. in l.eos. ff.de falſis.*

*11 Periurus in vno tantum excluditur in totum à teſtimonio, etiam ſi eſſet falſitas circa aliqua acceſſoria.*

*12 Teſtis quando reperitur depoſuiſſe vnum extra iudicium,& aliud in iudicio ſolenni licet videatur ſtandum vltimo dicto ſolenni, tamen ex tali teſtimonio iudiciali, & ſolenni non debet iudex procedere ad ſententiam.*

*13 Dicto teſtis primo,& pro quo concurrunt plures coniecturę magis credendum eſt quàm ſecundò dicto iurato.*

*14 Teſtis quando eſt varius,licet ſtetur eius diſpoſitioni factæ in tortura, tamen ſecus eſt quando depoſitio extra torturam iuuatur pluribus præſumptionibus.*

*15 Conſuetudo donantis probatur ex obſeruantia conficiendi donationes per inſtrum.enta.*

*16 Viro nobili credendum eſt.*

## CONSILIVM XL

Conſideratis dictis teſtium Antonij Turchi, & Alexandri de Variſellis, videtur dicendum prima facie, donationem de qua nunc agitur, & quæ dicitur facta per magiſtrum Ioannem Torrellum Antonio Bayo, legiti-

1 me probatam fuiſſe: † quia duo teſtes ſufficiunt ad probandum donationem factam inter viuos, iuxta not. per Cor.in conſ.116.col.2.ver.2.vol.j.& in conſ.68.col.6.vol. 3.& in conſ.124.col.2.vol.4.& in conſ.259. col.3. vol.eod.

Nec habet obſtare quod ex aduerſo dicitur dictis teſtibus fidem adhibendam non eſſe, ex quo extra iudicium dixerunt ſe nihil ſcire de huiuſmodi donatione,licet ex inde contrarium depoſuerint ſolenniter in iudicio, per ea

2 quæ not. Bart.in l.eos,ff.de falſis,† quia reſpondetur quod imò magis recepta Doct.ſententia eſt,quod quando teſtis vnum dicit extra iudicium,& aliud in iudico ſolenni cum iuramento,ſtatur ſecundo dicto. Ita dixit Bald. in conſil. 486.volum.3.per gloſ.quam dicit ordinariam,in cap cùm cauſam quæ de teſt. & per text. quem dicit eſſe vnicum in iure,in ca.j,quid ſit inueſt. Idem Bald.in conſi.161.col. fin.vol.5.vbi tradit hanc eſſe veritatem:quia primum dictum extraiudiciale nullam fidem facit,vt in Clement.te

3 ſtibus,de teſt.a contrario,ſenſu, vbi hoc probatur, † quia teſtis in iudicio cogitur dicere veritatem ſub vinculo iuramenti, & pro vtraque parte.l.j.ff.de teſtib. & ideo non

a.cta-

arctatur teſtis,nec pars ſtare dicto extraiudicali, & reprobat Bartol. vbi ſupra. Et hanc partem contra Bartol. tenuit Ang.in conſil.233.col.2.Felin.& alij in c.per tuas, de prob. vbi aſſerunt hanc eſſe magis communem opinionem.Idem Fel in c.cum in tua, col.pen.& in fi.de teſtib.
4 † vbi aſſignat rationem eſſe quia ex quo ſecundum dictū eſt iuratum, & coram iudice, præſumendum eſt pro illo, & quod tunc magis dixerit veritatem,tum propter reuerentiam ſacramenti, tum propter iudicis authoritatem, tum etiam quia tunc liberius loquitur, quia pars non eſt
5 præſens.† Item etiam quia aſſertiones extraiudicales ſæpe fiunt,vt complaceatur partibus,iuxta gloſ.in cap.præſentium,de teſtibus.Et hanc eſſe veram & magis communem teſtatur Alex.in conſ.74.col.3.in princip.vol.j.& in conſ.222.col.4.vol.2. duplicato in conſil. 66.vol.6.Cor.in conſ.58 col.3.in fi.vol.j. & in conſil.297. col pen.& fi.vol. 4.vbi pariter refert hanc ſententiam magis communem. Hoc idem voluit Cœpol.conſ.61.col.2.& 3.Calca.in conſilio 110.col.pen. Ruin.in conſ.57.vol.j.Crauet.conſil.6. col.2.Pro hoc etiam facit quod voluit Fel.in d.cōſ.cum in
6 tua,col.pen.verſic.fallit iſta, † vbi dicit hoc etiam procedere, dato etiam, quòd primum dictum factum fuiſſet in iudicio,ſed nullo, ſecundum gloſ.fi.in c.cum cauſam, de
7 teſtibus.Quam omnes ſibi ſequuntur,† quia depoſitio in iudicio nullo, pro facta non habetur,cap.non præſtat,de reg.iur.in 6.Et dicit Abb.ibi hoc eſſe quia perinde eſt, ac ſi primum eſſet extraiudiciale: quia non magis debet operari aſſertio facta in iudicio nullo, quam facta extra iudicium,vt not.in c.at ſi clerici,de iud.

Sed præmiſſis non obſtantibus,contrariam opinionem arbitror de iure veriorem, quod imò præmiſſa donatio, de qua nullum confectum fuit inſtrumentum non probatur ex ſuprà dictis duobus teſtibus,quia licet vera Do-
8 ctorum ſit ſententia, † ꝙ donatio inter viuos per duos teſtes probetur,vt per Corn.in conſilijs ſuprà citatis,& Pariſ.in conſil.90 col 2.in princ.vol.3.tamen requiruntur,ꝙ ipſi teſtes ſint probatæ vitæ, & fidelis conuerſationis, vt in c.licet vniuerſis,de teſtib.& Alex.in cōſ.131.vol.6.duplicato in conſ.37.eo.vol. qui propriè loquitur in terminis donationis,ſed vt infra demonſtrabitur huiuſmodi teſtes non habent qualitates ſupra dictas, igitur &c.

Non obſtant modò quæ ex aduerſo allegata fuerunt, quia tribus modis ad ipſa reſpondetur. Et primò,ꝙ dicta
9 communis concluſio,quæ habet, † ꝙ magis ſtatur ſecundo dicto facto in iudicio cum iuramento,quam primo extra iudiciali, non habet locum vbicunque primum dictū extraiudiciale fuiſſet iuratum: quia ſecundum non præfertur primo,ſed neutri creditur,quia conuincitur neceſſariò teſtis de periurio, ponendo ſe inter duo iuramenta contraria.Ita dixit Abb.in c.per tuas, col.fina.de probat.
10 vbi inquit, † ꝙ hoc modo ſaluatur opinio Bart.in d.l.eos. Et idem ibi tenet Dec.in fi.& Fel.in d.c.cum in tua, col. fi.vbi tradit,ꝙ ſi vis participare cautelam Bart.in d.l. eos, quæ hoc modo procedit,quod cautus, ſis vt coneris facere quòd teſtis iurat ita eſſe: quia ſi contrarium in iudicio dixerit non nocebit tibi.Idem dixit Bal.in conſ.384.col. fi.vol 3. Cœpol.in conſ.61.col.2. quia vnum dictum confunditur per aliud, ex quo in vtroque eſt iuramentū.Allegat Ful.gloſ.in l.qui falſam,ff.de teſt.& Abb.vbi ſupra,& Aluar.in cap.j.§.notandum,in tit.de not.feu.Idem tenuit Alex.in conſil 81.col.pen. vol.3.& in conſ.154 col.fi.vol. 3.Corn.in conſ 58.col 2.in fi. Aret.conſ.71.col 2.Aymo. conſ.6.col.4 vbi dicit, quòd non eſt credendum tali teſti, neque in primo, neque in ſecundo dicto ratione periurij, ob quod repellitur teſtis de neceſſitate à teſtimonio: quia
11 ſola fides teſtis depenet à iuramento,in tantum, † quòd periurus ſi quis ſit in vno tantum, in totum excluditur à teſtimonio,etiam ſi eſſet falſitas circa aliqua acceſſoria,vt per Inno.in c.confraternitatis, de hæret.& Dec.in conſi. 105.col.4.ad finem.Idem dixit ipſe Aymo.in eodem cōſ. col.11.in prin.verſic.3.reſpondeo, vbi inquit, quòd licet credatur potius dicto ſolenni & iudiciali teſtis, tamen tale dictum debilitatur per aliud non ſolemne iuratum, in tantum, ꝙ indicium non facit ad torturam propter periurium.Allegat Bald.in conſil.471.vol.2. quia in periuro nō cadit teſtimonium aliquod deficiente fundamento ꝙ eſt iuſiurandum. Hanc etiam partem amplexus fuit Rui. in conſi.57.vol.1.& in conſil.149.col.6.in prin.volum.5. & in Capi.in deciſ.142.col.6. in fin. Cum ergo hi duo teſtes primo loco cum iuramento dixerint coram plurib. viris nobilibus, exiſtentibus in dignitate cum iuramento,ſe nihil ſcire præmiſſa donatione, & poſtea in iudicio ſolemni, & cum iuramento dixerint contrarium, videlicet donationem ipſam verè factam fuiſſe, ipſis modo aliquo ratione periurij credendum non venit.& ſic teſtimonium ipſorum in obolo non poterit nocere hæredibus dicti magiſtri Ioannis Torelli.

12 Secundò reſpondetur,† quod licet quando reperitur teſtis depoſuiſſe vnum extra iudicium, & aliud in iudicio ſolemni, videatur ſtandum vltimo dicto ſolemniter in indicio facto, tamen ex tali teſtimonio iudiciali & ſolemni non debet iudex procedere ad ſententiam: quia multum diminuitur de fide teſtium,vt per Innoc.& alios in c.præterea de teſt. cogendis Alex.in conſil.124.col.2.volu.6.& in conſil 237.col.2. vol.eo. Aret.conſ.71. col.4.in princip. Mar in d.l.eos, nu.21.& conſil.109.col.fi.Rui.conſ.35 colum.pen.vol.4.Aymo.conſil.74.col.pen.vol.2.verſicu.reſpondeo, & conſil.75.colum.pen.verſic.rurſus in iſto caſu.Cum igitur non ſint omni exceptione maiores cū multum diminuatur & fide ipſorum teſtiū, ſequitur,ꝙ iudex ad ſententiam procedere non pōt in fauorem donatarij.
13 Tertiò reſpondetur, † ꝙ ſi eſſet ſtandum dicto prædictorum,teſtium magis eſſet ſtandum primo quàm ſecundo quamuis iurato. quia pro primo adſunt plures coniecturę.Ita Rom.in conſ.505.col.2.per tex.in c.per tuas,de prob.vbi etiam hoc dicit Dec.in fi.Fel.in d.c.cum in tua. in fi.Abb.& Fel.in c.literas,in 2.not.de præſum.& ibi ēt Bal.col.2.per illum tex. quem dicit ſingularem. Abb. con ſil. 52.col.2.vol.j.Barb.conſil.29.col.12.in prin.vol.j.Ale. conſil.127.col.2.vol.1.pro quo facit. Nam nos videmus,
14 † quòd vbi teſtis eſt varius ſtatur depoſitioni factæ in tortura.l.ſi poſtulauerit.§.ſed etſi negauerit, vbi Barto.ff.de adul.Alex.conſ.61.vol.j.& tamen iſtud.nō procedit quādo depoſitio facta extra torturam iuuaretur pluribus pſumptionibus,vt per Socin.conſil.253.colu.j. Dec.conſil. 175.col.pen.& in conſi.189 colum.5. in fi.Aymo.conſ.6. col.11.in prin.verſi.Secundo reſpondeo, & conſi.75. col. penulti.Sed contra ſecundum dictum prænominatorum teſtium militant plures præſumptiones, quæ faciunt pro primo dicto quarum prima eſt: quia ex duobus inſtrumētis donationum factarum, & de quibus in proceſſu clarè liquet obſeruantiam dicti Ioannis fuiſſe, vt inſtrumenta donationum conficerentur pro notarium cum ſolemni-
15 tatibus à iure requiſitis,† ex quibus inſtrumentis probatur conſuetudo donantis, vt per Ang.in l.vetuſtiſſimam, C.de iure domi. impetr.& per Soci.conſil.94.col.5.verſi. circa ſecundum. Craue.in conſil.134.col.3.in fi.quo caſu cum appareat dictum Ioannem ſolitum fuiſſe donationes facere per inſtrumēta,& nunc reperiatur aliter fuiſſe factum,certè capienda eſt pręſumptio pro primo dicto ipſorum teſtium,quòd nulla facta fuerit donatio.

Secunda etiam adeſt præſumptio, quia dicti teſtes in teſtificatis ſuis ſollemniter factis affirmant tempore dictę donationis, quæ allegatur facta dictum Io.Anto. die 20. Aprilis, anni 1530.fuiſſe præſentem nobilem Ioan.Bapt. Papi. qui interrogatus, & examinatus ingenue faſſus eſt nūquam fuiſſe præſentem alicui donationi factæ prę-
16 dicto Antonio per magiſtrum Ioannem Torellum.† Cui viro propter nobilitatem ſuam multum credendū venit, iuxta not.in l.Titio fundus, ff.de cond.& demon.poſt gl. ibi quam dicit menti tenendam Bar.Vnde ex his omnib. quæ aducta fuerunt, clarè videtur reſultare concluſio, minime probatam fuiſſe donationem allegatā, parteſq; domini iudicantis fuiſſe in delarando donationem præmiſſam non probari,& hæredem dicti Ioannis abſoluendum fore a petitis cum victoria expenſarum. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata nullo emanato peremptorio eſt nulla quod declaratur.num.28.*
2 *Quod limitatur non procedere in ſummarijs,ſed in ordinarijs.*
3 *Et in hoc in ſummarijs, in quibus non proceditur ſimpliciter ſummariè,ſed etiam de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij.*
4 *Negatiua probatur per inſpectionem actorum.*
5 *Paria ſunt citationem non eſſe factam,vel factam ſed nulliter, & num 47*
6 *Paria ſunt non eſſe iudicatum,vel nulliter.*
7 *Citatio facta perſonaliter parti ad videndum proferri ſententiam, non habet vim peremptorij.*
8 *Coniecturis locus non eſt in certis ſed in incertis.*
9 *Citatio trina vel vna perēptoria requiritur in prolatione ſentētia.*

Senten-

*10 Sententia redditur nulla, ſi non legatur oculis corporeis, quia non non ſufficit, quòd menti legatur licet ſcripta ſit.*

*11 Sententia diffinitiua recitata per notarium coram maioribus magiſtratib. valet ſi iudex poſtea dicat, & ita pronuncio, ſecus ſi coram minoribus: quia debent iudices per ſeipſos legere, quod ampli procedere, vt in nu. 13. ſed contra nu. 32. vbi declaratur.*

*12 Conſilium ſapientis ſi ſit petitum de cauſa vertente coram ordinario, & cauſa ſit commiſſa conſilio vnius confidentis partium, & porrecto conſilio iudici ordinario, ipſe diſſigillet illud, & dicat, pronuncio prout in conſilio continetur, & poſtea tradatur notario banchi, qui in fine ſcribat qualiter iudex pronunciauit prout in conſilio continetur, talis ſententia eſt nulla ipſo iure, quia ſententia diffinitiua debet proferri in ſcriptis, & recitari per iudicem.*

*14 Sententia lata per iudicem non ſedentem pro tribunali eſt nulla ſecundum communem, & nu. 39.*

*15 Sedendo, & quieſcendo animus ſit prudentior.*

*16 Sententia prolata contra formam decreti non valet, & num. 41. quod declara, vt nu. 50.*

*17 Decretum obſeruatum in loco, habetur pro lege communi.*

*18 Sententia nulla, quia non ſeruata forma ſtatuti, non habet executionem paratam vigore ſtatutis volentis ſententiam exequi non obſtante aliquo ſtatuto.*

*19 Defectus citationis, quod ſententia non fuit ſcripta nec recitata per iudicem ſedentem pro tribunali, poteſt reformari per iudicē appellationis, cum ſolum reſpiciat ipſam ſententiam, & non proceſſum, & num. 40. & 42.*

*20 Sententia prima ſi eſt nulla, quia lata die feriata, vel parte non citata, ſi poſtea feratur die iuridica, & parte citata, poterit iudex appellationis primam ſententiam confirmare: quia tunc ceſſat nullitatis primæ ſententiæ.*

*21 Officium iudicis eſt ceſſare ſententiam latam ſuper inepto libello, reſeruata facultate parti aptè agendi.*

*22 Iudex appellationis ſupplet defectum iudicis à quo, niſi proceſſus ſit ineptus.*

*23 Iudex ſi non videt probationes rei, hoc ſufficit ad caſſandum ſententiam latam.*

*24 Aſſaltus confunditur percuſſione.*

*25 Famulus non poteſt eſſe teſtis pro domino.*

*26 Filius pro patre teſtis eſſe non poteſt.*

*27 Præſumptio eſt in dubio pro ſententia.*

*29 Peremptorium licet requiratur ſecundum communem in primo decreto, tamen hoc fallit, quando iudex mendat partibus vt litem conteſtentur, antequam diſcedant, reus ſpreto mandato iudicis diſceſſit, quia iudex abſque alia citatione poterit procedere ad primū decretū, cùm talis monitio vim habeat peremptori.*

*30 Acta faciunt rem notoriam.*

*31 Sententia ferri poteſt non ſcripta nec recitata, quando ſtat ſtatutum in loco, quòd tam in criminalibus, quàm in ciuilibus ſententia ferri debeat omni iuris ſolemnitate omiſſa.*

*33 Iuramentum in litem etſi deferri debeat per iudicem, & non per notarium, tamen ſi delatum fuiſſet à notario de mandato iudicis præſentis, ipſe iudex deferre videtur.*

*34 Datum ab aliquo nomine alieno, & eo præſente, prope eſt vt ab ipſo datum eſſe videatur.*

*35 Statuto ſi caueatur, quòd contra geſta per iudicem ſententiando, vel alio modo procedendo nihil poſſit opponi, ſi tamen contractus fuit celebratus inter partes in præſentia iudicis, eo authorante nihil cōtra eum opponi pōt, ac ſi contractus factus eſſet à iudice.*

*36 Pecunia ſi ſit mutuata adminiſtratoris ciuitatis vel collegij, præſente ipſo collegio propter illius præſentiam, probatur pecuniam verſam in vtilitatem collegij, & illud obligatur.*

*37 Iudex qui non eſt de numero illuſtrium, licet non poſſit per alium recitare & proferre ſententiam, ſed per ſeipſum, tamen ſi notarius præſente iudice, & de eius commiſſione pronunciet & legat, valebit ſententia.*

*38 Dominus præſens ſicut poteſt per procuratorem ſtipulari, & tunc propter præſentiam acquiratur ſibi actio ſine ceſſione, ita poterit iudex præſens etiam non illuſtris ſententiam ſuam per miniſtrum proferre, quia dicitur ipſam protuliſſe.*

*43 Teſtium habilitas vel inhabilitas conſideratur tempore iuramenti.*

*44 Tempus quando eſt de ſubſtantia actus, debet præciſè, & limitatè probari.*

*46 Tempus decem dierum, quòd datur ad appellandum, ex quo currit de momento ad momentum, ille qui dicit ſe appellaſſe, debet probare ſe appellaſſe infra decem dies a tempore latæ ſententiæ, aliàs appellatio non deuoluitur.*

*46 Teſtis familiaritas attenditur tempore iuramenti, & practica eſt, quòd illa articuletur.*

*48 Bannitus pro maleficio licet non ſit infamis infamia facti, & teſtis eſſe poſſit, tamen quando ſtatutum aggrauat contumaciam eius, tunc repellitur à teſtimonio, cum tunc ſit infamis infamia iuris municipalis.*

*49 Quod amplia procedere vt vbiq; teſtis eſſe non poterit.*

*51 Iudex appellationis poteſt ſupplere, & minuere.*

*52 Iudex appellationis poteſt corrigere, & modificare ſententiam ſicut & in totum mutare.*

## CONSILIVM XLI.

PRimo quidem aſpectu videtur ſententiam la-
tam in fauorem fiſci Spini, & contra Ioannē
Accurſium, de iure non ſubſiſtere rationib.
1 & cauſis infra ſcriptis. Et primo † quia lata
reperitur nullo emanato peremptorio, quo
caſu nulla l. ad peremptorium, & ibi Bar. ac alij, ff. de iud.
& in l. 2. C. quomodo & quando iud. vbi inquit ſis cau-
2 tus, vt in citatione apponatur, & peremptoriè. † Nam ſpe
ciale eſt, vt in ſummarijs non requiratur peremptorium,
3 Clemen. ſæpe, §. ſententiam, de verb. ſign. † & hoc quan-
do proceditur non ſummariè ſimpliciter, ſed etiam de
plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, vt per Bald. in auth.
ei qui colum. 9. verſi. quæro an poſſit, C. de bon. auth. iud.
poſ. in l. 2. col. pen. C. vbi in rem act. & Alex. in l. ſi finita,
§. Iulianus, col. 5. ff. de damno infecto, & Fel. in c. conſul-
uit, col. 4. circa finem, verſic. fallit primò, de off. deleg. Er
go ſecus in ordinarijs. Idem voluit Alex. in l. de vnoquo-
que, § qui habet, in j. not. ff. de re iud. & Marſil. ibi num.
134. Matheſ. in not. 134. Fel. in c. cauſam quæ, col. 2. de re-
ſcript. & in dicto cap. conſuluit, col. 4. Afflict. in deciſ. 346.
col. fin. Lanfr. in c. quoniam contra, in verbo, citationes,
colum. 3. verſic. vlterius quæro, de prob. Pract. Papien. in
form. ſent. diffi. col. 3. verſic. Item eſt nulla ſi pars non fuit
legitimè & peremptoriè monita. Cap. in deciſ. 139. col. 3.
Afflict. in conſti. regni in conſtit. edictorum, col. 1. & ſeq.
Quod autem non fuit emanatum peremptorium, ſatis
4 conſtat ex lectione actorum, † per quam negatiua proba
tur hoc modo, vt per Bar. in l fin. C. de reb. cred. & in l. Ti
tiæ textores, vbi etiam alij, ff. de lega. 1. & Alex. in termi-
nis in conſi. 210. col. 5. vol. 6. Cùm igitur in dicta citatio-
ne ad videndum proferri ſententiam, non fuerit dictum,
& peremptoriè, igitur ſequitur quòd ſententia ipſa red-
5 ditur nulla. † Nam paria ſunt non eſſe citatum, vel nulli-
6 ter, argum. l. quoties, ff. qui ſatiſd. cog. † ſicut etiam paria
ſunt non eſſe iudicatum, vel nulliter, l. 4. §. Condemna-
tum, ff. de re iudica. Afflict. deciſ. 182. colum. 2. & in deciſ.
366. col. fin. & Dec. in l hoc edictum, §. hæc autem verba,
ff. quod quiſque iur.

Nec habet obſtare ſi dicatur (prout audio) quòd imò
dicta citatio fuit valida, & habet vim peremptorij: quia
7 Ioannes Accurſius fuit citatus perſonaliter, † quo caſu ta
lis citatio habet vim peremptorij, vt per Inno. in c. ad pe
8 titionem, de accuſ. † quia in incertis locus eſt coniecturis,
non autem incertis, l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de
leg. 3. quem ſequitur Franciſcus de Rampon. in l. tres de-
nunciationes, C. quomo. & quan. iud. vbi dicit ſic conſul-
uiſſe, etiam dominos de Rota, in concluſione 84 quia re-
ſpondetur ſententiam Innocentij communiter repro-
bari, vt per Fel. in d. c. conſuluit, col. 4. verſi. Secundò fal-
lit, de off. deleg. Et ratio eſt, quia ex quo fuit citatus ſemel
tātum, fortè expectabat alias citationes, quia ſciebat bis
9 ſe citandum eſſe, cùm ad audiendum ſententiam † non
ſufficiat vna citatio, ſed trina, vel vna peremptoria, vt ēt
voluit Matheſ. in not. 134. vbi dicit Inn. communiter re-
probari, quando citatus nihil dixit. Idem etiam tenuit
Alex. in l. ſi finita, § Iulianus, col. 5. in fi. ff. de damno infe-
cto, & in l. contumacia, ff. de re iud.

Secundò ipſa ſententia redditur nulla, quia non fuit
10 ſcripta, nec recitata. † Nam de ſubſtantia ipſius ſentētiæ
eſt, quod legatur oculis corporeis, nec ſufficit legi menti,
licet ſcripta ſit, alias eſt nulla ipſo iure. Ita Bar. & Ang. in
l. j. ff. de ijs quæ in teſt. delen. & Ang. Aret. in §. iurare, col.
pen. ver. ac et teneas menti. Inſt. de act. Doct. in l. 2. per il-
lū tex. C. de ſen. ex peric. recit. Pau. de Caſ. in l. hac cōſul
11 tiſſima, §. at cum humana, in fi. C. de teſta. vbi inquit, † ꝙ
valet ſententia diffinitiua recitata per notarium coram
maioribus magiſtratibus, ſi poſtea iudex dicat. Et ita
pronūcio: ſecus ſi corā minoribus: quia debent iudices ꝑ
12 ſe ipſos legere. Et ideo dixit Ange. in conſil. 250. † ꝙ ſi de
cauſa vertente coram ordinario ſit petitum cōſilium ſa-
pientis, & cauſa ſit commiſſa conſilio vnius confidentis
partium,

partium , & porrecto conſilio iudici ordinario, iudex de-
ſigillet illud & dicat, pronuntio vt in conſilio iſto conti-
netur, poſtea tradit cõſilium notario banchi, & notarius
ſcribat in fine, qualiter iudex pronunciauit prout in con-
ſilio continetur , tunc talis ſententia eſt nulla ipſo iure :
quia ſententia diffinitiua debet ferri in ſcriptis & recita-
ri per iudicem. Iudex ergo debuit primò ſcribere. Pronũ-
tio, vt in dicto conſilio continentur, deinde proferre ſen-
tentiam, alias eſt nulla . Quod dictum vti notabile ſequi-
tur Alex. in l. j. circa finem. poſt Angel. C. ſi aduerſ. liber.
Iaſ. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 12. in fi. verſi.
nota. ff. de offi. proconſ. & lega. Marſil. in ſing. 527. vbi in-
quit hoc dictum menti tenendum , quia muloties vidit
iudices in hoc errare, & Petrus G. in ſing. ſuo 74. vbi etiã
dicit hoc eſſe valde notandum , quia poteris multum lu-
13 crari, ſi caſus acciderit. † Et iſtud adeò verum, eſt ꝙ non
ſufficere , ſi etiam notarius diceret, data fuit ſuprà ſcripta
ſententia per ſupra ſcriptum dominum iudicem, ſecundũ
Bar. in l. fi. C. de ſent. ex pericul. recitan. niſi apparreat ali-
quod verbum, ex quo comprehendantur quod ſententia
fuit lecta. Et Bar. ſequitur Aret. vbi ſuprà.
14 Tertiò † quia non lata iudice ſedente pro tribunali, er-
go nulla, vt eſt tex. in §. ſedebunt. in auth. de iudic. Et hãc
eſſe communnm opinionem dixit Bar. in l. 1. C. de ſen. ex
pericu. recitan. vbi inquit quòd quis cautus eſſe dẽt quan
do profertur ſententia , quòd faciat ſcribi iudice ſedente
pro tribunali , quia ſi non dicitur ſedente &c. non valet
ſententia. Quod dicit menti tenendum. Et Bart. ſequitur
Aret. vbi ſupra , & Iaſ. in d. §. vbi decretum. colum. 12. Et
15 idem voluit Bald. † quia ſedendo & quieſcendo animus
fit prudentior. Et Bald. ſequitur Affliſt. in conſt. regni, in
conſt. ab omnibus. col. j.
16 Quartò † quia reperitur etiam lata contra formam de
creti, in quo pro aſſaltu cum armis, & ſine ſanguine quis
puniri debet arbitrio iudicis, inſpecta qualitate , modo ,
& forma aſſaltus, & qualitate perſonarum, vſque ad ſcu-
ta viginti & non vltra . Quod quidem decretum iam diu
17 obſeruatam fuit, ac in volum decretorum inſertum, † &
quod pro lege communi in illo loco habetur , iuxta l. om
nes populi. & ibi Doct. ff. de iuſt. & iure. quo caſu ſenten-
tia contra formam ſtatuti eſt nulla , vt per Bal. & alios. in
c. 1. de re iud. & legiſtas & in leg. cum prolatis. §. de re iud.
Abb. & Fel. in c. paſtoralis. col. 2. verſic. 3. declara , de fide
inſtr. Alex. conſi. 81. in 1. col. vol. 2. Brun. conſi. 5. colum. fi.
Gozad. conſi. 72. in prin. Facit quod voluit ſing. Io. And. in
additionibus ad Specu. in titulo de execut. ſent. §. poſtre-
mo. verſicu. 16. in addit. incip. contrarium. vide vbi inquit
18 † quòd ſententia nulla, quia non ſeruata forma ſtatuti, nõ
habet executionem paratam vigore ſtatuti volentis ſen-
tentiam exequi, non obſtante aliquo ſtatuto, quem ſequi-
tur Afflict. in conſt. regn. in conſtitutione, vt vniuerſis co-
lum. 5. ver. 3. quæro. Accedit etiam quod voluit Cum. con-
ſil. 68. ad fi. vbi iudex tenetur diligenter ſeruare mentem
ſtatuti, imò neceſſariò. Igitur ex prædictis dicẽdum vide-
tur ſententiam ipſam multiplici ex capite nullam fore.
19 Similiter non obſtat † quòd talis defectus citationis,
& quòd ſententia non fuerit ſcripta, nec recitata per iudi
cem ſedentem pro tribunali , poteſt reformari per iudi-
cem appellationis , cum ſolum reſpiciant ipſam ſenten-
tiam, vt per glo. in l. j. C. quan. prouoca. non eſt neceſſe. &
20 Doct. in l. ſi expreſſim. ff. de appella. vbi † ſi prima ſenten-
tia eſt nulla, quia lata die feriata , vel parte non citata , ſi
poſtea feratur ſententia die iuridica , & parte citata pote
rit iudex appellationis primam ſententiam confirmare ,
quia tunc ceſſat cauſa nullitatis primæ ſententiæ, ut etiam
voluit Alex. in conſ. 63. col. 3. vol. 5. quia reſpondetur quod
præmiſſa ſententia poſſet locum ſibi vendicare quando
ipſe defectus eſſet ſolum in ſententia, ſecus ſi ea eſſet nul
la ex alio defectu prouenientе ex proceſſu. Ita Bal. in l. 2.
21 q. 14. C. de reſcind. vendi. † vbi dicit , quòd ſi ſuper libel-
lo inepto iudex pronuntiauit, officium iudicis erit caſſa-
re ſententiam tanquam latam ſuper inepto libello, reſer-
uato iure aptè agendi, per text. in c. cùm dilecti. de emp.
& vendit. ſubdens quòd ille textus melius inſtruit iudicẽ
ſint partes eius, quãdo libellus eſt ineptus , quàm aliquis
textus qui ſit in iure, & inquit quòd tunc non habet locũ
22 l. Titianus. ff. quod cum eo. † vbi iudex appellationis ſup-
plet defectum iudicis à quo, quia illud eſt verum, niſi pro
ceſſus ſit ineptus, quod reputat menti tenendũ. Hoc etiã
voluit Abb. in d. c. cùm dilecti. vbi concludit, quod licet a-
lias vbi proceſſus eſt nullus, & ſententia nulla, iudex ap-
pellationis poſſit reformare ſententiam , tamen ſecus ſi
proceſſus eſt nullus: quia libellus ineptus , vel alio modo
nullus: quia tunc ſententia non poteſt confirmari, vel re-
formari. Quod inquit memoriæ tenendum. Hanc quoque
ſententiam amplectitur Alex. in conſ. 53. col. penul. volu.
5. Dec. in conſ. 483. col. 2. Craue. in conſ. 140. col. fin. Sed in
caſu præſenti defectus eſt circa proceſſum , videlicet cir-
ca probationes , quia non conſtat legitimè de percuſſio-
ne & aſſaltu, vt infra demonſtrabitur , ergo ſententiã nõ
poteſt iudex appellationis quæ nulla eſt confirmare , vel
reformare, ſed ceſſare, vt per Innoc. in ca. cùm Bertoldus.
de re iud. quem ſequitur Bald. in l. ab eo. C. quomodo &
23 quando iudex. † vbi inquit , quòd ſi iudex non videt
probationes rei, hoc ſufficit ad caſſandam ſententiam. Et
cum Bald. etiam pertranſit Alex. in conſ. allegato 53. col.
24 fi. Quod autem non conſtet legitimè † de percuſſione,
per quam confunditur aſſaltus, vt voluit Barto. in l. nun-
quam plura. ff. de priu. delict. & Bolog. in conſi. 7. col. 5. per
gl. in l. qui de crimine. C. de accuſ. demonſtratur. Nã duo
teſtes tantùm reperiũtur examinati , videlicet Petrus de
Neſpolis, & Frãciſcus Capra, quorum dicta non ſufficiũt
ad probationem propter defectus quos patiuntur . Nam
primus eſt famulus domini emolumentorum, & ad quem
25 ſpectat commodum ſententiæ latæ , † quo caſu famulus
non poteſt eſſe teſtis pro domino. l. ſeruos. & ibi Doct. C.
de quæſt. l. etiam. ff. de teſtibus. Marſ. in ſing. 5. & ratio eſt,
quia dominus poteſt eis imperare , & ideo inhabilis red-
ditur. glo. in c. idonei, §. teſtes, 3. q. 1. Alex. in conſ. 100. col.
fi. volum. 6. Item dictus Franciſcus filius Ioannis , qui vt
dixi eſt fictabilis dictorum emolumentorum , quo caſu
26 ſicut famulus non poteſt eſſe teſtis pro domino , † ergo
multò minus filius pro parte l. parentes. C. de teſtib. Lan-
franc. in capitu. quoniam contra. §. teſtes. verſicul. filius.
de probationibus.
Quibus non obſtantibus contraria ſententia eſt de iu-
27 re verior, ꝙ imò † ipſa ſententia valet pro qua in dubio
præſumitur. l. Herennius. §. Gaia. ff. de euic. Facit tex. in l.
2. C de offi. ciuil. iud. ibi quod non arbitramur.
Non obſtant modò adducta in contrarium in quibus to
ta vis conſiſtit in reſpondendo , & quo ad primum caput
de ſententia, nulla quia lata nullo emanato peremptorio,
vel non præmiſſa trina citatione, iuxta l. tres denunciatio
28 nes , reſpondetur † quòd prædicta ſententia nõ militat,
quando citatio ſeu monitio fuit facta per ipſummet iudi-
cem parti ad videndum proferri ſententiam , cum ta-
lis monitio vim habeat peremptorij, vt per Bart. in d. l. ad
peremptorium. & glo. in l. 2. quomodo & quando iudex.
Fel. in c. cauſam quæ. col. 2. in fi. ver. fallit primò de reſcri.
& in d. c. conſuluit. poſt. glo. ibi col. 5. verſicu. 7. fallit. Ma-
theſ. in not. 134. vbi dicit hoc dictum ſingulare . Marſil. in
l. de vnoquoque. num. 133. de re iudic. Capic. in dicta deci-
29 ſio. 139. col. 4. & pro iſta ſententia facit, † nam in primo
decreto requiritur peremptorium ſecũdum communem
opinionem, vt firmat Alex. in d. l. ſi. finita. §. Iulianus. col.
3. & tamen ſi iudex mandat partibus, vt litem conteſtarẽ
tur antequam diſcederent , & reus ſpreto mandato iudi-
cis diſceſſit, iudex abſque aliqua citatione poterit proce-
dere ad primum decretum: quia talis monitio uim habet
peremptorij, vt per Matheſ. in d. notab. 135. & Alexand. in
d. §. Iulianus colum. 3. circa finem. Sed in caſu præſenti ,
30 pars condemnata, vt conſtat ex proceſſu, † & actis quæ
faciunt, rem notariam, vt per Inno. in c. ex inſinuatione .
de appellat. & Alexand. in conſil. 62. nume. 24. volum. 7.
fuit monita per iudicem, vt patet de præmiſſa monitione,
ergo fundamentum corruit, & ſic non obſtat prædictum
primum argumentum.
31 Ad ſecundum fundamentum reſpondetur, † quòd quã
do ſtat ſtatutum in loco, quod tam criminalibus, quàm in
ciuilibus ſententia debeat ferri omni iuris ſolennitate o-
miſſa, vt in terminis de quib. agitur, tũc poteſt ferri ſen-
tentia, & valebit ea non ſcripta, nec lecta. Ita Bal. in l. pro
latam. in 3. col. verſ. quid ſit ſtatutum. C. de ſent. & inter-
loc. omnium iudicium.
32 Item & ſecundo dicitur, † quod licet ipſa ſententia nõ
fuerit recitata per iudicem tñ ſufficit quod per notarium,
& de mandato iudicis eo præſente fuit recitata, quòd pri
mò probatur ex not. per Bart. in l. videamus. §. diferre. ff.
33 de in litem iur. in fi. vbi dixit, † quòd etſi iuramentum in
litem debeat deferri per iudicem, & non ſufficeret per il
lum textum, quòd deferetur à notario, tamen ſi deferere
tur a notario de mandato iudicis præſentis, ipſe iudex de-
ferre

ferre videretur, argu.l.falſus, §.ſed ſi is, ff.de for. & cum
Bar.pertranſeunt ibi omnes alij.teſte Alex. in conſ.177.
col.j.in fi.vol.7.pro quo dicto eſt tex.in l.q̧ ſtatu liber. in
34 fi.ff.de dona.cauſa mor.vbi inquit tex.† & quod ab alio
nomine ipſius,eo præſente,datur, prope eſt vt ab ipſo da
tum intelligatur. Accedit etiam quòd voluit Ant. de Bur.
35 in c.quoties.de pact.† vbi dixit,quòd ſtãte ſtatuto, quòd
contra geſta per iudicem ſententiãdo,vel alio modo pro
cedendo,nihil poſſit opponi, quod ſi contractus fuit cele-
bratus inter partes in præſentia iudicis eo authorante,q̧
perinde opponi non poterit, ac ſi contractus factus eſſet
a iudice. Adducitur quoque voluit Bartol. in l.ciuitas. in
36 vltima quæſt.ff.ſi cert.pet.& ibi Iaſ.colum.penul.† vbi
dixit, quod ſi pecunia ſit mutuata adminiſtratori ciuita-
tis vel collegij,præſente collegio,quòd propter præſentiã
probatur pecuniam verſam in vtilitatem collegij , & il-
lud obligatur. Et Bar.etiam ſequitur Rip.in l.ſi is qui, co-
lum.2. ff. de pigno. Et in terminis noſtris hoc voluerunt
Petr.& Cy.in l.2.C.de ſent.ex periculo recitãdis,vbi di
37 xerunt.† q̧ licet iudex qui non eſt de numero illuſtriũ
non poſſit per alium ſententiam recitare,& proferre,ſed
per ſeipſum:tamē ſi notarius præſente iudice, & ex eius
38 cõmiſſione pronunciet & legat.valebit ſententia:† quia
ſicut dominus præſens poteſt per procuratorem ſtipula-
ri, & tunc propter præſentiam acquiritur actio domino
ſine ceſſione,l.ſi procuratori præſens,ff de verb. obli. ita
poterit iudex præſens, etiam non illuſtris, ſuam ſenten-
tiam per miniſtrum proferre, & ſatis dicetur ipſe iudex
protuliſſe. Et hoc dictum menti tenēdum, dixit Imo.poſt
Bald in d.l.ſi procuratori. Et idem voluit Alexan.in con
ſil.177.col.2.in prin.vol.7.

39 Tertiò non obſtat,† quod ſententia recitata reperitur
per notarium iudice non ſedēte pro tribunali, quia imò
eo præſente, vt ſuprà dictum fuit, & eo ſedente in loco
ſuo ſolito,& maiorum ſuorum,iuxta l.ſint proponis.la 2.
cum ibi not. per Bar. & alios. Item etiã dicta ſolemnitas
remiſſa videtur per ſtatutum de quo ſupra, igitur &c.

Sed vlterius dicitur,quòd poſito, ſed nõ cõceſſo,quod
ſententia dici poſſit nulla, ex defectibus ſuprà oppoſitis,
quòd iudex appellationis ſententiam nullã debet & po-
teſt reformare, ex quo prædictæ nullitates non reſpiciũt
proceſſum, ſed actum ſententiæ tanquam latæ ſine perē-
ptorio,& non recitatæ per iudicem ſedentem pro tribu-
nali.l.verſic.Sed ſi huius.ff.quæ ſent.ſine app.reſcind.A-
lex.in conſ.79.col.1.vol.2.vbi dixit,q̧ licet Ang.in l.j.C.
quam.pro.nõ eſt neceſſ.& in l.expreſſim. ff.de appel.vel-
let, quòd ille qui cognoſcit ſuper nullitate ſententiæ, ſo-
lum poſſit reformare ſententiam nullam, & cognoſcere
de iniuſtitia,& iuſtitia ipſius ſententiæ,quando nulla fuiſ
ſet propter ſordes, & corruptionem, ſeu iniquitatem ip-
ſius iudicis,qui ſententiam tulerat,tamen quod commu
40 nis opinio eſt in contrarium,† quòd quando ſententia
nulla,quia eſt defectus in ſententia,ſeu in concernentib.
ipſam ſententiam,& non in reliquis ſubſtantialib. ipſius
proceſſus, quòd tunc iudex appellationis poteſt illam re-
formare. Idem Alexan.in conſi.53.colum.1. volu.5.& in
conſi.64.in fi.volu.6. Dec.in rub.de appellat. col.verſi.2.
Abbas hic concludit.& in conſ.483.col.fi. Crau.in conſ.
41 140.in fi.col.† Vbi etiam loquitur quando ſententia fue
rat lata extra locum iudicij, & ſine aſſeſſoribus contra
formam conſtitutionis, & in conſ. 179. colum. 2.in fin.
42 † Et iſtud adeo verum eſt, vt illã reformare.poteſt etiam
ſi non allegaretur per patrem, vt per Fel. & alios in c.in-
ter dilectos.nu.13.de fide inſtrum.& Alex.in conſil.183.
col.2.ad fi.vol.6.ac Craue.in conſi.140.col.fi.vbi dicunt,
q̧ iudex appellationis poteſt reformare ſententiam in fa-
uorem eius,qui non appellauit, imo etiam ſecundũ Ioã-
nem de Gradibus.in addit.ad Dec.in rubrica de appel.in
add.incip. ſententiam. iudex ſecundus appellationis po-
terit reformare ſententiam primi iudicis appellationis,
qui pronunciauit ſententiam per me latam nullam,à qua
appellauit, de qua quæſtione dicit, quòd nunquam vidit
librum,qui eam decidat.

Nec habet obſtare,quod ex aduerſo deductum fuit,vi
delicet, quòd imò defectus eſt etiam circa proceſſum, id
eſt,circa probationes, quia non conſtat legitimè de per-
cuſſioni:quia ad hoc facilis datur reſponſio,quod præmiſ
ſa oppoſitio poſſet locum habere quando per inquiſitum
fuiſſet probatum, quod tempore delati iuramenti teſti-
bus, ille Ioannes fuiſſet fictabilis emolumētorum caſtri,
43 & commodum pœnæ ad eum ſpectaret, † quoniam ad
cognoſcendum habilitatem vel inhabilitatem teſtium,
attenditur tēpus iuramenti.l.3.§.duæ cauſæ, ff.de Carb.
edict.l.teſtium,§.ad conditionē.vbi Doct. ff.de teſt. Alex.
in conſi 78.col.2.vol.j.& in conſi.133.col.2.vol.eod.& in
conſ.100.col.fi.vol.6. Et ideo cum non fuerit probatum,
quòd illo tempore ille Ioannes fuiſſet fictabilis prout in-
fra patebit, meritò ſequitur,quod dicti Petrus, & Franci
ſcus ſunt idonei teſtes,cum deponant ambo de viſu, & a-
ctu immediato,iuxta not.per Bar.in l.fin.ff.de quæſtio. &
Doct.in l.admonendi,ff.de iureiur. Quod autem teſtes in-
quiſiti non probent Ioannem fuiſſe fictabilem tempore
dicti iuramenti delati teſtib. ſuprà dictis, demonſtratur.
Nã primus teſtis Baptiſta de Vulmo licet deponat, quòd
ipſe Ioannes fuit & ſit fictabilis.tamen non reddit ratio-
nem ſufficientem,quod eſſet tempore quo ſuprà. Nã di-
cit, q̧ vidit exburſare pecunias domino dicti Caſtri per
prædictum Ioannem de anno 1556. pro fictu, ſed non de-
ponit de quo tempore,nec de quo menſe, & die, vnde cũ
poſſit trahi dictum iſtius teſtis tam ante depoſitionē mul
tos per menſes,quã poſt,ſequitur,quòd ei non venit cre-
44 dendum, † quia quando tempus eſt de ſubſtantia actus,
debet præciſè,& limitatè probare.l.matrem.C.de proba
tionibus.l.cum actum,ff.de negotijs geſt. Alex in conſil.
45 87.in prin.volu.7. vbi inquit,† quòd ex quo tempus de-
cem dierum,quod datur ad appellandum, currit de mo-
mento ad momentum l.2.§.dies cum gloſ. in verſic.ſub-
traxiſſe, ff. quando appel. ſit. quod ille qui dicit ſe appel-
laſſe,debet probare ſe appellaſſe infra decem dies à tem-
pore latæ ſententiæ,aliàs appellatio non deuoluitur. cap.
Roman.§.ſi verò.de appellat. quia fundanti ſe in tempo-
re incumbit onus probandi limitatè de ipſo tempore.
Idem Alex.in conſ.97.col.2.vol.eod.& in conſil.150. col.
3.vol.6.Soci.in conſ.42.col.3.vol.j.& in materia. Alex.in
conſ.197.col.fi.ver.non obſtat.vol.7. Similiter nihil facit
dictum Ioannis Angeli perle ſecundi teſtis, quia etiam
ipſe non deponit præciſè, quòd tempore depoſitionis di-
ctorum duorum teſtium, vel iuramenti ipſis delati, ille
Ioãnes eſſet fictabilis. Nam dicit,quòd de anno 1555.ip-
ſe vidit Ioannem exburſantem pecunias domino Caſtri
pro fictu,quo caſu cum militet eius dictum defectuoſum,
pariter ei ſicut primo,non eſt ſtandum,nec ei fides adhi-
benda,vt per Soc.& alios ſupra citatos. Et ideo dixit An
46 gelus in conſi.ſuo 1.col.1. † practicam eſſe, quòd arti-
culetur,quòd teſtis erat domeſticus tempore iuramenti;
quod dicit notandum.

Vlterius, & tertius teſtis ſimiliter peccat in reddenda
ratione præciſa de dicto tempore, & ideo cum à planta
pedis vſque ad verticem in quolibet eorum non ſit ſani-
47 tas,de dictis eorum non eſt curandum, † cum paria ſint
non deponere,vel deponere,ſed nulliter, argum.d.l.quo-
ties,qui ſatiſd.cog.cum ſimilibus.

Facit etiam contra duos primos teſtes inquiſiti, quòd
ſunt banniti, & eorum bona fiſco publicata, domino di-
48 cti Caſtri, † quo caſu licet bannitus pro maleficio non ſit
infamis infamia facti, & teſtis eſſe poſſit, tamen quando
ſtatutum aggrauat contumaciam eorum,vt quia haberē-
tur pro confeſſis,prout in caſu præſenti, tunc repellũtur
à teſtimonio cum tunc ſint infamis infamia iuris munici-
palis. Ita Bal.in c.ſuper eo.el j.de teſtibus. Vbi dicit hanc
eſſe communem opinionem,quam etiam ſequitur ibi Fe
li.col.fin.& in cap.poſtulaſti. col.2.in fin.de foro compet.
49 † vbi dixit,quod vbique non poterit eſſe teſtis, vt per gl.
in l.ex ea,ff de poſtulando.

Vltimò non obſtat,quod ſit lata contra formam ſtatu-
50 ti,quia reſpondetur, † quod etiam iudex appellationis
poteſt illam pro parte confirmare, & pro parte pronun-
ciare nullam.l.quædam,ff.fam.herciſ.l.fin.& ibi Barto.ff.
de iure patron. Bald.in addit.ad Spec.in titul.de appella.
verſic.iudex appellationis, & per D.de Rot.in deciſ.368.
51 ſi ad diffinitiuam in not.† vbi iudex appellationis poteſt
52 ſupplere,& minuere.† Item iudex appellationis poteſt
corrigere, & modificare ſententiam, ſicut etiam in totũ
mutare. ca.Raynutius.de teſta. Innoc.in cap.paſtoralis.
de off.delega. Et ſic ex his omnibus quæ ſupra abundè di
cta ſunt, concludo per dominum iudicem ad quem om-
nino fore reformandam ſentētiam domini iudicis a quo,
& pœnam eſſe ſaltem moderandam ad formam ſtatuti.

Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Vaſallus non poteſt teſtari de feudo, quod amplia procedere etiã domino conſentiente, quando feudum eſt paternum vel antiquum, vt in num. 3.*

2 *Vaſallus non poteſt feudum legare pro anima.*

4 *Feudum conceſſum alicui cum clauſula, quòd de dictis bonis poſſit dare diſpenſare, non poteſt alienari ſine conſenſu domini, aliàs non valet alienatio, ſed contra nume. 7. & 16. ſecundum communem.*

5 *Licentia ſimpliciter data, intelligitur conceſſa ſecundum formam legis.*

6 *Clauſula pro ſe & hæredibus, & quibus dederit, appoſita in conceßione feudali non operatur vt vaſallus poſſit hæredem inſtituere in feudo. ſed contra nu. 9. 15. & 30.*

8 *Alienationis verbo, quando lex vtitur permiſſiuè, continetur & hæredibus inſtitutio.*

10 *Emphyteoſi ſi eſt conceßa alicui cum clauſula, & quibus dederit ſecundum communem illa tranſit ad extraneos hæredes.*

11 *Conceſſio pro ſe & hæredibus quibuſcunque, vel per uerba & quibus dederis, æquiparantur.*

12 *Vaſallus poteſt de feudo teſtari, quando ſibi facta eſt conceſſio pro ſe & hæredibus quibuſcunque.*

13 *Verba pro me & ſucceſſoribus quibuſcunque, appoſita in feudali inueſtitura, non ſolùm includunt tria genera hæredum, de quibus Inſtit. de hæred. qual. & differentia, ſed etiam legatarios.*

14 *Verbum diſpenſare ſignificat diſtribuere, importatque relaxationem iuris communis.*

17 *Verba ad ſuam liberam voluntatem, important meram, & abſolutam diſpoſitionem.*

18 *Verbum liberè, importat ſine contradictione.*

19 *Item, quòd quis non teneatur requirere conſenſum illius quem alias requirere tenebatur.*

20 *Verbum liberè appoſitum in legato vſusfructus omnium bonorum operatur, quod dicitur data poteſtas legatario apprehendendi poſſeſſionem rei legatæ ſine licentia alicuius.*

21 *Conſuetudo alienandi bona feudalia irrequiſiti domino valet.*

22 *Conſuetudine feudali licet fœminæ non ſuccedant in feudo, tamen ſi eſt conſuetudo in contrarium, illa tenet.*

23 *Succeſſio & ſi non cadat in feudis Marchiæ, comitatus, & ducatus, uel aliorum dignitatum, tamen fallit ſi ſit conſuetudo in contrarium.*

24 *Alienatio feudi paterni facta ſine conſenſu agnatorum, quamuis non ualeat de conſuetudine feudali, tamen ſecus eſt ſi contraria adſit conſuetudo.*

25 *Conſuetudo, quod feuda uendantur irreuocabiliter inſcijs, & inuitis agnatis, ualet.*

26 *Fauda liberè in Gallia alienantur.*

27 *Feuda quæ ex ui conſuetudinis poßunt alienari, iudicantur ut bona patrimonialia, ſeu allodialia.*

28 *Pactum & conſuetudo à pari procedunt.*

29 *Conſuetudo inueterata habetur pro pacto expreſſo.*

## CONSILIVM XLII.

VIſa ſerie facti ad me tranſmiſſi, videtur prima facie dicendum, quod quondam magnificus dominus Ioannes ex Marchionib. Ceue, non potuerit in eius vltimo eulogio inſtituere hæredem, Illuſtriſ. D. Marchionem Finarij in bonis feudalibus deſcriptis in eius vltima voluntate per tex. in c. j. in prin. de ſucceſſ. feud. ibi nulla ordinatione defuncti inter eos manente, vel valente, vbi litera voluit, quod non poſſit vaſallus in teſtamento immutare naturam feudi, & inueſtituræ, vnde dicitur ibi, ꝙ ſi maſculi deſcendentes ſuccedere debebãt in feudo ex natura feudi, vel inueſtituræ, non poterit feudum filiæ fęminæ vel alteri relinquere. Ad idem eſt tex. in cap. j. §. donare. qual. olim feu. pote. aliena. Idem vult Bal. in conſ. 170. vol. 2. & in conſi. 330. col. 2. in 3. volu. Affl. deciſ. 240. col. 3.
2 in tertio dubio. Et in tantum hoc eſt verum, † quòd prohibetur etiam legare pro anima, vt in d. c. j. §. donare. & in c. imperialem, in prin. de prohib. feu. alien. per Fed. & per Alex. in conſil. 2. colum. 1. volu. 5. & Cur. iun. in trac. feud. in 4. par. quæſt. pen. & Gozad. in conſil. 8. colum. 5. & hoc ne fiat præiudicium domino, & agnatis, quorum conſenſus requirebatur. & in cap. 1. de alien. feud. pater.
4 † Et iſtud adeo procedit, quòd etiam ſi vaſallus diſpoſuiſſet teſtando de rebus feudalibus in alios, quàm in eos, ad quos feudum erat perueunturum, & dominus viuente ipſo vaſallo, vel eo mortuo, ratificet illud teſtamentum, nõ valeret illa diſpoſitio: quia talis ratificatio licet poſſet prę iudicare ipſi domino ratificandi, tamen ſi feudum erat paternum vel antiquum, non potuit valere in præiudiciũ agnatorum ipſius vaſalli, quibus non potuit dominus per ſuam ratificationem præiudicare argumento. l. in concedendo, ff. de aq. plu. ar. Ita dixit Marti. de Lau. in d. c. 1. §. donare. & Iac. de ſanc. Georg. in inueſt. ſua feu. in verb. & cum pacto. col. 1. ergo ſequitur quod ſi diſpoſuerit dictus magnificus dominus Ioannes de bonis feudalib. in eius teſtamento non valuit diſpoſitio ipſa cùm per eum non potuerit immutari natura feudalis.

Secundò facit, Nam ẽt poſito ꝙ in conceſſione feudali per illa verba ꝙ de dictis feudis poſſit vaſallus dare, & diſpenſare liberis, & poſteris ſuis maſculis vel fęminis, vni vel plurib. quem vel quos eligere voluerit ad ſuam liberã voluntatẽ, ſiue illi, vel illis, cui, ſeu quib. datum ſeu diſpẽſatum fuerit dictum feudum, vel eius pars, ſiue laici, ſiue clerici ſint, dummodo non ſint in ſacris conſtituti, alterata ſit natura feudi, adeò ꝙ vaſallus poſſit de feudo diſpo-
4 nere, † tñ hoc ſuper intelligitur, dummodo petita fuerit licentia dño, aliàs talis diſpoſitio, & alienatio non valet. Ita in terminis decidit Spe. in ti. de loca. § nunc aliqua, verſ. 94. vbi inquit ꝙ ſi pactum eſt factum ꝙ emphyteota ſe feudatarius poſſit alienare cui voluerit, ꝙ neceſſariò eſt requirendus conſenſus dñi: quia cùm iſtud ſit de natura contractus, ꝙ requiratur dictus conſenſus, dñs videtur dediſſe licentiam ad alienando ſecundum formã legis, & ſic quo poſſit alienare cuicunque voluerit, domino tamen prius requiſito, quia licentia ſimpliciter data, intelligitur data ſecundum formam legis, argumento, l. ſi quando. C. de inoff. teſt. & Specu. ibi ſequitur Io. And. in add. & Alex. in conſ. 106. col. 4. Gozad. in conſ. 4. col. pen. Bertran. in conſi. 2. col. 2. volu. 2. Calcan. in conſ. 50. Vnde ex hoc etiam capite ſequi videtur, quòd licet per ſupra-
5 dicta verba † ſit mutata propria natura feudalis per tex. in c. j. de feud. non haben. propr. natu. feu. quod diſpoſitio ipſa facta ſine licentia domini, prout eſt in caſu de quo nunc agitur, non valet neque tenet.

Tertiò dr̃ ꝙ etiam præſuppoſito ꝙ per dicta verba videatur data poteſtas vaſallo alienandi, & diſponendi pro libito voluntatis, & abſq; licentia domini, vt per Alb. de Roſa. in l. fi. col. 2. ver. ſed nũquid hæc lex. C. de iure emphy. tamen ex quo dicta conceſsio reperitur facta per ver
6 ba, quæ ſonant pro ſe, & hæredibus, & quib. dederit, † ꝙ illa clauſula, & quibus dederit non poteſt intelligi per hę redis inſtitutionem. Ita voluit Dec. in conſ. 171. colum. 2. verſi. 2. reſpondetur, quia ex eo ſupra proximè, & immediatę dictum eſt ſpecialiter de hæredibus, ſecundum rationẽ facti ſermonis illa clauſula generalis non poteſt intelligi quibus dederit illum inſtituẽdo hæredem, ex quo expreſsè de hæredib. dixit ſpecialiter, cum clauſula generalis non porrigatur ad ſpecialiter expreſſa. l. doli clauſula, ff. de verbo. oblig. l. ſanctio legum, ff. de pęnis, & ſic infertur, quod ex his conſtare videtur, ꝙ ipſa hæredis inſtitutio facta per præfatum dominum Ioannem in perſonã Illuſt. D. Marchionis Finarij, non valeat neque teneat.

Sed his, & alijs non obſtantibus, contraria ſentẽtia eſt de iure verior, quia licet vera ſit iuris concluſio, ꝙ vaſallus non poſſit teſtari de bonis feudalibus per tex. in d. c. j. de ſucceſſ. feu. & in alijs locis ſupra citatis, tamen id locum ſibi vendicat, niſi ex verbis deſcriptis in conceſſione appareret alteratam fuiſſe propriã naturã feudi, prout eſt in caſu de quo agitur, vbi illa verba, quòd de dictis feudis poſſit vaſallus dare, & diſpenſare liberis, & poſteris ſuis maſculis, vel fœminis, ſeu illi, cui vel quibus datum & diſpenſatum fuerit, alterant propriam naturam feudi, & important idem quod clauſula, & quibus dede-
7 rit. † Quo caſu quando dicta verba ſunt prolata in conceſſione feudi per vaſallum poteſt fieri alienatio ex vi pacti, vt eſt tex. vbi not. omnes in d. c. j. de feud. non haben. prop. natu. feud. & per Iaſ. in fi. in 2. colum. C. de iure emphy. poſt Alber. & alios ibi per eum relatos. Idem tenet Alexan. in conſ. 173. col. pen. in fi. volum. 2. & ſi permiſſa eſt alienatio etiam permiſſa eſt hęredis inſtitutio l. ſi quis priore. §. cæterum, C. de ſecun. nup. l. vnum ex familia, §. ſi duos. ff. de leg. 2. Notãt Bar. & alij in l. peto. § frater. ff. eodem titulo. ac Bar. in l. ſi ita quis, §. ea. l. ff. de verb. obli-
8 gationibus. col. 2. verſi. procedo vlterius. vbi dicit † quod quando lex. vtitur verbo alienationis permiſſiue, continetur & hæredis inſtitutio. Idem voluit Alexan. in conſi. 189. col.

189.col.4.vol.2.& in ſpecie in terminis noſtris hoc voluit
Bal.in d.cap.1 de feu.non haben.prop. natu.feu. & Iaſ.in
conſil.156.colum.2.vol.2.vbi propriè dicit,quod licet nul
la ordinatio in feudis defuncti valeat, & teneat per dictũ
capitulum primum,de ſucceſ.feud.tamen quòd iſtud pro
cedit niſi talia feuda fuiſſent conceſſa pro ſe, & hæredi-
9 bus,& cui,vel quibus dederit, † quia tunc per talia ver-
ba dicitur alterata natura feudi, ita quòd vaſallus poteſt
diſponere, & in teſtamento, & inter viuos. Idem tradit
Cur.iun.in conſ.1.col 1. & in conſi.4.col.2. dicens, quòd
10 communis eſt omnium ſententia, † quòd ſi eſt conceſ-
ſa emphyteoſis alicui,cũ clauſula,& quib.dederis, ꝙ trã-
ſit,ad extraneos hæredes,& ꝙ iſtud verum, & indubita-
tũ fitentur omnes,quando hæres extraneus eſſet inſtitu
tus in teſtamento:quia tex.in d.cap.j. de feu.non haben.
propr. natur. feu.permittit, quòd recipiens feudum per
talia verba poſſit quomodocunque, & quocunque titulo
alienare. Id etiam voluit ipſe Curt.in conſil.108.col.5.&
Cur.ſen.in conſi.63.col.penul.Hanc etiam partem tenet
Pariſ.in conſ 3.col.2.in fi.& colum.5.in prin.volu.1.& in
conſi.23.colum.5.eod.volum. Brun.conſil.38. col.2. Pro
11 cuius confirmatione facit. † Nam iſta a pari procedunt,
vel quod feudum ſit conceſſum pro ſe, & hæredibus, &
quibus dederis,vel pro ſe,& hæredibus,& quibuſcunq;,
vt per Bal.in l.j.in 34.q.ff.de rerum diuiſ.vbi ad deciſio-
nem illius dubitationis, quando ſunt appoſita illa verba
hæredibus quibuſcunque,allegat c.j.de feud. non haben.
propr.natur.feud. Et ſicut vult Bald.iſta duo æquiparari,
conceſſio pro hæredibus quibuſcunque,& conceſſio per il
la verba,& quibus,dederint. Et quòd æquiparentur, ex-
preſſè hoc tenuit Cur.iun.in conſ.4. colum.2. & Pariſ.in
12 conſi.3.colum.2. vol.1. Sed quando ſunt appoſita † pro
quibuſcunque hæredibus, de feudo poteſt vaſallus teſta-
ri,vt per Bal.in c.imperialem.in princi.in 4.colum.verſi.
ſed quid ſi conceſſum eſt feudum.de prohi.feu.alien per
13 Fed.vbi dicit,† quòd illa verba pro me,& ſucceſſoribus
quibuſcunque,appoſita in inueſtitura feudali,non ſolum
includunt tria genera hæredum,de quibus. Inſtitu.de hæ
re.quali.& diff.ſed etiam includit legatarios:quia legata-
rius in re legata quodammodo eſt hæres. Et Bal.ſequitur
Curt.iun.in conſi 1.colum.2.& in conſi.4. colum.fi.& in
183.colum.fi.Iaſ.in conſ.17. colum.3. volum.3. & in con-
ſil.118.colum.3.volu.4. Rip.in l.quæſitum, §.ſi quis,cum
tutor.colum.3.ff.de priui.credi. & in l.ex facto. §. ſi quis
ita. ff. ad Trebellianum. vbi dicit hanc eſſe communem
opinionem. Ruy.in conſ.105.col.3.vol.3.ergo idem dicẽ-
dum venit vigore dicta æquiparationis,quòd vaſallus ſtã-
te clauſula, & quibus dederis, in conceſſione feudali po-
14 teſt de ipſo feudo teſtari. † ponderandum quoque eſt di
ctum verbum diſpenſatum,quod ſignificet diſtributum,
vt per gl.ad Specu.in titulo de lapſis.& diſtrib.in prin.&
etiam relaxationem iuris communis,vt ibi per Specul.in
princ.quo caſu cum ſint verba geminata, maiorem effi-
caciam important,& magis enixam voluntatem conce-
dentis demonſtrant, quod volebat feudatarium poſſe di-
ſponere,& ordinare de ipſis feudis, argumento l. balli-
ſta.ad Trebellianum.& not.per Bart.in l.cùm ſcimus. C.
de agr.& cenſi.lib.10.

15 Non obſtant adducta in contrarium,† quia quo ad pri
mum fundamentum ſatis reſponſum videtur ex ſuprà di
ctis,vbi demonſtratum fuit ſtante tenore ceſſionis feuda-
lis,licuiſſe præfacto domino Ioanni teſtari de bonis feu-
dalibus,& in eis inſtituere Illuſ.D.Marchionem Finarij,
non obſtante etiam exiſtentia agnatorum. Quoniam qñ
in feudo data eſt poteſtas alienãdi vaſallo, tunc per eum
poteſt fieri præiudicium omnibus deſcendentib.& agna
tis, ſiue per viam contractus, ſiue vltimæ voluntatis. &
no.in d.c.j.de feud.non haben.prop.natu.feu.in c.j. ſi de
feu.fuer controuerſia inter dominum, & agnat.

16 Non obſtat quoque ſecundum argumentum, † quod
ſaltem requirebatur licentia dñi, vt vaſallus etiã ſtantib.
verbis conceſſionibus ſupra relatis potuiſſet diſponere
de rebus feudalibus: quia in contrarium eſt communis
opinio.& per Alber.Saly.& Iaſ.in l.fi.C.de iure emphy.
vbi Iaſ.dicit contra Specul. eſſe communem opinionem.
Idem etiam tenuit Rom.in ſingu.465.& in conſil.49. vbi
inquit.quòd ſi per epiſcopum eſt conceſſa poteſtas homi
nibus Caſtrianæ, alienandi bona feudalia habitatoribus
dicti Caſtri, talis alienatio exinde facta ſine licentia do-
mini valebit. Hoc quoque voluit Alexan. ſi contrarius in
conſi.173 col.pen.in fin.volu.2.Soc.in conſil.257. colum.
pen vol.2.& in conſi.3.col.fi.vol.3. Pract.Pap. in form.li-
bel.quomo.agi.ad reuo.feu.in verbo recti nomine. Dec.
in conſi.164.col.pen.& in conſi.103.colum.3. vbi aſſerit
hanc eſſe communionem, & cùm eo etiam pertranſit idẽ
Dec.in conſil.390.colum.4.in princi.& in conſi.680. col.
1.Iaſ.in conſi.155.col.2.& in conſ.ſequenti, colum.2. vo-
lum.2.& in conſ.64.colum.fin.volum.3.Cur.iun. in con-
ſilio 108.colum.5.& in tract.feu.in 4.par.quæſt.5.vbi tra-
dit in practica non eſſe recedendum ab hac cõmuni ſen-
tentia. Cur.ſen.conſil.63. Rip.poſt Ange.& Alex.in l.qui
Romæ,§.duo fratres,nu.87.verſ.3 facit, ff.de verb.oblig.
Bru.in conſi.38.col.2.Pariſ.in conſ.3.col.2.& 5. volum.1.
& in conſi.23.col.5.eo.vol.Rui.in conſi.71.col.3.vol.j.Ay
mo.conſi.92.col.3.Iac.de ſanc. Georgio in inueſtit. ſua.in
verbo ita etiam.ac Caſſad.in deciſ.ſuis,in titu.de loca.de
ciſ.3.vbi aiunt, quod cõmuniter reprobatur opinio Spec.
& tanto magis hoc dicendum videtur, ſi ponderentur a-
17 lia verba appoſita in conceſſione, † dum dicitur vt ad
ſuam liberam voluntatem poſſit dare, quæ verba impor-
tant meram & abſolutam diſpoſitionem, vt per Bart.in l.
alio.colu.2. verſi.item dicit teſtator.ff.de alimen.& ciba.
18 leg.quem ſequitur Alex.in conſi.214.col.2.vol.6. † Item
etiam verbum liberè important ſiue contradictione,vt in
ca.1.in verbo libere.& ibi not. Archid.de ſupplen.negli.
præla.in 6. quem ſequitur Alex.in allegato conſil.214.co-
lum.2.idem dixit Goza.in conſi.27.col.2.vbi dicit,ꝙ ver-
bum liberè idem importat, ac ſi quis dixiſſet, ſine aliquo
impedimento,& contradictione.in clem dudum. in ver-
bo liberè.de ſepultu.& in cle.fi.de ęta. & qualita. & An-
19 to.de But.in c.j.de offi. ord.Plus † verbum liberè impor-
tat,& ſignificat,quod quis non teneatur requirere cõſen
ſum alicuius,vt vult Abb.in cap.de multa.colum.2.verſi.
nota ibi liberè conferat.de præben.& dignit.vbi inquit,
quod liberè poteſt actum facere, poterit illum gerere ſi-
ne cuiuſcunque authoritate,aut licentia: quia non eſſet li
bertas,ſi quis haberet alium requirere:& ſubdit ita con
cludere communiter doct. quod hoc ſemper eſſet notan-
dum. Ad idem facit tex.in c.qui in eccleſiarum, de conſt.
in verbo,liberè.per quẽ no.ibi Bal.dicens,quod verbum
liberè,ſignificat quod non teneatur quis requirere con-
ſenſum illius quẽ aliàs requirere tenetur. Et Abb.ac Bal.
ſequitur Gozad.in conſi.91.col.2.dicens ex ipſis deciſio-
20 nibus, † quod ſi verbum liberè appoſitum eſt in legato
vſufructus omnium bonorum,quod dr̃ data poteſtas lega
tario apprehẽdendi propria authoritate poſſeſſionem, &
ingredi rem ſine alterius licentia. Allegat etiam Corn.
in conſi.60.vol.2.& in conſi.106.eo.vol. vbi declarat ver-
bum liberè intelligi nihil obſtare, & quando nullus po-
teſt contradicere. Facit etiam quod not. Crauc.in conſil.
122.col.1.vbi inquit,quod libera dr̃ reſignatio, in qua ex-
cluditur requiſito,& quod illud dicitur eſſe liberum,quã
do eſt liberũ omni libertate, & abſolutum ab omni ſerui-
tute.ergo clarè conſtant,quod ſine licentia domini hære-
dis, inſtitutio facta in bonis feudalibus per dominum
Ioannem legitimè facta fuit, & tantò fortius hoc auget.
21 † ſtante conſuetudine diſponendi, & alienandi ipſa bo-
na feudalia irrequiſito domino quæ valet, vt Bal.conclu-
dit in conſi.318.colum.2.quem ſequitur Dec. in conſ.ſuo
208. colum.3. Quod probatur hac ratione. Nã quod quis
non poſſit alienare bona feudalia ſine conſenſu directi
domini eſt inductum a conſtitutionibus feudorum, quæ
dicuntur conſuetudines, licet in ſcriptis redactæ ſint, vt
no.Bar.in rep.d.l.de quibus,in 4.colum.in ver.item quę-
ritur.ff.de legi.quæ conſtitutiones feudorum, cum reci-
piant vim a conſuetudine,illis facilius a contraria cõſue-
tudine derogatur,vt no.Bal.in l.2.de vulga.& pupil.De-
ci.in conſi.390.colum.6.in prin. Et quod conſuetudo con
tra id quod diſponitur a conſuetudine feudorum valeat,
eſt textus in §.Nos Romanorum.in tit.de pace Conſtan
tiæ.vbi imperator approbat conſuetudinem cuiuſlibet ci
uitatis contra conſtitutiones feudorum. Pro cuius confir
22 matione facit. Nam † de conſuetudine feudali fœminæ
non poſſunt ſuccedere in feudis. capitu.1. §. hoc autem
notandum, qui feu.dar.poſſ. & tamen contraria conſue-
tudo valet,vt not.in capi.ſignificauit.de reſcript. Dec.in
d.conſil.390.col.6.Cur.iun.in tract.feud.in 3.part.in j.q.
principali,in ver.8.fallit. vbi dicit valere conſuetudinẽ,
qđ fęminæ ſuccedant in feudo,prout eſt in ręgno Sicilię,
23 non exiſtente maſculo.† Item videmus,ꝙ ſecundum cõ
ſuetudinem feudalem,in feudis Marchiæ, Comitatus,&
Ducatus, vel aliarum dignitatum non cadit ſucceſſio, &

tamen

tamen contraria conſuetudo valet cap.j.§.fi.de alie.feu.
24 Corroboratur hæc pars, † Nam de conſuetudine feuda-
li,alienatio feudi paterni ſine conſenſu agnatorũ non va
let.c.j.de aliena.feud.pater.& tamen contraria conſuetu-
po valet, vt per Camp in conſ.ſuo 2.col.pen.in fi.inſerto
25 in volumine conſiliorum Bruni, † Vbi dicit valere con-
ſuetudinem,ꝙ feuda inſcijs,& inuitis agnatis,irreuoca-
biliter venduntur in prȩiudicium ipſorum. Et ꝙ valeat
talis conſuetudo alienandi bona feudalia irrequiſito do-
mino,videtur Dec.in conſil.169.col.3.in conſil.588.col.4.
26 & in conſi.680.& in conſi.585.† Vbi inquit,ꝙ feuda poſ
ſunt libere alienari, prout eſt in Gallia. Vbi ex vonſuetu-
dine feuda vendi, & alios transferri poſſunt, vt per Ioan.
Fab.in §.item Seuerina.Inſti.de actio. & attenta dicta cõ
ſuetudine inquit Dec.in citato conſi.588.col.2.& in con-
27 ſil.680.col.2.† ꝙ dicta bona feudalia videntur debere iu-
28 dicari tanquaam bona patrimonialia,ſiue allodialia.† qa
à pari procedunt pactum & conſuètudo,vt pèr Bal.in l.li-
berti libertæque. colum.penult. C. de oper. liber. & per
29 Bal.in allegato conſi.318.vbi dicit † quòd inueterata con
ſuetudo habetur pro pacto expreſſo, per quam, vel per
quod alienatio feudi permitti poteſt, ſed de bonis feuda-
libus quæ vigore pacti vendi vel alienañri poſſunt, idem
iudicatur quod de bonis patrimonialibus, vt per Ancha.
in conſil.225.dicentem,ꝙ de bonis emphytehoticis, quæ
poſſunt vigore pacti, vel antiquæ conuentionis vendi &
alienari, idem iudicatur, quod de bonis patrimonialibus
ergo idem in bonis feudalibus, quæ alienari poſſunt vir-
tute conſuetudinis,eùm à pari procedant.
Vltimò non obſtant nota.per Dec.in conſil.171.colũm.
30 2 † quia primò reſpondetur,ꝙ verba conceſſionis non fa-
ciunt mentionem de hæredibus, ſed de liberis & poſteris.
quo caſu cùm ſint abſolutè,poſita,important dicta verba
hæredis inſtitutionem, vt fatetur ibi ipſe Decius.
Secundo reſpondetur,quòd dato, quòd in conceſſione
eſſent dicta verba pro ſe, & hæredibus, & quibus dederit
ꝙ opinio Decij eſt falſa per text.in d. ca.j.de feu. non ha-
ben.prop.natu feu.vbi text.propriè loquitur de eo cui fa-
cta fuerat conceſſio,vt ipſe & ſui hæredes, & cui ipſe de-
derit,habeant feudum,& tamen ibi Bal.exprèſsè vult,ꝙ
feudatarius poſſit de dicto feudo teſtari. Idẽ volunt Cur.
Iun.in conſil j.colum.j.& in conſi.4.colum.2.Iaſ.in conſ.
155.colum.2.& in conſi.156.colum.2.Curt.Sen. conſ.63.
colum.pen.Pariſ.in citato conſil.3. colum 2. Et ſic ex his
remanet clara concluſio, ꝙ huiuſmodi depoſitio vltimæ
voluntatis facta per dictum quondam dominum Ioannẽ
valeat, & teneat, & prout ſupra concluſum eſt, ita iuris
eſſe arbitror. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellari poteſt à pronuntiatione de exequendo,ſed contrà ſecundum magis communem,vt in numero 5.*
2 *Sententia de exequenda inſtrumentum, dicitur interlocutoria habens vim diffinitiuȩ.*
3 *Appellatio admittitur à pronunciatione de exequendo ſi continet nouum grauemen.& nu.7.*
4 *Succumbens in cauſa his vel ter,ſi ſententia tertia infert grauamẽ nouum non illatum per primam,& ſecũdam poteſt à tertia appellare, nec dicetur tertia appellare, nec dicetur tertia appellatio reſpectu addit grauaminis.*
6 *Appellatio licet admittatur à pronunciatione de exequendo,quãdo iudex in ea excedit modum, quod contingit altero de quatuor modis tamen id procedit quando cauſa exceſſus eſſet ſpecialiter, nominata in apppellatione & nu.8.*
9 *Procurator conſtitutus ad litem conſtandum poteſt appellare.*
10 *Procurator ad generalis ad omnes cauſas preſentes & futuras non ſolum poteſt appellare,imò etiam ipſam apellationem proſequi.*
11 *Appellare,vt poſſit nomine alterius,in cauſa executiua,non ſufficit mandatum ad lites & cauſas etiam ſi in eo dicatur quòd poſſit appellari ab omni ſententia diffinitiua, vel interlocutoria, ſed requiritur mandatam ſpecificum & indiuiduum ad appellandum ab executione.*

## CONSILIVM XLIII.

DE duobus dubitari videtur, & primò an a
pronunciatione de exequendo facta in fa-
uorem Franciſci de Prіueria,per ordinariũ
Tridini potuerit apppellari per Angelinum
de Zeis.Et circa hunc articulũ, prima fron
1 te videretur dicendũ,† quod poſſit appellari, vt voluit gl.
in l.ab executione, ff.de appel.gloſ.Iac.Butr.& Bart in l.
ab execntione, C.quorum appell.non recipit.vbi Salic.di
cit,ꝙ omnes Doctores antiqui,excepto Odof.hoc ſequun
tur,& etiam moderni,excepto Bal.imò plus dicit ibi An-
gel. quòd ita ſeruatur.Hoc etiam tenuit Spec.in tit.de ap-
pel.§.quibus,verſic.5.Bar.in l.ſi cum exceptiones,§..hæc
autem,ff.quod metus cau.Anan.in cõſil.26.in princ Ale-
xand.in conſ.113.col fin.volum.5.duplicato in conſil.97.
vol.9.vbi inquit,quòd ita communiter concludunt prædi
ctæ.gloſſæ, de quibus in d l. ab excutore, & in l.ab exe-
cutione, Guido Pap.in q.573.& Soc.in reg.26 in vlt.fall.
vbi ſubdit, quòd ex his ſumitur cautela,quod quãdo ſen
tentia eſt lalta pro parte quæ tranſiuit in rem iudicatam,
quod realiter eam exequi facias ſine aliqua pronuncia-
tione, hoc modo, videlicet quòd iudex dicat, quòd exe-
quendo ſentectiam concedit victori familiam,& nuncios
ſuos ad capiendum pignora, vel ad mittendum in poſ-
ſeſſionem bonorum,& refert Agn.de Peru.dixiſſe ſe infi-
nitis vicibus ita practicaſſe, quia tunc ſecundum omnes
non poterit appellare.Et cum hac ſentẽtia ſimiliter per-
tranſit Purp.in l.j. num.66.ff.de iuriſd.omn.iud.quam cõ
munem atteſtatur Oria.in cap.quoniam contra,in verbo,
appellationes, verſ.ſecundò fallit,de prob.vbi etiam tra-
dit ita ſeruari. Et iſtam vti communem ſequitur Soc. in
regula.24.in ſecunda fallentia,vbi quoq.admittit ita ſer-
uari. Nec habet obſtare quod à dicta pronunciatione non
poſſit appellari, cùm ſit interlocutoria, l. ante ſententiæ,
2 C.quo app.non recip.† quia iſta eſt interlocutoria habẽs
vim diffinitinæ, quæ cùm non expecter aliam poſt ſe re-
gulatur vt diffinitiua.vt per Fel.in rubrica de re iud. col.
3.& Rom.in l.5 col.4.ff de verb.oblig. & in conſi.41. vbi
dicit, quòd ſententia de exequendo inſtrumentum dici-
tur interlocutoria habẽs vim diffinitiuæ, quod etiam tra-
dit Bal.in addit.ad Spec.in tit.de app.in princ. in verſic.a
pronunciatione, vbi aſſignat rationem eſſe, quia iudex
qui pronunciat,aſſumit partes iudicis,ſecus quando con-
mittit executionem quia tunc iudex aſſumit partes exe-
cutoris,niſi excedat formam iuris,& tanto magis dicen-
dum venit appellationem,ipſam fore admittendam, cum
in dicta pronunciatione iudex exceſſerit modũ, quo ca-
ſu ab omnibus receptum eſt tunc, ab ea poſſe appellari,
vt per Bar.in dicta l.ab executore, & Bal.ac. Pau.de Caſt.
3 in dicta l.ab executione. † Item & quia iſta pronunciatio
cõtinet nouum grauamen, a qua omnes tunc admittunt
poſſe appellari, vt per Ang. in dicta l.ſi cum exceptione,
§.hæc autem actio. dicentem ita practicari de mente In-
noc.in c.ſuper eo, quod metus cau. quem ſequitur Fel. in
d.cap.quo ad coſulationem, col.9. in fin.verſ. ſecundò li
4 mita.vbi dicit, † quòd ſi tu ſuccumbis in vna cauſa bis vel
ter, ſi ſententia tertia infert grauamen nonum, non illa-
tum per primam & ſecũdam,potes a tertia appellare,nec
dicitur tertia appellatio reſpectu illius additi grauaminis,
& ita de facto refert fuiſſe iudicatum.Idem voluit Ruin.
conſ.78.col.j.vol.5.
5 His tamen non obſtantibus, † contraria ſententia eſt
de iure verior, vt eam tenuerunt Odof. & Cynus in d.l.
ab executione,& Bart.in d.l.ab executore,col.2 in princ.
Io.And.in additionibus ad Spec.in d.§.quibus,verſ.5.Di
cẽs hoc tenuiſſe Odof. & Guil. quòd videlicet ſiue iudex
exequatur de facto,ſiue pronunciet exequendum, vt nõ
appelletur, & ratio eſt,vt ſit finis litium, l. fratris, C. de
tranſact.circa fi.de dolo & contum. & ne lex imponatur
verbis.l.2. C.commu. de leg. & quia ſecundum leges ab
interlocutoria non appellatur, l,2. C.appel. non recip.&
quia prohibitio ſimpliciter emanauit, ergo ſic tenenda,
l.de pretio,ff.de publ.Et ſubdit Ioan. And. hoc procede-
re,ſiue executio petatur per actionem in factum, ſiue iu-
dicis officio.Idem voluit Spec.in tit.de execut. ſenten. §.
breuiter, verſic. ad ſecundum eum,vbi refert Alber. Pa-
pien.idem tenuiſſe: quia ipſa pronunciatio eſt de execu-
tione & pars executionis.Pau.de Caſt.in conſ.25.in prin.
ſecundum antiquam impreſſionẽ,& in conſi.329.in prin.
Idem tenuit Pau.de Caſt.& Raph.Ful.in d.l.ab executio
ne,Butr.in c.quo ad conſultationem, colu. pen.de re iud.
& Fel.ibi col.9.verſi.à pronunciatione iudicis, vbi refert
Maria.de Senis ita conſuluiſſe. Huic quoque ſententiæ vti
veriori aſſentit Ant.de Canar. in tract.de excu. inſtrum.
verſic.46.quæro. Et hanc partem vti communem ſequi.
tur Alex.in conſi 95.col.2.vol.2. quam etiam tenet in con
ſilio 181.col.fin.volu.6.imò magis communem hanc dici

Corne.

Corn.in conſ.71.col.pen.vol.1. & Dec.in c. nouit, col.2. de appel.vbi refert Ang.& Aret. dixiſſe in d.l.ab executore,ſe vidiſſe hoc ſæpius ſeruari.

Non obſtant adducta in contrarium, quia contra partem affirmatiuam eſt magis Doctor. recepta ſententia,vt conſtat ex authoritatibus ſupra citatis.

6 Secundò non obſtat,† quod quando iudex in pronunciatione excedit modum, quod contingit altero de quatuor modis,de quibus per Bart.in d.l.ab executore,col 2. tunc admittitur appellatio, quia reſpondetur id paſſim procedere, quando cauſa exceſſus eſſet ſpecialiter nominata in appellatione,aliàs ſecus. Ita Bar.in dicta l.ab executore,col.2.Bal.in d.l.ab executione,col.2. Abb.in d.c. quo ad conſultationem, col.final.vbi expreſsè dicit,quod non ſufficit dicere appello : quia excedis modum in exequendo,quia cauſa grauaminis debet nominatim exprimi,& non in genere.Clem.appellanti,de appell.Paul.de Caſt.in d.conſilio 25.in prin.& 329.in prin. Rom.in conſil 41.in princ.Dec.in cap.nouit,col.2.verſicu. ſed tamen Bar.de appell.& latiſſimè Felin.in d.cap.quo ad conſultationem,colum.10.verſic. oportet exprimere cauſam,vbi dicit, quod licet iſta expreſſio cauſæ non requiratur de ſubſtantia appellationis, tamen φ ea exprimenda venit ad hoc, vt iudex ſciat an appellationi ſit deferendum, vel ne,cui deferre non debet,niſi cauſa exprimatur,quia cum iudex videt appellationem interponi contra formã iuris communis, debet in dubio præſumere eam non eſſe admittendam,cum non videat eam interponi in caſu ſpecialiter permiſſo, & ideo quod eam, vt friuolam debet reijcere per c.cum appellationib.friuolis, de app.in 6.

7 Non obſtat quoq; † quòd licita eſt appellatio, vbi pronunciatio continet nouum grauamen: quia reſpondetur,quod prædicta pronunciatio, de qua ad præſens agitur, non continet niſi grauamen quod continebat prima ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, vel quod ex ipſa erat inferendum.Nam in hac pronunciatione aliud nõ reperitur deſcriptum niſi φ iudex pronunciat ſententiã ſuam exequendam eſſe,& ideo ex hoc ſequitur,quod ab ea non potuit appellari per not.per Angel.in d. §.hæc autem actio.& Fel.ac Ruy. in locis ſupra allegatis.

Deuenio ad ſecundum articulum, in quo quæritur an per procuratorem poſſit appellari ab alia executione ſententiæ commiſſa in fauorem dicti Franciſci,ſtante allegatione nominatim facta grauaminis, φ aſſeritur illatũ per

8 exequentem cõtra dictum de Zeis.† Et primo videretur dicendum, φ ex quo ab huiuſmodi executione facti,qñ exceditur modus,poteſt appellari,vt abundè volunt ſcribẽtes in locis allegatis in q.præcedenti, φ hic procurator prædicti de Zeis potuit a dicta executione appellare, quia

9 hæc eſt clara iuris diſpoſitio, † φ procurator conſtitutus ad litem conteſtandam poteſt appellare, vt per Bal.in c. Nicolao,in fi.de appel.per tex. ſing.in l. qui per procuratorem dat.ff.de procur.quem ſequitur ibi Peruſ. colum. penul.in 9.q.ſed hic procurator conſtitutus fuit ad litem

10 conteſtandam,ergo &c. † Imò reperitur etiam conſtitutus procurator generalis ad cauſas præſentes,& futuras, quo caſu non ſolum poteſt appellare, ſed etiam appellationem proſequi,ita Bar.in l.inuitus,col.1. C.de procur. vbi etiam alij.& Ruy.in conſi.80. in 2.dubio. vol.5.

Quibus non obſtantibus cõtrarium eſt de iure verius,

11 quoniã,† vt quis poſſit appellare nomine alterius in cauſa executiua, non ſufficit mandatum ad lites, & cauſas, iuxta Bart.in d.l.qui bona,§.ſi quis,ff.de dam.infect.nec etiã ſi mãdatum dicat,quod poſſit appellari ab omni ſententia diffinitiua,vel interlocutoria,iuxta Bar. & alios in l.inuitus. C.de procur.ſed requiritur mandatum ſpecificum,& indiuiduum ad appellãdum ab executione, quia appellans, & ſuccumbẽs in cauſa appellationis executionis, cadit.in pœnam quinquaginta librarum argenti d.l. ab executione,in fi.cũ ergo poſſibile ſit vt poſſit talis procurator appellans ab executione, facere cadere dominũ in pœnam, ſi ſuccumbat, ideo neceſſe eſt habere ſpeciale mandatum Ita dixit Angel.de Aret.in d.l.ab executore, col.4.dicens, hoc in practica perpetuo menti tenendum, & illo anno ita obtinuiſſe de facto.Quod dictum ſingulariſſime menti etiam tenendum dixit Ang. in §.præterea, el 2.col.17.verſi.& idem in cauſa matrimoniali. Inſtit.de excep.quia quotidie de facto occurrit in palatijs. Hoc ẽt voluit Iaſ. in l. ſi procurator.ff.de cond.indeb. col.2.& in l.inuitus, C.de procur.col.2. Soci.in conſil.120. colum.3. duplicato in conſi.231.Felin.in cap.1.vt lit.non conteſta. colum.6.& in d.c.quo ad conſultationem,columna 12.in fi.verſic.nota inſuper. Angel.de Aret.in l.ſi expreſſim.27. colum verſicu.tu addas.de appel.Dec.in cap. nouit de appel.colum.2.Et ſic ex his concluditur appellationibus, de quibus ſupra non eſſe deferendum,ſed executionem eſſe faciendam. Laus DEO.

*SUMMARIUM.*


1 *Producens inſtrumentum in iudicio poteſt cogi per partem ad exhibendum protocollum,ſi originale exhibitum de falſo redarguere intendit,& nu.3. ſed contra nu.4.& 12. vbi declaratur.*

2 *Inſtrumentum,& ſi ſit exemplatum partibus vocatis, tamen ſemper poteſt opponi de falſitate, & peti quod producatur, quòd intellige, vt nu. 13.*

5 *Copia regiſtrata inſtrumenti habetur pro originali quo ad plenã fidem,quod declara,vt nu.7.*

6 *Et propriè non appellatur copia ſeu exemplum, ſed regiſtrum.*

8 *Declaratio ad Bal in l.ſi.C.de fide inſtrumentorum.*

9 *Producens inſtrumentum ſi iurat non habere facultatem iterum illud producendi, non teneatur ad illius exhibitionem.*

10 *Lex finalis.C.de fid.inſtru.loquitur de ſcriptura quæ eſt apud partem,non de ea quæ eſt penes notarium.*

11 *Originale inſtrumentum habens,ſi illud producere non vult,creditur exemplo,niſi pars vellet illud dicere falſum.*

14 *Partes vocari non debent,quando notarius extrahit inſtrumentum ex protocollo.*

15 *Filius quamuis hæres patris, non poteſt extrahere inſtrumentum ex protocollo paterno ſine authoritate iudicis.*

16 *Protocollum vbi eſt nullum,ſumptum ex illo eſt etiam nullum, tanquam extractum a radice infecta,& vitioſa.*

17 *Protocolla habere debent omnia ſolemnia, quę exiguntur in inſtrumentis publicis.*

18 *Protocollum ſcriptum manu aduerſarum perſonarum redditur ſuſpectum.*

19 *Notarius quando rogatur non poteſt cõmittere alteri, vt ſcribat: quia in hoc videtur electa induſtria perſonæ, adeò vt non poſſit alteri delegari officium ſcribendi,quod declara,vt n.20.& 31.*

21 *Generalis ſubſcriptio notarij ſufficere non videtur, ſed requiritur ſpecialis.Sed contra nu. 38.& 39.*

22 *Signum notarij eſt de ſubſtantia protocolli,quod amplia,vt n.23. Sed contra ſecundum communem nu.40.*

24 *Imbreuiaturæ quæ in iure appellantur ſchedæ non probant, vbi non eſt ſubſcriptio tabellionis cum ſigno.*

25 *Rogitus requiritur ad validitatem protocolli.*

26 *Rogitus in dubio non præſumitur,niſi de eo appareat.*

37 *Filius,& hæres notarij defuncti poteſt de licentia iudicis extrahere inſtrumentum de protocollo defuncti dummodo conſtet de commiſſione iudicis,aliter quam per aſſertionem filij dicentis alium notarium de ipſius licentia fuiſſe rogatum.*

28 *Imbreuiatura ſcripta manu alterius ſed ſubſcripta manu notarij de ea rogati, facit plenam fidem.*

29 *Subſcriptio notarij videtur includere, & complecti effectum omnium præmiſſorum ad quæ habet relationem.*

30 *Scriptura ſubſcripta manu notarij rogati idem operatur ac ſi ſcripta foret manu eiuſdem.*

32 *Declaratio ad §.nos autem.in auth.de tabel.& nu.33 & 34.*

35 *Inſtrumnetum publicum ſumi poteſt ex ſcriptura ſcripta per aliũ, ſed dictata,& recitata,ab ſubſcripta per notarium rogatum ſtãte conſuetudine, quòd notarius poſſit ſcribi facere per alium inſtrumentum.*

36 *Iudex de conſuetudine à ſeipſo informare poteſt interrogando tabelliones,an ita fuerit de conſuetudine obſeruatum.*

37 *Actus alienationis fraudulentus præſumi non debet, vbi alias præſumeretur, ſi de authotitate conſuetudinis factus appareat.*

41 *Declaratio ad Alex in conſi 41.col.1.vol.1.*

42 *Scriptura notarij,vt faciat fidem tria requiruntur.*

43 *Rogitus notarij præſumitur per clauſulam poſitam in protocollo. Actum in tali loco.*

44 *Rogitus probetur ſi notarius in ſubſcriptione protocolli dicat, ſuæ præſcriptum inſtrumentum recepi.*

45 *Rogitus etiam præſumitur ſecundum communem, ſi notarius in ſubſcriptione protocolli dixerit publicaui.*

46 *Item,& quando notarius in fine protocolli dixerit obligan.&c. iuran.&c.& ind.&c.*

47 *Dictio,Et,cætera appoſita in protocollo notarij comprehendit communia aliorum contractum.*


CON-

## CONSILIVM. XLIIII.

PRæſens, conſultatio duo continet capita,
quorum primum eſt an Elias Hebræus com-
pellere poſſit Matthæum Teſtam ad exhi-
bendum protocollum originalis inſtrumen
ti finis ſeu liberationis præſentati in iudicio,
cum intendat dictum originale redarguere de falſo.

Secundum eſt an dictum originale extractum de pro-
tocollo notarij defuncti per alterum notarium de man-
dato iudicis, ceſſante ipſa exceptione falſitatis, faciat
plenam probationem. Deueniendo igitur ad primum ca-
1 put, prima facie dicendum videtur,† prædictum Matthęū
cogi poſſe ad ipſius protocolli exhibitionem, cùm præ-
tendat dictus Elias originale exhibitum in iudicio redar-
guere de falſo. Et ad ſic dicendum moueor. Primò ex no.
per Bald. in authen. ſi quis in aliquo, colum. j. verſicu. 4. ra
tio. C. de edendo. vbi poſt. Innocen. ibi per eum relatum
2 inquit, † quòd licet inſtrumentum ſit exemplatum par-
tibus vocatis, tamen ſemper poteſt opponi de falſitate,
& peti, ꝙ producatur originale ſi extat, quod dicit notan-
dum: ergo eodem modo dicendum venit, vt poſſit peti ad
effectum præmiſſum, vt per eum qui exhibuit originale
inſtrumentum producatur, & protocollum.

3 Secundò iſtud † in ſpecie decidit tex. in l. fin. C. de fide
inſtru. vbi dicit legislator, quòd quando quis produxit
pro ſe inſtrumentum in iudicio, & reliquerit copiam in
actis licet illa fidem faciat, tamen ſi altera pars velit il-
lud redarguere de falſo, pars quę ſemel produxit dictum
inſtrumentum tenetur iteratò præſentare. Et hoc clarius
dixerunt ibi Bart. & Bald. in ſecundo notato, vbi dicunt,
ꝙ quando quis produxit inſtrumentum ſolenniter publi-
catum, non cogitur ad exibendum protocollum, niſi
quis velit redarguere de falſo ex inſpectione ipſius pro-
tocolli. Idem tenuit etiã ibi Pau. de Caſt. in 3. not. & Bart.
ac Bal. vbi ſuprà refert, vt ſequitur Alex. in addi ad Bart.
in l ſi librarius, in 3. colum. in verſicu. poſt per duas ff. de
regu. iur. ergo, &c.

4 Quibus tamen non obſtantibus† contrarium eſt de iu-
re verius, quod probatur, quoniam text in d. l. fi. loquitur
in diuerſis terminis à caſu de quo agitur. Nam ipſa lex lo
quitur de inſtrumento, quod erat productum in iudicio,
vt patet in principio, ibi inſtrumentum protulit, & ibi fi-
dem impoſuerit, & ibi prolatum eſt vnde vbi agitur de
falſitate inſtrumenti producti in iudicio, & deſideratur
ab eo qui vult illud redarguere de falſo, quòd iterum exhi
beatur, vt ibi quaſi falſam hoc conſtitutum redarguere,
illud pronomen hoc demonſtrat inſtrumentum prius
productm, quòd & clatius oſtenditur ex verbis ſequen-
tibus, ibi, repetita vice hoc proferre, & ibi iterum hanc
chartam proferre, & ibi ei qui protulit chartam, de qua
quęritur, iterum eam apud iudicem &c. ex quibus ver-
bis euidenter dignoſcitur, ꝙ ibi agitur de falſitate inſtru-
menti producti, & vt falſitas detegatur, petitur illud idem
iterum exhiberi, quod reguraliter producendum non
erat prout not. ibi Cy. ex illo tex. & ratio eſt, quia ex quo
inſtrumentum productum iam erat regiſtratum in actis,
5 † illa copia regiſtrata habebatur pro originali quo ad fa-
6 ciendum plenam fidem, † & non appellatur propriè co-
pia ſeu exemplum, ſed regiſtrum, prout not. Bald. in d.
7 auth. ſi quis in aliquo. col. 2. † quod tamen fallit quando
aduerſarius petit illud idem iterum exhiberi, & produci
vt poſſit redargui de falſo, ſecundum dictam l. fin. quæ ita
loquitur. & ita ſumunt illum textum Barto. ac communi-
ter Docto. ibi dum dicunt inſtrumentum, cuius fides ſe-
mel approbata eſt, debet iterum produci, ſi aduerſarius
velit redarguere de falſo, & propterea licet Bald. poſtea
dicat, ꝙ illo caſu debet produci protocollum allegando
8 ibi Bartolum, † debent intelligi ipſe, & Bartolus ſecun-
dum terminos d. l. fin. per quam ſe fundant iuxta notat. ꝑ
Barto. in l. non ſolum. §. liberationis verba. ff. de libe. leg.
& ſic de protocollo, id eſt, de inſtrumento in actis prius
producto, ex quo fuit extra copia in actis regiſtrata, qua-
ſi illud cenſeatur protocollum, ex quo authentica copia
extracta eſt. Ita ſingulariter dixit Corn. ponderando ſu-
pra dictam conſi. 213. colum. 5. volum. 2. vbi etiam refert
Rapha. volentem in d. l. fi. ꝙ licet qui exhibuit inſtrumen-
tum in iudicio, teneatur illud iterum exhibere, quando
aduerſarius vult illud redarguere de falſo, quia præſumi
tur eſſe apud eum ſicut à primo, non ſic in protocollo. q̃a
litera illius legis non loquitur de protocollo, nec vr̃ ea-
dem notarium, & autenticum penes dñm, ſi biũgẽs idem
Cor. ita interpidè eſſe tenendũ, quia eſſet abſonũ, & ab oĩ
iure alienum, & quodam modo deriſorium dicere, q̃ non
habens facultatem magis habendi protocollum, q̃ aduer-
ſarius debeat arctari ad perquirendum protocollum, &
illud extrahi faciendũ, & ad habendũ ad vtilitatẽ aduerſa
rij. Idẽ vult. Alex. in conſ. 152. col. fi. verſi. ſit cautus. vol. 2.

Pro cuius confirmatione facit. Nam omnes Doctores
nomine deſcripante, imò legiſlator in d. l. fi. in verſ. fin au-
9 tem dicat. volunt,† ꝙ ſi illle qui produxit inſtrumentum,
iuret non habere facultatem iterum illud producendi,
10 ꝙ non tenetur exhibere. Et quibus patet † legem ipſam
loqui de ſcriptura, quæ eſſet aqud partem non de ea quæ
eſt apud notarium, & ꝙ textus iam in d l. fi. ſępius allega-
tæ intelligatur de originali vult Bald. in l publicati, in 8.
11 q. C. de teſtam.† vbi dicit, ꝙ ſi extat originale, & habens
non vult procedere, ꝙ creditur exemplo, niſi pars velit il-
lud dicere falſum. Allegat d. l. fi. Idem facit Purp. ĩ d. auth.
ſi quis in aliquo. C. d. eden. nu. 35.

Vlterius dicitur, quod etiam poſito, ſed non conceſſo, ꝙ
dictus Matthæus Teſta potuiſſet cogi ad exhibendum, &
12 producendum protocolum,† tamen id non poteſt proce-
dere in caſu de quo agitur, vbi dictus Matthæus iurauit
non habere facultatem illud exhibendi. Ita Rapha. in d.
l. fin. argumento ipſius. l. & nota in l prætor ait §. 1. ff. de
eden. vbi quando rationes non fuerunt penes me, ſufficit
iurare me non habere, & cum Rapha. concordat Corn.
vbi ſuprà, colum. 6.

Non obſtant. no. per Bal. in d. auth. ſi quis in aliquo, in
j. colum. quia reſpondet Cor. in allegato conſil. 223. col. 6.
13 † quòd Bal. ibi non loquitur in protocollo, & inſtumento
inde extrato per notarium, quod tranſumptum cenſetur
originale, licet non ſit protocollum, prout concludit idem
Bal in d. anth. ſi quis in aliquo, col. 2. verſic. ſed ponamus.
adducit in argumentum l. vnum. ff. de teſt. ſed loquitur ip
ſe Bal. in inſtrumento, & exemplo inde extracto vocatis
patribus, & ſic nõ in originali extracto à notario ex pro-
14 tocollo.† quia tunc non requirit̃ partium euocatio, vt fir-
mant Barto. & cæteri in d. auth. ſi quis in aliquo. Præterea
Bald. ibi reuocando Inno. dicit, quòd producetur origi-
nale ſi extat, quod inquit intelligendum Corn. ſi extat pe-
nes eum, à quo petitur edito argumento iurium ibi per
eum allegatorum.

Condeſcendo ad ſecundum caput, in quo etiam primo
aſpectu dicendum videtur, quod etiam ſi Gulielmus Cla-
ria notarius ſumpſerit ex protocollo patris ſui, cui, ſuc-
ceſſit, inſtrumentum liberationis in actis productum cum
15 authoritate iudicis, † quæ etiam in perſona eius quam-
uis filius, & hæres requiritur, iuxta not. per Specu. in titu
lo de inſtrum. edit. §. oſtenſum. verſi. illud quoque, & etiã
per Io. And ibi, qui atteſtatur ita de facto ſeruari, & per
Bal. Salic. & Pau. de Caſt. in l. quædam. §. nihil. ff. de eden-
do vbi ẽt Ang. & Fulg. dicunt ita de conſuetudine ſerua-
ri, ac Pau. & Alex. ac Iaſ. in l. ſi quis. ex argentarijs. §. cogẽ
tur. ff. eod. titu. quamuis aliter ibi ſenſerit Bar. & malè, ta
men tali ſumpto nulla venit adhibenda fides quoniã hęc
16 eſt vera Doct. concluſio.† ꝙ vbi protoccollum eſt nullm,
etiam ſumpto ex illo eſt nullum tanquam extractum, &
procedens a radice infecta, & vitioſa. ita Anchar. in con-
ſil. 431. colum. j. quem ſequitur Cor. in conſil. 70. colum. 2.
17 vol. 4. & in conſi. 118. colum. 2. volum. eod. † quia proto-
colla habere debent omnia ſolennia quæ exiguntur in
publicis inſtrumentis, prout præſupponere videtur Ioan.
Andr. in addit. ad Specu. in titu. de inſtrum. edit. §. viden-
dum. verſic. & nota ꝙ tabellio. & Abb. in c. cum tabellio.
col. 3. verſi. vlterius quæritur, de fide inſtrum. & cum An-
char. etiam per tranſit Pariſ. in conſ. 21. col. 16. vol. 2. & in
conſi. 27. col. 3. vol. eodem, ſed protocollum de quo agi-
tur videtur nullum ex pluribus, vt infra demonſtrabitur,
ergo, & ſimiliter ſumptum ex eo nullius erit momenti
Quod autem protocollum nullius ſit valoris, ac peccet
in multis probatur. Et primo, quia dictum protocollum
à quo fuit extractum dictum inſtrumentum liberationis
non fuit ſcriptum manu propria Sebaſtiani Clarij, qui il-
lud dicitur recepiſſe, ſed manu alterius, licet ſubſcriptũ
18 per dictum Sebaſtianum,† quo caſu dictum protocollum
redditur ſuſpectũ, cùm reperiatur ſcriptum manu diuer-
ſarum perſonarum. §. nos autem, in authantica. de. tabel.
19 † Et ratio, eſt nam ab initio actus quando notarius roga
tur, non poteſt, alij committere, vt ſcribat, quia in hoc vr̃

electa induſtria perſonæ, adeò vt alteri non poſſit delega
ri officium ſcribendi. Ita Bal. in conſi. 307. col. 2. vol. 5. Io.
And. in additio. ad Specu. in tit. de inſtrum. edit. §. inſtru-
mentum. Bald. in Rubrica. C. de fide inſtrumen. columna
7. verſiculo, ſed hic dubitatur. vbi inquit, quòd ſi du-
bitatur nunquid tabellio rogatus poſſit facere ſcribi per
20 alium, † quod diſtinguendum eſt, quòd aut loquimur de
protocollo, & tunc videtur dicendum, quòd nō: aut loqui
mur de ſumpto de protocollo manu propria ſcripto, &
tunc poteſt inſtante neceſſitate, vel negociorum multipli-
citate, dum tamen ipſe ſubſcribat per ſe, & ſigno muniat,
& ſubdit tria eſſe quæ per alium non poſſunt, ſed ſolum
per ſe, quorum primum eſt audire, & intereſſe: ſecundū
eſt protocollum ſcribere: tertiū eſt ſubſcribere, & ſigna-
re. Et Bald ſequitur Alex. in l. quædam, §. nihil, colum. pe.
ff. de eden. & in conſi. 41. in princip. volum. j. Pau. de Caſ.
in conſi. 209. colum. 2. volum. 1. Felin. in ca. inter dilectos,
col. fin. de fide inſtrum. Crauet. in conſil. 72. colum. 2. Ad
hoc etiam benefacit, quod voluit Bald. in §. illud, in au-
thent. de tabell. vbi dicit inſtrumentum ſcriptum manu
vnius, & ſubſcriptum manu alterius, videri ſuſpectum.
Et tantò magis hoc dicendum venit, cum ipſe Sebaſtia-
nus in ſua ſubcriptione mentionem aliquam ſpecialem
non fecerit, cuius manu dicta originalis notula fuerit ſcri
21 pta, † ſed ſolum quandam generalem ſubſcriptionem fe
cerit, quæ ſufficere non videtur, vt vult Bar. in l. diuus, in
§. Senatus, ff. ad legem Cornel. de falſ. Paul. de Caſtr. in
conſi. 350. circa fin.
22 Secundò redditur nullum dictum protocollum, † quia
in eo non reperitur appoſitum ſignum notarij, quod eſt
de ſubſtantia, vt per Ang. in l. Lucius, ff. de milit. teſtam.
vbi in 3. not. dicit verba infra ſcripta: nota tertio, ꝙ non
eſt ſtandū imbreuiaturæ notarij ſi non eſt in publica for
ma ſcripta. Caueat igitur notarij ne eorum imbreuiatu-
ras non publicatas dimittant, quas publicare poſſunt ap
ponēdo ſignum in principio, vel in medio, vel in fine, per
l. ſi quis ex argentarijs, §. fin. initium, ff. de edendo, & An
gel. refert Alex. in conſi. 153. col. 3. vol. 2. Idem voluit Bal.
in d. l. Lucius, & Fel. in c. j. col. 5. verſicu. & idem in proto-
23 collo, de fide inſt. vbi dicit † hoc etiam locum habere, ſi
faceret ſcribi inſtrumentum per alium ſecundum Bal. in
rub. C. de fide inſt. col. 11. & in l. ſingulos, ff. de teſt. Idem
tenuit Anch. in d. conſi. 431. quem ſequitur Cor. in conſ.
226. col. pen. vol. 3. & in conſi. 70. col. 2. & ſeq. volu. 4. & in
conſ. 118. col. 2. vol. eo. Pariſ. in conſi. 27. col. 2. vol. 2. & Bal.
24 in contractus, col. 2. verſi. quæro, C. de fide inſtr. † vbi in-
quit, ꝙ imbreuiaturæ quæ in iure appellantur ſchedæ, nō
probant, vbi non eſt ſubſcriptio tabellionis cum ſigno.
25 Tertiò peccat dictum protocollum, † quia in eo non cō
ſtat de rogitu notarij, & ad cuius validitatem requiritur,
§. nos autem, iuncta gloſ. in verbo, iniungatur, in auth. de
tabell. Innoc. in c. j. circa fin. verſ. item nota vtile eſſe, de
fid. inſtr. vbi etiam notant omnes alij, Ang. in conſil. 207.
26 † & in dubio nō præſumitur rogitus, niſi appareat, eo q a
roganti de receptatione inſtrumenti, ſeu notæ, eſt quid
facti, & facta nō præſumuntur, niſi probentur, l. in bello,
§. facta, ff. de cap. & quia hæc eſt ſolēnitas extrinſeca, quæ
non præſumitur, l. quæcunque, §. fin. ff. de publ. not. Inno.
& Ang. vbi ſupra Ang. in conſ. 275. col. 2. Cor. in conſ. 70.
col. 2. vol. 4. vbi dicit, ꝙ rogitus notarij non præſumitur
niſi in inſtrumento notarius aſſerat ſe rogatum, aliàs non
creditur inſtrumento. Idem voluit Alex. in conſi. 153. col.
3. vol. 2. & in conſi. 48. col. j. in fi. vol. 5. Cor. conſ. 191. col.
2. vol. j. Afflict. deciſ. 295. col. 4. & Dec. conſi. 11. col. 9. Qui-
bus non obſtantibus contraria ſententia de iure videtur
27 verior, & tenenda videlicet, † quòd imò dicto ſumpto ex
protocollo per dictum Gulielmum filium, & hæredem
defuncti, danda eſt fides, ſi commiſſione iudicis ſumptū
fuit, vt not. in d. c. cum P. tabellio: dum tamen de dicta
commiſſione aliter conſtat, quàm per aſſertionem ipſius
dicentis aliū notarium de dicta licentia fuiſſe rogatū, vt
per Alex. in conſ. 187. col. fin. vol. 6. qm̄ hæc eſt vera Doct.
28 ſententia, † ꝙ imbreuiatura ſcripta manu alterius, ſed
ſubſcripta manu notarij de ea rogati, facit plenam fidem.
Ita Anchara. in conſil. 242. colum. 1. quia ex ſubſcriptione
principaliter eſt ſumenda fides, vt dicitur patere in §. nos
29 autem in auth. de tabel. † ſubſcriptio enim notarij vide-
tur includere, & complecti effectum omnium præmiſſo-
rum, ad quæ habent relationem: quia ita eſt natura ter-
mini referentis. l. ſi ita ſcripſero, ff. de cond. & demon. &
Anch. ſequitur Alex. in conſi. 14. col. 3. verſi. 5. vol. 6. & in
add. ad Bal. in d. rub. C. de fide inſtru. in allegato verſ. ſed
hic dubitatur Bertr. in conſi. 59. col. 2. vol. j. Dec. in conſil.
447. col. 2. Pari. in conſ. 12. col. 5. verſi & ſi imbreuiatura,
vol. 2. & in coſ. 28. col. 5. ver. 3. vol. eo. Idem voluit Pau. de
Caſ. in conſil. 230. in 9. dubio, in fin. ſecundū antiquam
30 impreſſionem, † vbi tradit, ꝙ poſtq̄ ſcriptura eſt ſubſcri
pta manu notarij rogati, perinde eſt, ac ſi tota foret ſcri
pta manu eiuſdē, l. emptor, §. Lucius, & ibi Bar. ff. de pac.
& Pau. ſequitur Cur. iun. in conſi. 162. col. 2. ver. confirma
tur. Hoc etiā tenuit Alex. in conſ. 50. col. 2. vol. 3. & Crau.
in conſ. 72. col. 2. verſ. 2. & 3. Sed in caſu de quo agitur in
protocollo ſcripto manu aliena adeſt ſubſcriptio ipſius
notarij, ergo &c. Et pro confirmatione iſtius opinionis
conſidero multum ad propoſitum facere ratione propter
quam mouentur Cardin. Abba. & alij, in cap. inter dile-
ctos, de fide inſtrum. ad dicendum, quod notarius poteſt
per alium etiam priuatum ſcribi facere inſtrumentum,
dummodo ipſe qui fuit rogatus ſe ſubſcribat, quam dicūt
31 eſſe, † quia induſtria tabellionis non eligitur in ſcriben-
do, ſed vt det fidem geſtis, quam ſatis præſtat in ſe ſubſcri
bendo, & cum ſupra dictis etiam concordat Feli. ibi col.
pen. in fi. vbi dicit hanc opinionem approbatam ex con-
ſuetudine, & Dec. in conſ. 447. colum. 2. Sed iſta ratio ita
limitat, quando notarius facit ſcribere protocollum ab
alio dum modò ſe ſubſcribat, quia per iſtam abſolutionē
ita datur fides rei geſtæ, ergo & idem ius eſſe debet, ar-
gu. l. illud, ff. ad legem Aquiliam.
Non obſtat tex. in §. nos autem, & alia iura, quæ proui
32 dent, vt tabellio debeat manu ſua ſubſcribere, † quia il-
la iura loquuntur de inſtrumento ſiue documento, non
autem de protocollo, ſiue imbreuiatura, nam iſta de per
ſe non faceret fidem, ſed bene inſtrumentum, quod ex
eo ſumitur, vt not. Ioan. And. in addit. ad Spec. in titu. de
inſtr. editio. §. videndum reſtat, in princ. ita dixit Ancha.
in citato conſ. 242. col. j. quem ſequitur Alex. in conſil. 14.
33 col. 3. verſ. 5. & Bertrand. in allegato conſil. 59. col. 2. † Itē
dicta iura non loquuntur de ſcriptura, ſed de præſentia ta
bellionis, qui de per ſe debet negotio intereſſe, & non al-
teri mandare rogationem, & ipſe poſtea ſcribere. Ita An
ch. vbi ſuprà. Abb. in c. inter dilectos, col. 4. de fide inſtru.
Alex. in conſi. 60. col. 2. vol. 3. & Bertr. in d. conſi. 59. col. 2.
Sed in caſu de quo agitur, Sebaſtianus qui ſe ſubſcripſit
protocollo interfuit confectioni inſtrumēti, vt infra de-
monſtrabitur. Ergo non obſtare vr̄ fundamētum ex ad-
uerſo allegatum, ſed ſufficere debet ipſa ſubſcriptio.
Vlterius facit, nam poſito, ſed non permiſſo, quòd pro-
34 tocollum debeat eſſe manu notarij ſcriptum, dicitur, † ꝙ
ſtante cōſuetudine in patria Montisferrati, quòd notarij
non ſemper manu propria, & per ſe, ſed etiam per ſuos
ſubſtitutos, & ſeruitores ſcribunt protocolla, & origina-
les, ſeu matrices notas, & interſunt teſtamentis, & alijs
contractibus, & audita ac intellecta voluntate teſtantis,
vel contrahentium dictant ſubſtituto, & ille ſcribit, & fa
cta ſcriptura ſolent publicari, & recitari teſtamenta, &
contractus non per eum qui ſcripſit, ſed per notarium di
35 ctantem, & qui poſtea ſe ſubſcribit, † ꝙ ex iſta ſcriptura
poteſt ſumi publicum inſtrumentum. Ita in terminis di-
xit Bertran. in d. conſi. 59. col. 2. Pro cuius confirmatione
faciunt not. per Fel. in d. c. inter dilectos, col. pen. in fi. vbi
dicit etiam valere conſuetudinem, quòd notarius poſſit
ſcribi facere per alium inſtrumentum. Quod etiam vo-
36 luit Dec. in allegato conſil. 447. col. 2. vbi plus dixit, † ꝙ
de tali conſuetudine poteſt a ſeipſo iudex informare, in-
terrogando tabelliones, an ita fuerit de cōſuetudine ob-
ſeruatum, etiam non citata parte, per not. per Cyn. in l. 2.
verſi. ſecundò quæritur, C. quæ ſit longa conſuetud. Cui
accedit, quod voluit Pariſ. in conſi. 12. colum. 9. verſicul.
37 actus, volum. 1. † vbi inquit, quod actus alienationis non
debet præſumi fraudulentus, vbi aliàs præſumeretur, ſi
de authoritate conſuetudinis factus appareat: quia tunc
licitus, & permiſſus iudicandus eſt, argum. l. Gracchus,
C. de adul. & per Abb. in conſi. 68. in j. volu.
Non etiam obſtat, ꝙ non ſufficit ſubſcriptio dicti nota
rij, tanquam generalis, cum in ea dicatur. Ego Sebaſtia-
nus Claria notarius ſupra ſcriptum inſtrumentum rece-
pi, ſed requirebatur ſpecialis, & in ea debebat fieri men-
tio qui ſcripſerit illam notulam, ſeu imbreuiaturam, per
38 not. per Barto. in l. diuus, §. Item ſenatus. † quia reſpon-
detur, quòd imò ſufficit ipſa generalis ſubſcriptio, cum
ad ſuprà dicta referatur, vt per Bald. in auth. ſi quis in ali
quo, col. 3. verſic. vlterius ponamus, C. de edend. vbi dicit

ſufficere verba vniuerſalia, prædictis omnibus interfui: quia illa verba generalia habet relationem ad certam, ꝙ in principali ſcriptura continetur. Et idem tenuit Pet.de Anch.in d.conſ.242.col.j.in fi & Alexan.in conſi 14. col. 4.verſi.5.volu.6.Par.in conſi.28 col.6.volum 2.& contra Bart.in d.§.Item Senatus, atteſtatur eſſe cõmunem Dec. in c.quoniam contra, col.22.verſi.circa primum, de proba.& in d.conſil.447.col.2.imò magis communem Alex. in conſi.247.col.2.vol.2

39 Non obſtant not.per Bar.in d.§.illud.† quia in contrarium eſt communis doct.concluſio, vt per Par.in d.conſil.28.col.6.verſi.nec obſtat, text.in §.illud, vt etiam hoc patet ex his quæ ſupra deducta fuere.

40 Non obſtat ſecundo principaliter, † quod ſignum ſit de ſubſtantia protocolli, quoniam non repellitur ſpecifice, & expreſsè deciſum in iure, quòd ſignum ſit de ſolẽnitate inſtrumenti, vt per Bar.in prima conſtit. ff.colum. 2.verſi.2.aduerte, vbi expreſsè dicit, quod ſi eſt conſuetum apponi ſignum in inſtrumento, quod debet apponi, alias ſecus, cum ſignum nõ ſit de iure poni debent in inſtrumentis, vt per gloſſ.in l.geuerali, C.de tabel.li.10.Et hanc eſſe communem opinionem firmat Alexan. in rub. ff.de nou.oper.nuncia. colum.8 ver.Rom. & Io.de Imol. hic tractant. Et ita etiam tenuit Corn.in conſi 226. col. 2. volum 3.& in conſil.70.col.2. & in conſ. 118 col 2.volu 4. Card.in conſ.133.colum.2.verſi 3.obijcitur, iuncto verſi. ſi autem in inſtrumento, vbi inquit, quòd hæc pars eſt verior, quod appoſitio ſigni nõ eſt de ſubſtantia, adeò quod eius omiſſio vitiet inſtrumentum, niſi extaret conſuetudo, & quòd ſi in inſtrumento publico ſignum non eſt de ſubſtantia, multò minus in protocollo. Et Card.ſequitur Dec in rubrica, extra de fide inſtrumentorum, colum.5. verſic. 9. quia iſta eſt leuis ſolemnitas. Idem tenuit ipſe Card.in c.cùm P.tabellio, de fide inſtr. & Bald. in l.fideicommiſſa, §.j ff de lega.3. Alexand.in conſil.14.colum.2. vol.6. vbi propriè dicit, quòd licet Doct. aliquando reuocent in dubium, an imbreuiatura carẽs ſigno, & ſubſcriptione fidem faciat, tamen nemo negat, quod non poſſit ex ea ſumi inſtrumentum per notarium, cui commiſſæ ſunt rogationes notarij defuncti, ex not.per Cyn.in l.cõtractus in fi.C.de fide inſt.& Salic.ibi in ſexta q.vbi aſſerunt de conſuetudine ſeruari, aſſerens ibi Alex ita debere procedere not per Bald & Ang.in d.l.Lucius, & Bald. in rub.C.de fide inſtr.Et quòd non requiritur ſignum in protocollo hoc tenuit etiam Dec.in cõſ.447. & Cur.iun. in conſil. 162. col.2. vbi dicit ſummopere aduertendum eſſe ad verba Alex.in d.conſ.14 quia per ea voluit Alex. reſpondere ad ea, quæ ipſemet dixit in conſil.41. colum. 1.volum.1.vbi allegando plures doct.dixit, quòd ſcriptura notarij ad hoc vt faciat fidem, requiritur ſubſcriptio,
41 & ſignum notarij: † quia ſecundum Alex. in allegato conſi.14.debet intelligi, quando notarius viuit, qui poteſt apponere ſignum, & ſubſcriptionem: ſed quando notarius mortuus eſt, procedant ea, quæ dixit in d.conſi.14.Et hoc modo dicit Cur.ſaluare Alex.hanc varietatem docto.loquentium in hac materia. Iſtud etiam amplectitur Paul. de Caſt.in conſil.204.colum 7. vbi dicit, quòd licet Bald. notabiliter in l.contractus, C de fide inſtru. dicat, quòd
42 † ſunt tres perfectiones, quæ requiruntur ad hoc, vt ſcriptum notarij faciat fidem. Primò, quòd contineat locum, & tempus actus celebrati, & teſtes neceſſarios. Secundo, quòd contineat perfectionem actus. Tertio ſubſcriptionem notarij cum ſigno, tamen quod duæ primæ perfectiones ſufficiunt, vt perueniatur ad vltimam etiam per alium notarium de commiſſione iudicis, ſi ille qui confecit mortuus eſt, vt in c.cùm P.tabellio.de fi.inſt. Ergo ex his ſequitur, quod defectus ſigni non habet reddere protocollum inualidum.

Tertio non obſtat, ꝙ deficiat rogitus notarij, qui in du
43 bio non præſumitur, quia reſpondetur, † ꝙ imò de rogitu conſtat: quia in ipſo protocollo dicitur actum in loco Bergamaſchi, per quam clauſulam rogitus præſumitur ſecundum Bal.in auth.quod ſine, C.de teſt.quem ſequitur Alex.in conſi.14.col.3.verſi.5 in fi.vol 6.Pau.de Caſ. in conſi.111.col.1.vol.1.& in conſi.291 col.2. & in conſi. 307.col 2.vol.eo.Soc.in conſi.42. duplicato in conſ.173. col.2.Iaſ.in l.Gallus, § idem credendum, in fi. ff.de liberis, & poſthum.& Par & in conſi.61. col.2.vol.3. Verum quia nonnulli dicunt præmiſſam concluſionẽ procedere, quando iſta verba eſſent poſita in fine inſtrumẽti, vt ſentit Pau.de Caſt.in d.l.hac conſultiſſima, in fi.Card.in conſil.153.col.2.Ang.in tractatu de teſtam.in verbo factum. Alex.in d.conſi.14.in 4.col.in fin.Barb.in conſi.32. col.9. vol.1.Cur.in d.conſ. 162.in fi.& Pariſ.in conſ.27. col.3.in
44 fin.vol.2. † Ideo alio modo reſpondetur & dicitur, quòd de rogitu notarij conſtat: quia in ſubſcriptione ſua notarius dicit hoc modo. Ego Sebaſtianus Claria notarius ſupra ſcriptum inſtrumentum recepi, per quæ verba demõſtratur rogitus, quia non verificaretur verbum recepi, niſi eſſet rogatus, quia eſt ſolemnitas intrinſeca, quæ ſurget ex vi vocabuli. Et pro hoc allegatur deciſio Barto in l. ſciendum, col.fi.verſ.quæro ergo, ff.de verb.oblig.vbi in-
45 quit, † quòd notarius tunc intelligitur rogatus, ſi dicat publicaui, licet non dixerit rogatus. Et ratio eſt ſecundũ eum: quia ſi notarius dixit publicaui, videtur rogatus cũ non poſſit conficere inſtrumentum niſi rogetur, & ſic eſt ſolemnitas intrinſeca, quæ præſumitur. Et Bar.ibi ſequitur Imo Roma.& Alex.Idem tenuit Ang.in l.quæcunq; §.fi.ff de publicia.& Alex.in conſi.153.col.3.vol.2. vbi aſſerit opinionem Bar.eſſe communem. Idem voluit Corn. in conſ.226.col.1.vol.3.& in conſ.70.col.3.vol.4.Fel.in c. Alb.col.2.de teſtib.Par.in conſ.61. col.2. volu.3. Et hanc partem tanquam magis communem amplectitur Bertr. in conſ.219.col.2.vol.2.Ergo eodem modo dicendum eſt in præſenti caſu, ꝙ ex quo notarius in præſcriptione ſua dicit ſe recepiſſe ſupra ſcriptum inſtrumentum, ꝙ præſumitur rogitus: quia non potuiſſet recipere inſtrm̃, ſi ipſũ nõ publicaſſet, nec ipſi ĩterfuiſſet et de eo rogatus nõ eẽt.

46 Vlterius alio etiam modo probatur rogitus, † Nam in vltimis verbis protocolli adſunt hæc verba, Renunciantes ambæ partes &c. iurantes, &c. & inde &c. quo caſu, quãdo in protocollo notarij reperitur in fine &c. conſtat, quòd notarius habuit protocollum pro completo, & ab-
47 ſoluto, nec in eo volebat plus ſcribere, † ſed intelligebat ſub illa dictione &c. communia aliorum contractuum. Ita Bar.in l.ſi is qui, ff.de teſt.quem ſequitur Iaſ.in l.Gallus, §.idem credendum, in fi.ff.de lib.& poſth.ſed communia aliorum contractuum ipſius notarij vt conſtat ex alijs ſuis ſcripturis, ſunt, quod ſub illo verbo &c.ſequantur, & inde de præmiſſis rogauerunt per me notarium fieri debere inſtrumentum. Quo caſu ſicut quando hoc eſt expreſſum, datur fides inſtrumento, & rogitus probatur: Ita & etiam quando in finalibus verbis, ſeu protocolli dictum fuit & inde &c. per not in d.§. Idem credendum.

Vnde ex omnibus ſupra deductis, & allegatis, reſultat clara, & indubitata iuris cõcluſio, quod dicto ſumpto extracto de protocollo reperto inter alias rogationes ipſius notarij, & in quo omnia ſubſtãtialia reperiuntur, omnino eſt danda fides, cùm de authoritate iudicis, & de eius commiſſione ſumptum fuerit, iuxta not.per doct. in d.c. cùm P.tabellio.& Alex.in conſ.153. col.3.in fi. volu.2.& Pariſ.in conſ.27.col.2. Laus DEO.

## *SVMMARIVM.*

1 *Receptans ſcienter res furtiuas punitur pœna furti, quod declara, vt in num.25.*
2 *Quod ampliatur procedere etiam in feneratoribus ſcienter recipientibus pignori res furto ſubtractas.*
3 *Emens ſcienter rem furtiuam tenetur pœna furti.*
4 *Vincens in ludo ſcienter pecuniam ſeruo, quæ erat domini, vel filiofamilias quæ erat patris, committit furtum.*
5 *Famuli ſcholarium pignorantes libros dominorum fœneratorib. ſcientibus, tenentur pena furti.*
6 *Lex eos, C.de fur. locum habet in receptatorib. rerum furto ſubtractarum ſine intentione lucri. Sed contra nu. 28.& 36.*
7 *Lex nulla reperitur diſponens, quod receptans res furtiuas ſcienter teneatur pena furti.*
8 *Lex, eos, non loquitur generaliter in quolibet receptante rem furtiuam, ſed ſolum in receptante a ſeruo.*
9 *Lex vel ſtatutum, vbi diſponit in aliquo caſu exprimendo aliquã qualitatem, tunc agens ſeu fundans ſe in tali lege, vel ſtatuto, debet articulare, & probare qualitatem ipſius legis, vel ſtatuti.*
10 *Statuto ſi caueatur, quod dotata excludatur, vt locum habeat diſpoſitio ipſius ſtatuti, requiritur, ꝙ probetur qualitas dotationis.*
11 *Lex, eos tunc locum habet, quando probata fuit qualitas, quod receptator ſcienter receptauerit res furtiuas, & illas celauerit, vt numero 25.*
12 *Legis diſpoſitio ceſſat, vbi qualitas reqſita a lege nõ verificatur.*
13 *Ignorantia in dubio præſumitur, & nu.16.*
14 *Statutum loquens per verba prægnantia, & ampla debet reſtringi, ne ignorans puniatur.*

15 *Lex prima,ff.de recepta, locum habet inſcientibus, & non ignorantibus.*

17 *Receptans bannitum,ſi ſuſpicetur illum non bannitum,non punitur pęna receptantis bannitum.*

18 *Qualitas deducta in accuſatione ſeu inquiſitione,ſi non eſt probata, maximè quando ſuper tali qualitate principaliter eſt fundata intentio agentis , tunc ſequi debet abſolutoria.*

19 *Accuſans aliquem,quòd interfecerit Titiũ,ſi poſtea probat,quòd fecit per alium , ſuccumbere debet & proceſsus redditur nullus.*

20 *Accuſatio,vel inquiſitio ſi fiat de crimine tanqaam commiſſio certo loco,vel tempore,& probetur de alio,ſequi debet abſolutio, licet ſit probatum crimen.*

21 *Qualitas aliqua ſi eſt deducta in inquiſitione, quæ aliàs non erat neceſſario apponenda,ſi illa non ſit probata,non poteſt ſequi condemnatio*

22 *Verba inquiſitionis de per ſe, & ſine teſtibus non probant contenta in inquiſitione.*

23 *Verbis iudicis non creditur,niſi quatenus ex proceſſu appareat.*

24 *Verba famæ publicæ præcedente, quæ communiter in Italia ponũtur in inquiſitione,non probant famam,niſi aliter doceatur.*

26 *Receptatores furum quamuis debeant puniri, tamen id intelligitur quando ſcienter recipiunt malefactores in ſuo loco, vel alieno,præſtando eis cauſam abſcondendi.*

27 *Accuſatore non probante reus debet abſolui.*

29 *Acceſſorium debet ſequi naturam ſui principalis.*

30 *Furtum non punitur,niſi fiat animo lucrandi,& nu.34.*

31 *Delinquere nunquam quis dicitur faciens actum, niſi quando delictum eſt ei fauorabile.*

32 *Dolus nõ præſumitur ex receptione alicuius perſonę,vel rei,quãdo ad receptantem commodum non peruenit.*

33 *Probatio metus ſimpliciter facta non ſufficit, vt quis obtineat in actione,quod metus cauſa,ſed vltra metũ probare oportet, quòd vtilitas, & commodum ad inferentem metum peruenerit.*

35 *Falſitas non præſumitur dolo commiſſa, niſi quando committens delictum conſequitur emolumentum.*

37 *Gloſæ nihil alleganti non eſt credendum.*

38 *Erubeſcimus,cùm ſine lege loquimur.*

39 *Res furtiua ſi reperiatur penes aliquem, facit contra eum indicium ad torturam,niſi etiam ipſe doceat a quo habuit,quod intellige, vt nu. 41.*

40 *Hæreticus præſumitur, & de hæreſi poteſt ille condemnari penes quem reperiuntur libri hæreſis.*

42 *Furtum commiſſum in aliqua domo,operatur, quòd vicini malæ vocis,& conditionis poſſunt capi,& torqueri pro furto inueniendo,ſecus ſi ſint bonæ vocis,& famæ.*

43 *Teſtibus nobilibus magis credendum eſt.*

44 *Bona fama,cùm ſit theſaurus inæſtimabilis,& ſicut lilium dãs ſuauitatem odoris, purgat indicia ad torturam.*

45 *Præſumptio delicti tollitur ex probatione bonæ famæ.*

46 *Receptans bannitum publicum ſcienter,incidit in pœnam ſtatuti de receptationibus bannitorum, niſi receptauerit filium, & agnatum,vt nume.ſequ.47. quod tamen declara,vt numero 50. 65.71.& 75.*

48 *Sanguinis ratione multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*

49 *Iura generaliter prohibentia communionem cum excommunicato,non comprehendunt coniunctos ipſi excommunicato.*

50 *Vxor,& filij non ſolum poſſunt cum excommunicato communicare.ſed etiam tenentur.*

51 *Aduocationem aſſumere contra rempublicam, pro affine, vel coniuncta perſona quis non prohibetur.*

52 *Coniunctus poteſt relinquere meretrici coniunctæ, licet nõ alteri.*

53 *Miles qui non poteſt recedere ſine licentia ſuperioris de loco belli, non cadit in eam ſi recedit , & vadit ad videndum affinem infirmum.*

54 *Vxor receptans maritum bannitum, vel delinquentẽ nõ punitur.*

55 *Affinis cogi poteſt ad accipiendum onus ſeu curam alimentandi pupillum affinem.*

56 *Compromiſſum licet nemo cogatur acceptare, tamen id non procedit in perſona coniuncta vtrique litiganti:quia tunc cogi poteſt ad acceptandum.*

57 *Coniunctio ſanguinis aliqualiter excuſat,conſanguineum,ſi nõ accuſauit conſanguineum de crimine læſæ maieſtatis.*

58 *Pater plus amat filium,quàm ſeipſum.*

59 *Statutum , quòd bannitus poſſit impunè occidi , de iure validum eſt.*

61 *Bannitus qui ex forma ſtatuti poteſt impunè occidi, dicitur hoſtis ciuitatis,& inimicus patriæ.*

62 *Filius poteſt occidere patrem bannitum, qui ex forma ſtatuti poteſt offendi,licet omni iure diuino, & humano prohibitum ſit filio occidere patrem,ſed contra nu.36.*

64 *Statuto ſi caueatur, quod bannitus poſſit impune occidi, tamen frater vigore ſtatuti non poterit offendere fratrem.*

66 *Statutum diſponens, quod bannitus poſſit impunè occidi debet intelligi de ritè bannito ex vera confeſſione, vel ex veris probationibus delicti,non autem ex contumacia.*

67 *Condemnatus propter contumaciam magis dicitur cõdemnatus ex contumacia, quàm ratione delicti.*

68 *Statutum diſponens, quòd pater teneatur ſoluere condemnationẽ filij, ſi filius deliquerit,ſi fuerit condemnatus per contumaciam pater non tenebitur ſoluere condemnationem.*

69 *Confeſſio reſultans à ſtatuto ex contumacia non dicitur vera, ſed ficta,& præſumptiua.*

70 *Confeſſio ficta nunquam probat verè delictum.*

71 *Statuto ſi caueatur,quòd bannitus a ciuitate Bononiæ ſi venerit ad dictam ciuitatem decapitetur,locum non habet in bannito, qui fuit captus Mutinæ, & per vim conductus Bononiæ.*

72 *Statutum puniens intrantem palatium certo tempore, locum non habebit in eo,qui illo tempore impulſus fuit in palatio.*

73 *Solutio onerum coactè facta,non tollit immunitatem.*

74 *Statutum licet velit, quòd nauis veniens ad portum ſoluat decẽ, tamen locum ſibi non vendicabit, ſi propter tempeſtatem maris nauis aliqua venerit ad portum.*

76 *Statutum puniens receptantem bannitum,non procedit in receptãte bannitum cui reſiſtere non potuit.*

77 *Iudex non debet eſſe ſeuerior,nec crudelior lege.*

78 *Iudex inclinare debent in benigniorem partem.*

79 *Iudex maiorem honorem conſequitur in abſoluendo quàm in condemnando.*

## CONSILIVM XLV.

VIſa inquiſitione formata contra Innocẽ
tiũ Burlam de receptatione per eũ ſciẽ-
ter facta de reb. furto ſubtractis nobili
Amadeo Cantauenæ per Hyppolitum
de Ferrarijs, necnon ẽt de reb. furtiuè
ſubtractis Magdalenæ Muſæ, & in do-
mo d.Innocẽtij repertis, ac de recepta
tione bannitorũ: & quia dicta inquiſitio continet tria ca-
pitula,ideo de vnoquoq; ſigillatim diſcutiendum erit. Et
1 deueniendo ad primum,† videtur Innocentium, qui re-
ceptaſſe dicitur ſcienter ipſas res furtiuas, teneri pœna
furti,per text.in l.eos,vbi not.oẽs, C.de furtis,per quem
tex.dicit ibi Bal.ꝙ tpe ſuo fuit ſuſpenſa quædam mulier,
2 quæ ſcienter receptauerat res furtiuas,† ꝙ inquit ẽt pro
cedere in fœneratorib. ſcienter recipientib. pignori res
furto ſubtractas,per l.ſeruus cuiuſq;,ff.de cond.indeb.&
Bal.ibi ſequitur Pau.de Caſ.& Ang.in tractatu maleficio
rum,in verbo,& cęleſtem veſtem,verſ.quid ſi quis emit.
3 † vbi idẽ dicit de eo,qui ſcienter emit rem furtiuam a fu
re,per l.in ciuilem,C.de fur.cum ibi not.per gl.& docto.
& in ver.quid ſi rem furatam.Marſi.in l.ſi in rixa,nu.50.
ff.ad legem Corneliam,de ſicar.& in l.is qui cum telo,nu
mero 3.C.eod.tit.& in conſi.30.col.1.& in conſi.53.num.
21.& in conſ.47.nu.7.pro qua opinione etiam facit, quod
not.Bald.in rub. C.de condi.ob turpem cauſam,vbi tra-
4 dit,quòd † vincens in ludo ſcienter pecuniam ſeruo,quę
erat ſui domini,vel filiofam. quæ erat patris, vel inſtito-
ris,quæ erat patroni,committit furtum,& tenetur furti,
ac illam non lucratur.& Bal.ſequitur Iaſ. in d.l.cum ſer-
uus,in fin.& Alciat.in tract.de præſum. in 3.reg.præſum.
5 24.nu.6. † & quam l.ſeruus, dicit eſſe ibi Bald. menti te-
nendam pro famulis ſcholarium pignorantib. libros do-
6 minorum fœneratoribus ſcientibus.† Nec habet obſtare
ſi dicatur,quòd d.l.eos,non habet locum in receptatori-
bus rerum furto ſubtractarum ſine intentione lucri:quia
contrarium ibi tenuit Salic.

Quibus tamen non obſtantibus, cõtrariam partem in
terminis noſtris vti veriorem tenendam arbitror, & li-
cet vnico verbo poſſem dicere,vt inquit Marſ. in citato
7 conſi.53. † quod nulla lex reperitur hoc dicens, ꝙ rece-
8 ptans res furatas ſcienter,teneatur pœna furti,† & ꝙ d.
l.eos. non loquitur generaliter in quolibet receptante rẽ
furtiuam, ſed ſolum in recipiente a ſeruo, per rationes
ibi per eum deductas,tamen pluribus alijs modis demõ-
ſtrabo dictam legem locum non habere in iſto caſu. Et
9 quod ſit verum,patet manifeſte, † quoniam vbi lex vel
ſtatutum diſponit in aliquo caſu exprimendo aliquã qua
litatem, tunc agens, ſeu fundans ſe in tali lege vel ſtatu-
to, debet articulare, & probare qualitatem ipſius legis
vel ſtatuti,vt no.dixit Ang.in l.vel necare,ff.quemadmo-

dum teſt.aper.& Bar.in l.1.§.ait prætor,ff.ne quid in loc.
publ. quem ſequitur Decian. in conſilio 261. columna 2.
10 vbi dicit, † quod ſi ſtatuto caueatur, quòd dotata exclu-
datur, vt habeat locum diſpoſitio ipſius ſtatuti requiri-
tur,quòd probetur illa qualitas, quòd ſit donata. Idem
Dec in conſilio 300.colum.j.Iaſ.in conſil.224.columna.2.
volu.2.& in l non ſolum, §.ſed & probari, ff.de noui ope-
11 ris nunciatio. † Sed lex eos requirit,quòd adſit hæc quali-
tas in receptatore,quod ſcienter acceptauerit,quæ quali-
tas non fuit probata, nec minus capitulata, quæ tamen
capitulari debebat,& non ruditer, vt inſtruit Fel. in cap.
quo ad conſultationem col. pen.in fin.poſt.alios per eum
12 citatos, de re iud. † quo caſu ceſſante probatione dictæ
qualitatis, non poteſt habere locum diſpoſitio d.l.argum.
eorum quæ not.Bart.in l.4.§.toties,ff.de damno infect.&
ideo dicit Bald.in l.fin.colu.2.C.de ſponſa.quem ſequitur
Iaſ.in l.ſi conſtante,num.187. ff.ſoluto matrimonio quod
ille qui dicit aliquem pręſciuiſſe, debet illud probare, &
13 ideo cum † ſimus in ignorantia, quæ præſumitur,vt in l.
verius,ff.de probatio.merito ea non punitur l.genero, ff.
de infa.& ideo dixit Socin.in conſil.122 col.2.vol.j.quem
14 ſequitur Crau.in conſ.6.nu.73. † quòd ſtatutum loquens
per verba prægnantia & ampla,debet reſtringi,ne igno-
rans poniatur. Et in ſpecie, ac in terminis noſtris voluit
15 expreſsè gl.in l.j.ff.de recept. † vbi inquit,quòd d.l.j.quæ
vult,quòd receptatores puniantur,atque latrones,habet
16 locum in ſcientibus, & non in ignorantibus, † quia in
dubio præſumitur ignorantia. Quam gloſſ.dicit ibi Bart.
eſſe notandam,& menti tenendam,pro ſtatutis loquenti-
bus de receptantibus bannitos.Et illam gl.etiam ſequun-
tur Arim in addi. ad Angel. in tractatu maleficiorum, in
verbo, dicto maleficio ſemper, in verſic.quæro quia ſu-
pra dixi.Fel.in capit.2.in princ.de excep.Bart.in l.Metro-
dorum,ff.de pœn.Marſ.in l.qui ignorans nu.22 ad l.Cor.
de falſ.in l.qui falſam nu.73.eo.tit.& in l.vnica.C.de rap-
tu virginum.nu.205.Et ita in indiuiduo dixit Rom in cō-
ſil.473.quem ſequitur Arim.in additionibus ad Angel.in
tractatu maleficiorum, in verbo, & cœleſtem veſtem, in
17 verſic.quòd ſi rem furatam,in fi.† Et hoc adeò verum eſt,
quod dixit Bal.in l.2.C.de adul. quem ſequitur Arim. vbi
ſuprà in dicto verbo,dicto malefico &c.quòd ſi receptans
bannitum ſuſpicetur ipſum eſſe bannitum, quòd etiam
tunc non punitur,& quòd ignorantia ipſa excuſet a deli-
cto,eſt text.in ca.cum à nobis,& ibi doct.de excep. & no.
Marſ.in d.l.qui ignorans,& in d.l.qui falſam, vbi multa
ad hoc allegat,igitur ſequitur,quòd ex quo verificata non
fuerunt deducta in inquiſitione, quòd ſolum ex hoc capi-
te debet abſolutoria ſequi in fauorem dicti Innocentij,
vt in ſpecie decidunt Iaſ.de Aret.& Cyn.in l.2.C.de pro-
ba.quem ſequitur Soc. Iun.multa alia allegando in conſi.
18 36.col 1.vol.2.† vbi volunt, quod vbicunque qualitas de-
ducta in accuſatione vel inquiſitione non eſt probata,ma-
xime quando ſuper tali qualitate principaliter eſt funda-
ta intentio agentis, quòd ſequi debet abſolutoria. Et ideo
dixit eleganter Ioan. Monach.in regula qui per alium fa-
19 cit, de regulis iur.in ſexto † quòd ſi aliquis accuſat ali-
quem,quod interfecerit Titium,ſi poſteà probet,quòd fe
cit per alium,& ſic per tertiam perſonam,quod ſuccum-
bere debet accuſator,& proceſſus erit nullus, De quo di-
cto facit magnum feſtum Bald.in capit.j. §.iniuria,in vlt.
colu.de pact.tenen.& Felin.in cap.mulieres,colu.pen.de
ſenten.excom.Marſ.in conſi.7.Pro quo facit, quòd nota.
Pau.de Caſtr.in l ſi communem, §.j.ff.quemad.ſer.amit.
20 † vbi dixit, quòd ſi fiat accuſatio vel inquiſitio de crimi-
ne tanquam commiſſo certo loco vel tempore, & probe-
tur de alio loco vel tempore,quòd ſequi debet abſolutio,
licet ſit probatum crimen.Et Paul.ſequitur Marſ.in con-
ſil.48.nu.17.in conſil.57 num.18 & in conſ 96.nu.5.con-
ſil.112 col.2.& in pract.crimi.in §.& quia,num.12. Et i-
ſtud in tantum eſt verum,quod dixit Bar.in l.is qui reus,
21 verſi.venio ad quęſtiones,ff de publ.iud. † quòd ſi aliqua
qualitas deducta eſt in inquiſitione quæ aliàs non erat ne
ceſſario apponenda,ſi tamen illa non ſit probatā,non po-
teſt ſequi condemnatio Et Bart.ſequitur Marſ.in d.conſi.
7.num 68.Nec obſtat, quòd in inquiſitione dictum ſit, ꝙ
ſcienter receptauerat, ex quo ſequitur, quòd apparet de
22 ſcientia:quia reſpondetur,†quòd verba inquiſitionis de
per ſe,& ſine teſtibus,non probant contenta in ipſa inqui
23 ſitione: † quia non creditur verbis iudicis,niſi quatenus
ex proceſſu appareat,ca.quoniam contra,de prob.& ſin-
24 gulariter dixit Fulgoſ.in conſi.107.col.2.† vbi dicit, ꝙ li-
cet communiter in Italia in inquiſitione dicatur fama pu
blica præcedente, tamen, quòd per talia verba non pro-
batur fama,nec talia verba ſufficiunt ad eſſentiam famæ,
niſi aliter probetur.Et Fulgoſ. ſequitur Dec.in conſil.256.
col.pen. in fi. vbi etiam inquit ita tenere. Sig.de Homod.
in conſi.156.col.2.& in conſi.170.col.2.& 189.col.fi.Idem
Fulgoſ.in conſ.136.in 6.col.cum quo etiam tranſit Marſi.
in pract.ſua crim.in §.conſtante num.16.& in conſil.104.
nu.1.& in conſi.122.nu.20 & in conſi 57.nu.15.
Secundò etiam reſpondetur, quod etiam data ſcientia
25 Innocentius non poteſt puniri in pœna furti, † quoni-
am vt talis receptator puniatur ipſa pœna duo copulati-
uè requiruntur, ſcilicet quòd ſcienter receptauerit, &
demum, quòd res furatas celauerit, aliàs vnum ſine alte-
ro non ſufficit.Ita probat textus expreſſus, in §.præterea
in verbo,ſuſceperit & celauerit,Inſtit.de obligatio, quæ
ex delic.naſcuntur,quem ſummè ad hoc notat ibi Angel.
quem ſequitur Marſ.in conſil 30 nu.20. Pro cuius confir-
matione facit, quòd notat Gand. in tract. maleficiorum,
26 ſub.rubr.de receptaro,furum & latronum, † vbi dicit,
quòd quamuis receptatores furum debeant puniri tamē
quod dedemus intelligere illum receptare malefactorem
qui ſcienter recipit in ſuo loco vel alieno præſtando cau-
ſam abſcondendi,vt in l.j. §.quod autem, ff.de ſeruo cor-
rup.& Gand.ſententiā amplectitur Arim.in add.ad Ang.
in dicto verbo, dicto maleficio ſemper aſtitit in verſicu.
quæro,quia ſuprà dixi.Sed in caſu de quo agitur non fue
27 runt probata hæc requiſita, † ergo accuſatore,vel curia
non probante,reus debet abſolui, l.qui accuſare, C.de e-
den.l.fin.C.de probatio.
28 Tertiò reſpondetur,† quòd diſpoſitio d.l.eos,non ha-
bet locum, quando quis ſcientes etiam receptauerit res
furto ſubtractas,non animo & intentione aliquid lucran-
29 di,ſed gratis, vt tantum ſeruiat amico. † quia acceſſoriū
debet ſequi naturam ſui principalis, reg.acceſſorium, de
regulis.iur.in ſexto,l.fin.C.de non numerata pecunia.
30 † Sed furtum, quòd eſt principale non punitur, niſi fiat
animo lucrandi, vt habetur in diffinitione furti, vt per
Azo. in ſumma.Ergo receptio furti quæ eſt acceſſoria, &
dependens ad ipſo furto non punietur, niſi fiat propter
lucrum, vel cum animo lucrandi, & ad hoc optimè facit
31 glo.in l qui iuraſſe,§.ſi pater,ff.de iureiur. † quæ dicit,
quod nunquam ex actu, quē quis facit, dicitur delinque-
re,niſi quando delictum eſt ei fauorabile. Ita in terminis
voluit Bal.in conſil.250.col.3.vol.j.quod eſt repetitum in
conſil.382.vol.5.quem ſequitur Crau.in conſil 8.col.j.in
32 fi.vbi propriè dicit,† quod ex receptatione alicuius per-
ſonæ vel rei,non præſumitur dolus,quando ad receptan-
tem commodum non peruenit.Idem dixit Marſ.in d.con
ſil.53.num.29.cum pluribus ſequentibus,& in l.ſi in rixa,
num.59.ff.ad l.Corn.de ſicar.Facit,quod notat Decia.in
33 conſil.42.col.4.in fi. † vbi dicit,quòd non ſufficit probare
metum illatum ſimpliciter, vt quis obtineat in actione
quod metus cauſa. Sed vltra metum probari debet,quòd
vtilitas & commodum ad inferentem metum peruene-
rit. Ad quòd allegat Bart. ita tenendum in l.ſi cum exce-
ptione,§.in hac.per illum text.ff.quod metus cau.& Dec.
34 ſequitur Marſ.in conſil.77.nu.8 † vbi etiam inquit,quòd
35 furtum non committitur niſi animo lucrandi. † & ſimili
ter falſitas non præſumitur commiſſa dolo, niſi quando
aliquod emolumentum commitens conſequatur.Et Mar-
ſil.ſequitur Soc.Iun.in conſi.37.nu.32. volu.2.& in conſ.
38.nu.12.& 19. vol.eod.ac Crau.in conſil.75.nu.13 & 17.
Et ſic ex his conſtat malè locutum fuiſſe Sal. dum dixit,
36 quòd d.l.lex eos,habet locum etiam in receptante ſcien-
ter gratis,& tantò magis hoc dicendum venit, cum nihil
37 ad hoc allegat.† vnde gloſſæ quæ nihil allegat non ſit cre-
dendum,vt dixit Bald. in l.respublica, C.ex quibus cauſ.
maio.& in l.j.in 3.col.verſic.quæro vltimò. C.de iuris,&
38 facti ignorantia. Ergo multo magis Sal. † quia erubeſci-
mus cum ſine lege loquimur,l.illam,C.de coll. ita Marſi.
in citato conſil.53.num.33.& propter hoc remanet expe-
ditum hoc primum caput.
Venio ad ſecundum, & dico, quòd licet communis do-
39 ctor.ſententia ſe habeat † qd ſi res furtiua reperiatur pe-
nes aliquem,talis inuentio faciat indicium ad torturam,
contra illum penes quem reperta fuerit, niſi etiam ipſe
doceat à quo habuerit,vt per Bar.in l. fi.verſic. veniamus
ad iudicia ſpecialia,ff.de quæſt. & Ang. in l ancillæ. C.de
furt.& in l.2.in l.milites,& in l. fin.C.de quæſtio. Ang.in
tractatu maleficiorum,in verſic.fama publica,verſi. quæ-

ro an vnum indicium. Pro qua opinione etiã facit, quod
40 voluit Rom.in ſing.ſuo 323. † vbi dixit, quòd eo ipſo, ꝙ
libri hæreſis reperiuntur penes aliquem, quòd ille præſu
mitur hæreticus, & poteſt de hæreſi condemnari, quem
ſequitur Marſ.in pract.ſua crim.in §.diligenter, num.91.
verſiculo vlterius, & in conſi.52.nume.33.vbi multa alia
41 allegat. † Tamen hæc recepta doctorum concluſio limita
tur habere locum, quando res furtiua reperitur apud ho
minem, qui ſit malæ vitæ, & conditione, ſecus ſi bonæ fa-
mæ, qui non ſit ſolitus ſimilia facere: quia tunc talis inuẽ
tio non facit indicium ad torturam, ita communiter di-
ſtinguunt, & declarant Bal. & Imo.in l.fin. ff.de hær.inſt.
nec iſto caſu tenetur indicare a quo habuerit. Ita Ang.in
tractatu maleficiorum, in ver. & veſtem cœleſtem, verſi.
quæro an eo ipſo, vbi ponit exemplum in ſtrazarolis, qui
ſolent emere rem ab ignoto. Et Bal. ac Imol. ſequitur A-
rim.in addi.ad Ang.in d.verbo, & veſtem cœleſtem, ver-
ſic.quid ſi quis emit. Alex.in conſi.5.col.2.volu.j. Alc.in
tracta.de præſump. in 3.regula, præſump.29. Marſil.vbi
ſuprà, & in conſil.72.nu.21. in l.qui falſam, nu.125. ad l.
Cornel.de fal. pro cuius confirmatione facit, quod voluit
42 Bald.in l.dominus horreorum, ff.loc. † vbi limitando di-
cta per Bar.ibi qui voluit, quòd ſi commiſſum eſt furtum
in aliqua domo, quòd vicini poſſunt capi, & torqueri pro
furto inueniendo, inquit Bald. hoc eſſe verum in vicinis
malæ conditionis, & famæ, qui ſunt conſueti ſimilia face-
re, ſecus autem dicit eſſe in vicinis bonæ vocis, conditio-
nis, & famæ: quia tunc non poſſunt torqueri. Quam deci-
ſionem refert, & ſequitur Iaſ. in l.in actionibus col. pen.
ff de in litem iuran. & Mar. vbi ſuprà. Sed in caſu iſto ca-
pitulatum, & probatum fuit de bona fama dicti Innocen
tij per plures teſtes concordes, & optimè deponentes,
43 † ac nobiles, pro quibus magis præſumendum eſt, iuxta
gl.in c.illud 4.diſtinctio. & Ang.in l.ſi a bonæ fidei, per il-
lum tex.ff.de rei vendit. ac Gerard. de Petr. ſanc. in ſing.
44 30. quæ quidem † bona fama cum ſit theſaurus inæſtima
bilis, & ſicut lilium dans ſuauitatem odoris, ſecundum
Bal.in l.j.col.5.C.de confeſſ. purgat indicia ad torturam,
& voluit Ang.in l.milites, C.de quæſtio. & Dec.in conſi.
45 175.col.pen. & in conſi.189 col.penul.in fi. vbi † præſum-
ptio delicti tollitur ex probatione bonæ famæ, & Marſil.
in conſil.109.num.27. & in conſil.117.nu.47 & Cępol.in
conſi.21. Pro quo etiam facit, nam ſicut corpus noſtrum
illuſtrat ſol, ita etiam bona fama, ſecundum Bald.in c.ve-
niens, de teſtib. quem ſequitur Corſ.in ca.grandi, col.14.
de ſuppl.negl.prælato. Et ideo ex his etiam remanet ex-
peditum ſecundum caput, quòd dictus Innocentius nul-
latenus veniat occaſione dictæ rei repertæ in domo ſua
torquendus.

46 Quo vero ad vltimum caput, † primo quidem aſpectu
videtur dictum Innocentium vti receptorem banniti pu
niendum eſſe pœna ſtatuti loquentis de receptatoribus,
cum ſcienter Franciſcum eius filium bannitum recepta-
uerit: quia publicum erat illum eſſe bannitum, vt decidit
Barto.in l.1.per gloſ.ibi. ff.ve receptato. vbi inquit illam
eſſe menti tenendam pro ſtatutis loquentib. de receptã-
47 tibus ex bannitos: † Nec habet obſtare ſi dicatur, ꝙ tale
ſtatutum debet intelligi de receptantibus bannitos ex-
48 traneos, non autem filium vel agnatum, † quia videmus,
quòd ratione ſanguinis multa conceduntur, quæ aliàs nõ
49 permitterentur, vt patet. † Nam iura generaliter prohi-
bentia communionem cum excommunicato, non com-
prehendunt coniunctos ipſi excommunicato, adeò, quod
communicantes ipſi cum eo, non incidunt in aliquam pę
nam, tex.eſt in c.quoniam multos, 11.q.3. in ca.inter alia
50 de ſent. excom. † vbi vxor, & filij non ſolum poſſunt cũ
excommunicato communicare, ſed etiam tenentur. Fa-
51 cit text.in l.pen.ff.de poſtu. † vbi quis non prohibentur
aſſumere aduocationem cõtra rem publicam pro aliquo
affine vel coniuncta perſona, licet pro alijs ſecus, l.2. C.
de aduo.diuer.iud. per quem text. dixit Angel.in authen.
52 quibus modis natur. effi. legit. † quòd coniunctus poteſt
relinquere meretrici coniunctæ, quod ſecus eſt in non cõ
53 iuncta. † Item miles qui non poteſt recedere ſine licen-
tia ſuperioris de loco belli ſub pœna, non cadit in pœnã
ſi recedit, & vadat ad videndum affinem infirmum, l.qui
cum vno, ff.de re mil. Quæ iura, & quas deciſiones refert
& ſequitur Marſ.in conſi.119.num.15.cum ſequentibus.
Accedit etiam quod dicit Specu. & magis proximè in tit.
54 de don. inter virum, & vxo. † vbi inquit, quòd illud quod
dicitur, quòd receptans ſcienter malefactorem, tenetur,
non procedit in vxore recipiente virum bannitum vel
delinquentem, quia vnus debet compati infortunium al-
terius, l.ſi cum dotem, §.in ſæuiſſimo, ff.ſolut.matrimo. Et
Specul. ſequitur Nellus in tractatu bannit.in 3.par.ſecun
di tempo. quæſtione 22.vbi allegat Alb. idem voluiſſe, &
ipſum etiam ſequitur Arim. in addi.ad Ange. in tractatu
maleficiorum, in verbo dicto maleficio ſemper aſtitit. in
fin.colum.verſi. & aduertas etiam illud. Facit etiam tex.
55 in l.j.§.quamuis, ff. vbi pup.educa. deb. vbi dicitur, † ꝙ
licet quis non poſſit cogi ad ſumendum onus alimentan-
di aliquem, tamen hoc fallit propter affinitatem, quia af-
finis poterit cogi accipere onus ſeu curam alimentandi
pupillum eius affinem. Et illum textũ.ibi multum notat.
56 Bald. ad vnum videlicet, † quòd licet nemo cogatur ac-
ceptare compromiſſum, vt habetur in l.3.§.tametſi. ff.de
arbitr. tamen hoc fallit in perſona coniuncta vtrique liti-
ganti, quia talis ratione coniunctionis, poterit cogi ſuſci-
pere compromiſſum de lite inter eos vertente. Quod di-
ctum pro valde not. etiam ſequitur Cre. in not. ſuo 59.
Accedit quoque quod dixit Bald.in conſi.34.in fine.in 3.
volum. & in conſi.ſequenti, quem ſequitur Marſi. in ſin-
57 gu.164. † vbi dicit, quòd coniunctio ſanguinis aliter ex-
cuſat conſanguineum, ſi non accuſauit conſanguineum
de crimine lęſæ maieſtatis, ergo eadem ratione dicendũ
58 eſſet, † quòd pater ratione ſanguinis, & qui amat filium
pluſquam ſeipſum, l.iſti quidem, ff. quod metus cauſ. &
per Marſ.in l.inauditum, in princ. ad legem Corn. de ſi-
carijs debeant excuſari a dicta pœna ſtatuti. Quia reſpon
detur, quòd ex quo ſtatutum loquitur de receptantibus
59 bãnitos, qui ex forma ſtatuti poſſunt impunè occidi. † ꝙ
equidem validum eſt, vt ſentit Bar.in l.j.ff.de adulte. & la
tiſſimè Marſ.in pract.ſua crim.in §.aggredior.nu.2. & in
60 l.j.num.53.de ſicar. & in conſ.73. nu.75. † ꝙ ſub tali ſta-
tuto comprehenduntur, etiam agnati & cognati receptã
61 tes bannitum agnatum, vel cognatum, † quia talis bãni-
tus dicitur hoſtis ciuitatis, & inimicus patriæ, l.3.§.tran-
sfugas, ff.ad legem Corn.de ſicar. in l.amiſſione, §.qui de-
ficiunt, ff.de capi.dimin. Marſ.in conſil.57. numero 28.in
conſilio 110. columna 2. in fin. & hoc adeò verum dixit
62 Marſil.in conſil.10. colum.2. in fi. † quòd licet omni iure
dinino, & humano prohibitum ſit filio occidere patrem,
alias punitur pœna duriori omni alio delinquente l. pe-
nul.ff.ad legem Iul.de parricid. tamen licet filio occidere
patrem bannitum impunè, l.minime, & ibi doc.ff.de re-
63 lig. & ſump.fun. † licet hoc non credam verum, per ea
quæ dixit Nellus in tractatu bannit.in tertia parte, ſecun
64 di tempo. quæſtio. 53. † vbi dicit, quòd ſtante ſtatuto, ꝙ
bannitus poſſit impunè occidi, tamen frater non poterit
vigore talis ſtatuti occidere fratrem bannitum Quod di-
ctum pro valde not. refert, & ſequitur Veronenſ.in conſi.
5.in 5.colum. & idem Marſilio in l.diuus Adrianus, ff. ad
leg. Cor.de ſicar.in l.j.nu.200. C.de raptu virg. & in con
ſil.119.num.18.vbi etiam inquit tenere Nell. in tractatu.
in 2.par.ſecundi tẽporis, quæſt.10 & idem Marſil.in ſing.
210. ſi ergo hoc non permittitur fratri, ergo multo magis
filio, authen. multò magis, C.de ſacroſan.eccleſ. Vnde re-
deundo ad propoſitum ſicut talem bannitum perdit ciui
tas, ita & agnati & cognati eum perdunt. Ita in indiui-
duo decidit Bar. in l.fi.ff.de receptato.

Quibus tamen non obſtantibus contrariam ſententiã
55 vti veriorem tenendam arbitror. † & dico, quòd licet ve
ra ſit opinio, quæ habet, quod pater qui receptat filium
bannitũ, qui ex forma ſtatuti poteſt impunè occidi, non li
beretur a pœna ſtatutaria, licet ex cauſa minori pœna
plecti poſſit, vt per Bart.in d.l.fi.de receptato, & Alexan.
in conſi.144.col.fin.vol.2. & Ang.in tract. maleficiorum,
in verbo dicto maleficio ſemper aſtitit.in verſicu. quæro,
quia ſuprà dixi, tamen, quod illa procedit, & locum ha-
bet quando bannitus eſſet talis, qui ex forma ſtatuti poſ-
ſet impunè occidi, & eſſet hoſtis Ciuitatis, vt in terminis
dixit Bar.in l.fin.de receptato. Sed in caſu de quo agitur
Franciſcus bannitus filius dicti Innocentij non eſt talis,
qui poſſit occidi vigore dicti ſtatuti, vt oſtẽdam, ergo nec
puniendus Innocentius vigore dictæ receptationis. Et
66 quod hoc ſit verũ patet. † Nam tale ſtatutum diſponens,
ꝙ bannitus poſſit impunè occidi, debet intelligi de ritè
bannito, alias ſi quis offenderet non ritè bannitum, non
debet iuuari dicto ſtatuto. Ita Bart.in l.j.ff.de adult. Bald.
& alij poſt eum communiter in l.3.§.ſeruus, ff.de acquir.
poſſ. Marſ.in l.j.§.præterea, nu.18.ff.de ſica.in conſ.38.co
lum.2. & ſic de bannito ex vera confeſſione, vel ex veris

pro-

probationib. delicti, non autem ex cōtumac. vt in terminis decidunt Bal. & Imol. in l. ſi mora, ff. ſolu. m. ybi Alex. dicit hanc eſſe magis cōem, q̄ ēt opinionem tā magis receptam ſequitur Iaſ. in l. ſi plagij: col. 2. ff. de ver bor. oblig. vbi inquit hoc perpetuo notan. Marſ. in pract. ſua crim. in §. ſequitur, nu. 20. & in §. poſtquam, nu. 54. in conſi. 82. nu. 11. in conſ. 106. n. 21. & in l. 1. C. de rap. virg.
67 nu. 135. † & ratio eſt, quia condemnatus propter contumaciam magis dr̃ condemnatus vigore contumaciæ, q̄ ratione delicti, & ideo dicit quòd quando ſnīa contra vnum lata alteri aliqñ præiudicat nunq̄ tamen alteri officit, qñ eſt lata ꝑp cōtumaciam, ſecus aūt ꝑp ius, l. præſes, C. de pig. l. ſi ideo, ff. de euic. & ideo dixit Marſ. in l. infās,
68 nu. 21. ff. ad l. Cor. de ſicar. † ꝙ ſtatutum diſponens, ꝙ pater teneatur ſoluere condemnationem filij, ſi ſtatutum requirit filium deliquiſſe, & filius fuerit condēnatus per contumaciam, ꝙ propter hoc non tenebit ſoluere condē nationem, quia illa verba, ſi filius deliquerit, requirunt veritatem delicti, & non ſufficit ficta confeſſio in præiudicium patris, ſed in caſu iſto Franciſcus fuit bannitus non rite, & ſic non ex vera confeſſione reſultante ex eius cōtumacia, & hoc vigore ſtatuti, ꝙ contumax habeatur ꝓ
69 confeſſo, † quæ confeſſio reſultans a ſtatuto ex contumacia non dr̃ vera, ſed ficta, & præſumptiua. Ita Iac. de Arc. in l. fi. C. de iura. calu. Bar in l. eius qui delatorem, ff. de iure fiſci. & per Ang. in tractatu maleficiorum, in verbo. qui
70 iudex videns, verſi. quæritur tamen, circa fi. † quia iſta ficta confeſſio nunquā probat vere delictum, & per Marſ. in conſ. 10. col. 3. ergo cum contra eum non militent verba ſtatuti, nec per conſequens ipſius ſtatuti diſpoſitio, per Bar. in l. 4. §. toties, ff. de dam. inf. cum ſim.

Secundo rñdetur, ꝙ dictum ſtatutum de receptatorib. non habet locum in illo, qui ſine ſua culpa, ſed coactè receptauit bannitum. Ita dixit Bal. in l. in delictis, ff. de noxa. & Rom. in l. j. §. ſi in eo. ff. ad Sill. quos ſequitur Arim. in addi. ad Ang. in tracta. maleficiorum, in verſi. dicto maleficio. in fi. & Soc. in conſ. 90. col. fi. vol. 3. pro qua opinione etiam facit, quod not. Bald. in auth. Item nulla cōitas,
71 in fi. C. de epiſ. & cleri. † vbi dicit, ꝙ ſi ſtatuto caueatur, ꝙ bannitus a ciuitate Bononiæ debeat decapitari, tale ſtatutum locum non habebit in bannito, qui fuit captus Mutinæ, & ꝑ vim cōductus Bononiæ. Accepit ēt, ꝙ dixit Bal. ſuper ſtatutis, in verbo pęna. in pen. in verſic. vbi inquit,
72 † ꝙ ſi ſtatutum punit intrantem palatium certo tempore, & aliquis fuerit impulſus ire illo tempore in palatio, ꝙ non cadit in aliquam pœnam. Et ratio eſt, quia quæ fiunt contra, & præter voluntatem facientis, non imputantur facienti, c. 1. 2. 3. 32. q. 5. facit, l. Cura ibi, nec ſi per vim,
73 ff. de mun. & one. † vbi ſolutio onerum coactè facta non tollit immunitatem. Corroboratur hæc opinio. Nam dicit Bar. in l. j. C. de naufra. li. 11. ꝙ ſi propter tempeſtatem maris, nauis aliqua venerit ad portum, tunc non debet
74 ſoluere gabellam, † licet ſtatutum velit, ꝙ nauis veniens ad portum ſoluat tantum: quia natura non potuit prohibere, ꝙ illa nauis, eo inuito non veniat ad portum. Quod dictum refert & ſequitur Roma. in l. ſi verò, §. de viro. in fall. 54. ff. ſolu. mat. Sed in caſu præſenti per dictum Innocentium facta fuit reſiſtentia ne intraret domum, & ſic in ea pernoctare, vt per vicinos ſatis probatum fuit, & quib. ſtandum eſt iuxta no. per doct. in l. 1. ff. ſi cer. pet. cui patri filius voluit obedire, imò ſpretis verbis paternis, cū decē ſocijs forēſib. intrauit domū, pullos mactauit, & mul
75 ta mala fecit in domo, & ibi voluit pernoctare, † quo caſu, cum nō potuerit reſiſtere, excuſatur, l. j. §. is aūt, ff. fam. fur. feciſſe dica. Et pro hac parte facit optimus tex. in l. eiuſdem, §. is Ciuis, ff. ad leg. Cor. de ſica. in verbo ſciēter, iuncta gl. quæ dicit, & prohibere valente. Et pro concluſione huius q. in indiuiduo etiam ita determinat Flo. in
76 l. in omnib. ff. de noxa. vbi dixit per illum text. † quod ſi ſtatutū punit receptantem bannitum, quòd non eſt puniendus ille qui receptauit bannitum, eo quia non potuit prohibere eos intrare volētes domum ſuam. Et Flo. ſequitur Marſ. in l. j. in prin. num. 80. ff. ad l. Cor. de Sic. & in §. Item diuus nu. 12. in eadem l. & in l. j. n. 204. C. de raptu virg. in conſ. 25. nu. 34. & in conſi. 99. nu. 5. & in l. frater, nu. 20. C. ad l. Cor. de ſicar. licet nec de Bald. & alijs ſuprà allegatis nullā faciat mentionem, licet multa ad propoſitū adducat. Et ideo ex his quæ abundè ſuprà dicta fuerūt concludo dictum Innocentium ab omnibus ſuprà dictis
77 tribus capitulis inquiſitionis abſoluendum fore, † nam iudex non debet eſſe ſeuerior nec credulior lege, §. oporet. in auth. de iudicib. & in c. ſanè, el 2. vbi doct. de off. de-
78 leg. † imo inclinare in benigniorem partem debet, iux-
79 ta l. Arrianus, ff. de actio. & obliga. † quoniam maiorem honorem conſequitur in abſoluendo, quàm in condemnā do, vt dicit Pau. de Caſt. in conſ. 797. in 2. par. in fi. quem ſequitur Dec. in conſi. 175. col. pe in fi. & in conſ. 189. col. fina. in prin. Pro quo faciunt dicta per Pet. de Ancha. in conſ. 23. quem refert Dec. vbi ſupra, vbi inuehit contra iudices maleficiorum, qui anhelant ad condemnationem, quando per viam inquiſitionis procedunt, & ſupra dicta verba etiam ponit Marſ. in prac. ſua crim. in § occurrunt nu. 7. & ita iudicatum fuit. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatus de latere in ſua legatione iuriſdictionem habet ordinariam, quamuis extraordinario iure inductam.*

2 *Legatus de latere ex vi generalis ſuæ authoritatis poteſt conferre beneficia.*

3 *Legatus de latere maiorem habet authoritatem, quam epiſcopus.*

4 *Legatus de latere non poteſt conferre beneficia iuris patronatus laicorum ex præſcriptione quæſiti. Sed contra nu. 10 & 12. ſecundum communem.*

5 *Legatus de latere poteſt conferre beneficia inconſulto patrono clerico*

6 *Legatus de latere non poteſt conferre beneficia, quæ ſint de iure patronatus ex fundatione, donatione, & cōſtructione, inconſulto, patrono, & nu. 9.*

7 *Papa in dubio non cenſetur velle præiudicare iuri patronatus laicorum, nec vti poteſtate, quam habet in derogando etiam ſi motu proprio prouideat.*

8 *Curia Romana ſecundum Decium non facit differentiam an ius patronatus dicatur quæſitum ex fundatione vel præſcriptione, ſed contra nu. 15.*

11 *Legatus de latere poteſt conferre beneficia iuris patronatus ex conſuetudine vel priuilegio acquiſita, & nu. 13.*

14 *Beneficia de iure patronatus laicorum ex præſcriptione conſuetudine, uel priuilegio, comprehendun tur ſub expectatiuis.*

16 *Stylus Papæ habetur pro iure.*

17 *Legatus de latere poteſt conferre beneficia iuris patronatus ex præſcriptione conſuetudine, uel priuilegio abſque derogatione ipſius patronatus.*

18 *Prior in tempore potior in iure, quod amplia etiam procedere in beneficialibus.*

19 *Collatio beneficij, ſi eadem die facta reperiatur à Pontifice, & legato de latere, & non appareat de prioritate collationis, is præferendus eſt, qui reperitur eſſe in poſſeſſione.*

20 *Copia iurium productorum coram iudice decerni debet parti cum termino opponendi.*

21 *Collatio vltima ualida præfertur primæ nulliter conceſſæ.*

22 *Poteſtas in quocunque actu requiritur.*

23 *Collatio legati de latere de beneficio uacante in curia Romana non ualet.*

24 *Præſentatio beneficij non competit patrono ex priuilgio, ubi illud uacaret in curia Romana.*

25 *Reſeruatio Papæ de beneficijs uacantibus in curia Romana non trahitur ad beneficia iuris patronatus ex fundatione, & dotatione.*

26 *Beneficium non dicitur uacare in curia, ubi beneficiatus moritur in loco uicino non diſtante per duas dietas legales à loco ubi Papa eſt cum ſua curia.*

27 *Collatio beneficij facta per legatum de latere reuocatū in publico conſiſtorio à ſua legatione non ualet, & nume. 30. quod tamen intellige ſi de reuocatione notitiam qualemcunque habuerit, ut numero 31.*

28 *Vicarius epiſcopi, qui habet ordinariam iuriſdictionem ſicut legatus Papæ, ſi contulit beneficium alicui poſt creationem alterius uicarij, geſta per eum non ualent, ſi de eius reuocatione notitiam habebat.*

29 *Procurator conſtitutus cum pleno mandato ad contrahendum, ſi fuit reuocatus, & de reuocatione ſcientiam habuerit antequam contraheret, contractus per eum celebratus non ualet, tanquam geſtus à falſo procuratore.*

32 *Actus nullus, & inualidus nihil operatur.*

33 *Collatio facta excommunicato, tanquam facta omnino incapaci beneficij actiuè, & paſſiuè non ualet.*

34 *Quod ampliatur etiam procedere in excommunicato occulto.*

35 *Excommunicatus occultus non differt à publico in his quæ gerun tur iure priuato.*

36 *Collatio facta excommunicato occulto adeò eſt nulla, quòd per ſequentem abſolutionem non conualeſcit.*

37 *Collatio facta excommunicato cum abſolutione à cenſuris,& pe-
nis,qu⁻uis authoritate,et à quocunque illatis,quibus innodatus
exiſtit, ad effectum literarum conſequendum duntaxat, licet
valeat,tamen fallit,quando collatio facta fuit excommunicat-
vl:r: annum cum tali abſolutione.*
38 *Diſpoſitio qualibet debet intelligi de actu valido.*
39 *Statutum diſponens, quòd de contractu ſoluat⁻ gabella, locum
non habet in contractu nullo,vel inualid⁻*
40 *Statuto ſi caueatur, quòd contra ir⁻ umentum vel ſententiam
non poſſit opponi,niſi exceptio⁻ ⁻ſitatis,tamen hoc non obſtante
poteſt opponi, inſtrumen⁻⁻n, non eſſe inſtrumentum,& carere
ſolemnitatibus à i⁻ ⁻ requiſitis.*
41 *Collatio ſecun⁻ fieri poteſt,vbi prima eſt nulla.*
42 *Paria ſu⁻ collationem non fuiſſe factam,vel factam ſed nulliter.*
43 *Poſſ⁻ſſor beneficij vitioſus tueri non debet in illius poſſeſſione.*
44 *Intruſus in beneficio dicitur qui illud obtinet ſine authoritate il-
lius,ad quem de iure ſpectat collatio,& qui non intrauit per por
tam, ſed quaſi violenter iniectus.*
45 *Poſſeſſio non transfertur ex collatione nulla.*

## CONSILIVM XLVI.

DE duobus quæritur,primum eſt, an legatus
de latere poſſit conferre beneficium iuris pa
tronatus laicorum ex pręſcriptione. Secun-
dum eſt præſuppoſito quòd potuerit, quæ
collatio præferenda veniat, an prima legati
de latere,vel ſecunda ſummi Pontificis? Deueniendo igi-
1 tur ad primum quæſitum, dicendum videtur,† quod etſi
legatus de latere ratione iuriſdictionis ordinariæ quam
habet in ſua legatione,cap.2.de offic.leg.in 6. Felin.in ru-
bric.de offi.deleg.col.2.quamuis extraordinario modo in
ductæ,vt inquit Abb.in cap.ſi quis clericum, col.2.de fo.
com.quem ſequitur Caſſad.in deciſ.prima.num.3.de de-
2 crc.in reſeruat. † poſſit ex generali autaoritate ſuæ lega-
tionis beneficia conferre,vt per Bald. in l. aliquando,ver-
ſic.14.ff.de offic.pro,& lega. quem ſequitur Barb. in con-
ſil.39.col.4.verſi.etſi quiſpiam.vol.j.& Dec. in conſi.128.
3 col.fi.verſic.& ideo † cum habebat maiorem authoritatẽ
quam epiſcopus,vt per Roma.in conſ.361.col.j.tamen id
4 intelligi debet. † vt non procedat in beneficijs iuris pa-
tronatus laicorum ex preſcriptione acquiſiti, vt decidit
Gnido Papę.in q 364.col.2.verſi.ſed quid,per gl.in c.cum
5 dilectus,in verbo,præſentare,de iure patronatus. † Vbi
eſt ſpeciale in legato,quod poſſit conferre beneficia incon
ſulto patrono clerico,ergo in contrarium eſt ius commu-
ne,l.j ff.ad municip.Idem tenet Imol.& Barb.in cap.dile
ctus de offic.deleg.Vbi dicunt iure cautum non reperiri,
quòd legatus in caſu prædicto poſſit pręiudicare patrono:
6 † quia ſicut legatus non poteſt conferre beneficium iu-
ris patronatus ex fundatione, donatione, vel conſtrictio-
ne,abſque patronum conſenſu,cap.decernimus,qnæſt.7.
ne laici retrahatur a dicta fundatione vel conſtructione,
vt per glo.in cap.nobis,de iure patro. & Abb. in d.c.dile-
7 ctus. † propter quam rationem Papa in dubio non vide-
tur velle præiudicare patronis.nec vti poteſtate,quam ha
bet in derogando,etiam ſi metu proprio prouidet, vt per
Rot. in antiq. deciſ.79. in titu.de reſerip.ita nec ſimiliter
propter eandem rationem ne laici retrahantur à benefa-
ciendo eccleſijs, debet poſſe legatus conferre beneficia
iuris patronatus laicorum.Idem voluit Corn.in conſi.47.
col.pen.in fi.vol.3.& Dec.in conſil.126.col.2.verſic.& iſta
8 opinio. vbi inquit ꝙ † in curia Romana,vt intellexit,prę
ualet opinio qđ nulla ſit differentia an ius patronatus di-
catur quæſitum fndatione vel præſcriptione. Et ideo ex
his infertur, quòd collatio beneficij S. Mariæ de la Maſſa
facta per reuerend.Card.de Medicis,in perſonam D·Vin
centij de Galletis,ſine conſenſu patronorum laicorum ex
præſcriptione de iure non ſubſiſtat maximè cum domini
de Baldis, quorum eſt ius patronatus contradicant colla-
tioni prædictæ.
Sed præmiſſis non obſtantibus, contrarium eſt de iure
verius, quòd imò huiuſmodi collatio, quamuis facta ſine
9 conſenſu patronorum,eſt valida: † quoniam doctorum re
cepta eſt ſententia quòd licet legatus de latere non poſ-
ſit conferre beneficia quæ ſint de iure petronatus ex fun
datione,donatione,vel conſtructione,qui tres caſus ęqui-
parantur.vt per glo.in cap. piæ mentis, 16.q.7. Caſſad.in
10 deciſ.7.de iure patr. † tamen bene poteſt conferre bene-
ficia iurispatr.laicorum ex præſcriptione. Ita in terminis
voluit Anto.de Butr.in d.ca.dilectus,col.3. de offic.deleg.
Card.in ⁻j. in 7.q.vt lit.pen.& in conſ.69. in 2.dub.Fed.
de ⁻⁻.conſ.65.col.j.Dec.cõſ.117.col.2. Paul.de Citad.in
11 tract.de iure patr.in 7.par.q.9.Crau.conſ.63.col 2. † vbi
inquit legatum de latere nedum poſſe conferre beneficia
iuris patr.acquiſiti ex præſcriptione,ſed etiam ex conſue
tudine,& priuilegio,cùm hęc tria parificentur,ca.nouit,
vbi gl.in verbo conſuetudinem de iud.Fel.in ca.acceden-
12 tes,de pręſcrip.Dec.in conſi.534.in princ. † & hanc eſſe
communem opinionem firmant Alex.in conſi.74.col.fin.
vol.4.Dec.in conſi.149.colu.pen.vbi inquit quòd in iudi-
cando debet attendi hæc communis.Roch.de Curt.in tra
ctatu de iure patro.in verbo honorificum,in 3.q.in 3.limi
tatione,& Caſſado.in deciſ.4.de probationibus, & in di-
13 cta deciſ. 7. vbi etiam idem dicit de beneficio iuris patro
natus laicorum ex conſuetudine, vel priuilegio acquiſiti.
Non obſtat quòd Imol.& alij ſuprà citati teneat contra
rium ratione præmiſſa,ne laici retrahantus a beneficiefi-
ciendo eccleſijs,quæ ratio,cùm ſit vniformis in omnibus
beneficijs iuris patronatus,debet eandem iuris diſpoſitio
nem producere,l.à Titio.ff.de verb. oblig.quia reſpondet
Alex.in citato conſ.74.col.vlt.quem ſequuntur alij de qui
bus ſuprà,quod falſa eſt conſideratio Imol.quia non eſt ve
rum quod laici retrahantur a fundatione eccleſiarum,
quando nihil de proprio poſuiſſent ad tale ius quærendũ,
imò potius eſt præſumendum, quòd non multum curare
debeant de pręſcriptione quærenda videntes quod eis pa
rum prodeſſet, licet pro veritate poſſet eis prodeſſe, ſal-
tem contra collationes ordinariorum, contra quos præ-
ſcriptum eſſet,ſed nihil contra Papam vel legatum de la-
tere. Pro cuius confirmatione facit,quod voluit Caſſad.in
14 deciſ.4.de prob.vbi inquit, † quod beneficia iuris patro-
natus laicorum ex conſuetudine,priuilegio, vel præſcrip-
tione comprehenduntur ſub expectatiuis.Ex quibus pa-
15 tet, † quod opinio Decij in allegato conſi.126.colu.2.eſt
falſa,dum inquit, quod incuria Romana nulla ſit differen
tia an ius patronatus ſit quæſitum ex fundatione vel præ-
16 ſcriptione: † quia contrarium probat ſtylus in ſignatura,
in literis Papæ, qui habetur pro iure,cap.ex literis,de con
ſtit.vbi excipiuntur beneficia patronata ex fundatione &
donatione,non autem ex priuilegio,conſuetudine.vel prę
ſcriptione. Et in ſpecie contra Dec.Ita tenuit Caſſad.in di
cta deciſ.7. vbi tradit quod tempore ſuo fuit iudicatum
quod de iure patronatus laicorum ex conſuetudine vel
præſcriptione in literis collationum Papæ, ſeu expectati-
uis non ſit neceſſaria mentio. Quod etiam voluit Roch.
de Cur.vqi ſuprà,in verbo competens, q.24. Cùm igitur
ex ijs quæ ſuprà deducta fuernnt, latè pateat cõtra Imol.
eſſe oommunem,quam in iudicando & conſulendo tene-
re dubemus, prout Bononienſes Carotio iuxta gloſ. in l.
omnis diffinitio,de regulis iuris.ſequitur ſiſms cõcluſio,
17 † legatum de latere poſſe conferre beneficia iuris patro-
natus laicorum ex conſuetudine, priuilegio, vel præſcri-
ptione,abſque etiam ꝙ ipſi iuri patronatus derogatur vt ꝑ
Alex.in allegato conſ.74.col.fin.Pau.de Citad. vbi ſupra,
par.3.in 5.cauſa,verſ.ſecundo limitant, Dec.in citato con
ſilio 117.col.2.& 573.col.2.
Circa ſecundum quæſitum, videtur primò aſpectu di-
cendum collationem dicti Reuerendiſſimi legati præfe-
rendam eſſe collationi ſummi Pontificis, ſecundo loco
factæ in perſonam domini Hannibalis de Herculanis ex
18 regula quæ habet, † qui prior in tempore potior in iure,
regula qui prior,de regu.iur.in 6.quæ etiam in beneficia-
libus locum habet,vt per glo.in cap.ſi a ſede,in verbo nec
appareat,de præb.in 6.& in ca.duobus,de reſcript.in 6. &
per Doct.in l.j.ff.ſoluto matrimonio. Et tantò magis hoc
dicendum venit, cùm dominus Vincentius reperiatur in
19 poſſeſſione,qui ratione † prædictę poſſeſſionis præferen-
dus eſſet domino Hannibali, ſi eadem die appareret de
collatione legati & Pontificis, dummodo non appareret
de proprietate collationis,vt eſt gloſ.in terminis loquens
de legato de latere,& de Pontifice in d.c.ſi à ſede,in ver-
bo legato. Et ideò cum coram delegato apoſtolico fue-
rint præſentatæ collationes prędictæ apprehenſio poſſeſ-
20 ſionis D. Vincentij, & decreta de eis fuerit † copia par-
tibus, cum termino opponendi hinc inde, vt decet iuxta
notata per Marſ.in ſing.81. & demum fuerint citatæ par-
tes ipſæ ad ius,vt requiritur l.de vnoquoque. ff. de re iud.
ſequi videtur, ꝙ partes dicti domini delegati eſſe debeãt
in declarando præfatum dominum Vincentium, vti ha-
bentem potiora iura in collatione dicti beneficij, tuen-
dum eſſe & manu tenendum in illius poſſeſſione, c.cùm
bonæ,

bonæ, de elect.c.licet epiſ.de præb.in 6. & per Felin.in c. dudum,de præſumptionibus.

Quibus non obſtantibus contraria ſententia in caſu,
21 de quo agitur, eſt de iure verior ꝙ collatio ſummi Pontificis,quæ eſt vltima, pręferenda ſit collationi primæ reuerendiſſimi legati de latere rationibus, & cauſis infraſcriptis. Et primò, quia collatio prima fuit nulla ex defe-
22 ctu poteſtatis & iuriſd[..]tionis dicti legati,† quę poteſtas in quocunque actu re[..]uiritur, l.cum te, C.de donat.ante nupt.c.cùm ſuper, de offic.deleg. Quòd autem ſit nulla,
23 ratione præmiſſa demonſtratur: † quia collatio ipſa facta reperitur per legatum de beneficio vacante in curia Romana, cuius collatio ſpectat ad ſolum Papam, c.j.de præbend.in 6. Abb.in c.venerabilis, in j.not.de prębend. vbi propriè inquit, quòd licet legatus Cardinalis poſſit conferre beneficia ad ſedem Apoſtolicam deuoluta,vt ibi in tex.tamen ſecus eſt de beneficijs vacantibus in curia, quia illa ſolus Papa confert, d.cap.2. Idem dixit Roch. de Curt.in dicto tract.iuris patron.in verbo competens,
24 quæſt.24.† vbi tradit, quòd præſentatio beneficij non cō petit patrono ex priuilegio, vbi illud vacaret in curia Romana, quamuis ſecus eſſet ſi beneficium eſſet de iure
25 patronatus ex fundatione, vel donatione:quia † reſeruatio Papæ de beneficijs vacantibus in curia non trahitur ad beneficia iuris patronatus ex fundatione, & dotatione,ne laici retrahantur ex fundatione præmiſſa,vt ꝑ Lap. in alleg.conſ.96.Idem voluit Alex.in citato conſil.74.col. pen.& fi.& Pariſ.in cōſ.47.nu.29.volu.4.Quòd autem vacauerit in curia beneficium de quo agitur,patet: quia reuerendus D. Anton. vltimus poſſeſſor mortuus eſt prope Romam per 12.miliaria. Quo caſu inquit tex. apertus in
26 c.præſenti, de præb.in 6.† ꝙ beneficia morientium in locis vicinis, & quæ diſtant ꝑ duas dietas legales,à loco vbi Papa eſt cum ſua curia dicūtur vacare in curia, queadmodum ſi in loco vbi eadem curia reſideret, vacarent.

27 Secundò redditur nulla ex cauſa etiam præmiſſa,†quia facta per reuerendiſſimum legatum iam reuocatum in publico conſiſtorio à ſua legatione. Pro qua opinione
28 primo facit, quòd voluit Roman.in ſingul.57. † vbi inquit, quòd vicarius epiſcopi, qui habet ordinariam iuriſdictionem, ſicut legatus Papæ, cap.2.de off.leg.in 6.ſi contulit beneficium alicui poſt creationē alterius vicarij, geſta per eum nō valent,ſi dictam reuocationem ſciebat, aliàs ſecus, argumenro l.ſi fortè, ff.de off.præſid.quem ſequitur Fel.in c.ex parte, nu.11.ver. valet proceſſus, de reſcr. Boer.q.30.per totum.

Accedit etiam quod voluit Barb.in conſ.15.col.3.ver-
29 ſic.non obſtat.volum.2.† vbi, dicit, quòd ſi procurator conſtitutus cum pleno mandato,ad contrahendum, fuerit reuocatus, & de reuocatione ipſa notitiam habuerit, antequam contraheret,quòd contractus per eum celebratus non valet: quia geſta à falſo procuratore non valent,
30 l.falſus, C.de fur.l.licet, C.de procur. † Sed magis accedendo ad terminos noſtros ita voluit Calder.in conſil.3. in titulo de off. delega. quem ſequitur Fel.in dicto cap.ex
31 parte, num.11.Boer.q.347.nu.23.† Et ideo cùm collatio ipſa facta videatur per dictum reuerendiſſimum, poſt eiꝰ reuocationem à legatione,& habitam notitiam ipſius reuocationis per literas ſui ſecretarij.& reuerendiſſimi Datarij, de quibus facta fuit fides, & ſimiliter per teſtes de acceptatione dictarum literarum ante collationem, quæ ſcientia ſatis ſufficit, cùm qualiſcunq; notitia in caſu noſtro ſufficiat, vt per Fel.in loco de quo ſuprà, & Boer. in d.q.347.col.pen.meritò ſequitur, quòd collatio prędicta ex defectu poteſtatis fuit nulla,atq.ideo quòd nullum poteſt producere effectum, iuxta not.in l.4.§.condenatum,
32 ff.de re iud.& Pariſ.in conſ.171.in prin.vol.4.† vbi actus nullus,& inualidus.nihil eperatur.

Tertiò eſt nulla, quia facta excōmunicatio:quia dictus Vincentius iam anno cum dimidio reperitur innodatus
33 vinculo excommunicationis. † quo caſu collatio facta excommunicatio non valet,tanquam facta omnino incapaci benificij actiuè & paſſiuè. Ita Doct. in c.illa quotidiana, de electio.Boer. q.290.col.j.Nec habet obſtare quòd præmiſſa concluſio procedit in publico excommunicato, & non in occulto:quia occultus excommunicatus poteſt impetrare beneficium ſeu literas apoſtolicas, vt per
34 Rota.in antiq.in deciſ 43.de reſcrip. † quia reſpondetur quòd imo collatio facta excommunicato occulto non valet.cap.poſtulari, de cler. excomm.miniſt. vbi Abb.& Imol. notant Caſſado.in deciſ.1.de præben.vbi inquit ita fuiſſe iudicatum per reuerendum dominum Iacobum Simonetam, & Paulum de capizuchis auditores Rotæ Romanæ curiæ.Idem alibi dixit ipſe Caſſador. in deciſ. 17.
35 eod.tit.quia communis doctorum ſententia eſt, † quod excommunicatus occultus non differt a publico, in his quæ geruntur in re priuato, Nam ſine excommonicatus aliqua faciat, quæ cum eo geruntur, non ratione publici iuris ſeu officij, ſed priuati, concernentia eius priuatam authoritatem,ſeu alterius,ſi acta huiuſmodi ſunt excommunicato prohibita, non valent, etiam ſi putaretur non excommunicatus, c.cum dilectus, vbi gl.& Doct.de conſuetud.Fel.in c.ad probandum, col.pe.de re iud.Caſſad.
36 in d.deciſ.1.vbi etiam in fi.vult† quòd per ſequentem abſolutionem talis collatio non conualeſcat.

Non obſtat,quòd ex aduerſuo dicitur collationem ipſā validam fuiſſe, quia facta fuit dicto domino Vincentino cum clauſula, te à cenſuris, & pœnis quauis authoritate, & a quocunque latis, quibus innodatus exiſtis, ad effectū literarum conſequendum duntaxat abſoluimus, abſolutumq; fore cenſentes &c. quæ apponi conſueuit per Papam in impetronationibus beneficiorū,vigore cuius clau
37 ſulæ † collatio facta excommunicato cum tali abſolutione valet, vt refert obtinuiſſe à Papa Benedictio Alber.de Roſa. eo exiſtente Ambaſciatore dominorum Mediolanenſium in l.à procedente, in princ.C.de dilat.quē ſequitur Dec. in.c.apoſtolicæ,col.2.verſ.vltimò prædicta regula de excep.quia reſpondetur,ꝙ dicta opinio limitatur locū non habere in eo, qui fuit excōciatus vltra annū, vt in caſu pſenti vbi dñs Vincētiꝰ,vt conſtat ex ipſa excōicatione reperit in cēſuris ꝑ annū cū dimidio.Ita in terminis dixit Boer.poſt alios ꝑ eum citatos, in q.290.col.1.cum ſeq.

Non obſtant modò adducta in contrarium. Et primò quod collatio prima reuerend. legati de latere præferri debet collationi ſummi pontificicis: quia reſpondetur, quòd concluſio poſſit procedere, ſi prima collatio fui ſſet
38 valida,ſecus ſi nulla,vt in caſu noſtro:† quia omnis diſpoſitio debet intelligi de actu valido, & non de nullo, agr. not.in l.hęc condit.in prin.ff.de cond.& dem.& per pariſ.
39 in conſilio.171.in prin.vol.4.† & ideo nos videmus,quod ſtatutum diſponens, quod de contractu ſoluatur gabella, tale ſtatutum locum non habet in contractu nullo, vel inualido, vt eſt tex.in l.2.& ibi Baldus C.de eunuchis quem ſequitur Alex.in conſil. 104.col.pen in prin. vol.j. Facit etiam, quod voluit Bart.in l.diuus, ff.de milit.teſt.
40 † vbi dixit,quòd ſi contra inſtrumentum,vel ſententiam ex forma ſtatuti non poteſt opponi niſi exceptio falſitatis,quòd hoc non obſtante poteſt opponni inſtrumentum non eſſe inſtrumentum, & carere ſolennitatibus a iure requiſitis. Et Bart.ſequitur Alexander.in conſi.33.col.1. vol.j. in conſil.3. colum. 2.vol.2. & in conſ.101.colum.1. vol.4.Dec.in c. ex parte, el ij.col 3.verſicu. ſecundò fallit de off.deleg.& in conſil.356.col.j.Accedit etiam in materia beneficiali,quòd not.in cle.literis, de reſcrip.& Abb. in c.cum noſtris, de conceſſ.præben.quem ſequitur Pariſ. in conſ.47. nu.38.vol.4.† vbi firmat ad collationem nouā
41 procedi poſſe, quando prima eſt nulla & de iure non ſubſiſtit,& quod voluit Dec.in conſ.126.col.fi.verſ.& ſic. vbi proprie loquitur de collatione inualida.Et ideo cum prædicta collatio reuerendiſſimi Cardinalis de Medicis (vt ſupra latè dictum fuit) ſit nulla meritò ſequitur quod ea
42 non ſit habenda in conſideratione, † cum paria ſint collationem non fuiſſe factam, vel factam ſed nulliter argumento,l. quoties, ff.qui ſatiſdare cog.cum ibi.not.per Docto. Nec vis facienda eſt in poſſeſſione dicti domini Vin-
43 centij,& quòd in ea tueri debeat, † quia obiectio poſſet militare in poſſeſſore non vitioſo, ſecus in vitioſo, & intruſo, prout eſt ipſe domus Vincentius, qui habuit titulum vel colorem non canonicum ab eo, qui nono habeat poteſtatem conferendi huiuſmodi beneficium, vt in terminis decidit Calder.in conſilio 13.de verborum ſignific. quem ſequitur Dec.in conſi.121.col,fin.verſi.item ſecundum eum,& Caſſad.in deciſ.7.nu.3.ſuper reg.cancel.Idē dixit Abbas in c.quia diuerſitatem, in 2. not.de conceſſ.
44 præben. † vbi inquit,quòd intruſus in beneficio dicitur qui obtinet illud ſine authoritate illius ad quem de iure ſpectat, collatio & qui non intrat per porta, ſed quaſi violenter iniectus. Et Abbas ſequuntur Dec. vt ſupra, ac Pariſ. in citato conſilio quadrageſimoſeptimo, nume-
45 ro quadrageſimo,vol.quarto. † nam ex collatione, nulla transfertur poſſeſsio,vt inquit Rub.Alex.in conſ.167.colum.3. Vnde ex his omnibus concluditur dictum Domilum.

num Vincentium tanquam intruſum, & vitioſum poſſeſſorem nullum penitus ius habere in dicto beneficio, & è contra dominum Hannibalem in eo potiora, & meliora iura habere, tã reſpectu tituli, quàm poſſeſſionis, in qua admittendus eſt & aſſociandus, ac in ea per optima iuris remedia tuendus. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopo in dubio ſpectat collatio beneficiorum, quæſita reperiuntur in eius diœceſi, quod fallit, vt num.38.*
2 *Quod etiam locum habet in quolibet inferiore ab epiſcopo habente authoritatem conferendi beneficia.*
3 *Iuri patronatus laicorum per collatiooem epiſcopi præiudicari non poteſt.*
4 *Ius patronatus acquiritur ex fundatione, dotatione, vel conſtructione.*
5 *Ius patroni hoſpitalis religioſi ita acquiritur ex fundatione, ſicuti ex fundatione eccleſiæ.*
6 *Ius patronatus etiam acquiritur ſucceſſione, & tranſit ad hęredes extraneos, & nu.36.*
7 *Et etiam ad fœminam heredem.*
8 *Item etiam acquiritur ex cauſa permutationis.*
9 *Ac tranſit cum vniuerſitate, vt num.37.*
10 *Eccleſia præſumitur eſſe libera.*
11 *Ius patronatus cum in eccleſia ſit odioſum, non præſumitur in ea, niſi probetur.*
12 *Ius patronatus ex præſcriptione non acquiritur. Sed contra ſecundum communem, num.32.*
13 *Laicus non poteſt poſſidere ſpiritualia, quod declara, vt nu.34.*
14 *Ius patronatus eſt annexum ſpiritualitati.*
15 *Ius patronatus communicatum fuit laicis gratioſè, & num.35.*
16 *Ius patronatus acquiritur ex præſcriptione immemoriali, quod intellige, vt num.44.*
17 *Præſcriptio immemorialis eſt difficilis probationis.*
18 *Iuris patronatus quaſi poſſeſſio acquiritur, ex vnica præſentatione cum inſtitutione, ſubſequendi, & multo magis ex pluribus, & nu.26. & 27. vbi etiam ex vnico actu electionis.*
19 *Vicarius epiſcopi non poteſt regulariter conferre beneficia, niſi ſpeciale mandatum habeat ad ea conferenda.*
20 *Vicarius epiſcopi habens poteſtatem recipiendi reſignationem beneficiorum ex cauſa permutationis reſignandorum, non tamen habere dicitur authoritatem ipſa permutare volentibus conferre.*
21 *Vicarius epiſcopi non poteſt ſine ſpeciali mandato inſtituere pręſentatum ſed contra ſecundum magis communem, vt nu.45.*
22 *Collatio facta ab epiſcopo ſine præſentatione paterni ſecundum communem ſententiam eſt nulla.*
23 *Vel ſaltem irritari debet.*
24 *Impetrans beneficiũ ſpectans ad præſentationẽ patroni nihil agit.*
25 *Epiſcopus ſi confert beneficium patronale tanquam deuolutum, cum non ſit, non tenet collatio.*
28 *Præſentatio facta ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris patronatus præfertur præſentationi factæ ab eius proprietario.*
29 *Collatio facta ab eo qui eſt in quaſi poßeſſione conferendi præfertur collationi factæ per illum, ad quem ius pertinet conferendi.*
30 *Præſentatio eſt fructus iuris patronatus.*
31 *Præſentatio fieri debet bona fide, & cũ multis alijs qualitatibus.*
33 *Ius patronatus præſcribitur contra eccleſiam patronatã, & n. 40.*
39 *Beneficium an ſit iuris patronatus, vel liberè collationis vltimus ſtatus inſpicitur.*
41 *Ius patronatus præſcribitur ſpatio triginta annorum ſine titulo.*
42 *Declaratio ad textum in c. primo de præſcrip. in 6.*
43 *Donatio iuris patronatus facta cum conſenſu epiſcopi, valet, & num 46. ſecundum magis communem.*
47 *Donatio iuris præſentandi facta à patrono cum conſenſu epiſcopi, retento iure patronatus, valet.*
48 *Conſenſus epiſcopi in donatione iuris præſentandi, ſufficit, quod interueniat poſt ipſam donationem.*
49 *Patronus præſentare poteſt filium, ſi idoneus eſt, & bono zelo moueatur, quod declara, vt num.62.*
50 *Inſtitutus primo loco in beneficio præfertur ſecundo loco inſtituto, licet prius is adeptus fuerit poſſeſſionem.*
51 *Idoneus præfertur in præſentatione.*
52 *Idoneus ſi non admittatur cautela eſt, vt appelletur ne minus idoneus pręferatur.*
53 *Donatio iuris præſentandi facta cum conſenſu epiſcopi de beneficio vacaturo non valet, num.69.*
54 *Procurator conſtitutus in genere ad præſentandum, licet poſſit pręſentare, tamẽ id fallit quando beneficiũ nõ vacaret, aliàs ſecus.*
55 *Diſpoſitio, l. fi. C. de pact. dum loquitur de hæreditate viuentis, habet etiam locum in prębenda viuentis, quæ etiam dari nec permitti poteſt.*
56 *Legatus de latere non poteſt dare literas ad beneficia vacatura.*
57 *Beneficium curatum non confertur niſi habenti ætatem ſufficientem ad presbyteratum, & nu.74.*
58 *Collatio beneficij facta minori vigintiquinque annis tanquam inhabili, non valet.*
59 *Collatio beneficij habentis ſacrum ordinem annexum à priuilegio, ſtatuto, vel conſuetudine, requirit talem ætatem in perſona, cui confertur qualem requirit ſacer ordo annexus.*
60 *Pręſentatus ad beneficium curatum debet habere ætatem ſufficientem ad presbyteratum, licet non eſſet in ſacris conſtitutus.*
61 *Aetas filij probatur per librum patris.*
63 *Pręſentatus a patre malo zelo debet ſpoliari, & præſentatio ipſa admitti non debet.*
64 *Eccleſiaſtica ſubſtantia ſolet propter filios particulari.*
65 *Simoniacè dicitur acquiri beneficium, non ſolum ſi datur temporalitas pro more ſpirituali, ſed etiam ſi detur pro iure annexo ſpiritualitati.*
66 *Taciturnitas nationis ſuppreßa impetratione beneficij reddit impetrationem nullam.*
67 *Beneficia debentur naturalibus in patria.*
68 *Taciturnitas nationis non expreſſa in præſentatione reddit præſentationem ſubreptitiam, ſi per præſentantem non fit mentio inſtituenti, quòd præſentatus eſt forenſis.*
70 *Senior præſentandus eſt in præſentatione, quia magis idoneus pręſumitur.*
71 *Teſtes ſeniores præferuntur iunioribus.*
72 *Seniores prius debent loqui, quam iuniores.*
73 *Verba ſenis plus valent, quàm enſis iuuenis.*
75 *Literatus præferendus eſt in pręſentatione beneficij.*
76 *Illiterati non poſſunt eſſe clerici, nec promoueri ad ordines, minuſq; retinere beneficia.*
77 *Literati qui in eccleſia dicuntur ſtellæ eccleſiæ ſunt extendendi ad pluralitatem beneficiorum.*
78 *Literatæ perſonæ ęquiparantur nobilibus, quas eccleſia honorare debet, non ſolum verbo, ſed etiam facto vt in ſubueniendo eis pinguius de redditibus eccleſiæ.*
79 *Orbis ſine literis regi non poteſt.*
80 *Eccleſia vniuerſalis pro ſui regimine admodum indiget viris literatis.*
81 *Eccleſia diſpenſat cum volentibus ire ad ſtudium literarum, vt poſſint ſe abſentare ab eccleſiis etiam curatus per ſeptennium, & quòd non teneantur interim promoueri ad ſacerdotium.*
82 *Pauper præſentatus præſumitur magis idoneus, quam diues.*
83 *Patronus potius debet præſentare pauperem, quam diuitem: quia in eleemoſina facienda quis debet præferre indigentem.*
84 *Paria ſunt non facere præſentationem, vel facere, ſed vllam.*
85 *Inſtitutiones duæ ſi factæ reperiantur, vna per vicarium epiſcopi qui non habebat ius inſtituendi, & altera per epiſcopum, ſecunda præſentatio præfertur, quia prima pro non facta habetur.*

## CONSILIVM XLVII.

Viſis iuribus ad me tranſmiſſis, duo eliciũtur dubia, quorum primum eſt an præſentationes factæ per D. Franciſcum Fontanã, & D. Hannibalem de Landis cum inſtitutionib. ſubſecutis reuer. D. Vicarij Curiæ epiſcopalis Aſtenſis, præualeant collationi beneficij ſanctæ Catharinæ factæ per reuerendum dominum epiſcopum Aſtenſem.

Secundum eſt, poſito, quòd dicta collatio iuribus nõ ſubſiſtat, quæ præſentatio & inſtitutio præualeat de ipſis duabus, an dicti Do. Franciſci, vel altera Do. Hannibalis; Circa primum dicendum videtur, quod collatio domini epiſcopi facta Hieronymo de Balbis, præferatur præſentationibus & inſtitutionibus antedictis. Nam iſtud be-
1 neficium eſt ſitum in diœceſi. Aſten. † ergo in dubio epiſcopus fundatam habere videtur intentionem, vt ad eum ſpectet collatio beneficiorum ſuæ diœceſis cap. cum ex iniuncto, in fi. de hæret. in 6. cap. 1. de capel. monac. Ro. in conſi. 361. colum. 1. Dec. in rub. de elec. colum. 1. in fin. in conſi. 117. colum. 1. conſi. 121. col. 1. & conſi. 129. colum. j. Pariſ. in conſi. 34. in princ. vol. 4. & in conſi. 144. col. 1. vol. eo. Craue. in conſi. 322. colum 2. & Caſſad. in deciſ. 1. in fi.
2 in tit. de dilat. & in deciſ. 4. nu 7. in ti. de proba. † Et quod dictum eſt de epiſcopo, locum etiam habere videtur in quolibet alio inferiore ab epiſcopo ſi habet poteſtatem conferendi beneficia, gloſſ. in verbo ordinariorum, in Clem. 1. vt lit. pend. Abb. in cap. ad noſtram, in 1. not. de inſtit.

inſtit.Rom.in d.cõnſi.361.colum.1.& Dec.in citato.conſ.
117.colum.1.& in conſi.121.colum.1.
Nec obſtat, quòd dictum beneficium ſit de iure patro-
natus dominorum Frãciſci & Hieronymi fratrum de Fõ
3 tana,† quibus per collationem epiſcopi non potuit præ-
iudicari,cap. decernimus, 16.quæſt.7. quia reſpondetur,
quòd de iure patronatus ipſorum dominorum, nulla fa-
cta fuit fides per aliquem titulum vel actum, per quæ ſo-
leat quæri ius patronatus. Nam primo probatur,quòd be
neficium prædictum fuerit fundatum per dictos fratres,
vel eorum anteceſſores,minuſque, ꝙ eccleſia ipſa ab eis
4 conſtructa,vel dotata fuerit,† per quos actus,vel alterum
eorum quæritur ius patronatus,ca.filijs,16.quæſt.7.gloſſ.
in cap.frequentius,ea.q.Abb.in conſ.54.col.1.vol.1. & in
conſi.106.in prin.vol.2.Alex.in conſ.74.col.2.volum.4. &
in add.nu.17 Fel.in c.de quarta verſi.Quinto ille,de præ-
5 ſcr.† vbi inquit quod fundanti hoſpitale religioſum ; ita
acquiritur ius patronatus,ſicut fundatori eccleſiæ,Crau.
6 conſi.68.col.1.minuſque, † quòd ſucceſſione fuerit per
eos acquiſitum , cùm tranſeat ad hæredes patroni c.j.ca.
quoniam,de iure patro.quamuis etiam extraneos,vt per
Innocen.in rub.de iure pat.Pau. de Caſt. in l.ſi ſepulchrũ
C.de relig.& ſum.fune.Alex.in conſi.73.col.2.vol.7.Dec.
in l.venia,in 3.not.no.C. de in ius vocan. & in conſi.149.
7 col.j.in prin.† & etiam ad fœminam hæredẽ,vt in c.j.vbi
Abb.& alij de iure patronatus.Dec.in l.fœminæ, col.6.de
reg.iur.& in conſi.127.col.fi.& in d.l.venia.in 2.not.Caſ-
8 ſad.in deciſ.j.in tit.de iure patro. † nec per viam permuta
tionis,vt per gl.in d.ca.frequentius.Roch.in tract.de iure
9 patr.nu.322.† Item nec cum vniuerſitate, vt in c.cum ſe-
cundum,de iure patro.glo.in d.c.frequentius. Felin.in c.
cauſam quę col.3.de præſcrip. Roch.vbi ſupra nu.332. &
Dec.in conſi.117.col.j.Et ideo cum neutrum ex prędictis
10 probatũ fuerit,ſequi videtur,† ꝙ eccleſia ipſa præſuma-
tur eſſe libera,vt per Innoc.in c. cum venerabilis, & ibi
Doc.in 10.not.de excep.Dec.in conſ.17.col.j. & in conſil.
573.col.2.& non de iure patronatus, de quo cum ſit odio
11 ſum † in eccleſia non præſumitur,niſi de eo probetur,vt
per Decium in citato conſ.117.colu.j.& 573.colu.2.& per
conſequẽs liberæ collationis d. domini epiſcopi Aſtenſis.
Nec etiam obſtat ſi dicatur, quod etſi prædictis modis
non fuerit ius patronatus eis acquiſitum, tamen alio me-
2 ſil. 213. † vbi dicit etiam, quòd quicunque ſuſcipit alienā adminiſtrationem, regulariter tenetur ad redditionem rationis, & ad reliqua, iuxta illud Euāgelij, Redde rationem villicationis tuę, vt habetur in cap qualiter, & quan
3 do, el ij. de accuſ. † Vnde videmus, quòd negotiorum geſtor etiam rationem reddere obligatur, vt eſt caſus in l 2.
4 & ibi Bar declarat ff de neg. geſt. † Et ſimiliter procurator ad lites & negotia l. ſi remunerandi, & l. ſi procurato
5 rē, §. j. ff. mā. † Nec nō actor vniuerſitatis, l. j. & l. ita eorū.
6 §. ſi decuriones, ff. quod cuiuſq; vni. nom. † Et executor teſtamentorum cap. tua nobis, de teſta. ac ſententiarum. l.
7 executorem, C. de execut. rei iud. † Necnon etiam cura-
8 tor ad lites. Inſtitut. de auth. tut. in fi. † Hoſpitalarij, vt no.
9 in § pen. in authen. de eccleſ. titu † Ac etiam hęres grauatus per fideicommiſſum, vt per Bart. in l. cum talem. ff. de
10 cond. & demonſt. Idem Soc. in conſi. 24. nu. 37. † vbi idem
11 dicit de ſeruo, & ſocio, & conſil. 37 † vbi etiā hoc inquit de fratre, qui exiſtens cum fratribus in communione adminiſtrauit bona communia, & Abb. conſilio 12. in 6. dubio, vol. 1. quem ſequitur Soc. conſil. 192. col. 5. in princip.
12 † vbi etiam tradit filium reddere debere rationē de his quæ viuente patre adminiſtrauit, licet per prædictam rationem non poterit, argu. l. cum oportet, §. ſed in hac ſpe
13 cie, C. de bon. quæ lib. † Idem videmus in patre, qui etſi non tenetur reddere rationem filio de bonis, in quibus habet legitimam adminiſtrationis rationem d. l. cū oportet. tamen quando non eſt legitimus adminiſtrator, & gerit negotia filij, tenetur reddere rationem. l. litis. §. pater & ibi Bar. ff. de neg. geſt. Soc. conſ. 2. colum. 2. conſ. 73. nu.

10. vol.

10.volum.3.conſ.92.col.2.vol.4.Ro.conſ.148.in tertio.du
bio & conſi.414.in prin.Dec.conſi.110.col.fi. conſi. 178.
in 1.col.conſi 129.in prin.conſi.255.col.1. & conſi. 646.in
prin.& conſi.591.in prin.& Pariſ.conſ.80.col.3.volum.j.
24 † Et quòd redditio rationis aſtringat etiam hęredem vo-
luit Dec.in d.conſ.110.col.fin.per text.in l.3.§. hęc actio.
ff.de negotijs geſtis,in l.tutelæ,l.omnes tutores,C.arbitr.
tutel.vbi etiam inquit, ita tenere Rom.in d.conſi.413.Ita
25 etiam tenuit Boer.in deciſ.59.in prin.† dicens quoque tu
torem, curatorem, aut procuratorem teneri reddere ra-
tionem adminiſtrationis, etiam poſt longum tempus vi-
ginti annorum,& vſque ad triginta annos,vt not.in l.ma
ximè,ff.de adminiſtr.tut.& tenet Bald.in rubr.de procu.
26 col.2.verſi.nunquid poſt longum tempus.† eamque red-
dere debet non requiſitus,prout voluit gl.in verbo ſingu-
lis annis. quam approbant magis communiter doctores
in Clem.quia contingit,de religio.dom. vt dicit Socin.in
conſi.92.colum.4.in principio,verſ.præterea,ex quo,vol.
27 4.† & iſtud etiam procedit in eo qui de facto, & præter-
miſſo omni iuris ordine,aſſumpſit adminiſtrationem bo-
norum pupilli,vel alterius,vt per Soc.in conſi.2.colum.1.
& in conſi.24.col.pen.ac Dec.in conſi.419.colum.fin.& in
conſi.591.col.j. quia non debet eſſe melioris conditionis
eius,qui tutelam legitimè ſuſcepit,argum.c.eum.qui de
præben.in 6.& l.ſi a domino,§.ſi prædo,ff de peti.hæredi.
Ita Bal in dicta l.j.§.officio.
28 Et in dicta ratione reddenda † debet tutor, vel curator
exhibere inuentarium factum de bonis pupilli, quod fa-
cere tenentur iuxta notata per Barto.in l.legitimos, ff.de
legitim. tuto. Quòd ſi non exhibuerit, quia non fecerit,
vel fecerit, ſed non legitimè, quia non poſuit in eo om-
nes res, vel alias obſcure poſuit, ex quo eſt in dolo præ-
ſumpto,vt per Bart.in d.l.tutor qui repertorium.vltra pę
nas infamiæ perpetuæ,cui ſubiacet:& alijs quibus puniē-
dus venit,tenebitur pupillo, quatenus iurauerit in litem
l.fin.C.arbitr.tut.Bar.in d.l.tutor.Soc.in conſi.46.colum.
2.Dec.in conſi 178.colum.j.& in conſi.192.colum.j.quia
29 † ex iuris ordine tenetur tutor facere inuentarium. Ale-
xan.in conſi.74.in prin.vol.6.Angel.in conſi.175.Capi.in
deciſ.50.& Socin.Iun.in conſi.148.colum.1. volum.j.vbi
etiam multos citat.
20 Secundò debet † exhibere libros rationis, & admini-
ſtrationis tutelæ & curæ, ſaltem vnum, quem conficere
tenetur de adminiſtratis,vt per doct.in d.§.officio,& An-
21 gel.in conſ.277.& Socin.conſi.92.col.2. & † eum redde-
re pupillo finita tutela,argu.l.inter cætera,& ibi Barto.ff.
de lib.leg.l.ſi ita fuerit,verſ.in reliquis, ff.de manu. teſta.
& per Pau.de Caſt.in conſ.307.& Ro.in conſ.413. & So-
cin.in d.conſi.46.col.2.& in conſi.190 colum.2. in fi. aliàs
22 iudicio tutelæ obligatur,vt in d.§. officio. † & in quo ſint
deſcripti, & notati redditus, & fructus qui percipiuntur
ex bonis,quorum adminiſtratioñe habet,vt inſtruit Bart.
in conſi.150.& Iaſ.in conſi.219 colum.1.volum.2.& non
confuſe, nec in genere, aſſerendo ſe tantum expendiſſet
& tantum recepiſſe,vt per Bal.in rubrica,C.de fide inſtr.
colum.9. verſ.ſequitur videre de ſcripturis quorundam
officiaiium.Sed ſigillatim,& diſtinctè,vt ex tali fundo,&
à tali colono tantum percepti,& a tali tātum,vt per Bart.
vbi ſuprà,& Anchara.in conſ.incip.Sordide,& pernicio-
sè,quod non reperitur in volumine, vt etiam tradit Soc.
in conſ.159.colum.1.quia alias non eſſet reddere ratione
iuxta l.cum ſeruus,ff.de condi.& demonſt. Ibi vt compu
tationes probæ ac improbæ referantur accepta rectè re-
lata,an non recte. Si enim ſic ſint ſpecificè ſingula decla-
rata,veritas,& falſitas deprehendi poteſt,non ſub nube,
& generaliter affirmando ſic eſſe,vel non eſſe, l.argenta-
rius,ff.de edend.& Anchar.ſequitur Socin. in d.conſi.46.
colum.2.in fin.& in conſi.73.colum 3 in princip. Et idem
tenet Socin.Iunior in conſil.148.colum.1.vol.1.quia qui
aliter reddit rationem,non dicitur reddere,ſecundū Bar.
in d.conſil.550.quia intelligi non poteſt, l.antepen. ff.de
cond.& dem. quem tex. ibi dicit eſſe notandum Paul.de
Caſt.pro tutoribus,& alias adminiſtratoribus, qui tenen
tur rationes reddere de prædictis redditibus Idem voluit
Angel. in conſil 277. in tertio dubio, vbi inquit hoc eſſe
generale omnium gerentium negotia aliena, qui tenen-
tur rationes reddere, vt conficiant librum, vel codicem
rationum de his quæ peruenerunt manus ſuas. quoniam
impoſſibile eſt,niſi oſtendatur liber rationum in quo ac-
cepta,& data.& introitus,& exitus ſunt deſcripta, quod
reddi poſſit ratio,& etiam ſubdit, oportet rationes atque
librorū volumina offerre legenda primum, deinde com-
putandum, vt explorari poſſint imputationes probe an
improbe referantur accepta,& data,an non.d.l.cum ſer-
23 uus vbi dicit eſſe optimum textum.† nam cum rationem
reddi à capite ſit neceſſe,l.argentarius,§.edi.ff.de edend.
quomodo caput,ac finis rationibus non compoſitis,& re-
ductis in codicem,poterit fieri? Certè nullo modo. Et An-
gel.ſequitur in conſi.159.colum.2.in princ.in conſil.100.
colum.j.Idem voluit Dec.in citato conſi.110.colum.fi. &
24 conſ.178.colum.j.& in conſi.192.colum.j † Et ideo ſi nō
exhibuerit librum, quia non confecerit ex quo ſtatim in
eo deprehenditur dolus præſumptus, ſicut contra tutorē
qui non confecit inuentarium,vt per Bart.in d.l.tutor. &
Bald.ac alios in d.§.officio,ac Soc.in conſi.iam ſæpius al-
legato 46.colum.2.in fi.conſi.78.colum.3.in princi & in
conſi.190.colum.2. in princ.tenebitur ad intereſſe decla-
randum per iuramentum in litem,vt per Barto.& alios in
25 d.§.officio. † Et idem ſi confecerit,& exhibuerit,ſed mi
nus legitime legaliter, vt q̄a multos redditus, & fructus
percepit,ac pecunias exegit,quas non poſuit ad introitū
in libro rationum, vel in eo dicit ſoluiſſe pecunias pro pu
pillo, quas vere non ſoluit: quia cum arguatur in eo do-
26 lus,& falſitas in præiudicium pupilli,vel adulti,† & con-
uertendo ipſas pecunias in eius vtilitatem, non poſſit di-
ci prædo,vt per Ange.Imo.& Mod.in l.Pomponius, §.&
facta,ff.de acquir.poſſ. & Alex.in l.ex ſtipulatione, ff.eo.
tit.Similiter cōtra eum iuratur in litem,vt per Soc.in di-
ctis conſilijs 46 col.2.73.col.2.in fi.159.col.1.& 190.col.2.
27 in prin.† Eſt.n dolus falſa aſſeueratio ſcienter facta,cum
animo fallendi,l.j.ff.de dol.Cyn. in l.præſcriptione, C.ſi
contra ius,vel vtil.publ Pro qua opinione facit quod not.
28 Bart.in l.comperimus,C.de naucul.lib.11. † vbi dicit,ꝙ
officialis publicus debet cōficere librum ſuæ adminiſtra-
tionis,& ī eo data,& accepta,cui,vel a quo,& ex qua cau
ſa,& qua die nominatim, & ſingulariter ſcribere. Et ra-
tiò eſt ſecundum eum,quia niſi hæc fiant, non poteſt po-
ſtea conuenienter reddi ratio adminiſtrationis. Et Bar.ſe
quitur Soc.Iun.in allegato conſ.148.col 2. in prin.ad idē
29 facit. † Nam deputatus ad ſcribendum introitus cōmu-
nis,ſi perfecte non ſcribit,dicitur eſſe in dolo,& punitur,
l.excellentia,C.de erog.milit.an.lib 12.Ponit Bal.in l.vbi
exigitur,§.dolo,ff.de eden.Soci.in conſi.citato 159. col.2.
verſ.corroboratur,& in conſ.190.col.2.& idem in tutore,
vt per Barto.in d.l.tutor.Socin.conſ 46.colum.2.verſ.præ
30 terea,& Soc.Iun.vbi ſuprà,col.2.† Nec mirum,quia ex il
lis præſumitur locupletatus,niſi aliud doceatur, vt eſt gl.
no.& ibi Ang.in l.verum,ff de pet.hæred.gl.in l.ſi ſine §.
modeſtus,ff.de adminiſtra.tuto.Doctor.in l.j.C. ſi aduer.
cred.Soc.in conſi.190.col.3.verſ poſtremo. & in cōſ.159.
31 col.4.in fi.† Et hoc adeò verum dicit Soc.in cōſ.159.col.
2.verſ.2.probatur,ꝙ ſi tutor quid deſcripſit de introitib.
pertinentibus ad dictam adminiſtrationem, & illos im-
miſcuit cum rationibus ſuis,quas tenere debebat ſepara
tas à rationibus pupilli, quod talis culpa deprehenditur
in ea propter quam iuramentum in litem pręſtari poteſt,
ſecundum Innocent. quem ſequuntur Anton.de Butr.&
Imol.in cap.cum officijs de teſt.Bald.in authent.licentia,
32 C.de epiſ.& cler.† Nec dignus eſt excuſatione,ſi dicat li-
bros non habere,vel amiſiſſe:quia non creditur,niſi hoc
33 probet:† quia eius erat officium diligenter cuſtodire. Vn
de præſumptio eſt,quòd malitiosè occultet,iuxta not.in l.
ſi quis ex argentarijs,§.pen.ff.de eden.Ita Anch.in con-
ſilio 317.in cauſa,col.3.quem ſequitur Soc. in d.conſ.159.
col 4.verſ.ſed præmiſſis.
35 Tertio † tutor tenetur pecuniam pupillarem conuerte
re in emptionem prædiorum venalium.Ita Bar. in d.l.tu-
tor.§.ſi poſt.Dec.in conſi 178.colum.j.& 192.colum.j. &
430.colum.2.Socin.conſi.ſecundo,colum.pen.quando vi-
delicet probatum eſſet ipſam pecuniam fuiſſe ſufficien-
tem ad illorum emptionem,vt notat Paul.de Caſt.in con-
ſilio 140.colum.fi.verſiculo ſuper quinto, quem ſequitur
Dec.in allegato conſi.177.in fi. Alias in redditione ratio-
nis tenetur ad intereſſe declarandum per iuramentum in
35 litem Ita docto.ſupra, † vel ſi non dederit ad honeſtum
lucrum,vt per Barto.in d.§.ſi poſt. Et quamuis Decius in
citato conſi.178.col.fi.videatur dicere hoc non habere lo-
cum hodie,quia dare pecuniam ſub vſuris hodie ſit prohi
bitum, tamen ad eius dicta patet reſponſum ex his quæ
dicit Soc.in allegato conſ.2.in fi.
36 Quartò † in redditione rationis venit vt debitores
cum quibus contraxit,oſtendant eius conditionem tem-

pore contractus fuiſſe, vt diligens pater ius redditurus fuiſſet, l. qui ſub conditione, ff. de condit. & demonſtr. Roman. conſilio 413. & Socin. in conſi. 92. colum. 2. vol. 4. alias tenetur, vt ibi.

37 Quintò, † vt inſtrumenta ad pupillum pertinentia reſtituantur. Quod ſi dolo, lata culpa, vel leui, non reſtituantur aduerſus tutorem, iuratur in litem, l. alia, C. de in litem iuran. Soc. in conſ. 92. col. 2.

38 Sextò, † tutor teneatur ſibi conſignata non legitimè alienata, tanquam reliqua reſtituere, l. j. §. primo, ff. de tu. & rat. diſtra. l. tutorem, C. arbitr. tutel. not. Bald. poſt glo. in l. cum teſtamento, C. de manu. teſtam. Socin. in d. conſilio 92. colum. 2.

Ex aduerſo autem ſentio dictum hæredem velle ſe defendere à dicta ratione reddenda, ex eo, quod per quondam dominum Ioannem fuerit reddita ratio ſufficienter, & quietatus, & liberatus, vt conſtat in inſtrumento
39 dictæ rationis redditæ, & liberationis: † quo caſu tutor, vel curator, vel alius adminiſtrator, qui ſemel reddit rationem ſuæ adminiſtrationis, non tenetur iterum illam reddere, vt concludunt Ioann. Mon. Archidiac. Ioann. Andr. & Doct. in ca. vnico, de cler. ægrot. in ſexto. & Lap. in clem. quia contingit, extra de relig. dom. argum. l. cum
40 ſeruus, ff. de condit. & demonſtra. † quia ſolutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, Inſtitut. quibus modis toll. ob. in princip. quòd autem reddiderit, conſtare
41 videtur ſecundum eum. † nam in ratione venit computatio, & reliquorum reſtitutio, d. l. cum ſeruus vbi per Paul. de Caſtro. & alios. Sed dominus Paulus in inſtrumento abſolutionis, & liberationis confitetur ſe vidiſſe computa, & rationes, & quendam dominum Ioannem eius tutorem, & curatorem reddidiſſet omne id, quod eum peruenit occaſione dictæ tutelæ, & curæ adminiſtratæ: quæ confeſſio eidem habet præiudicare, l. generaliter, C. de non numerat. pecu. l. quid ergo, §. contrarium, ff. de contrario iudic. tutel.

42 † Et tantò magis hoc dicendum eſt, cum dicta liberatio ſit multum generalis, & ampla, & cum verbis prægnantibus facta: quo caſu intelligenda generaliter, & quòd ad omnia quæ pertinent ad dictæ tutelæ adminiſtrationem, ſit extendenda, vt per doctor. in cap. 1. de tranſac. & per text. ac doctor. l. emptor, §. Lucius, ff. de pact. imò ſi non fuiſſet facta liberatio, obligatus eſſet dominus Petrus Paulus ad faciendum ipſam liberationem de facto, vt per Bartolus, in l. 3. §. 1. ff. de liber. lega. & in l. ſi finita, §. eleganter, ff. de damno infecto. Decius in conſilio 100. col. finali, per l. C. de conditio. ob cau. & l. cum affirmes, de liberali cauſa.

Secundò adducitur pro eius parte, nam in liberatione
43 dicitur rationem fuiſſe legitimè redditam, † vt conſtat in procemio dictæ liberationis, quod oſtendit cauſam finalem, & mentem diſponẽtis, vt in l. ſi. & ibi Bart. ac alij, ff. de hæred. inſt. l. j. & ibi Bar. ff. ad Maced. Faciunt no. per Dec. conſ. 522. in j. col. vbi dicit, ꝙ ratio finalis colligitur ex procemio ſtatuti, ergo ſi legitimè reddita ad alterius redditionem cogi non poteſt.

44 Tertiò facit, † nam prætextu erroris redditio rationis fieri debet, vt per doctores in l. j. C. de errore calcul. ſed in ipſa abſolutione dicitur, quod eam facit ex certa ſcien-
45 tia, quia ſufficienter fuit reddita ratio, † ergo error allegari non poteſt Barto. in l. ſed etſi quis, in §. quæſitum, ff. ſi quis caut. & in l. ſi. ff. de cond. indebiti.

46 Quartò, † quia licet calculato rationis, & eius redditio ratione etiam erroris retractari poſſit, d. l. 1. de errore calcul. tamen quando vltra calculationem interuenit pactum, vel tranſactio, de ſtando calculo, non poteſt ratio reddita retractari, ſecundum Bar. in l. 2. ad ſi. C. de iure fiſci. lib. 10. arg. d. l. emptor, §. Lucius, de pactis.

Quibus tamen non obſtantibus, quæ verè non obſtat, contrariam ſententiam veriorem exiſtimo, & dico, quòd imò d. hæres ad huiuſmodi redditionis rationem de iure tenetur per ea quæ ſuprà dicta ſunt in prin. præſentis conſultationis. Nunc ſolum reſtat reſpondere ad argumenta in contrarium adducta, ex quorum reſponſionibus clarior apparebit conſultatio [illegible]ta. Et deueniendo ad argu-
47 mentum fateor, † quòd quando ratio reddita fuit ſufficienter, quòd ad eam de nouo reddendam quis non tenetur, vt per doctor. ſuprà allegatos, alias ſecus, vt tradunt
48 Lap. & Card. in d. clem. quia contigit. & probatur. † Nam paria ſunt non reddere rationem, & reddere, ſed non plene, nec ſufficienter, argum. l. quoties, ff. qui ſatiſdare cogan. Et ideo dicunt doctores in d. l. 1. C. de errore calcul.
49 † quòd licet inter mercatores ratio ſæpe fuerit calculata, tamen allegando errorem poteſt peti, quòd iterum calculetur. Ita etiam dixit Soci. in d. conſ. 159. colum. 3. in princ. in conſ. 190. colum. 2. & in conſ. 92. colum. 2. vol. 4. & Pariſ. conſ. 89. colum. 3. volum. 1. Sed in caſu noſtro nõ conſtat, quod dominus Ioan. plenè & ſufficienter reddiderit rationem ſuæ adminiſtrationis prout tenebatur,
50 igitur non obſtat dicta ratio. † Verum quia allegantirationem non fuiſſe plene, & legitime redditam, incumbit onus probandi, & ſic domino Petro Paulo, vt per Paulũ de Caſtr. in conſi. 36. quem ſequitur Socin. in citato conſi. 190. col. 2. 92. colum. 2. volum. 4. & Dec. in conſil. 100. col. ſi. in ſi. ac Pari. in præallegato conſi. 86. colum. 3. ideo pro demonſtratione & verificatione præmiſſa facit. Nam iura volunt, & requirunt, quod actualis redditio rationis fiat, ſ. quod adminiſtrator rationes reddat legendas offerat, & computãdas, an accepta, & data propriè relata fuerint, vel nõ, & reliqua reſtituat, d. l. cum ſeruus. & ſic lex neceſſario requirit factum, l. argentarius, ff. de edend.
51 † Sed quando lex requirit factum, & actualem, redditionem, non ſtatur aſſertioni, vt in l. ſi forte, ff. de caſtren. pe-
52 cul. † quia vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt, l. ait
53 prætor, §. ſi quis, ff. de noui operis nuncia. † Item aliud eſt rationem redditam, aliud redditam confiteri, l. aſſiduis, cum glo. C. qui pot. in pign. hab. l. a diuo Pio, §. ſed ſi emptor. ff. de re iud. & ſic non eſt eiuſdem efficaciæ aſſertio, & actualis traditio. & ita in terminis cõſuluit Pet. de Anchar. in conſ. 331. in 4. col. quem ſequitur Soc. in d. conſil. 159. col. 3. & idem dicit in conſ. 92. col. 2. circa ſi. ſed in dicta ratione reddita, dictus dominus Ioannes nullum librum rationis exhibuit, quem tamen ex deciſionibus ſupracitatis, quas non repeto, tenebatur exhibere, in quibus appareret de redditibus, & fructibus, & de ſolutis, acceptis: igitur cum in dicta ratione hoc factum non fecerit, vt clare deponunt plures teſtes; ſed in confuſo red-
54 dita fuerit, merito ſequitur, † quod dicta confeſſio, & aſſeueratio rationem eſſe redditam, non poteſt præiudicare domino Petro Paulo, cum emanauerit ſuper re nõ veriſimili, & quaſi impoſſibili, vt per Anchar. in d. cap. 231. quem ſequitur Socin. in conſ. 159. colum. 3. ver. confirmatur. & in conſ. 190. colum. 3. verſ. 2. reſpondetur. Item voluit Ang. in d. conſi. 276.

Vlterius, quod non plenam reddiderit rationem luce clarius demonſtratur, nam in dictis folijs, ſuper quibus fuit reddita ipſa aſſerta ratio, nullibi apparet quod deſcripſerit pecunias à magnifico domino Octauiano Scoto, à domino Antonio Maria Corio, à mercatoribus de la Salliua receptas, de quarum receptione conſtat ex confeſſionibus ſcriptis per manum dicti quondam domini Ioannis, & ſubſcriptis per teſtes nobiles & fide dignos, & ex inſtrumentis: quo caſu præſumendum eſt contra eũ quod rationem legitime non reddiderit, niſi contrarium
55 probetur: † quia contra omittentem præſumitur dolus
56 & ſubtractio, l. tutor qui repertorium, vt ſuprà dixi. † quę præſumptio transfert onus probandi in contrarium, l. ſiue poſſidetis, C. de probat. Ita concludit etiam Soci. in d. conſ. 159. col. 3. & 190. col. 3. & Dec. in conſi. 100. colum. ſi.

Vlterius quod non fideliter, ſed falſo ſe habuerit in dicta ratione, manifeſte colligitur. Nam in dictis folijs carentibus anno, menſe, & die, in pluribus pagellis deſcriptum comperitur dictum quondam dominum Ioanem ſoluiſſe ſummam ſcutorum centum domino Philippo Bocheriæ vt creditori quondam domini Petri Corteſij patris dicti domini Petri Pauli, quorum ſummam negat dominus Philippus habuiſſe, & ſe nunquam fuiſſe creditorem in obolo dicti domini Petri. Ex quo quidem capite etiam apparet de dolo præfati tutoris & curatoris, & per conſequens, quod non fuerit plenè reddita ratio, ſed doloſa adminiſtratio, vt per Soc. in conſi. 190. col. 2. verſ. 2. quod for-
57 tius eſt. † Et ſic concluditur, ꝙ non dicitur plene reddita ratio, ſed quod dicta liberatio fuit doloſe extorta, quæ tanquam iniqua, & nulla non eſt ſequenda, vt concludit Pet. de Anchar. in conſilio 332. vel reſcindenda, not. in l. ſub prætextu, C. de tranſa. Soc. in citato conſ. 159. col. 4. verſi.
58 ex quibus. † quoniam quando doloſa fuit adminiſtratio, & ex tali adminiſtratione aliquid adeſt tutori, vel curatori, & ex ea vtilitatem conſequitur, vt in caſu noſtro, quia plura probantur perueniſſe ad manus tutoris, & curatoris, quæ non reperiuntur etiam ſcripta in dictis folijs, pręſumitur ex illis locupletatus, niſi aliter doceatur, vt in glo.

glo.& docto.in l.verum,& ibi Angel.ff.de pet.hæred.glo.
& doct.in l.C.ſi aduer.cred.& per conſequens ſi adeſt li-
beratio & quietatio quacunque generalis, ad talem admi
59 niſtrationem non extenditur.† Nam quando ſumus in li
beratione inter viuos ſi ei qui dolum commiſit aliquid
adeſt,quia apparet quod in manibus tutoris, & curatoris
vel alterius adminiſtratoris aliquid remanſerit, tunc ge-
neralis liberatio & abſolutio ad hunc caſum non exten-
ditur, nec per illam dolus præteritus cenſetur remiſſus,
niſi expreſsè facta ſit mentio doli. Ita concludit Bart.in l.
Aurelio,§.Gaius, ff de lib.lega. & in lege ſi vnus, §.illud,
ff.de pact. ſecus quando ei qui dolum commiſit nihil ad-
eſt, quia tunc dolus præteritus cenſetur remiſſus, vt per
doct.in lege actione,C.de tranſactio,Ita Soc.in conſ.159.
colum.4 verſicul.ex quibus in conſil.190.colum.3. verſi.
poſtremò,& in conſil.72.colum.j.verſicu.ex quibus, vo-
lum.3.& in conſi.92.colum.3. verſicu. non obſtat tertia
ratio.volum.4. & Pariſ.in conſi.88.colum.penul. volum.
1. Confirmatur hæc opinio, Nam quando aliquid re-
manſit adminiſtratori, quod non reſtituit, tunc ad illud
non extenditur liberatio,quoniam non reddendo reliqua
dicitur eſſe in dolo, l. ſi procuratorem, §.fin. cum l.ſe-
quen. & l.dolus,ff.manda. not.Bald. & Imol. in l. ſeruus
60 veritus,ff. de legatis primo, † ſed quando dolus ineſt li-
berationi, non purgatur per liberationem ſecutam Ita
Bald.in l.ſub prætextu,la ij in fin.C.de tranſact. & Soci.
in allegato conſi.73.colum.1.volum.3.& in conſilio 159.
colum.5.in princip.& in conſil.190.col.3.in fin quia ſapit
dolum de præſenti & de futuro. arg.eius quod Bald.in l.
fin.C.de codicillis.

Non obſtat ēt ꝙ ſi non fuiſſet facta liberatio,ꝙ obliga-
tus erat dominus Petrus Paulus illam facere de facto, vt
per Bar.in d.l.§.j.quia ad hoc patet clara reſponſio,quòd
iſta theorica procedit, qñ verè fuiſſet reddita, & fideliter
ac plenè,& non doloſè,alias ſecus. Ita Soc.in d.conſ.159.
col.5.verſ.2.quia & Dec.in conſ.100.in fi.

Non obſtat ſecundum argumentum principale, quòd
ex quo in procemio dicitur rationem fuiſſe redditam ſuf
61 ficienter,quòd vlterior ratio reddi non debeat,† quia re
ſpondetur quòd quando narrata in procemio & pręfatio-
ne vnius cōpoſitionis non ſunt vera,dicta compoſitio de
iure communi irritatur,quia factum aliter ſe habēs, quā
proęmium oſtendit, reddit ſubſequentem diſpoſitionem
nullam. Ita in terminis, & ad propoſitum noſtrum dixit
Anchar.in conſ.180.col.2.quem ſequitur Soc. in d.conſi.
159.col.5.verſ.2. quia. Sed in caſu iſto conſtat rem aliter
ſe habere,quàm proęmium demonſtrat, quia non conſtat
rationem fideliter eſſe factam, & ſufficientem, ſed dolo-
ſè,vt ſatis ſuprà dictum fuit, igitur &c.

62 Similiter non obſtat tertium, † quòd ex quo ex certa
ſcientia facta fuit dicta liberatio,& non per errorē,quod
error allegari non poſſit: quoniam reſpondetur,& primò
ſecundum Bald.in d.c.ſed ſi quis,§.fi.quod dicta clauſula
nihil operatur,quando probatur rē aliter ſe habere, quia
tunc præſumitur error & confeſſio erronea. Allegat de
ætate,§.fi.ff.de inter act.& Bal ſequitur Socin.in d.conſi.
159.col.6 in prin.ver.nec prædictis.

63 Vel & ſecundo † reſponderi poteſt,vt per Soc.ibi poſt
Ang.Ful & Mod.in d.§ ſi quod error ēt probari pōt, ſed
alio modo quam probando aliter rem ſe habere, videli-
cet per alias coniecturas,de quibus per Bar. in l.non fate
tur.de confeſ.Et hoc militat in caſu noſtro, vt ſuprà pro-
batum fuit: & ſic dicta clauſula nihil obſtat.

64 Tertiò reſponderi poteſt † quòd eodem errore quo do-
minus Petrus Paulus fuit ductus ad liberendum,& ad fa
tendum rationem fuiſſe diligenter eadem etiam ratione
ad apponendum dictam clauſulam,l.doli,verſ.diuerſum,
ff.de donat.Barto.in l.fi.§.idem quęſijt,ff.de cond.indeb.
& Socin.vbi ſuprà.

65 Non obſtat quoque vltimū, † quòd quando calculatio
eſt facta à partibus, & continet pactum vel tranſactionē,
facit præiudicium parti:quia reſpondetur ax mente Soc.
in d.conſ.159.col.3.verſi.confirmatur. & conſ.190.col.3.
verſ.ex quibus.& in conſ.92.col.4.vol.4. quod in caſu no
ſtro ſtantibus miſſis,non poteſt dici, quod calcul. legiti-
66 mè facta fuerit.† & quod ipſa liberatio facta per pactū &
tranſactionem tanquam euidenter iniqua,& nulla,vel tā
quam doloſè extorta, irritanda, & non ſequenda venit,
etiam ſi eſſet iurata,vt voluit Pau.de Caſt. in d.conſ.307.
per glo.not.in lege tertia,§.j.ff.de contr.iud.tut. quem ſe
quitur,Soc.in d.conſ.190 colum.3.in fi.& Dec.in conſilio
110.col.fi.in fi. Et ſic ex his apparet dictum dominum hę
redem apud quem peæſumitur eſſe pecunia exacta à de-
bitoribus domini Petri Pauli,cùm non appareat illam eſ-
ſe deſcriptam in parte in dictis folijs, iuxta not.per Paul.
de Caſt.in conſ.370.in fi.primi dubij.quem ſequitur Soc.
in d.conſi.159.col.5.in princip.teneri de nouo ad redden
67 dam dictam rationem, † & caſu quo non reddat legitimè
partes magnifici domini iudicis loci, vbi adminiſtratio
ipſa facta eſt, & in quo ratio reddi debet,per tex.in l.1.&
2.C.vbi de ratio.ag.op.& per Socin.in conſi.31.in fin.&
conſi.149.colum.1.in fi.fore præſtandum iuramentum in
litem dicto domino Petro Paulo, pro his quæ præſumun-
tur, & conſtat eſſe penes dictum hæredem. quoniam di-
cit gloſſ. communiter approbata in l. in actionibus, ff. de
68 in lit.iuran.† quando difficultas probationis & dolus cō-
currit,tunc dicitur iuramentum in litem veritatis contra
doloſum. Et hanc communiter approbari tradit Socin.in
d.conſilio 73.colum.3. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes in cauſa ſeparationis tori debent eſſe omni exceptione ma-
iores,& nu 12.*
2 *Adulterium præſumptiuè probatur, cum directè & ſpecificè pro-
bari non poſſit.*
3 *Sodomia, adulterium, & ſimilia, nedum probari non poſſunt per
auditum, ſed nec etiam per uiſum.*
4 *Vxor poteſt agere contra maritum adulterum ad ſeparationem to
ri,dotis reſtitutionem, & ad donationem propter nuptias,& nu.
13.vbi etiam ſi maritus habuiſſet rem cum ſoluta.*
5 *Maritus ſicut poteſt accuſare ciuiliter vxorē de adulterio quod ſe
parationem tori, & ad lucrum dotium ita è contra vxor virū.*
6 *Matrimonium licet propter adulteriū mulieris poſſit ſeparari quo
ad torum,non tamen quo ad uinculū quia remanent coniuges.*
7 *Maritus propter adulterium vxoris lucratur dotem.*
8 *Quod amplia procedere non ſolū in dote data,ſed etiā in promiſſa*
9 *Separatio tori propter adulterium cuilibet ex coniugibus de iure
canonico permittitur ſicut iure ciuili permittebatur diſſolutio
marrimonij.*
10 *Pactum factum inter virum & vxorem, quod ea præcedente ſine
liberis, maritus lucratur dotem,locum non habet ſi maritus cō-
miſit adulterium nihil habere poteſt ex bonis viri.*
11 *Statuto ſi caueatur, quod vxore decedente ſine liberis, maritus
lucretur dotem tale,ſtatutum locum non habebit, quando culpa
mariti propter eius vitam toro maritali non conuenientem fit ſe
paratio tori.*

## CONSILIVM L.

QVia præſens cauſa modicam vel nullam dif-
ficultatem habere videtur, paruique etiam
ponderis eſt,ideo breuiter me expediā,non
elaborando vbi non expedit. Et deuenien-
1 do ad ſcopum, dico † quòd cùm ex parte
Odiſiæ Rognonæ fuerit probatur quatuor teſtes,& qui-
dem concordes, & omni exceptione maiores, vt requiri-
tur iſto in caſu ſecundum Pariſ.conſ.54. colum.2. volum.
4 vidiſſe Bernardinum eius maritum ſolum cum Alaxi-
na vxore Thibaldi Ritij ſola, & ſæpius ſe deoſculantes,
2 & in eodem lecto cubantes, † quòd præſumptiue adulte-
rium ipſius Bernardini probatum eſſe videtur, cùm dire
ctè & ſpecificè probari non poſſit, vt in cap. pręterea.vbi
notant omnes de teſtibus in cap.3.loco. de præſump. cap.
ſignificaſti.de adul.Ruy.in conſ.149 colum.j.volum.5.&
Marſ.in conſ.j.num.47.& in conſ.28.colum.2. vbi inquit
3 † quod ſodomia,adulterium,& ſimilia, nedū non poſſunt
probari per auditum, ſed nec etiam per viſum, cum dire-
4 cto probari non poſſit, & per conſequens † quòd Odiſia
legitimè agere potuit contra dictum eius maritum ad ſe-
parationem tori,& ad reſtitutionem dotis,& ad donatio-
nem propter nuptias, cap.1.vt lite non conteſtat.vbi per
5 illum tex.dicunt ibi Abb.Imol.& alij,† quòd ſicut mari-
tus accuſare poteſt ciuiliter de adulterio vxorem quoad
ſeparationem tori, & ad lucrum dotium, vt cap. plerun-
que de dona.inter virum & vxorem. Ita è contra vxor po
terit accuſare maritum quoad ſeparationem tori, & ad
hoc vt conſequatur dotes ſuas, & donationem propter
nuptias: quia quoad accuſandum ciuiliter, ad imparia nō
iudicantur vir & vxor.capit. publico, 32.quæſtio.j. Idem
voluit Abb.in c.tuæ.in fine,& ibi Imo.col.j.de procur.&
6 in c.fi.in 3.not.de adul.vbi dixit† quòd ſicut propter adul

terium mulieris poteſt ſeparari matrimonium quoad to-
rum,non tamen quoad vinculum:quia remanent coniu
ges,& maritus lucretur dotem, & vxorē alimentare non
teneatur.capit.plerunque de dot.poſt diuor.reſt, Idem è
contra vxor poteſt agere ad ſeparatienem tori, & ad lu-
crum donationis propter nuptias,per not.in d.ca.j.vt lit,
non conteſt.& in capit. dixit.& capit. ſi quis vxorem 32.
quæſt.j.Alibi idem Abb.in cap plerunque,in j. quæſt. de
donat.inter virum & vxorem. Rip. in l.2. in princip. nu-
me.7. ff.ſoluto matrim. Iſtud etiam tenet Moder. Rep.in
7 rub.de dona.inter virum & vxorem.§ 20.col.j.† vbi tra-
dunt ꝙ ſicut vir lucratur dotem propter adulterium vxo-
8 ris.l.cùm mulier.ff.ſoluto matr. † & non ſolum datam,
ſed etiam promiſſam,per tex.in l.cùm mulier. vbi Bald.
not. ff.de condi, inſt. & hoc quando maritus non haberet
filios nec ex primo, nec ex ſecundo matrimonio, ſecus ſi
aliter,vt per Bald.in l.hac edictali. col.2.verſ.ſed pone,C.
de ſecundis nupti..& Crem in not.86.& Boer. in d.deci-
ſio.338.col.3 cap.fin ſic etiam vxor lucratur donationem
propter nuptias,propter adulterium viri,per text.in d.c.
j.Hoc etiam approbant Ang. in tractatu.in verb. che hai
adulterato.in verſ.quæro quia video.& ibi Angel.de Ari-
mi.Petrus.G,in ſing.48.& Mar.in l.j.num 60.de raptu vir
gin.Barb.in conſi.64.colum.antepenul. volum.j. Bologn.
in conſi.23.Cuma.in conſi.175. in fi.vbi expreſsè dicit, ꝙ
quando maritus tenet cōcubinam, vxor poteſt agere ad
ſeparationem tori, & dotem repetere, ac donationem
propter nuptias lucrari. Et Cum. ſequitur Dec.in conſil.
531.colum.j. & in l. ſemper in contractibus. de regu.iur.
ac Socin. Iun in conſi.32.colum.1.volum.2 quia ſecundū
9 eum † cùm iſta ſeparatio tori propter adulterium, cuili-
bet ex coniugibus de iure canonico permittatur, ſicut
de iure ciuili permittebatur diſſolutio matrimonij, vt ſu-
prà,l conſenſu.C.de repud. Et in tantum hoc eſt verum.
10 †quòd etiam fuiſſet factum pactum inter virum & vxorē
quòd ea præcedente ſine liberis, maritus lucraretur do-
tem,quòd iſto caſu ſi vxor decederet ſine liberis,illam cō
ſequi non poſſet, ſicut nec ſimiliter mulier nihil habere
poſſet ex bonis mariti, ſi ſe fecit pollui per adulterium.
Quod probatur per gloſſ. in cap. plerunque de dona. in-
ter virum & vxorem.vbi dicit tex.quòd mulier per adul-
terium perdit dotem & dotalitium, dicit glo. quomodo
eſſe poteſt, quòd perdat donationem propter nuptias, ſi
ea debetur hæredibus?Reſpondet glo.& dicit, Dic quòd
fuerat factum pactum quòd vxor lucraretur donationem
propter nuptias, & ſic eſt ibi glo.quòd mulier perdit do-
nationem propter nuptias, quæ ſibi vigore pacti debeba-
tur,propter adulterium commiſſum.Idem voluit.Bald.in
c.ex parte.colum.j.verſic.Item nota quod nihil de conſue
tud. vbi inquit notandum eſſe quòd nihil debet habere
ex bonis viri, etiam ex pacto mulier, quæ fecit ſe pollui
per adulterium.Et Bal.ſequuntur Mod.in repetitione ru
bricæ,de donat.inter virum & vxorem. §.88. colum.2.in
prin.Hoc etiam tenet Bald.in tractatu dot.in 7.par.priui-
legio 11. Vbi vult, quòd ſtare pacto,quod maritus lucre-
tur dotem propter mortem vxoris, ſi vxor committit a-
dulterium;quòd dictum pactum parum operatur,mulie-
re præcedente,cùm lucrum dotis iam fuerit cauſatum ab
adulterio.Et in terminis ſtatuti,ita conſuluit Soci.Iun.in
11 conſi.7.in fin.volum.j.vbi dicit † quòd maritus perdit lu-
crum ſtatuti, quando eius culpa propter eius vitam toro
12 maritali non conuenientem,fit ſeparatio tori.†Cum igi-
tur per dictos teſtes idoneos & omni exceptione maio-
res,vt requiritur in caſu præſenti,vt glo. & Abb.in cap.j.
de conſangui.& Affli.& Pariſ.in conſi.54. colum.1.vol 4.
adulterium ipſum præſumptiuè probatum fuerit, meri-
tò ſequitur partes magnifi.domini iudicis eſſe,in declarā
do locum eſſe ſeparationi tori,& in condemnando dictum
Bernardinum ad reſtitutionem dotium erga dictam Odi
ſiam, & ſimiliter ad ſibi dandum,& tradendum donatio-
13 nem propter nuptias † Quòd etiam locum haberet,ſi cū
ſoluta dictus Bernardinus fornicationem commiſiſſet.ca.
nemo vbi Archidiac.& alij,32.queſtione.4.Socin.in con-
ſil.148.colum.2.vol.2.& Pariſ.in citato conſilio.54.nu.43.
Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudicantem oportet cuncta rimari,& ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere.*

2 *Pœna mortis imponitur pro notabili furto.Sed contra nu.43.*

3 *Furtum notabile æquiparatur tribus furtis.*

4 *Furtū vnū nō ſufficit vt qs furca ſuſpēdatur ſed tria requirūtur.*

5 *Iudex eſſe non debet ſeuerior lege ſed clementior.*

6 *Lex quantum cantat,& ego cantabo.*

7 *Lex male iudicans Deum habet vltorem. & in ſyndicatu ſuas luet pœnas.*

8 *Circuitus omnis euitandus eſt.*

9 *Iudici procedenti contra aliquem per inquiſitionem prius conſtare debet delictum de quo inquiritur fuiſſe commiſſum, aliàs non poteſt procedere.*

10 *Furtum ſi dicatur eſſe commiſſum,cautela eſt,vt iudex faciat deſcribi per notarium in baſtardello querelam teſtos,& miſſionem officialis ſui vbi furtum commiſſum eſt,aliàs non facta tali diligentia,ſi aliquam torqueri faciat tenebitur in ſyndicatu.*

11 *Iudex non debet procedere ad inquiſitionem ſpecialem niſi prius ſibi conſtito de delicto.*

12 *Quod amplia procedere etiam ſi iudici conſtaret de delicto per ſolam confeſſionem rei,*

13 *Pœna homicidij puniri non poteſt qui confitetur hominem occidiſſe,& poſteà corpus in marè proieciſſe: ſi non conſtat de corpore mortuo,ſaltem per famam.*

14 *Confeſſioni rei dicentis ſe plura furta feciſſe diuerſis temporibus non eſt ſtandum, niſi conſtet de rebus ſubtractis.*

15 *Iudici non dicitur conſtare de furto,ſi miſit aliquos at videndum delictum,niſi ſi fiat relatiò de furto commiſſo.*

16 *Iudici non ſufficit imponere nuntio quòd citet partem ad audiendam ſententiam,ſed vltra requiritur quod faciat relationem notario de citatione.*

17 *Furtum non probatur fuiſſe commiſſum,ſi iudex maleficiorum & notarius referant reperiſſe capſas fractas,& vidiſſe locum domus,in qua bona furata aſſeruntur.*

18 *Furtum tunc dicitur probatum,quando verificatur quod res quæ dicitur furto ſubtracta erat in domo in loco, vbi fertur furtū commiſſum fuiſſe,& quod auditus fuit ſtrepitus,ſeu rumor, vel acclamatio,vel quod dominus rei conqueſtus eſt cum vicinis.*

19 *Inquiſitio quando formatur contra aliquem de furto non ſolum opus eſt quòd expreſsè nominetur nomen domini rei ſubtractæ,ſed etiam quòd dicatur quod res illa furata pertinebat ad talem iure dominij,vel quaſi:aliàs ſi ſimpliciter dictum ſit,quòd illa res pertinebat ad talem,tunc inquiſitio non procedit.*

20 *Verbum pertinere,tanquam latiſſimum comprehendit etiam illū, cui aliquid debetur actione perſonali.*

21 *Probationes in materia criminali debent eſſe luce meridiana clariores.*

22 *Inquiſitio quando fit de aliquo crimine tanquam commiſſo in tali loco,vel tempore ſi probetur de alio ſequi debet abſolutoria,licet ſit probatur crimen.*

23 *Inquiſitio vbi eſt nulla omnia quę ſequuntur redduntur nulla.*

24 *Condemnari vt quis poſſit de crimine,requiritur quòd ſit legitimè coniunctus vel confeſſus.*

25 *Socius criminis regulariter contra ſocium eiuſdem criminis non admittitur.*

26 *Particeps furti non admittitur in teſtem contra ſocium eiuſdem criminis,nec de conſocijs poteſt interogari.*

27 *Fur contra quem non ſunt indicia aliorum furtorum quam quæ confeſſus eſt,non poteſt interogari de alijs furtis.*

28 *Socij criminis depoſitio in caſibus in quibus poteſt interogari de conſocijs,ſi ſola,eſt & de per ſe,non facit indicium ad torturam.*

29 *Socij criminis dictum in caſibus in quibus de conſocijs interogari poteſt,inquiſitio non nocet,ſi tale dictum non fecerit in tortura.*

30 *Reus criminis qui de ſe confeſſus eſt turpis perſona eſt,cui non eſt credendum ſine tormentis.*

31 *Socius criminis qui de ſe confeſſus eſt turpis perſona eſt cui non eſt credendum ſine tormentis.*

31 *Socius criminis malæ famæ,conditionis,& ſuſpitionis ſi nominat alium non facit indicium ad torturam contra nominatum.*

32 *Teſtis de auditu nihil probat.*

33 *Teſtimonium de auditu non dicitur propriè teſtimonium, imò eſt præter & contra regulam & formam iuris.*

34 *Confeſſio facta à minore ſint authoritate curatoris non valet, etiam ſi facta eſt ſponte,vt nu.36.*

35 *Minor tam in ciuilibus quàm in criminalibus non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*

37 *Minor ſi ſine curatore dicat iudici,non torqueas me domine,quia omnia confiteor,& iuro non venire contra, talis confeſſio iurata non præiudicat minori.*

38 *Minor qui confeſſus eſt delictum ſine authoritate curatoris, de quo alio modo non conſtabat,ſi allegat ſe læſum,& petijt reſtitutionem in integrum,ad quam non fuit admiſſus,talis confeſſio ſibi nō nocet abſque quod aliter fuerit probatum de aliquo errore.*

39 *Actore non probante reus debet abſolui.*

40 *Pœna corporalis quando uenit imponendo pro aliquo delicto ex forma legis, uel ſtatuti, ex aliqua cauſa, recedit à pœna principali corporali ipſius dicti, tunc non imponitur pœna corporalis, ſed conuertitur in pœnam pecuniariam, uel aliam non corporalẽ.*
41 *Minor quando committi homicidium ex cauſa minoris ætatis receditur à uera pęna homicidij, quæ transfertur in aliam pęnam.*
42 *Minor delinquens mitius punitur quàm maior.*
44 *Opiniones uariæ doctorum quando reperiuntur in criminalibus, tenenda eſt mitior.*
45 *Conſuetudo furandi magis attenditur, quàm furtum.*

## CONSILIVM. LI.

1 IVdicantem † oportet cuncta rimari, & ordi-
nem rerum plena inquiſitione diſcutere, vt
inquit text. in cap. iudicantem, 30. quæ. 5 Et
ideo ſi hic magnificus iudex linceis oculis
vidiſſet inquiſitionem de furto contra An-
tonium Lauoſium minorem ætatis viginti annorum per
eum formatam, ac alia in proceſſu deſcripta, non vtique
ſententiam mortis tam duram & iniquam protuliſſet cõ-
tra dictum minorẽ, motus ea ratione, quia notabile fur-
2 tum commiſerat, † pro quo potuit imponi pœna mortis,
3 cum † æquipolleat tribus furtis, Et credo quòd iudicaue-
rit ex docto. Bald. in authen. ſed nouo iure, in 3. not. C. de
4 ſeru. fugit. † vbi dixit, quòd licet pro furto non poſſit quis
furca ſuſpendi, ſed tria requirantur furta, tamen ſi eſſet
vnum furtũ multum enorme, poſſet furca ſuſpendi, cum
æquipolleat tribus, argu. l. ſi quis tres, §. fi. ff. de excuſ. tut.
Idem voluit Ange. in tract. maleficiorum. in verbo, veſtẽ
cœleſtem: vbi dicit quòd ita practicauit Peruſij, dum ibi
5 aſſideret, ſed malè egit, † quia iudex ipſe non debuiſſet eſ
ſe ſeuerior lege, ſed clementior, vt dicit text. in §. oportet
in authen. de iud. & tex. & ibi doct. in cap. ſane. el ſecũdò,
in ver. temperate. de offic. deleg. Et ideo dixit Bald. in l. cũ
6 ancillis, C. de inceſt. nup. † quòd quantum cantat lex, &
7 ego cantabo. Sed væ ſibi, quia ſcire debet, † quòd vltra ꝙ
habeat Deum vltor, etiam in ſindicatu lucent pęnas ſuas
8 † Iccirco omiſſo omni circuitu, iuxta l. dominus teſtamẽ-
to. off. cond. iud. per veras & cõmunes concluſiones pro-
cedam poſtquam nunc non agitur niſi de reviſione huius
ſententiæ apud peritiſſimos delegatos, coram quibus non
eſt opus multiloquio, & demõſtrabo in primis dictam in-
quiſitionem non potuiſſe cõtra hunc inquiſitum forma-
ri, & ſine præiudicio veritatis, quòd fuiſſet valida, quòd tñ
non potuit condemnari nedũ in pęna mortis, ſed nec in
9 alia. Et ꝙ ſit verum, oſtenditur † Nã antequàm iudex pro-
cedat contra aliquem per inquiſitionem, debet ante om-
nia ſibi conſtare delictum de quo inquiritur eſſe commiſ
ſum, aliàs non poteſt contra aliquem procedere. Ita vide-
tur ſentire Bar. in l. j. § illud, ff. ad Silleianũ. Per quẽ text.
ita dixit Tancre. in ſua cõpendioſa. in 17. q. & in proprijs
terminis furti. Hoc voluit Ang. in tractatu maleficiorum
in verbo fama publica verſ. 12. tu iudex ſis bene cautus.
10 † vbi inquit quòd ſi dicatur furtum fuiſſe factum, facias
in baſtardello tuo per diligentem inquiſitionem quere-
lam. & teſtes, & miſſionem tui officialis vbi furtum com-
miſſum eſt deſcribi, & ponere per tuum notarium, & ſic
de homicidio, ꝙ mittas officialem ad videndum mortuũ
& vulneratum, & vulnera deſcribi, & hoc redigas prius
in actis. aliàs autem non facta tali diligentia, ſi aliquem
torqueres pro dicto maleficio poſſes in ſyndicatu teneri.
11 Et ſcribit ibi Arim. in additione, † quòd imò iudex non
debet procedere, quod eſt fortius, ad inquiſitionem non
ſpecialem, niſi primò conſtet de delicto, vt per Barto. in l.
fin. in prin. ff. de quæſtio. Et Angel. ſequitur Marſ. in conſ.
26. colum. penul. in fi. in conſ. 48. col. 4. in conſil. 49. col. 5.
12 in conſ. 53. col 3. & in cõſ. 76. col. 2. † Et hoc adeo procedit
quòd non ſufficit etiam conſtare de delicto ipſi iudici, per
confeſſionem rei tantum, vt notanter dixit Bald. in addi.
Specu. in tit. de ſent. in 18. col. fin. vbi inquit quòd etiam
ſi de delicto ipſo conſtet iudici per propriam confeſſionẽ
rei, quòd ipſe ſtare non debet de tali confeſſioni, niſi ſibi
13 aliter conſtet de delicto. Exemplum ponit, † aliquis con-
fitetur hominem occidiſſe, & poſtea corpus ſuum in ma-
ri proieciſſe, ſi tamen non conſtat de corpore mortuo,
ſaltem per famam, ille non poterit puniri ex tali confeſ-
ſione de homicidio. Idem etiam firmat ipſe Bald. in auth.
ſed nouo iure. in 2. col. C. de ſeru. fugit. Angel in tractatu
maleficiorum, ver. & veſtem celeſtem. in verſic. ſed ſi quis
14 confiteatur. † Vbi dixit quòd ſi reus confitetur plura fur
ta feciſſe diuerſis temporibus, quòd non eſt ſtãdum huic
confeſſioni, cum huiuſmodi confeſſio ſit generalis, & non
conſtet de rebus ſubtractis. Et ſubdit quòd bene cautus
eſſe debet iudex ne damnet animam & corpus ſuum, quã
do fur confitetur coram eo Maria & montes, & plura fur
ta commiſiſſe, nam nõ debet talia credere, ſed debet vel
le omnia furta per ipſum confeſſata verificare, deſtinan-
do nuntium ad habendum informationem in loco pro
veritate, & in reperiendo furta per eum confeſſata ita ꝙ
appareat quæ pignorauit, quæ diſtraxit, quæ penes ſe ha-
bet, alias ſi hoc non faceret ipſe iudex, ſæpenumero pu-
niret innocentes, qui metu tormentorum non vera con-
fiterentur, contra legem abſentem, ff. de pœn. Sed in ca-
ſu noſtro aliquo modo non conſtat, nec per denunciatio-
nem, nec per teſtes, vel relationẽ alicuius, ꝙ iudici inqui-
renti conſtaret aliquod furtũ fuit commiſſum: ergo di-
cta inquiſitio non potuit formari, & formata corruit.

Nec obſtare habet quòd ex aduerſo dicitur, ꝙ imò cõ-
ſtabat huic domino prætori furtum prædictum fuiſſe cõ-
miſſum, quia ipſe miſit iudicem maleficiorum, & nota-
rium ad domum dominæ Catharinæ, vbi viderũt capſas
ruptas, & vacuas: quia formaliter ad hoc reſpondet Mar-
15 ſil. in conſ. 8. col. 2. vbi dixit, † quòd per hoc non apparet
domino prætori quòd ſibi conſtet de delicto, quia non ſuf
ficit quòd miſerit, & viſum fuerit delictum eſſe commiſ-
ſum, ſed neceſſe erat quòd ei fuiſſet facta relatio, quod di-
ctum furtum fuerit commiſſum, vt optime probatur ex
not. per Bar. in l. ſi finita, § Iulianus, in 3. col. verſi. vtrum,
16 ff. de dam. infec. † vbi dicit quòd non ſufficit, quòd iudex
imponat nuntio, quòd citet partem ad audiendum ſentẽ-
tiam, ſed etiam requiritur vltra citationem, quòd faciat
relationem de ipſa citatione notario, & quòd etiam hoc
non ſufficit, niſi ipſe iudex viderit oculata fide relationẽ
dicti nuntij, antequam proferat ſententiam. Allegat etiã
multas authoritates quæ poſſunt videri. Sed in dicto pro-
ceſſu nullibi apparet de relatione aliqua quæ à iudice ma-
leficiorum & a notario curiæ domino prętori, qui eos trãſ
miſit ad locum delicti, facta fuerit, ergo dici non potuit,
quod ſibi conſtaret de furto antequam procederetur ad
17 dictam condemnationem. † Imò fortius voluit ibi Marſ.
in d. conſi. quod etiam ſi iudex maleficiorum, & notarius
feciſſet relationem reperiſſe capſas fractas, & vidiſſe lo-
cum domus in qua bona furata aſſeruntur, adhuc non ſuf
ficiet iſta relatio, vt dici poſſit probatum eſſe furtum com
miſſum fuiſſe, quoniam furtum non probatur fuiſſe com
18 miſſum ex prædictis, † ſed tunc dicitur probatum, quan-
do verificatur, quòd res, quæ dicitur furto ſubtracta, erat
in domo, in loco, vbi fertur furtum fuiſſe commiſſum, &
quod auditus fuit ſtrepitus, ſeu rumor, vel acclamatio, vel
quod dominus rei conqueſtus eſt cũ vicinis. Ex iſtis enim
probatur furtum eſſe commiſſum, & non ex fractura cap
ſarum, & loci. Nam non ſequitur, talis capſa eſt fracta, er-
go intus erant bona, & res, quæ aſſeruntur ſubtractæ, vt
dixit Bar. in l. ſi quando. & ibi alij Doc C. vnde vi in fin.
& per Alex. in conſi. 53. in 2. volum. Sed hæc non interue-
nerunt in caſu noſtro, igitur &c.

Secundò principaliter facit, quod dicta inquiſitio non
19 potuit procedere, † quia quando per officialem contra
aliquem formatur inquiſitio de furto non ſolum opus eſt,
quod expreſsè nominetur in inquiſitione nomen domi-
nij rei ſubtractæ, ſed etiam requiritur, quod in ea dicatur,
quod illa res furata pertinebat ad talem iure dominij, vel
quaſi, aliàs ſi ſimpliciter dictum ſit in inquiſitione quod
illa res furata pertinebat ad talem abſque quod dictum
fuerit iure dominij, vel quaſi, tunc non procedit inquiſi-
20 tio. † quia illud verbum pertinere latiſſimè ſumitur. quod
patet, quia comprehendit etiam illum cui debetur actio-
ne perſonali, l. verbum pertinere, ff. de verbo. ſignific. Ita
ſingu. dixit Bart. in conſi. 154. quem ſequitur Soc. in conſ.
8 colum. 2. verſic. 2. principaliter, & Marſi. in ſing. 275. &
in practica ſua criminali, in §. conſtante, numero 78. in
conſil. 26. colum. penul. in princ. in conſi. 40. num. 24. & in
conſi. 59. colum 3.

Nec obſtat, quod imo colligitur ex verbis inquiſitio-
nis ibi, & contra volũtatem dominæ Catharinæ dicta bo-
na ſubtracta fuerunt, quod ea pertinebant ad ipſam iure
dominij, vel quaſi, quia dicitur, quod dicta verba non cõ-
cludunt ipſa bona fuiſſe dominæ Catharinæ, cum non ſe-
quatur, talis res fuit aſportata a domo talis contra eius
voluntatem, ergo erat ſua: quia etiam res poſitæ in domo
mea, quæ tamen non ſunt meæ poſſunt exportari contra

voluntatem meam.Ita Marſ.in conſi.26.colum.penul. &
in conſi.40.num.25. cum ſeq. vbi etiam ſubdit, ꝙ ſi curia
diceret, quòd dicta bona exiſtentia in domo dictæ domi-
næ Catharinæ preſumantur eſſe ſua,attamē,quòd ad cō-
demnandum aliquem in cauſa criminali,maximè de fur-
to,quod infamat, probationes, concluſiones, & deducta
21 debent neceſſariò, & non præſumptiuè concludere † &
probationes debent eſſe luce meridiana clariores, l.fi.C.
de prob.& per Soc.in d.conſ.8.col.2 Ex quibus etiam pa
tet de inualiditate dictæ inquiſitionis.

Tertiò principaliter dicitur ipſam inquiſitionem cor-
22 ruere,† quia quandò inquiſitio fit de aliquo crimine tan-
quam commiſſo tali tempore, vel loco, & probatur de
alio tempore,vel loco, debet ſequi abſolutio, licet ſit pro-
batum crimen.Ita notanter dixit Paul.de Caſtr.in l.ſi cō-
munem,§.1.ff.quemad.ſer.amit.quem ſequitur Marſil.in
conſi.42.num.27.& in conſi.112.colum.j. vbi hoc dictum
corroborat multis medijs. Sed ſi videantur teſtes exami-
nati pro curia, & confeſſio ipſius Bauoſij, de cuius nulli-
tate vel inualiditate infrà dicam, certè apparet delictum
allegatum fuiſſe commiſſum in alio loco quam in domo
dictæ Catharinæ, deſcripto in inquiſitione, ergo inquiſi-
23 tio ipſa non tenet.† Cum igitur ex omnibus ſupra di-
ctis ſatis conſtet dictam inquiſitionem ineptam eſſe, ac
minus legitimè formatam, meritò ſequitur, ꝙ quicquid
exinde factum fuit nullum eſt ipſo iure. Ita Ang.in conſ.
178.quem ſequitur Marſi. in conſ.128.col.4. & in conſil.
130.nu.17.& ſic ſententia nulla. Et ita aliàs conſului.

Sed poſito ſine veri præiudicio, quòd dicta inquiſitio
potuerit de iure formari, adhuc dico ipſum inquiſitum
24 non potuiſſe condemnari,† quoniam vt quis condemna
ri poſſit,requiritur, quòd ſit legitimè conuictus, vel con-
feſſus.Ita dixit tex.in c.nos.in quemquam,2.q.j.l.qui ſen
tentiam, C.de pœn. Sed in caſu noſtro dictus inquiſitus
non fuit legitimè conuictus nec confeſſus, ergo &c. Et
quod hoc ſit verum.oſtendo.Nam hic tantum reperiūtur
examinati duo teſtes pro curia, videlicet Thomas Mera-
uilia,& Antonius de Sapino.Cuius Merauiliȩ dictum nō
nocet dicto inquiſito, quia ipſe dicit ſe ſocium criminis,
25 & furtum commiſiſſe cum dicto reo: † quo caſu ſocius
criminis,regulariter non admittitur contra ſocium eiuſ-
dem criminis,l.j.§.diuus Anton.ff.de quæſt.Bar.& Sal.in
26 l.quoniam liberi,C.de teſtib.Et in terminis furti,† quòd
particeps criminis non admittitur in teſtem,nec de con-
ſocijs poſſit interrogari,voluit Salic.in l.fi.C.de accuſa.;&
Marſi. in conſ.22.colum.9. cum ſequen. vbi reprehendit
Bar.in l.reperi.ff.de quæſt.Quod demonſtratur, quia glo.
in d.l.fi.de accuſa. enumerat omnes caſus, in quibus ſo-
cius criminis poteſt de conſocijs interrogari, & tamen
inter eos non ponit furtum. Similiter Spec.in titu.de te-
ſte.§.1.ver.Item quòd eſt ſocius.& in titulo.de accuſa.§.
j.verſic.item repellitur quia fuit ſocius.enumerat etiam
omnes dictos caſus,inter quos non ponit caſum furti. Et
ſubdit Marſ.in citato conſ.22. quod non meminit vidiſſe
text.nec glo. iuris canonici & ciuilis huic concluſioni re-
pugnantes,quam confirmat per argumentum a fortiori.
27 † Nam fur,contra quem non ſunt indicia aliorum furto-
rum, quàm eorum quæ confeſſus eſt. non poteſt interro-
gari de alijs furtis, de quibus non extant indicia, & con-
tra ſemet non poteſt interrogari,vt per Grand.in tracta.
ſuo. maleficiorum ſub rubrica de q.verſ.ſed quid de quæ-
ſtione.& per Ang.in tractatu maleficiorum in verſi.fama
publica.in 6.col.& ibi Ang. Arim. ergo à fortiori non po-
teſt interrogari de extraneis ſocijs, contra quos nulla ex-
tant indicia. auth.multò magis,C.de ſacroſanct.ecclesijs.

Vlterius dicitur,quòd etiam dato, ſed non conceſſo,ꝙ
eſſemus in caſibus,in quibus ſocius criminis poſſit inter-
28 rogari de conſocio,† tamen, quòd eius ſola depoſitio &
de per ſe non eſt ſufficiens indicium ad torturam. Ita Ale
xan.in conſi.89.col.2.vol.3.Dec.in conſi.189.col.6.verſic.
2.etiam.& Marſi.in ſing.209.in conſi.2.nu.38.& in conſi.
78.num.14. ergo multò minus ad condemnationem. Sed
hæc depoſitio eſt nulla.igitur &c.

Plus dicitur, quòd etiam ſocius criminis in criminib.
29 in quibus poteſt interrogari de conſocijs, † eius dictum
non nocet inquiſito, niſi tale dictum fecerit in tortura.
Ita Fulgoſ.in conſ.173. col.j. & ratio eſt ſecundum eum,
30 † quia reus criminis, qui de ſe cōfeſſus eſt,turpis perſona
eſt,cui credendum non eſt ſine tormentis, l. ob carnem,
§.ſi ea.ff.de teſta.& allegat Grand. ita voluiſſe in ſuo tra-
ctatu maleficiorum ſub rubrica de quæſt.& torm.§.nunc
autem reſtat.in verſ.ſed quid ſi iſti nominati. & in verſic.
31 ſequenti fortius dicit,† quòd etiam ſi nominata perſona
à torto,& ſic à ſocio criminis ſit malæ famæ, conditionis,
& ſuſpicionis, non poterit ex hoc torqueri, niſi alia ſuffi-
cientia indicia præcedant.Et Ful.ac Grād.ſequitur Marſ.
in conſ.ſuo 22.nu.22.vbi dicit hoc ſingul. no. & in conſil.
78.nu.15.in conſ.109.nu.13.& in conſi.130.nu.39.

32 Secundus etiam teſtis nihil probat,† quia deponit de
auditu dicti Thomæ, quo caſu teſtimonium de auditu nō
valet,vt in c.tua nos de conſang. & affinit.quia nō eſt ve-
rus teſtis,vt per Ant.de Butr.in c.quoties.in fi.de teſti.&
33 dicit Abb.in c.licet ex quadam,in 2.not.de teſtib.ꝙ† te-
ſtimonium de auditu non dicitur propriè teſtimonium.
imò, ꝙ tale teſtimonium eſt præter, & contra regulam,
& formam iuris, & tantò fortius, cum dicat ſe audiuiſſe
à dicto Thoma, cuius dictum ſublatum fuit.quia teſtibus
non creditur,quorum repelluntur authores cap.licet ex
quadam.de teſtib.Craue.in conſi.41.col.2.in prin.

Quod etiam non ſic legitimè confeſſus oſtenditur, Nā
licet inquiſitus reſpondendo inquiſitioni confeſſus fue-
rit ſe dictum furtum commiſiſſe ſolus,& alio tamen tem
34 pore,quàm depoſuerit Thomas Merauilia, † tamen ipſa
confeſſio tanquam facta à minore ætatis viginti annorum
ſine authoritate curatoris non valet, vt in ſpecie decidit
Ang.in tract. maleficiorum,in verſi.comparuerunt inqui
ſiti,& confitentur totum.in verſ.necnon ſis bene cautus
tu iudex. vbi admonet iudicem habentem in fortijs ſuis
minorem pro aliquo delicto, vt nunquam recipiat eius
reſponſionem ſuper inquiſitione, niſi prius ſibi decreto
35 curatore,† quoniam minor tam in ciuilibus,quàm in cri
minalibs non habet legitimam perſonam ſtandi in iudi-
cio,l.clarum, C.de aut. præſtan. ſubdens Cyn. etiam ibi
36 dicere, † quòd etiam talis confeſſio non valet niſi eſſe fa-
cta ſponte, quod dicit menti tenendum per te iudicem,
nec erres, & ne proceſſus tuus corruat.Imo plus vult An-
37 gel.† ꝙ etiam ſi minor ſine curatore dicat iudici,nō tor-
queas me domine, quia omnia confiteor, & iuro non ve-
nire contra, ꝙ talis confeſſio facta hoc modo cum iura-
mento non præiudicabit minori.Et Ang.refert ac ſequi-
tur Marſi.in conſi.36.nu.42.& in conſi.37.col.2.& in cōſ.
43.col.3 Et ita aliàs conſului. Faciunt etiam no.per Doc.
in conſ.411.col.fi.& in conſi.449.col.fi.

Vel & ſecundò dicitur,ꝙ quatenus poſſet tenere dicta
confeſſio,vt voluit Dynus, quem refert Bald. in d.l. Cla-
rum. & Nico.de Matha.ibi.quorum dicta tamē impugnā-
38 tur per Angel.vbi ſuprà.† tamē,ꝙ ex quo iſte minor,qui
confeſſus eſt delictum in iudicio ſine authoritate curato-
ris, de quo alio modo non conſtabat, allegauit ſe læſum,
& petit reſtitutionem in integrum aduerſus ipſam con-
feſſionem ad quam non fuit admiſſus, quod talis confeſ-
ſio ſibi non nocet abſque aliqua probatione alicuius erro
ri.Ita ſing.dixit Ange in l.certum,§.in pupillo,ff.de con-
feſ.vbi inquit hoc validè notandum, & quotidianum. Et
39 Ang.ſequitur Alexan.in l.nam & poſtea.† ſi mino.col.1.
& Iaſ.col.2.ver.aduerte tamē,ff.de iureiur. vbi dicit Ale.
hoc eſſe diligentiſſimè notandum.& in conſi.116.colum.
pen.vol.3. vbi dicit hoc ſolum ſufficere ad victoriam, &
in conſi.80.col.2.vol.7.Iaſ.in l.error in verſi. quarto limi-
ta,C.de iur.& fac.igno.Quod dictum etiam pro ſingula-
ri refert & ſequitur Marſ.in ſingu.445.& in cōſi.150.nu.
25.Afflic.in deciſ.208. & Alciat.in tracta. de præſump.in
prima reg in præſumptio.42.vbi dicit hoc perpetua men-
te tenendum.vnde ex omnibus,quæ ſupra abunde dedu-
cta fuerunt, clarè liquet proceſſum prædictum pati plu-
res defectus,quam equum Gonellæ, atque ideo tam ex in
ualiditate inquiſitionis,quam aliorum,dictum Bauoſium
omnino abſoluendum forè à contentis in ipſo proceſſu,
40 ex regula,† ꝙ actore non probante, reus debet abſolui;
iuxta l.qui accuſare, C.de eden. & declarandum eſſe per
dominos delegatos prȩſentis cauſæ malè fuiſſe iudicatum
per magnificum dominum iudicem cauſæ principalis.

Vnum etiam volo dicere,quod etiam ſi iſte minor fuiſ-
ſet ſolemniter confeſſus hoc delictū, vel conuictus, quod
non potuiſſet condemnari ad mortem occaſione dicti fur
41 ti: † quia quando pro aliquo delicto venit imponenda pȩ
na mortis ex forma legis,vel ſtatuti,& ex aliqua cauſa re
ceditur ab ipſa pœna, non imponitur reo pȩna corpora-
lis,ſed pecuniaria,vel alia nō corporalis. Ita optimè pro-
bat tex.in l.qui ædes,in l.ſi fortuitu,ff.de incē.Ruy.& nau
fra.& Bal.in l.data opera.in 2.col C. qui accuſ. non poſſ.
probatur etiam in l.ſi adulterium cum inceſt. §.Impera-

tores,

41 tores.ff.de adult. † Sed quando minor committit delictũ,
vt puta homicidium ex cauſa minoris ætatis, receditur à
vera pœna homicidij, ſed tranſmutatur in aliam pęnam
pecuniariam, in pœnam relegationis, vel aliam ſimilem
quæ non ſit corporis afflictiua, vt habetur in l.1. impubes
ff.ad Silleia.in ca.1.& 2.de delic.puer.Ita notat Marſil.in
conſi.24 nu.37.in conſi.30.nu.20.in conſil.39.num.59.&
42 in conſi.47.col.pen.& fi. † quia ſemper minor delinquẽs
mitius punitur,q̃ maior ſecundum Cuma.in cõſ.95.in fi.
& Fulg.in cõſ.157.in 2.col.ac Marſ.in cõſ.48.col.pen.in fi.
Vlterius etiam dico non eſſe veram opinionem Bal. de
43 qua in d.authen. ſed nouo iure. † ꝙ pro vno furto magno
quis poſſit furca ſuſpendi, cum ęquipolleat tribus : quia
cõtrarium tenet Cacialup.in l.cum ſeruus,ff. de cond.ob,
cau.vbi dicit,quòd vidit quendam,qui commiſerant furtum
mille ducentum ducatorum,qui euaſit pœnam mortis,
licet furtum fuiſſet magnum,& quod tantũ fuit punitus
pro vno furto, & quod ita conſuluerunt quidam doctores
Peruſini,& plerique Ferrarienſes.Si ergo iſte euaſit,
multo magis euadere debet hanc pœnam mortis hic
inquiſitus,ſi legitimè fuiſſet conuictus,vel confeſſus,cum
furtum iſtud non aſcendat ad ſcuta trecenta. Et contra
Bal.tenuerũt Sal.Fulg.& Pau.de Caſt.in d.auth.ſed nouo
iure,& inquit ibi Aret. ꝙ multi non tenent hanc deciſionem
Bal.& quod ea nõ ſeruatur in practica,& ab iſta parte
non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo dicit
Iaſ.vbi etiam alios citat in l.j. in 2.col. C.de prec.imper.
44 offer.† quia in criminalibus,quando reperiuntur variæ o-
piniones doctorum, debet teneri mitior. l. interpretatio-
45 ne,l.ſanctio legum,ff.de pęn † & etiam quia magis attẽ-
dicitur conſuetudo furandi,quàm ipſum furtum. Idem
tenuit ipſe Iaſ.in l.1.colum.fin.ff.de condit.ca.da.& non
ſequuta. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum ſuppletiuum non eſt deferendum hæredi,quod declara vt num 11.*

2 *Qualitas factornm inſpicienda eſt in dando iuramentum ſuppletiuum,videlicet quis melius nouit veritatem.*

3 *Iuramento ſuppletiuo locus non eſt,vbi quis mouetur ex notitia per famam.*

4 *Iurare debens certus eſſe debet de facto, adeo, quod non ſufficit etiam notitia per confeſſionem aduerſarij,vt nu.5 & 8.*

6 *Probatio ſola per iuramentam non tranſit ad hæredem,licet ſecus ſit in alio genere probationis.*

7 *Iuramentum non poteſt deferri agnato,quòd feudum habuerit originem in perſonam communis parentis quando agnatus de hoc non poteſt eſſe certus.*

9 *Iuramentum non eſt deferendum filio de geſtis per patrem, quòd declara ut num 15.*

10 *Pater & filius cenſetur una & eadem perſona.*

12 *Solent enim parentes conferre facta domus cum filijs.*

13 *Scientia geſtorum a patre præſumitur ex cohabitatione familiariter ſimul facta.*

14 *Coniunctus præſumitur ſcire facta, coniuncti præſertim cum ſimul familiariter habitent.*

## CONSILIVM LII.

QVia tempus inſtat iudicandi, & ſemper
nocuit differre paratis ideo breuis ero
1 † & dico,quòd licet quidam teneant iu-
ramentum ſuppletiuum non eſſe defe-
rendum hæredi ſuper facto defuncti, vt
voluit Bald.in l.bonæ fidei,col.fin.C.de
2 reb. cred. † vbi inquit, quòd in dando
iuramento ſuppletiuo inſpicienda eſt qualitas factorum,
videlicet quis melius nouerit veritatem, quoniam ei
qui factum alienum allegat non defertur,& ideo ſubdit,
quod hæredi non defertur iuramentum, & delatum de-
functo, ſed nondum præſtitum non tranſit ad hæredem
3 per l.generaliter,C.eod.tit. † & quod non ſufficit habere
notitiam per famam : quia iſta non eſt notitia,ſecundum
gl. in d. l. in bonæ fidei, niſi eſſet fama de antiquo facto,
cuius in contrarium memoria non exiſtit : quia habetur
pro plena veritate.Et Bald.ſequitur Alex.in conſi.71.col.
4 pen.vol.3. vbi dicit † quod requiritur, quod interfuerit
facto qui debet iurare, & quod non ſufficit notitia per fa-
mam,nec etiam per confeſſionem aduerſarij, & Socin.in
5 conſi.144.col.3.in fi. † Et pro iſta opinione facit,quod di-
cit Bald.in l.3.ff.de cond.ind.quem ſequitur Alex. in con-
ſil.71.ſupra allegato,† vbi voluit,ꝙ ſola probatio per iu-
6 ramentum præſtandum non tranſit ad hæredem, licet ſe-
cus ſit in alio genere probationis. Accedit etiam ꝙ tradit
7 Pau.de Caſt.in conſi.283.volu.2. † vbi agnato non poteſt
deferri iuramentum,quòd feudum habuerit originem in
perſonam communis parentis, quando agnatus de hoc
non poteſt eſſe certus,puta propter longitudinem tempo
ris centum annorum, quia ſicut non poteſt teſtificari pro
alio,ita nec pro ſe. l. admonendi, ff.de iure iur. cum ſuf-
ficientem cauſam ſui dicti per ſenſum corporeum redde-
re non poſſet.Idem vult Bald.in conſil.401.volu.3. vbi in
8 fi.dicit, † quòd ei qui non interfuit contractui, & qui de
conſenſu proprio iurare non poteſt, non debet iuſiuran-
dum deferri,vt in d.l.in bonæ fidei, & voluit Bald. in l.3.
ff.de iureiur.de quo facit mentionem. Iaſ.in l.fi.§.hoc iu-
dicium,ff.ne quis eum qui idem Iaſ. in conſi.43.col.3.vol.
1.& Marſi.in l.maritus,ff.de quæſt.quod dicit notandum
9 quia ſæpe in facto hoc contingit, & in indiuiduo, † ꝙ in
geſtis per patrem non ſtetur ſacramento filij,& ei vti hæ-
redi patris non ſit deferendum iuramentum de eo, quòd
factum fuit à defuncto,voluit Alex.in conſil.39. col.fi.vo-
lum.5.quia illud non poteſt deferri, niſi ei quem apparet
habere veram notitiam & ſcientiam facti, & proprie in
filio.Idem tenuit Fulgo.in conſi.189 col.fin.tamen ſi dili-
genter conſiderentur geſta in præſenti iudicio,& proba-
ta in eo,aliter iudicandum venit & concludendum,quòd
imò Ioanni Vercellino ſit deferendum iuramentum ſup-
pletiuum,quia dicit Bald.in cap.1.§.fin.ſi inter dom.& va
ſallis oriatur,no.etiam filios de facto patris iurare : quia
10 † pater & filius cenſentur vna & eadem perſona.Et quòd
poſſit ei deferri hoc etiam voluerunt Præpoſ.& alij Doct.
11 poſt gl.in d.c.j.vbi dicunt, † quòd talis facultas iurandi
tranſit ad hæredes ſi veriſimiliter poſſint iurare, & quia
ſint informati de veritate. Et iſtam deciſionem ſequitur
Soc.in conſi.264 vbi concludit,quòd in caſibus in quibus
facultas iurandi tranſit ad hæredes, intelligitur ſi tales
poſſunt veriſimiliter iurare, & quia informati de verita-
te. Et ideo ſubdit quòd filio poteſt deferri iuramentum
ſuper facto patris.Idem Soc.in conſi.ſuo 89.volum.3.quia
præſumitur ſcientia geſtorum à patre,l.octaui.C.vnde li-
12 bro † ſolent enim parentes conferre facta domus cum
filius.Valet enim argumentum a communiter contingẽ-
tibus,l.neque natales, C.de proba. Idem voluit Rom.in
conſil.290 Doct.in d.l.fin.§.hoc iudicium.Dec.in conſilio
536. Afflict.in conſtit. reg.fol.186.& Purp. in l.admonen-
di.nu.204.de iureiur.Sed in caſu de quo agitur,filius præ-
ſumitur veriſimiliter habuiſſe notitiam geſtorum per pa-
trem quia vt probatum fuit,& conſtat ex teſtibus exami-
natis,hic Petrus filius Ioannis & eius hæres ſemper habi-
tauit cum patre,& cũ eo familiariter vixit per triginta an
13 nos, † quo caſu ex tali cohabitatione præſumitur ſcien-
tia geſtorum ab altero,vt in terminis dixit Socin.in citato
conſi.264.& in conſi.89 & idem videtur ſentire Alex. in
allegato conſil.39.col.fin.volu.5.dum dicit, quòd de geſtis
per patrem non ſtatur iuramento filij videlicet in geſtis
abſente filio, quaſi velit dicere ſecus de geſtis præſente
filio.Et pro iſta parte poteſt adduci, quod voluit Anch.in
14 conſi.170.col.fin.† vbi dicit, quòd coniunctus præſumi-
tur ſcire facta coniuncti, præſertim cum familiariter ſi-
mul habitent. Et idem voluit Alex.in conſil.213.vol.2.&
Bolog.conſil.13. Cum ergo in hoc filio adſit hæc præſum-
ptio iuri conſona, meritò dicendum venit omnino iura-
mentum ſuppletiuum requiſitum per dictum Petrum ei
deferendum,quia ſi bene,& diligenter inſpiciantur om-
nes deciſiones Doct.ſuprà citatæ, & allegatæ pro prima
parte,& loquentes tam de filio hærede, quam de alio,ſẽ-
15 per loquuntur † vbi non poſſet dari veriſimilis notitia
geſtorum per defunctum in filio hærede, vt puta, quia fi-
lius fuiſſet abſens, vel infans, vel alius hæres non potuiſ-
ſe habere aliquam veram notitiam geſtorum,alias ſecus,
vt per Paul.de Caſt.in conſil.104. vol.j.& Alex. in conſil.
69.vol.2.Afflict.in deciſ.179.vbi refert ita fuiſſe in ſacro
conſilio notatum. Et ita vt ſuprà tenendum arbitror, &
ordinandum in fauorem huius pauperis, cuius cauſam
multum commendo,cum omnia iura pro eo clamitent ad
cœlum. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptor poteſt agere actione ex empto contra venditorem ad traditionem poſſeſſionis rei venditæ.*

2 *Venditor qui eſt dominus rei venditæ,& qui habet facultatem*

*rei tradendæ ſecundum communem præciſè cogi poteſt ad illius traditionem.*
3 *Venditor per conſtitutum appoſitum in inſtrumento venditionis, & per quod transfertur dominium & poſſeſſio, liberatur a traditione poſſeſſionis rei venditæ.*
4 *Quod declaratur procedere ſecundam communem, quo ad traditionem iuris, non autem à traditione facti.i. à corporali traditione poſſeſſionis, & nu.6.*
5 *Res per conſtitutũ nõ dicitur verè tradita, ſed haberi pro tradita.*
7 *Venditor vigore promiſſionis factæ emptori in contractu venditionis de ei tradendo vacuam, & expeditam poſſeſſionẽ rei venditæ, non liberatur à traditione actuali per conſtitutum in eo appoſitũ.*
8 *Verba debent intelligi vt aliquid operentur.*
9 *Veritas eſt contraria fictioni.*
10 *Poſſeſſio non dicitur vacua, quæ ab alio poſſidetur.*
11 *Promiſſio facta emptori per venditorem de curando, & faciendo eum effectu, ita, quòd faciendo ſuum poſſe non excuſetur, quòd ſi ratificauit venditionem ſub obligatione bonorum ſuorum, eſt valida & efficax, & promittentem effectualiter obligat.*
12 *Promittens ratificari facere contractum modo ſuprà, ſi non adimplet promiſſa per eum, tenetur ad intereſſe.*
13 *Promittens ratificationem modo præmiſſo, non excuſatur ſi adhibuit omnem diligentiam, etſi fecerit omnem conatum, vt ratificatio ſequatur.*
14 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
15 *Promittens ſe facturum, & curaturum cum effectũ tantum obligat ſecundum aliquos ad intereſſe, etiam ſi adhibuerit omnem diligentiam, vt ratificatio locum haberet. Sed in contrarium eſt communis.*
16 *Graue eſt fidem fallere.*
17 *Non obſeruanti non eſt abſeruandũ, quod amplia, vt n.20. & 21.*
18 *Qui differt facere quod debet, non poteſt petere quod ei debetur.*
19 *Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.*
22 *Venditor pro vno nummo pretij non ſoluto poteſt totam rem venditam retinere.*
23 *Emptor ſi deficit à ſolutione vnius denarij, licet totum reſiduum ſoluerit, à contractu emptionis recedit.*
24 *Statuto ſi caueatur, quòd offendens habita pace ab offenſo non debeat puniri ſi ſoluerit communi certam gabellam, deficiente eo in ſolutione vnius denarij, habetur conditio pro defecta.*
25 *Spoliatus debet reſtitui vſque ad vltimum quadrantem tam poſſeſſionis, quàm fructuum, adeò quòd ſi vnus nummus deficeret, non tenetur in alijs reſpondere.*
26 *Oblatio verbalis licet non valeat, quo ad conſtituendum creditorem in mora, & habeatur pro non facta, nu.34. tamen ſi creditor dicat ſe nolle recipere oblationem, tunc conſtituitur in mora perinde ac ſi oblatio realis facta fuiſſet.*
27 *Contractus vbi eſt vltro citroque obligatorius, niſi quis impleat pro parte ſua, non poteſt effectualiter agere.*
28 *Agens ad pœnam contra aliquem, debet probare ad implementũ pro parte ſua, alias non poteſt agere.*
29 *Quod ampliatur procedere etiam ſi vnus contrahentium deficeret in vno minimo capitulo.*
30 *Et etiam ſi contractus eſſet iuratus.*
31 *Et eo maximè, ſi exceptio non adimplenti appoſita fuit per partem, quamuis nonnulli tenuerint iſtud etiam procedere parte non opponente, & num.33.*
32 *Exceptio tu non adimpleuiſti, eſt adeò efficax, & efficiens actionẽ, quòd ſi ex forma ſtatuti eſſet ſublatus omnis obiectus exceptionum, tamen iſta poterit opponi.*
35 *Oblatio verbalis non ſufficit actori ad conſequendam actionem, ſed requiritur conſignatio, & depoſitio.*
36 *Oblatio realis facta in marſupio non valet, niſi pecunia prius extracta fuiſſet de marſupio, & numerata coram teſtibus, & poſtea repoſita in ipſo marſupio.*
37 *Oblatio verbalis facta creditori qui tacuit, non dicitur valida.*
38 *Oblatio verbalis ex iuxta cauſa recuſata per creditorem, non conſtituit eum in mora.*
39 *Oblatio facta incongruo tempore non valet.*
40 *Debitor ſi non obtulit congruo loco, & tempore debitum creditori, periculum pertinet ad ipſum debitorem, qui tenetur in genere, quia dicta oblatio habetur pro non facta.*
41 *Oblatio quæ non eſt ſpecialis, nec generalis, ita quòd habeat relationem ad inſtrumentum, ſed indeterminata, non valet quando debitum eſt liquidum.*
42 *Oblatio verbalis non prodeſt emptori, qui iurauit ſoluere in pecunia numerata, quia ex oblatione emptor non dicitur ſoluere ſed ſatisfacere.*
43 *Solutam pecuniam intelligimus, ſi vtique manualiter ſit creditori numerata.*
44 *Soluiſſe, vt quis dicatur, requiritur realis pecuniæ numeratio.*
45 *Verbum ſolutio, quando adijcitur verbo pecuniæ, tunc importat naturalem numerationem tãtum, & non aliam ſatisfactionẽ.*
46 *Iuramentum debet impleri in forma ſpecifica.*
47 *Obligatus præciſè cum iuramento in pecunia numerata non poteſt offerre de bonis melioribus.*

## CONSILIVM LIII.

VISO ac diligenter lecto proceſſu ad me delato per dominum Antonium de Arcellis, prima facie dicendum videtur contra eum bene egiſſe dominum Bernardum de Amadeis ad traditionem vacuæ, & expeditæ poſſeſſionis bonorum immobbilium, de quibus in inſtrumẽto venditionis, necnon ad ratificationem dictæ venditionis per eum promiſſam nomine domine Altobelli eius
1 fratris abſentis.† Nam clarũ eſt in iure, quòd emptor agere poteſt actione ex empto contra venditorem ad traditionem poſſeſſionis rei venditæ, l.1.ff.de act.empt.l.Iulianus §.ex vendito.eo.tit.Alex.in conſi.28.colum.2. in fin.vol. 2.Mod.in tract. de empt.& vend.in 6.quæſt. prin.verſi.ad
2 octauum.† vbi tradunt communem eſſe opinionem, quòd venditor qui eſt dominus rei venditæ, & qui habet facultatem rei tradendæ, præciſè cogendus eſt ad illius traditionem. Angel.in §.actionum, colum.3. verſicu.quæro ad quid Inſtit.de actionibus.
3 Nec obſtare videtur,† quòd liberatus ſit venditor a dicta traditione, vigore conſtituti appoſiti in ipſa venditione, per quod transfertur dominium, & poſſeſſio, iuxta l. quod meo, cum ibi notat. per Scrib.ff. de acquir. poſſ.& Bart poſt glo.in l.ab emptione, in verſic.tene .menti gloſ-
4 ſam iſtam. † vbi dicunt, quòd ſi in inſtrumẽto apponũtur illa verba, quòd venditor conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere, quod emptor non poteſt amplius conuenire vẽditorem actione ex vendito, vt tradat, ſed rei vendicatione, vel interdicto vti poſſidetis, quòd inquit multum notandum. Item voluit Ange.in §.1.in fin. Inſti. de emptio. & vend. vbi dicit, volo te vnum in practica notare, quòd ſi venditor, vel in inſtrumento, vel verbo tenus conſtituit ſe poſſidere pro emptore, iuxta dictam l.quod meo, ſi poſteà quando emptor vult rem, vel vult intrare poſſeſſionem, venditor neget, non poteſt ipſe emptor agere ex empto, vt tradat, quia illa actio fuit ſopita, & venditor ab illa liberatur eo ipſo, quòd conſtituit ſe poſſidere, quia videtur tradidiſſe d.l.quod meo, ſed agere debet, aut rei vendicatione, vel publiciana ſimul, vt dominus factus traditione per dictum conſtitutum, l.traditionibus, C.de pac.aut vti poſſidetis, quod repetit notandum: quia vidi aliquos errare in practica, & ſuccumbere alibi. Idem Angel.in d. §.actionum, col.4.verſic. quæro ſit inſtrumentũ de actio. Alex.in conſil.27.colum.2. in princ.in l.Pomponius, §. ſi is, qui præcario, col.3.in fi.ff.de acquir.poſſ.Bologn.in cõ-
5 ſil.72.col.2.& Capi.deciſ.14.nu.11. † quia reſpondetur, quod licet venditor per conſtitutum cenſeatur liberatus ab illa traditione iuris, per quam transfertur dominium & poſſeſſio, tamen non videtur liberatus à traditione facti, id eſt à corporali traditione poſſeſſionis, pro cuius cõſecutione competit emptori actio ex empto contra venditorem. Ita Cy.& Bal.in l.1.C.quando lic. ab emp. diſced. Ang.Bal.& Pau.in d.l.ab emptione Et hãc eſſe magis cõmunem atteſtatur Alex. ſibi contrarius in conſil.28.col.
6 2.in fin. vol.ſecundo, † quia per conſtitutum non dicitur res verè tradita, ſed haberi pro tradita, vt not. glo.in l.ab emptione, & ibi Bart.in fin. Ideò ob hoc quis non liberatur à vera traditione, & actuali, quæ venit ex natura contractus venditionis, gloſſ.in l.Iulianus, §.ex vendito, ff.de
7 actio.emp.† Nec obſtat ſecundum Ale.glo. in d.l.am emptione, quæ ſentit, quòd conſtitutum liberatus ſit qui tenetur tradere, quia ſecundum Bald.& alios de quibus ſuprà, ibi verum eſt quòd liberatus eſt à traditione iuris, per quam transfert dominium, ſed non ab actuali traditione facti, quæ adhuc ſupereſt, & ſic quia non perfectè tradidit, non dicitur liberatus, l.Iulianus, §.1.ff.de verborum obligationibus, vbi Imol.ibi damnat Bart. in d.l.ab emptione. Idem etiam tenuit Corn.in conſ.343.colum.2. vol.3. vbi etiam firmat in deciuis non eſſe recedendum ab hac communi. Hanc etiam partem vti cõmunem amplectitur Dec.in conſ.281.col.2.& dominus meus Ruyn. in conſil.94.col.1.vol.1.Hoc etiam ſentit Guid.Pap.in q. 509. Et vbi opinio Bart.etiam eſſet vera, quòd non admittitur, adhuc in caſu noſtro locum non haberet, quia non

tantum

tantum venditor conſtituit ſe poſſidere nomine empto-
ris,ſed etiā promiſit ipſi emptori tradere vacuam, & ex-
peditam poſſeſſionem, quæ verba important actualē tra-
ditionem,& nō poſſunt verificari in traditione ficta, quæ
8 fit mediante conſtituto quæ iam facta erat. † Vnde cum
verba debeant intelligi,vt aliquid operentur,l.ſi quādo,
ff.de lega.j. & verba ipſius promiſſionis conueniant veri-
9 tati,† & non fictioni,quæ veritati eſt contraria, gl.in l.ſi-
ue poſſideris, C.de proba.ergo ſequitur,quòd verba ipſa
verificari non poſſunt in ipſa traditione, quæ fit vigore
conſtituti,ſed in vera, & corporali. Ita Corne.in citato
conſil.343.colum.3 in fi.& Dec.ac Ruy. vbi ſupra,qui de
10 Corneo nullam faciunt mentionem. † Et ratio eſt ſecun
dum eos, quia non dicitur poſſeſſio vacua, quæ ab alio
poſſidetur,l.2.§.ſi vacuam,ff.de act.emp. & ibi Bar.Ang.
& alij.in l.in conuentionibus,ff.de ver.olig. Ruy.in con-
ſil.141.col.3.in princ.& 4.verſic.3.vol.1.

Secūdò,quòd teneatur venditor ad ratificationem re-
quiſitam per dominum Antonium.Nam in inſtrumento
venditionis emptori fuit promiſſum per venditorem ſe
facturum, & curaturum cum effectu, ita quòd faciendo
ſuum poſſe non excuſetur, quod Altobellus eius frater
ratificauit venditionem prædictam, ſub obligatione ſol-
11 uendi de ſuo proprio, † quæ promiſſio eſt valida, & effi-
cax,& promittentem effectualiter obligat, §.ſi quis aliū,
Inſt.de inut.ſtip.l.ſtipulatio iſta,ff.de verb.obligat. & eſt
communis opinio,vt per Corn.in conſ.26.col.2. vol.1. &
12 in conſi.192 col pen.vol.eod.† vnde cùm venditor ratifi
cari non fecerit venditionem per eum factam per fratrē,
& ſic non adimpleuerit promiſſa, meriò dicendum vide-
tur,quod ſaltem teneatur ad intereſſe, l.ſtipulationes nō
diuiduntur,§ Celſus,& §.fi.ff.de verb.oblig. l.ita ſtipula-
tus,ff.eodem tit.Nec habet obſtare,quòd adhibuit omnē
diligentiam,vt ratificatio per fratrem fieret,quæ diligen
tia videtur ſufficere ad ipſius venditoris excuſationem,&
defenſionem.Dec.in l.fin.§.Labeo,ff.ſi cer.peta. Aret.in
l.ſi ita ſtipulatus,§.poſſum,ff de verbor.obliga.& ibi Iaſ.
13 † quia reſpondetur, quòd ſtantibus verbis promiſſionis,
de quibus ſuprà,etiam ſi adhibuerit omnem diligentiam
venditor,& fecerit omnem conatum, vt ratificatio fra-
tris ſequeretur,non excuſatur,vt per Cuma.in cōſi.186.
col.2.& 189.col.2.Dec.in conſil.2.colum.fi.313.col.pen.
339.col.fi.345.in fi.in d.§.Labeo.nu.11. & in l.impoſſibi-
lium,ff.de reg.iur.vbi in dictis locis dicit,quòd ita proce-
dit,quod ſcribit Soc.in conſi 288.in 5.q.& Aretin.in d.§.
poſſum;quia quando apparet de voluntate contrahentis
ꝙ de ſuo ſoluere voluerit,& ita promiſerit, videtur obli-
gatos ſimpliciter promittens ſub euentu conditionis, &
14 valet conuentio; † quia contractus ex conuentione legē
accipiunt,regula contractus,de regu.iur. Par.conſil.110.
nu.10.vol.1.col.16.num.121.vol.2. & in conſi.81.col.pe.
vol.eo.Imo fortius voluerunt Dec.in d.§.Labeo. & in cō
ſil.125.col.j.Aret.& Iaſ.in d.§.poſſum.Bar.conſ.162. col.
pen.Rip.in l.quod te.nu.47.ff.ſi cer.pet. Goz.in conſ.27.
col.2.Alcia.in l.4.§.Cato.num.133.ff.de verbor.obliga.&
Ruyn.conſil.161.num.68. & Crot.in 2.lectura, num.3. &
15 Flor.num.521.† ꝙ promittens ſe facturum, & curaturū
cum effectu,tantum obligetur ad ratificationem,& in ca
ſu non ratificationis ad intereſſe,etiam ſi promittens ad-
hibuerit omnem diligentiam,vt ratificatio locum habe-
ret. Verum ſuæ ſententiæ adhærere non debemus, cum
contra eam cōmunis ſit opinio,vt per Aret.in d.§.poſſū.
& in conſi.142.col.2.vbi dicit ita in practica ſeruari. Soc.
in allegato conſ.288.q.5. Iaſ.in l.ſtipulatio iſta,de verbo.
oblig. Dec ſibi contrarius in conſilio 313.col.pen.vbi in-
quit,quod tenere alteram partem,eſſet contra ſtimulum
calcitrare,ex quo communis eſt in contrarium, a practi-
ca non eſt recedendum Item Dec. in d.l.impoſſibilium.
Pariſ.in conſ.110.nu.26,vol.j.& Ruy.in conſi.67.per to-
tum vol.4. vnde cum dicta promiſſio ſit à iure approbata
16 & conueniens ſit,vt facta ſeruentur l.j.ff.de pac. † quia
graue eſt fidem fallere,l.j ff,de conſt.pec.Ideo dicendum
videtur, quod bene actum fuerit ad ipſam ratificationē,
vel ſaltem ad intereſſe.

Nec obſtare videtur, quod ex aduerſo obijcitur ven-
ditorem ipſum non teneri ad præmiſſam traditionem va
cuæ poſſeſſionis,minuſq; ad dictam ratificationem, quia
per emptorem non fuit ſolutum pretium in tempore ſta
17 tuto,& de quo in inſtrumento,† quia non obſeruanti nō
eſt obſeruandum,vt per Bald.in auth.dos data per illum
18 text. C.de don.an.nup. † vbi qui differt facere quod de-
bet,nō poteſt petere,quod ei debetur, vt per eundē Bal.
19 in c.1.col.vlt.qual.dom.propr.priue.† vbi qui non facit,
quod debet,non recipit,quod oportet, quia iſta eſt natu-
ra cōuentionum.Et hoc adeò verum eſt,quod dicunt In-
noc.& Cano.in c.3.de iureiur.& Abb. in c.ſicut lo vlt.in
20 fin.eo.titu.† quòd dicta regula procedit etiam ſtante iu-
ramento. Quod etiam voluit Iaſ.in l cum proponas, C.
de pactis.Marſ.ſing.42.Bru.conſi.48.col.fi.& Ruy.in con
21 ſil.58. col 2. vol.1.† & etiam ſi per emptorem deficiatur
22 in vno nummo,vt per Bald.in l.fina.C.commoda.† vbi
inquit, quod venditor etiam pro vno nummo pretij non
ſoluto,poteſt totam rem venditam retinere. Et cum Bal.
etiam tranſit Iaſ.in auth.qui rem,col.5.verſic.8.C.de ſa-
croſanct.eccle. Accedit etiam quod voluit Alex.in conſil.
23 105.col.j.volu.3. † vbi dicit,quod a contractu emptionis
receditur ſi ceſſatur a ſolutione vnius denarij, licet totū
reſiduum pretij fuerit ſolutum,per l.in executione, § pe
nul.& in l.ſtipulationum,§ fin ff.de verbo.obligat.Vnde
cum dixit Ang.in l.ſi ſeruus,§.ſi plurium,in tertia col.ff.
ſi quis cautio,quem ſequitur Alexan.in citato conſi.105.
24 col.6.† ꝙ ſi ex forma ſtatuti offendens habita pace ab of
fenſo non debeat puniri ſi ſoluerit communi certam ga-
bellam,quòd deficiente offendēte in ſolutione vnius de-
narij,conditio habetur pro defecta,l.fin.C.vend.pig.im-
ped.non poſſ.Facit etiam quòd not. Bal.in cap. conque-
25 renti,col.1.de reſtit. ſpoliat.† vbi tradit, ꝙ ſpoliatus de-
bet in integrum reſtitui vſque ad vltimum quadrātem,
tam poſſeſſionis,quàm fructuum,adeò quòd ſi vnus num
mus deficeret,non tenetur in alijs reſpondere.Et Bal.ſe-
quuntur Iaſ.in conſ.162.col.2.in fi.vol.j. in l.ſancimus,in
verſ.octauo extende.C.de iud. & in d.auth.qui rem,col.
5.Cur.iun.in conſ.41.in fi.& ideo,ꝙ ex quo dominus em
ptor defecit in ſolutione non vnius denarij,ſed ducento-
rum ſcutorum, & ſic non obſeruauit promiſſa per eum,
quòd ratione non adimplenti minus eſt ei aliquid adim-
plendum, & per conſequens, quòd non potuerit agere
contra venditorem ad præmiſſam traditionem, & ratifi-
cationem, quia reſpondetur, quòd imò ex parte empto-
ris fuerunt adimpleta promiſſa per eum,quoniam obtu-
lit venditori pecuniam debitam, quæ ex parte ipſius ven
26 ditoris recuſata fuit: † quo caſu licet oblatio verbalis
non valeat quo ad conſtruendum creditorem in mora,&
habeatur pro non facta,l.ſi ſoluturus,in fin ff.de ſolut.ta-
men ſi creditor, cui facta fuit oblatio verbalis, dicat ſe
nolle recipere, tunc conſtituitur in mora, perinde ac ſi
oblatio, realis facta fuiſſet, & per talem reſponſionem
cōualidatur,& effectum reaſſumit verbalis oblatio, quia
ex quo ſemel dixit nolle recipere,præſumitur,quod ſi fie
ret alia realis,quòd recuſaret recipere. Et ideo cum de e-
ius voluntate appareat ex tali reſponſione, alia oblatio
realis reputatur fruſtatoria.Ita Bal.in l.j.C ne liceat ter-
tio prouoc.Alex.& Iaſ.in l.qui Romæ,in princ.ff.de ver-
bor.oblig.Bertr.conſi.106.col.5.volum.2. Corn.in conſi,
231.col.1.vol.3.Alex.in l.ſi mora, verſi.iuxta prædicta, &
in tertia fallentia,ff.ſol.matr.Moder.in tract.de pigno.in
5.parte in 2.parte tertij membri;col.2.ver.poteſt, & col.
5.verſic.Quinto limitatur.Boer.deciſ.124. D.meus Ruy.
conſi.70.col.2.volu.j.Et quamuis Aret.& Soc.aliter ſenſe
rit in d.l.qui Romæ.tamen ab hac communi opinione in
iudicando non eſt recedendum, vt inquit idem dominus
meus Ruy.in conſi.113.col.1. & 2.vol.eod. Et ideo ex his
ſequitur,quòd emptori nihil poteſt imputari, quod non
obſeruauerit promiſſa cum per eum nō ſteterit quin ſol-
uerit,arg.l.quoties,ff,de cond.& demonſtr.

Quibus nō obſtantibus, contrarium eſt de iure verius,
27 quod probatur; Nam vbi contractus eſt vltro citroque
obligatorius, niſi quis impleat pro parte ſua, non poteſt
effectualiter agere,l.Iulianus,§.offerre. ff.de actio.empt.
vbi Bart. & alij. Alex.in l.interdum,§.ex naufragio,ff.de
acquir.poſſ.Corn.in conſil.179.in princ.volu.1.& in con
ſil.245.litera B.vol.4.Par.in conſi.33.nu.57.vol.1.& con-
ſil.34 nu.21. vol.eod. Gozad.in conſi.1.in princ. Et ratio
eſt,quia quælibet promiſſio habet tacitam conditionem,
ſi ſibi fides ſeruetur,c.peruenit,de iureiur. l.cum propo-
nas,C.de pac.Facit,quod voluit Corn.in conſi 343.col.2.
28 volu.1. † vbi inquit,quod qui vult agere contra aliquem
ad pœnam, debet ipſe adimpleuiſſe contenta in inſtru-
mento,aliàs pœnam conuentionalem petere non poteſt,
quia nitens ſe ex contractu, debet adimpleuiſſe pro par-
te ſua contractum. Bartol. in l.quęro §. inter locatorem,
ff.loca. vbi dixit, quòd ille textus eſt notandus ad omnes

con-

contractus, in quibus vltro citroq. aliquid promittitur,
vt quis non teneatur ad pœnam cum effectu, ſi per aduer
ſarium omnia non ſunt ſeruata. Et Bart. ſequuntur Dec.
in conſ.387.in prin Iaſ.conſil.216.col.2.vol.2. & in conſi.
29 111.col.fi.vol.4.† Et hoc adeò verum, eſt quòd ſi vnus con-
trahentium deficeret in vno minimo capitulo, licitum
eſt alteri non obſeruare contractum, ſecundum Bald. in
l.pacta conuenta, ff.de contrah. emp. quam legit in l.iu-
riſgentium, in princ.ff.de pac.quem ſequitur Iaſ.in alle-
30 gato conſ.216.colum.2.† vbi etiam ſubdit hoc procedere
ſi contractus fuiſſet iuratus, per c.quemadmodum.de iu-
31 reiur.vbi Abb.& in c.peruenit, c.ſicut, el.3.eod.tit.§ Et
cauto magis hoc dicendum venit, ſi exceptio non adim
plenti per partem oppoſita fuerit, vt in caſu de quo agi-
tur vt infra, vt per Corn.in conſi.106.col.2.volum.1.& in
conſi.259.litera N. vol eo. Alexan.in l.filiæ licet.C.de col-
lat.& in add.ad Bart.in d.§ offerre. Aret.in l.ſi moram co-
lum.4.ff.ſol.mat.Fel.in c.in tantum, col.fi.de ſimo.Iaſ.in
l.iuriſgentium, in prin.ff.de pac.in l.vniuerſa, col.1.C.de
precib.imp. offer.in §.actionum. nu.14. ver.an autem de
32 actio.in l.admonendi, col.5.de inre idr.† Eſt enim iſta ex
ceptio, tu non adimpleuiſti, adeò efficax, & efficiens a-
ctionem, quod ſi ex forma ſtatuti eſſet ſublatus omnis o-
biectus exceptionum, ꝙ iſta tamen obijci poterit. Ita Cy.
& Bal.in l.ex prædijs, C.de euic.quos ſequitur Cor. in d.
33 conſ.245.col.2.† quamuis etiam Ale. in additionibus ad
dictum §.inter locatorem, & in conſil.173.in fi.volum.6,
Bal.Raph.Fulg.Aret.& Dec.in d.l.filiæ, licet Dec.in conſ.
441.col.2.Ancha.in conſi.331.col.j.& Iaſ.in conſ.9.n.13.
in fi.vol.j. dicant iſtud etiam procedere parte non oppo-
nente, quod an ſit verum, pro nunc indiſcuſſum relinquo
Cùm igitur in caſu præſenti emptor non adimpleuerit pro
miſſa in non ſoluendo pretium in tempore conuento, &
iurato, ideo ſequitur quòd ipſe effectualiter agere non po-
tuit ad huiuſmodi traditionem vacuæ poceſſionis, minuſq;
ad præmiſſam ratificationem.

Non obſtant modò adducta in contrarium, quia reſpõ-
detur ad primo loco præſuppoſita, quòd opiniones præ-
dictæ procedere poſſent, vbi ex parte emptoris fuiſſet ſo-
lutum pretium, & adimpleta adimplenda per eum, quod
etenim factum non comperitur in caſu de quo agitur, vt
ſupra dictum fuit.

34 Nec emptori prodeſſe poteſt oblatio verbalis,† quia vt
dictum eſt ea non ſufficit. Ita Bald. in tit. ſi de feudo fue.
contro.inter dom.& agn.in §.liber.vbi inquit, quòd ſi qs
vult aliquid conſequi ex oblatione vbi ea neceſſaria, ſit,
tunc debet offerre, & quòd non ſufficit verbo offerre, ſed
rebus ipſis, niſi eſſet talis res, quæ non poſſit offerri, vt qa
immobilis. Et Bald.ſententiam ſequuntur Alex.in conſi.
130.col.4 in princ. volum.4.in conſil.36.colu.3.volum.5.
in d.l.ſi mora, & in citata l.qui Romæ.in prin.Corn.in cõ
ſil. allegato 259. col.3. Moder. in dicto.tract.de pignor.5.
par.in 2.par.tertij membri.Ruin.in conſ.113.col.j.vol.j.
35 Anch.in d.conſi.331.colum.j.† vbi inquit quòd ad conſe-
quendam actionem non ſufficit actori oblatio in contra-
ctibus ſed requiritur conſignatio, & depoſitio, & ideo ꝙ
ineptè agit, qui pretium non depoſuit, vel realiter in iu-
dicio non optulerit, ſed verbotenus ſe obtulit, & offert
ſoluere, quia hoc non ſufficit per d.§.offerri. Idem voluit
Pract.Papien.in for.lib.in cauſa venditionis, in verſic.ſu
36 pra ſcriptum.in fi †. Et in tantum eſt vera hæc ſententia
de qua ſuprà, quod etiam ſi oblatio eſſe realis, quia facta in
marſupio, non valeret, niſi pecunia prius extracta fuiſſet
de marſupio, & numerata coram teſtibus, & poſtea repo-
ſita in ipſo marſupio, vt declarat Bart.in l.cum ſeruus, ff.
de condic.& demon.quem ſequitur Alex. in d.l.ſi mora,
col.3.Rom.conſi.352.colum.2. & pract.Papien.vbi ſuprà.
quia alias non conſtaret quid offerretur, cum poſſet dubi
tari quid eſſet in marſupio, vt per Bal.in l.acceptam, in 2.
notab.poſito ſuper verbo conſignatam, C.de vſuris.Marſ.
in ſing.479.Iaſ.in conſi.172.colum.j.vol.2.Moder.vbi ſu-
pra.Rip.in l.ſi inſulam, num.68.de verb.oblig.Capi.de-
ciſ.29.colum.2.Tiraq.in trac.de retract.char.323.num.8.
Nec obſtat, quòd imo valuit ipſa obligatio verbalis, quo-
niam creditor recuſauit, & ſic venditor recipere pecu-
niam, quia aduertendum, eſt ꝙ nullibi ex proceſſu appa-
37 ret de ipſa recuſatione venditoris, † ſed bene conſtat, &
clare, ꝙ tempore oblationis verbalis venditor tacuit, quæ
taciturnitas operari non poteſt vt oblatio verbalis valida
eſſe dicatur, vt in terminis dixit Alex.in l.ſi ſeruus, in prin
cip.in fi. ff. de vulga.& pupil. Ripa.in l. quod te.nu.2.ff.ſi
cert.pet.Tiraq.in d.tract.car.324.nu.21.in fi.

Secundò reſpondetur, ꝙ ẽt dato, ſed nõ conceſſo, quod
conſtaret de ipſa recuſatione, talis oblatio verbalis non
38 ſufficeret.† quia præmiſſa concluſio ſibi locum non ven-
dicat, qñ creditor ex iuxta cauſa recuſaſſet recipere obla
tionẽ factam vt quia lapſum tempus ſolutioni præfixum
intra, quod pecunia ſolui debeat vnde non poteſt dici in
mora, qui habuit iuſtam cauſam recuſandi, l.quod te, ff.ſi
cert.pet.Bar.in l.ſed ſi alia, ff.de cõſt.pecu.Aret.in d.l.qui
Romæ.in princ.& in l.ſi quis, §.Seia cauit.in fi.& Iaſ.col.
6.ver poſtremo.ff.de verb.oblig.Boer.in deciſ..124. num.
29.verſi.quod limitat. Sed ſi venditor in termins noſtris
recuſaſſet habuiſſet legitimam cauſam recuſandi, quia iã
39 erat lapſum tempus ſolutionis. † ergo dicta oblatio tan
quã facta incongruo tempore, valere potuiſſet, l.ſi ſolutu
rus, ff.de ſolut.cũ habeatur pro nõ facta. Ita Afflict.deciſ.
40 150.col.4.vbi inquit, ꝙ ſi debitor non obtulit congruo lo-
co & tempore debitũ creditori, periculũ pertinet ad ipſũ
debitorẽ, q tenet in genere: qa dicta oblatio habetur pro
nõ facta, & debitor dr̃ in mora. Iaſ.in d.l. qui Romæ.col.4.

41 Tertiò, dr̃,† ꝙ dicta oblatio non valuit, quia nõ fuit ſpe
cialis, nec generalis, ita ꝙ haberet relationem ad inſtru-
mentum venditionis, ſed indeterminata. Nã obtulit em-
ptor ſe paratum omnia facere ad quæ de iure tenetur, ꝙ
equidem non ſufficit, quãdo debitum eſt liquidum. Ita di-
xit Imo.in d.l.prætor ait.§. ſi paratus. Are.in cõſ.142.col.
fi.verſi.ad vltimũ dubiũ. Moder.vbi ſuprà, nu.16.verſi.5.

42 Quartò reſpondetur, † ꝙ dicta oblatio non potuit pro-
deſſe ipſi emptori, qui iurauit ſoluere in pecunia nume-
rata: quia ex oblatione emptor non dicitur ſoluere, vt vo-
luit Iaſ.in conſil.216.col.2.vol.2.vbi dicit, quòd ſi quis iu-
rauit ſoluere in pecunia numerata, ſi facit oblationẽ, vel
depoſitionem de pecunia, non dicitur ſoluere, ſed ſatisfa-
cere, l.itẽ liberatur, §.1.& ibi Bar.ff.quib.mod.pig.vel hy
43 pote.ſolui. † item quia ſolutam pecuniam intelligimus
vtiq.ſi manualiter ſit numerata creditori, l.ſolutam, vbi
eſt caſus rotundus.ff.de ſolut. Iſtud etiam dixit Roma.de
quo memor non fuit Iaſ.in conſ.352.col.j.ver. cæterum,
44 †vbi proprie inquit quòd ad hoc, vt quis dicatur ſoluiſſe,
requiritur realis pecuniæ numeratio, d.l.ſolutam, & l.ſo-
lutionis verbo. de verbo.ſign. Facit etiam quod voluit do-
minus meus Ruin.in conſ.188.in prin.vol.j.vbi tradit, ꝙ
verbum ſolutio actualem ſolutionem importat. Accedit
etiam quod ſcribit Rip. in l.4.§.ſoluiſſe, col.2.in princ.ff.
45 de re iud.† vbi dicit, quod quãdo ſolutio adijcitur verbo
pecuniæ, tunc importat naturalem numerationem tantũ
& nõ aliã ſatiſfactionem, & eo maximè hoc dicendũ venit
46 in caſu noſtro ſtante iuramento in ipſa venditione, †quòd
impleri debet in forma ſpecifica, c.ad noſtram.de iureiu.
47 Iaſ.in cõſ.9.verſ.9.vol.1 †vbi obligatus præcisè cum iu-
ramento in pecunia numerata, non poteſt offerre de bo-
nis ſui melioribus, ſtante iuramento, ꝙ ſecundum cõmu-
nem obligat præcisè in pecunia numerata, vt per Afflic.
in deciſ.163.col.1.& 381.col.2. Vnde cum ex his quæ ab-
unde ſupra dicta fuerunt, liquido appareat emptorem
primò contraueniſſe in non ſoluendo pretium inter ip-
ſas partes conuentum, & de quibus in inſtrmento vendi
tionis remanet firma concluſio, quòd venditor non tene-
tur ad petita per emptorem iuxta notata per Dec.in con-
ſil.380.col j.& Ruin.in conſil.allegato, 58.col.2.ſed quod
abſolui debeat à contentis in libello cum victoria expen-
ſarum, iuxta not.per Bart.in l.eũ quem temere, ff.de iud.

Laus Deo.

## SVMMARIVM.

1 *Laboratores incidientes lingua in nemore meo de mandato alterius, non incidunt pęnam ſtatuti de turbata poſſeſſione, & nu.6.ubi eſt communis opinio.*

2 *Quod tamen limita non procedere quando apparere poſſet ex aliqua præſumptione ipſos ſciuiſſe me habere ius in illo nemore, declara tamen, ut in nu. 14.*

3 *Scientia ſecundum communem pręſumitur eius quod publicè ſcitur, & cognoſcitur.*

4 *Declaratio ad not.in l.ſi rem, §.tignum, ff.de rei uend ut non procedant, quando præceſſit proteſtatio & denunciatio facta laboratoribus ne inciderent ligna in nemore meo, quod tamen intellige, ut num.22.*

5 *Culpæ ſpecies eſt nõ inquirere de eo, ꝙ cõſueuit & debuit inquiri.*

7 *Mandatarius excuſatur quoties ei mandatur id, quod eſt de genere permiſſorum, & dat operam rei licitæ.*

Ruſti-

8 *Ruſticitati parcitur, præterquam in iure naturali.*
9 *Credere bono viro operam meam conducenti nõ eſt facere aliquid contra ius naturale.*
10 *Contractus licitus excuſat errantem.*
11 *Pęnæ non ſunt proditæ deceptis propter lubricum ignorantiæ.*
12 *Turbare non dicitur, qui non habet animum turbandi.*
13 *Statuto ſi caueatur, quòd magnas non poſſit intrare palatium ſub pœna, ſi ſit magnas, & medicus qui intrauit, non punitur.*
15 *Fama, vt probet, debet conſtare a quibus perſonis originem traxerit.*
16 *Teſtes examinati ſuper fama, debent aſſignere cauſas probabiles, ex quibus motus ſit populus ad ſic credendum: aliàs non probãt.*
17 *Teſtes ſuper fama examinati, tenentur reddere rationem etiam non interrogati.*
18 *Veſtes ſecundum communem non probant famam, ſi deponunt ꝙ publicè dicebatur.*
19 *Teſtes dicentes ſe audiuiſſe centies, & vltra publicè multis perſonis, non probant famam.*
20 *Perſonæ multæ dicuntur duæ, vel tres.*
21 *Fama per teſtes non probatur, ſi deponant illam eſſe quando per plures perſonas dicitur de aliqua re, cum non intelligant quid ſit fama de qua deponunt.*
23 *Proteſtatio facta conductori, ſi non appareat an fuerit facta ante inciſionem lignorum, vel poſt, ad præſumendum actum licitum, ſumenda eſt præſumptio, quòd poſt facta fuerit.*
24 *Nunciatio noui operis quæ fit ex edicto no. op. nunt. tantum locũ habet pro opere quod fit in loco. Idem in nũciatione noui operis, quod fit ex edicto, quod vi, aut clam.*
25 *Inueſtigare non tenetur poßeſſorem, qui locauit operas ſuas pro vna die, vel paucioribus: quia maius tempus occuparet inueſtigatio, quam opera.*
26 *Culpa in omittendo inquirere non venit in l Aquilia, quæ eſt leuiſſima.*
27 *Pęna ordinaria etiam pecuniaria nunquam quis punitur ob leuiſſimam cauſam*
28 *Arbitrium puniendi nunquam intelligitur conceſſum vbi funditus nullum datur delictum.*
29 *Arbitria cadunt in electionibus pęnarum inter pœnam, & pęnã.*
30 *Delictum vbi non eſt, ibi non cadit pœna.*
31 *Innocentiæ fides magnam habet ſecuritatem.*

## CONSILIVM LIIII.

VIſo proceſſu ad me tranſmiſſo, vnà cum
copia ſtatuti imponentis pœnam vigin
tiquinque ſcutorum turbanti aliquem
1 in poſſeſſione rei ſuæ † prima facie vi-
detur dicendum Baptiſtam Corniollã,
Georgium Gattam, & Vincentium Al
touitum, qui in nemore poſſeſſo a do-
mino Franciſco Cantauena ligna inciſerunt de manda-
to domini Bernardini Corteſij, puniendos eſſe pęna di
cti ſtatuti, quia licet gl & Bar. in l. ſi rem, §. tignum, ff. de
rei vendi. & in l. non ſolum, §. ſi mandato, col. 2. §. de in
iur. velit, ꝙ quando aliquis accuſat laboratores cõductos
ab alio in alieno prædio, vel domo, excuſentur, ita quod
non incidant in aliquam pęnam, tamen non videtur in
præſenti caſu, quòd ipſi operarij digni ſint aliqua excuſa
2 tione: ꝙ multis medijs demonſtratur. † Et primo quia v-
bi apparere poteſt ex aliqua præſumptione, quòd quis
ſciat me habere ius in aliqua re, ſi de mandato, vel iuſſu
alterius, quid in ea faciat, non excuſatur à dolo, nec locũ
habent not. in d. §. tignum. ita Salic. in l. non ideo minus,
q. 2. C. de accuſat. quem ſequuntur Alex. in conſi. 36. in 2.
col. vol. 1. duplicato in conſi. 79. vol. 3. Soc. in conſi. 54. col.
fi. vol 4. Ang. in §. cùm in ſuo. Inſtit. de rer. diuiſ. in fi. Rip.
in c. decernimus num. 41. de iud. Sed vt legitur ex depoſi-
tionibus teſtium, plures teſtes deponunt publicam eſſe fa
mam in loco Montiſelli, quòd ſupradicta petia nemoris
per ipſos operarios inciſa, poſſidebatur per dominum Frã
ciſcum, ergo excuſari non poſſunt ratione ignorãtiæ, quũ
3 doctorum eſt recepta ſententia, † quod eius quod publi-
ce ſcitur, & cognoſcitur præſumitur ſcientia, & cognitio
apud eos qui in loco conuerſantur, & habitant, vt eſt glo.
in l. ſi tutor C. de peric. tuto. quam ibi ſequuntur Bart. &
communiter alij. Idem vult. gl. in verbo cognouerunt, in
§. qui enim. Inſt. de excuſa. tut. & gl ac doct. in c. j. de po-
ſtul. prælat. Alex. & Imol. in l. is poteſt, de acquir. hæredi.
Dec. in conſi. 154. & Pariſ. in conſ. 57. num. 14. vol. 3. & in
propria materia Alex. in citato conſi. 36. col. 2. Soc. in alle-
gato conſi. 54. col. fi. in principio. Faciunt etiam quæ dicũ
tur per Alex. in d. conſil. 36. col. 2. de Cucino, & per Bald.
in conſil. 144. colum. 2. volu. 1. ac Dec. in conſil. 85. col. 2. &
Cur. iun. in conſi. 158. col. 4.
Secundò facit. Nam per ipſum dominum Franciſcum
facta fuit proteſtatio, & denunciatio dictis operarijs, ne
eum turbaret in poſſeſſione prædicti nemoris, & deſiſte-
rent ab huiuſmodi inciſione, vt probatum cõperitur per
4 plures teſtes, † quo caſu, quando præcedit talis proteſta-
tio, tunc ceſſant not in d. §. tignum, vt per Ang. in d. §. vbi
inquit ſe de pacto habuiſſe per text. in l. ſi fundum ſciens,
C. de rei vend. Quod etiam voluerunt Imol. & Rom. in l.
de pupillo, § nunciatione, per illum text. ff. de nou. oper.
nunt. & Angel. in §. quibus in 4. colum in authen. vt om.
iud. per tex. in §. ſi verò, auth. vt om obe. iud. vnde ſum-
pta eſt auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. ag. opor. ac
Alex. in citato conſi. 36. colum. 1. Calca. conſi. 100. & Rip.
in d. c. decernimus, nu. 41.
5 Tertiò accedit. † Nam ſpecies culpæ eſt non inquirere
de eo, quod conſueuit, & debuit inquiri, l. doli mali, §. fin.
ff. de nouat. ſed operarij iſti fuerunt in culpa, in non per-
quirendo, ſaltem domeſtica inquiſitione, & inter conſor-
tes, cuiuſnam eſſet dictum nemus, & quis illud poſſide-
ret: quia ſi perquiſiuiſſent, de facili ſciuiſſent iuxta l. ſi a-
uiam, C. de ingen. & manu. & l. 1. §. 1. de flum. ergo excu
ſari non poſſunt.
Quibus non obſtantibus contrariam ſententiam de iu
6 re tenendam arbitror, † quoniam clariſſima eſt doct. ſen-
tentia, ꝙ laboratores incidentes ligna in nemore alieno
de mandato alterius, a pęna excuſantur, vt eſt gloſ. ordi-
naria, & communiter approbata, in d. §. tignum, quã ſe-
quuntur Bald. & Sal. in d. l. non ideo minus. Bal. in citato
conſ. 144. col. 2. Alexan. & alij in d. §. nunciatione. Alb. de
Roſ. in l j. ff. de eo. per quem fac. er. Paul. de Caſt. in l. refe
ctionis, ff. com. om. prædio. Anch. in c. canonum ſtatuta. q.
14. de conſt. Alex. in d conſil. 36. col. 1. Calca. conſil. 99. &
Soc. in citato conſ. 54. col. pen. in fi. vbi dicit illam gl. ordi-
nariam, & communiter approbatam. Et ratio eſt ſecun-
7 dum Bald. in d. l. non ideo minus. † quia quoties manda
tur alicui id quod eſt de genere permiſſorum, tunc man-
datarius excuſatur. Item etiam ſecundum Bald. in d. con-
ſil. 144 col. 2. quia laboratores in talib. conſueuerunt ope
ras ſuas locare iuxta l. item apud. §. ſi quis, ff. de iniur. &
habito reſpectu ad artem ſuam dederunt operam rei lici
tæ. Præterea iſti locatores operarum manualium ſunt ru-
8 ſtici, † cui ruſticitati parcitur, præterquam in iure natura
9 li, l. venia. C. de in ius vocan. † Credere autem bono viro
eorum operam conducenti, cùm quilibet præſumatur bo
nus. l. merito, ff. pro ſoc. non eſt facere aliquid contra ius
naturale. vt not. in l. Titio, ff. de cond & demonſt. facit, ꝙ
10 not. in l quicunque, §. pe. C de ſer. fug. vbi † contractus
licitus excuſat. errantem. Accedit ad prædicta, quia lex
dicit ſcientiam, & non ignorantiam volumus obligari. l.
generali. C. de tabul. lib. 10.
11 † Nam pęnæ non ſunt præditæ deceptis propter lubri-
12 cum ignorantiæ. l. fi. C. de decr ab ord. facien. † Vlterius
non dicitur turbare qui non habet intentionem turban-
di. l. ſi duo. in princ. ff vti poſſ. Pro hac etiam opinione fa-
cit quod voluit Bal. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle.
13 † vbi inquit quod ſi ſtatutum diſponit quòd magnas nõ
poſſit intrare palatium ſub pœna, ſi ſit magnas, & medi-
cus qui intrauit, non punitur: quia non rationabili cauſa.
allegat notata in dicto §. tignum. Non obſtant modo quæ
in contrarium adducta fuerunt: quia reſpondetur quòd
primum fundamentum poſſet procedere, & locũ habere
14 data veritate, † ꝙ probata eſſet fama, quæ tamen nullo
modo iuſtificata videtur, quia teſtes nonnulli, vt ſunt pri-
mus, ſecundus, & tertius deponunt ſe audiuiſſe a maiori
pate hominum ipſius loci, quod dictũ nemos erat domi-
ni Franciſci, & ab eo poſſidebatur, ſed interrogati à qui-
15 bus, dicunt ſe non recordari, † quo caſu non probant, cũ
non poſſit conſtare à quibus perſonis habuerit originem
fama, vt a iure requiruntur ita Bartol. in l. de minore, §. ſi
plurium. in ver. quæro ſi teſtis, ff. de quæſt. quem ibi ſequi
tur Alex. & in conſi. 3. col. 5. vol 4. Dec. in conſil. 37. col. 6.
in fi. Pariſ. in conſ. 104. col. pen. vol primo. & Soc. in termi-
16 nis noſtris in conſ. 54. col. fi. † vbi dicit quod ad probatio-
nem famæ requiritur, ꝙ teſtes interrogati aſſignent cau-
ſas probabiles, ex quib. inductus ſit populus ad ſic credẽ-
dum, & dicendũ, aliàs niſi probetur iſtæ probabiles cau-
ſæ, a quibus fama traxit originem non dr̃ fama probata,
ſed diceretur potius probatio de vana voce populi, quæ
exaudiri

exaudiri non debet.l.decurionum,C.de pę.Bal.in l.pro-
prietatis,C.de proba. & tantò fortius eis credendum nõ
17 venit † cum etiam non interrogati tenerentur reddere
rationem a quibus adiuerint,cùm non ſtet in arbitrio te-
ſtis iudicare, an illæ perſonæ ſit graues, a quibus depo-
nunt ſe audiuiſſe,vt per Innoc.in c.cum oporteat.de ac-
cuſat.& ibi Ioan.And qui dicit ita ſeruari.Alex.in d.§.ſi
plurium.Dec.in citato conſi.37.col.6.circa finem. Item
licet nonnulli ex ipſis teſtibus dicant,quòd publicè dice-
18 batur, tñ hoc non releuat ad probationem famæ, † quia
vnus ſolus potuiſſet publicè dicere. Ita Bar.in d.§.ſi plu
rium,col.2.& in l.Labeo. col.3.ver. & ideo ſi teſtis, ff.de
ſuppel.lega.& ita communiter teneri tradit Imol. in l.hæ
redes palam.in princ.ff.de teſta. Alex.in conſi.35.colum.
2.volu.7 Dec.in conſi.37.col.4.in fine,& in conſi.57.col.
pen.verſ.primo ergo.& Marſ.in conſ.88.col.4.num.12.
19 Plus etiam nõ probat octauus,† cùm dicat ſe audiuiſ-
ſe dicere centies,& vltra publicè a multis perſonis,& in
ſpecie determinat Alex.in conſi.184.col.penul.verſi.nec
etiam probat,vol.1.vbi inquit, quòd non concludit dictũ
teſtis,qui dicit ſe milibus vicibus, & vltra publicè audi-
uiſſe a multis, & diuerſis perſonis, cùm non deponat ꝙ
20 audiuerit à maiori parte hominum, † cum duæ, vel tres
perſonæ dicantur multæ.l.1.§.hoc reſcriptum, cum gloſ.
& ibi Bart.ff.ad Silleianum,l.licet Imperator,ff.de leg.j.
Vnde cum potuerit hoc audire ab vno quadraginta vici-
bus,& ab alio totidem vicibus, vel duobus, non ſufficit
tale dictum ad probationem publicæ famæ prout de iu-
re accipitur publica vox,& fama, ergo &c.

Alij etiam non probant, tum quia laborant etiam de-
fectib.allegatis, ac etiam interrogati quomodo intelligũt
illam eſſe publicam vocem, & famam, reſpondent illam
eſſe, quando per plures perſonas dicitur de aliqua re,
21 † quo caſu huiuſmodi ratio nihil valet,cum non appareat
eos accipere famam prout eſt,& non intelligant quid ſit
fama,de qua deponunt.Ita Spec.in titu. de teſte. §.an de
interrogatorijs.ver.Item ſuper tertio.Bar.& Bal.in l.j.ff.
ſi cert.pet.& Alex.in citato conſi.184.col.pen.verſic.nec
etiam probat. col.7. Et ideo cum eſſet pręſumptio ſcien-
tiæ, ideo locum habent notata in d.§.tignum.

Secundò non obſtat tex.in d.l.ſi fundum ſciens,quem
22 allegat Ang. in d.§ tignum. † quia reſpondetur quòd il-
le tex.loquitur quando proteſtatio,ſeu denunciatio ſit re
integra.& ſic ante actum,vt per Bartol.in l.penult.ff.pro
emp.& in d.l.ſi fundum.& Alexã. in d.§.nunciationem.
col.fi. vbi ſubdit, quòd ſi ipſa denuntiatio facta fuiſſet o-
perarijs antequam ipſi locaſſent operas ſuas, quòd pro-
cederet dictum Angel. Et Alex.etiam tranſit Socin.in ci-
23 tato conſi.54 circa finem. † vbi etiam tradit,quòd ſi non
apparet an proteſtatio fuiſſet facta ante vel poſt condu-
ctionem,quòd ad præſumendum actum licitum, ſumen-
da eſt præſumptio, quòd poſt facta fuerit per ea quæ not.
Bartol. in l.non ſolum, §.ſed vt probari, ff.de noui operis
nunciatione.

Tertiò non obſtant dicta per Rom. & Imo.in d.§.nun
ciationem, quia ſecundum Alex. ibi. quem ſequitur Iaſ.
in dicto §.non probatur opinio eorum.ex no. ibi per glo.
24 & Bar. † quoniam loquuntur in nunciat.no.ope. ex illo
edicto,quod tantum locum habet pro opere, quod ſit lo-
co.l.j.§.opus, ff.eo.tit. quæ eſt priuilegiata, vt ea ſiue iu-
ſta,ſiue iniuſta fuerit parere debeat.l.j.in prin.ff.eod.tit.
Et idem in nunciatione noui operis ex dicto quòd vi, aut
clam.l.j.§.& parui.ff.quòd vi,aut clam.Sed vbi non poſ-
ſet locum habere nunciatio noui operis ex edicto de no-
ui operis nunciatione,nec ex edicto, quòd vi aut clam, vt
ſi conducti fuerunt in alieno fundo laboratores ad colli-
gendos fructus,vt in l.ſi alius,§.notauimus,ff quod vi aut
clam.& in §.opus. & verus dominus fundi illis laborato-
ribus iam conductis denunciauit vt deſiſteret a colligen-
do,& exportando fructus,non videtur,quod operarij nõ
ceſſantes a collectione vel exportatione teneantur, ſi ali-
ter non fuerint certiorati de iure denunciantis: quia ta-
lis denunciatio extraiudicialis non conſtituit eos in mala
fides,cum,non tenerentur ei credere, vt not. in d.l.pen.
pro emp.hanc reſponſionem etiam ſequitur Socin. in d.
conſi.54.col.fi.ver.ſed contrarium. Et hanc quoque ſen-
tentiam amplectuntur Craue.in conſ.219.nu.12. Rip.in
rep.cap.cum M.nu.148.verſ.2.dubitatur.de conſtit.Cor.
in conſi.50.col.pen.vol.2. & Ruynus præceptor meus in
conſi.122.col.2.in fi.vol.5.

Vltimò non obſtat, ꝙ dicti operarij fuerunt in culpa
in non inueſtigando a conſortibus cuiuſnam eſſet dictum
25 nemus,& quis illud poſſideret: † quia reſpondetur ſecũ
dum Bal.in d.conſ.144.in fi.quòd abſurdum eſſet dicere,
ꝙ ille,qui locauit operas ſuas pro vna die, vel pauciorib.
teneatur inueſtigare poſſeſſorem: quia maius tempus oc
cuparet inueſtigatio, quàm opera. l. inter quos, §.domi-
26 nus,ff.de damno infecto. † Item ſi aliqua culpa imputari
poſſet,fuiſſet in omittendo inquirere, quæ culpa non ve-
nit l.Aquilia,quæ eſt leuiſſima.l.Stichus. §.de præteritis,
27 ff.de vſufruct. † Item ob leuiſſimam culpam, nunquam
punitur quis,quauis pęna ordinaria,etiam pecuniaria,vt
ſing.not.in d.l.ſi quis non dicam rapere Ita Soc.in d.cõ-
ſil.54.col.fi.in principio,poſt Bald.in allegato conſil. 144.
col.2.vbi etiam plus voluit, quòd etiam ſi ſtatutum da-
ret arbitrium puniendi, quòd non eſſent puniri ipſi ope-
28 rarij: † quia arbitriũ puniendi nunquam intelligitur cõ
29 ceſſum vbi funditus eſt nullum delictũ, † arbitria enim
cadunt in electionibus pęnarum,inter pęnam,&pęnam.
30 l.hodie,ff.de pęn. † ſed vbi non eſt delictum, ibi non eſt
pęna aliqua,& ideo non cadit electio, ſeu arbitrium in-
31 ter pęnas,cum ipſa innocẽtia reus ſit tutus, † & fides in-
nocentiæ maximam habeat ſecuritatem.l.ſi nõ conuicij.
C.de in iuris. Vnde ex his concludendum arbitror hos
operarios nullo modo puniendos, ſed domino abſoluen-
dos,& per dictum dominum Franciſcum in tentanda eſ
ſe remedia ſibi competẽtia contra prædictum dominum
Bernardinum, qui ipſa ligna incidere fecit omni poſter-
gata conſcientia & iuſtitia. Laus DEO.

*S V M M A R I V M.*

1 *Viam ferro aperit qui per contraria ſcandit.*
2 *Statutum excludens filias propter fratres, ex quo loquitur indi-ſtinctè,intelligitur tam de fratre defuncti, quam filiæ, vt nu.4. & 9.Sed contrà nu.29.& 30.*
4 *Ratio,quæ excluduntur filiæ propter fratres,eſt,vt bona in agnatione conſeruentur,quæ per maſculos, & non per fœminas conſeruantur: cum mutent familiam,& nu.22. & 39.*
5 *Interpretatio fieri debet ſecundum qualitatem perſonarum,quibus verba diriguntur.*
6 *Statuti verba vbi ſunt clara,& non ambigua, ibi non eſt admittenda quæſtio voluntatis,& nu.35.*
7 *Subtilizare nimium vbi res eſt clara,nihil aliud eſt,quàm pernicioſè errare.*
8 *Statutum ſemper trahitur ad caſum non expreſſum quando veriſimile,eſt,quòd ſtatuentes,ita ſtatuiſſent,ſi de illo caſu interrogati fuiſſent, & nu.36.*
10 *Dominus Obertinus Nata fuit iuriſconſultus maximus,& in agro Aſtenſi vulgariter appellabatur el Sauio.*
11 *Statutum excludens filias propter maſculos,valet.*
12 *Eſt tamen correctorium iuris communis, & accuſatiuũ naturæ.*
13 *Et ſtrictiſſimè intelligendum,cum ſit pręciſi fori, & ad vnguem, contextum eſt obſeruandum.*
14 *Et ideo interpretari debet vt minus lædat ius commune, quàm ſit poſſibile.*
15 *Statutum de quo ſuprà debet intelligi de fratre filiæ.*
16 *Benignior interpretatio amplecti debet.*
*Et non de fratre defuncti, ne duplex inducatur correctio iuris communis.*
17 *Statutum faciens mentionem de fratre ſimpliciter,debet intelligi prius,& non per poſterius.*
18 *Statutum excludens fęminas extante fratre, debet intelligi de fratre primi gradus,non autem ſecundum.*
19 *Statutum excludẽs matrem propter patruũ, intelligitur per prius de patruo proximiore,& non per poſterius de patruo magno.*
20 *Verbum vnum vbi reperitur habere duplicem ſignificationem, vnam propriam, & alteram magis propriam, attenditur magis propria.*
21 *Statuti verba ſunt intelligenda ſecundum conditionem perſonę ad quam diriguntur.*
23 *Statutũ diſponens, quòd filia dotata ſtantibus fratribus non ſuccedat patri,& matri,non verificatur in fratre defuncti.*
24 *Diſpoſitio ſtatuti vna, & eadem non debet diuerſo iure cenſeri.*
25 *Statutum excludens filiam propter agnatos primi gradus, computando gradus de iure canonico,non excludetur filia propter agnatos primi gradus defuncti.*
26 *Statutum volens excludere ſororem propter fratrem ſuperſtitem, non excluditur à fratre exhæredato.*
27 *Statuentes ſi uoluiſſent ſtatutum ſimpliciter loquens de fratre intelligi de fratre defuncti, utique expreſſè hoc ſciuiſſent dicere.*
28 *Statutum quãdo loquitur de excluſione ſororum propter fratres,*

*uel*

*uel patruum debet intelligi de fratribus carnalib. & non patruelibus, uel de patruo tantum, & non de filijs patrui, de quib. ſtatuentes nullam fecerunt expreßionem.*

31 *Statutum diſponens ſimpliciter, & indiſtinctè, quòd hæres teneatur inſolidum, reſtringitur niſi hæres fecerit inuentarium.*

32 *Extenſio in materia fauorabili, etiam concernente publicam utilitatem, fieri non debet, quando in caſu, ad quem fit extenſio, nõ uiget tanta, & ita fortis ratio, ſicut in expreſſo.*

33 *Filia magis excludi debet à ſucceſsione paterna per fratrem ſuum, quam à patruo.*

## CONSILIVM LV.

STatuto cauetur, quod filia dotata à patre, vel a matre, ſtantibus fratribus, non poſſit ſuccedere patri, vel matri. modò inſurgit dubium, & quidem nodoſum, an domina Alaſina Niuola excludatur a ſucceſſione patris propter exiſtentiam domini Antonij fratris defuncti, & ſic an ſtatutum loquens de fratribus, locum habeat nedum in fratre filiæ, ſed etiam in fratre defuncti, qui dicitur patruus. Et ne illotis manibus procedere videar ad deciſionem huiuſmodi dubitationis, vt inquit iuriſconſultus in l.j.ff.de orig.iuris, & vt veritas magis eluſceſcat, arguam ad partem exemplo iuriſconſulti in l.lecta.verſ.dicebam, ff.ſi certum pet.& in l.munerum, § iuxta, ff.de mun.& hono.in l.Neſennius. Apollinaris, ff. de neg.geſt.& calcando veſtigia Bal.in l.precibus, C.de
1 impub.& alijs ſubſt.dicentis, † quod viam ferro aperit, qui per contraria tranſit, ideo prima facie arguitur, & dicitur, quod domina Alaſina vigore dicti ſtatuti, ſtante fratre defuncti patris excludẽda venit ab hæreditate, & ſucceſſione Virginij ſui patris, vt in terminis decidit Roma.
2 in conſi.16.qui mouetur dupliciter. Et primo, † quia ſtatutum prædictum loquitur indiſtinctè, & generaliter de fratribus, ergo de vtroque fratre intelligendum eſt. l.de precio, ff.de publicia.

3 Secundò ex ratione ſtatuti. † quæ eſt vt bona conſeruẽtur in agnatione, & familia, quæ per maſculos conſeruatur, & non per fęminas, quæ mutant familiam, ſecundũ Cyn.& alios in l.j.C.de adult. Quæ ratio, cum ſit communis ad vtroque fratres, facit vt tale ſtatutum, & eius verba intelligantur de vtriſque fratribus, l.cum pater, §.dulciſſimis, ff.de lega.2.l.regula, §.qui ignorauit, ff.de iur.& fact.ignorantia.

4 Tertio accedit, † nam verba ſtatuti ſtãtibus fratribus, referuntur de neceſſitate ad defunctum, & ſic ad patrẽ, & matrem, de quorum bonis agitur, non autem ad filiã, quæ excluditur, ergo & de fratribus defuncti intelligen-
5 da, † cum interpretatio fieri debeat ſecundum qualitatẽ perſonarum, quibus verba diriguntur, l.plenum, § equitij, ff.de vſu & hab.l.etſi ſuſceperit, §.ſi liberis, ff.de iud. c.ſi pater, vbi bonus tex.de teſt.in 6.

6 Quartò facit, † vbi verba ſtatuti ſunt clara, & non ambigua, ibi non eſt admittenda quæſtio voluntatis, l.ille, aut ille, §.cum in verbis, l.nõ alter.ff.de leg.3. quia in claris non eſt hęſitandum, l.continuus, §.cum quis, ff.de ver. obligatio. Sed verba ſtatuti dum loquuntur de fratribus,
7 ſunt clara, ergo &c. † Nam nimium velle ſubtilizare vbi res eſt clara, nihil aliud eſt, quàm pernicioſè errare. Ita Bal.in l.præcib.C.de impub.& alijs ſubſtit.

8 Quinto confirmatur hæc opinio, † quoniam ſtatutum ſemper trahitur ad caſum non expreſſum quando veriſimile eſt, quod ſtatuentes ita ſtatuiſſent, ſi de illo caſu interrogati fuiſſent, tex.eſt iuncta gl.quam ibi adhoc ponderat doct.in l.tale pactum, §.fi.de pac. Bal.in l.cuſtodiã, ff.de peri.& commod.rei ven. Alex.in l.Titius, §.Lucius, col.j de lib.& poſthu.Iaſ.in conſi.171.col.2.vol.4 ſed cui dubium, quod ſi princeps, qui condidit huiuſmodi ſtatutum fuiſſet de hoc interrogatus, quin ita reſpondiſſet, cum militet eadem ratio agnationis ita in fratre defuncti, ſicut in fratre filiæ.

9 Sexto hæc † pars comprobatur authoritate Curt. ſen. in conſi.9.colum.7.ver.& ita in propoſito, & in l.1.C.de ſucceſſ.dic.nata.in tract.excluſ.fœm.in 3.quæſt.principa
10 li.ver 5. quæro † vbi inquit aliàs conſulendo ita tenuiſſe dominum Obertinum Natam auum ſuum paternum iuriſconſultum maximum, qui ab his, qui agrum Aſtenſem incolebant vulgariter il Sauio appellabatur, vbi in quodam ſuo conſ.ſic intellexit decretum noſtrum Montiſferrati. Idem voluit Campeius in tractatu dotium, in vltima parte.quæſt.24. vbi etiam tradit ſe ita conſuſuiſſe in ciuitate Caſalenſi, & in ciuitate Cremonæ, & Rip.in 3.reſpõſo, col.2.par.j.vbi omnes ſequuntur Ro.vbi ſup.

Quibus non obſtantibus in caſu præſenti contrarium reſpondendum arbitror, ad quod dicendum moueor. Nã
11 etſi communis ſit ſchola doct. † quod prædictum ſtatutũ valeat vt per Bru. latiſſimè in tractatu ſuo excluſ. fęm.in primo articulo, quæſt.1.& Pari.in conſ.94. in fin. volu.3.
12 † tamen eſt correctorium iuris, & accuſatiuum naturæ, vt in auth. de hæred. quæ ab inteſt. vt in l. maximum vi-
14 tium.C.de libe.præteri. † quo caſu nedum ſtrictè, ſed ſtrictiſſime intelligendum eſt. quod verò, ff.de legib.cap.dilectus, de conſuetu.cum ſit præciſi fori, & ad vnguem, & conteſtum obſeruandum, ſecundum Bal. in auth.hodie, C.de iud.& Cur.ſen.in conſi.35.col.7. & maximè quando loquitur circa ſucceſſionem, quia tunc nec reſtringi, nec ampliari poteſt ſecundum Bald.in cap.j. verſi.quæro
14 quid.in titu.qui feu. dare poſſ. † & ideo interpretari debet, vt minus lædat ius commune, quam ſit poſſibile, l.fin. §.in computatione, C.de iure delibc. vbi Alex.& alij. Socin.in conſi.9.col.2.in prin.vol.3.ſed ſi intelligeretur huiuſmodi ſtatutum in fratre defuncti, & ſic in patruo, induceretur duplex correctio iuris communis, vna reſpe-
15 ctu fratris filiæ, & altera reſpectu fratris defuncti. † Vnde vt non inducatur niſi vnica correctio iuris communis, quod quidem fieri debet, vt minus ei derogetur, ſumenda eſt interpretatio, quòd de fratre filiæ tantum ſta-
16 tutum intelligatur, & non de fratre defuncti, † cum hæc ſit benignior interpretatio, quæ amplecti debet, l.benignius, ff.de legib.& hoc arguitur Goz.in conſil.35. col.3. ver.6.& in terminis noſtris Pari.in cõſ.100 col.2. vol.3.

17 Secundò facit, † vbi in lege, vel ſtatuto ſit mẽtio de fratre, ſimpliciter verbum frater debet intelligi per prius, & non per poſterius, ita Bal.in l.iubemus, §.fi.C.ad Tre-
18 bellia. † vbi dicit, ſe conſuluiſſe, quòd ſtatutum excludẽs fęminas extante, fratre, debet intelligi de fratre primi gradus, non autem ſecundi gradus. Idem dixit in ca.quæ in eccleſiarum, col.pen.de conſtit. Alex, in l.ſi dotali, ff.de ſoluto matr.& in conſi.97.vol.2.Dec.in conſi.461.colum. j.conſ.511.col.fi.& in conſ 679.col.j.Iaſ.in conſi.205.col. 7.& Bru.in d.tractatu, excluſ.fęm.in art.12.principali, q. 16.col.3.in fi. vbi atteſtatur hanc communem.

Accedit etiam, quod no.communiter Scrib.in l.j.C.de
19 ſucceſſ.edic. † vbi ſtatutum excludens matrem propter patruum, intelligitur per prius de patruo proximiore, & non per poſterius de patruo magno, & remotiori. Idem tenent Soci.in conſi.30.col.7.vol.1.Dec.in conſi.215.col. 2.conſi.287.col.4. & in conſi.309.col.pen. verſi.præterea. Si igitur ex præmiſſa ratione, quæ eſt veriſſima admittitur in caſibus ſupra dictis, ergo idem dicendum venit, vt venit admittenda in terminis noſtris, vt verbum fratribus, de quo in ſtatuto debeat intelligi de fratre filiæ per prius, & non de fratre defuncti, qui eſt tranſuerſalis per poſterius, cum ſimus in caſu in quo tractatur de hæreditate aſcendentis ad excluſionem deſcendentis.

20 Confirmatur hæc opinio, † Nam vbi vnum verbum reperitur habere duplicem ſignificationem, vnam propriã, & alteram magis propriam, attẽditur magis propria.tex. eſt in cap.Rodolphus. de reſcr.quem ita dixit Matheſ.in nu.94.Soc.conſi.116.nu.17.vol.1.& Goza.in conſ.35.col. 3.ver.3. Sed verbum fratribus, licet poſſit verificari proprie in fratre defuncti, tamen magis proprie in filiæ.

Additur quoque, quod voluit Paul.de Ca.in conſi.138. Primò videndum, vbi dixit, ꝙ quando verba poſſunt dupliciter intelligi, ſcilicet per prius, & per poſterius, ſeu in priori, & potiori ſignificatu, quod in dubio intelliguntur ſimpliciter, & non ſecundum quid. Et Paul.ſequitur Iaſ.in conſi.24.col.5.vol.j. loquens in propria materia, vbi dicit, quòd cum verbum fratribus poſſit intelligi dupliciter, ſcilicet, de fratribus filiæ, & fratribus defuncti, intelligendum venit de fratribus filię, qui ſimpliciter dicũtur fratres, & non ſecundum quid, vt ſunt fratres defuncti, qui dicuntur patrui, & ſic cum qualitate patruitatis, & non ſimpliciter.

21 Tertiò facit, † Nam verba ſtatuti ſunt intelligenda ſecundum conditionem perſonæ ad quam dirigitur, d.l. pen.§.equit.ſed illud verbum refertur ad filiam, quæ excluditur a ſucceſſione paterna, ergo de fratribus ipſius filiæ intelligi debet.

22 Quartò accedit, † nam poſita opinione de qua ſuprà pro vera, quod ratio excluſionis filiæ propter fratre, ſit

vt be-

vt bona conſeruentur in agnatione, & familia, quamuis
non ſit expreſſa in ſtatuto, vt voluit Bal. & alij poſt gl. ibi
in l. quamuis, C. de fideicom. Curt. iun. in conſ. 150. col. 1.
vbi inquit hanc eſſe veram, & magis communem. & De-
cius in cõſ. 15. col 3. in prin. & in conſ. 372. col. 2. & Cur.
ſen. in conſ. 9. col. 5. verſi. etſi quiſpiam. quãuis multi ſen-
ſerint, quòd ab iſta ratione tanquam non expreſſa in ſta-
tuto, argui non poſſit, vt per Bal in l. liberorum, col. 8. ver.
his præmiſſis, ff. de verbo. ſignific. quem ſequitur Alex. in
conſi. 16. col. j. vol. j. & in conſi. 133. col. 2. vol. eod. & hanc
eſſe communem dixerit Dec. ſibi contrarius. in conſi. 13.
col. 3. in fi. conſ. 461. col. j. conſ. 553. col. 2. 569. col. fi. & 679.
col. j. & quòd ex hac ratione quæ habetur pro expreſſa,
frater defuncti deberet excludere filiam dotatam, tamen
dicitur, quòd in caſu præſenti locum habere non poteſt,
per conſequens, quòd dictum verbum fratribus, non po
23 teſt verificari in fratre defuncti, † quia prædictum ſtatu-
tum diſponit, quòd filia dotata ſtantib. fratrib. non ſucce
dat patri, & matri, & ſic loquitur tam de aſcendente ma
ſculo quàm fęmina, & tam de patre, quàm matre defun
cto, & defunctæ. Vnde ſi verum eſſet, quòd verbum fra-
tribus, verificaretur etiam in fratribus perſonę defunctę
aſcendentis, ſequeretur, vt dicunt Iaſ. in d. conſ. 24. col. 4.
& ſi ac Pariſ. conſi. 100. col. 3. In fi. vol. 3. quod ſi morere-
tur mater relicta filia dotata, & fratre ipſius matris defũ-
ctæ, quòd frater matris excluderet filiam a ſucceſſione
matris, ex quo verbum fratribus determinat, & reſpicit
24 tam patrem, quàm matrem deſcendentis, † & hoc, ne v-
na, & eadem ſimplex diſpoſitio ſtatuti diuerſo iure intel-
ligatur. l. eum qui ædes, ff. de vſucapio. c. cũ in tua, de deci
mis, & ſi iſte intellectus eſſet verus, quòd verbum fratri-
bus, intelligi deberet etiam de fratribus perſonæ defun-
ctæ, hoc eſſet contra mentem, & rationem ſtatuti, quia cũ
frater matris ſit de aliena familia, & agnatione, quam ſit
mater, quæ propter matrimonium effecta eſt de familia
viri, in fratre matris ceſſaret ratio conſeruandæ agnatio
nis, & familiæ ipſius matris, quæ (vt dixi) eſt de familia vi
ri. Vnde cum ipſa ratio conſeruationis familię non poſſit
verificari in fratre matris, licet ſecus in perſona fratris
patris, ratione euitandæ abſurditatis, ne vna, & eadem di
ſpoſitio ſtatuti diuerſo iure cenſeatur, dicẽdum eſt, quòd
verbum fratribus intelligatur de fratribus ipſarum filia-
rum, & iſto modo dictum verbum fratribus, verificabi-
tur tam in matre, quàm in patre, & in vtroque locum ha-
bebit ratio conſeruandę agnationis, qua moti fuerunt ſta
tuentes Et ſic illa determinatio vniformiter determina-
bit, & non diuerſo iure, &c.

Quinto corroboratur hæc opinio ex not. per Cur. iun.
25 in conſi. 6. col. 4. verſi. quarta concluſio. † vbi dicit, quòd
ſi ſtatutum excludit filiam propter agnatos primi gra-
dus computando gradus de iure canonico, non exclude
tur filia propter agnatos primi gradus ipſi defuncto, pu-
ta propter patruum defuncti, ſed propter agnatum, qui
ipſi filiæ ſit in primo gradu, videlicet per patrem ipſius fi-
liæ. Et ipſum ſequitur Bru. in d. tract. excluſ. fęm. in ſecun
do art. principali. q. 16. col. 3. ver. & iuxta prædicta, ex no.
p Bal. in ſtatu. in ver. ſuccedere, col. 3. in fi. & ſeq. in prin.
26 tradit, † ꝙ ſtatutum volens ſororem excludere, fratre ſu
perſtite, ſi frater fuit exhæredatus non excluditur. & ſic
intelligitur de fratre filiæ, quia non eſt tractãdum de ex-
hæredatione fratis defuncti, l. ſi frater, C. de inoff. teſt. Et
cum Bal. pertranſit Pariſ. in citato conſ. 100. col. 4. in fi. er
go, & idem dicendum in terminis noſtris.
27 Sextò confirmatur hæc pars. † Nam ſi ſtatuẽtes voluiſ-
ſent intelligere de fratre defuncti, & ſic de patruo, vtiq;
expreſsè hoc ſciuiſſent dicere, ſi voluiſſent, l. j §. ſinautẽ
ad deficientis. C. de caducis tollend. Dec. in conſ. 309. col.
4. verſ. nec obſtat. Vnde cum hoc non expreſsè dixerint,
ſumenda eſt interpretatio, ꝙ mens ipſius ſtatuentis fue-
rit, ꝙ tm̃ filia excludatur a fratrib. ſuis, & non a fratribus
defuncti, vt in ſimili dixit Soc. in conſ 9. col 2. ver. igitur
28 vol. 3. vbi dicit, † ꝙ qñ ſtatutum loquitur de excluſione
ſororum propter fratres vel patruum, debet intelligi de
fratrib. carnalibus, & non patruelibus, vel de patruo tan
tum, & non de filijs patrui, de quib. ſtatuentes nullam fe-
cerunt expreſſionem, argu. dicti §. ſinautem ad deficiẽtis.
29 Vltimo † hanc ſententiam ſecuti fuerunt Iaſ. in l. j. C.
de ſucceſſ. edic. col. antepen. & in citato conſi. 24. vbi latè,
& ſubtiliter diſputat hunc articulum. Dec in conſil. 346.
in fi. & in d. l. j. col. pen. Pariſ. latiſſime in d. conſ. 100. vol.
3. per tres col. Brun. in d. ſuo tractatu excluſ. fęm. dicta q.
16. vbi in tertia col. dicit hanc partem veriorem, & Soci.
iun. in conſi. 6. in fi. vol j.

Non obſtant modò, quæ ex aduerſo allegata fuerunt.
Et primo, quòd verba ſtatuti generaliter loquẽtia debẽt
30 generaliter intelligi, & ſic de vtroque fratre. † quia reſpõ
detur, quod etſi generalia ſint, tamen ciuiliter intelligen-
da ſunt, l. ſi cui, ff. de ſeruit. & in humaniorem partem in-
terpretanda, ita vt minus corrigatur diſpoſitio iuris com
munis, quàm ſit poſſibile, d. §. in computatione, cap. dile-
ctus, de conſuetu. gl. in l. j. C. de ſacroſanct. eccle. Sed ſi in-
telligatur illud verbum fratribus, de fratribus filiæ, iſta
interpretatio erit ciuilis, & humana, ac minus per eam
derogabitur iuri communi, de quo in auth. de hæred. quę
31 ab inteſta. igitur &c. Et ad hoc bene facit. † Nam nos vi
demus, quod ſi ſtatutum ſimpliciter diſponat, & indiſtin
ctæ, quod hæres teneatur inſolidum, tamen reſtringitur,
niſi confecerit inuentarium, etſi loquatur generaliter, d.
§. in computatione. Bald. in l. j. §. ſi vt initio, ff. de poſtula-
tio. Item verba generalia reſtringi debent ad id, quod eſt
rationis, l. quamuis, ff. de in ius vocand. Dec. in auth. in-
greſſi, nu. 18. C. de ſacroſ. eccl.

Secundò non obſtat aliud argumentum, quòd ratio di
cti ſtatuti, quæ eſt, quod bona conſeruentur in agnatione
& familia, ita militet in vno fratre, ſicut in alio: quia ad
hoc reſpondent Brun. vbi ſuprà, & Pariſ. in citato conſil.
100. quæritur, col. 4. verſi. magis tamen ſtricte, quod dato,
quod iſta ratio ſit expreſſa, & ita militet in vno fratre ſi-
cut in alio, & dato, quod ſumus in materia fauorabili, e-
tiam concernente publicam vtilitatem, quod eſt fortius,
32 † quibus ſtantibus regulariter extenſio fieri debeat, ta-
men quando in caſu. ad quem fit extenſio non viget tan-
ta, & ita fortis ratio, ſicut in expreſſo etiam in fauorabi-
libus extenſio fieri non debet, vt eſt gl. approbata in c. in
fidei fauorem. de hæret. in ſexto quam cõmendant Scrib.
in l. ſi vero, §. de viro, ff ſol. mat & in l. ſi conſtante, ff. eod.
ti. Sed licet in caſu noſtro ſimilis ratio videatur vigere in
fratre defuncti ſicut in fratre filiæ, propter conſeruatio-
nem agnationis, tamen non viget tanta, & ita fortis in
33 in vno caſu, ſicut in alio, † quia magis cõ uenit filiam ex-
cludi a ſucceſſione paterna per fratrem ſuum, cui pater-
na hæreditas eſt quaſi debita, l in ſuis, ff. de lib. & poſt hu.
quam a patruo, in quo non viget tanta ratio, & ideo ad
ipſum extenſio non eſt facienda per tex. in ratione ſui, in
cap. fi. de translatio prælat. vbi ſtante fauore publico non
fit extenſio ad caſum, in quo eſt minor ratio.
34 Secundò reſpondetur, † quod prædicta ratio in caſu
præſenti locum habere non poteſt, cum ſtatutum loqua-
tur de patre, & matre, quo caſu reſpectu matris non po-
teſt intelligi conſeruationem fieri in fratre ſuo, ſed bene
in filio reſpectu etiam filiæ excludendæ, & ideo vt ęqualis
ſit determinatio in omnibus perſonis, de quib. ſtatutum
loquitur, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. dicendum eſt,
quòd dictum verbum fratribus intelligi debeat de fratri-
bus filiæ, & non defuncti, vt late dictum fuit ſuprà in
quarto fundamento.

Ad tertium quoque reſpondetur retorquendo funda-
mentum, quòd imò magis verba ſtatuti diriguntur ad
perſonam filiæ, & ideò, quod verbum fratribus debet in-
telligi de fratribus ipſius filiæ.
35 Non obſtat, & quartum, † quia negat, quòd verba ſint
clara, imò ambigua, & æquiuoca, cum diuerſim ode acci
pi poſſint, l. ita fidei, ff. de iure fiſci. Alex. in conſil. 95. col.
pen. verſ. fortificantur prædicta vol. 5. Itẽm etiam dicen-
dum eſt, quod illud verbum fratribus, ſit magis clarum ſi
intelligatur de fratribus filiæ per prius, vt dictum fuit.
36 Quintò quoque reſpondetur, † quod imò ſtatuentes ſi
interrogati fuiſſent, vtique dixiſſet mentem ipſorum fuiſ
ſe filiam tantum excludendam a fratribus ſuis, & non
a fratre defuncti. Et iſta interpretatio ſumẽda venit mul-
tiplici ex capite. Et primò, quia ſi voluiſſent, expreſſiſ-
ſent, iuxta d. §. ſinautem ad deficiens. Item, & quia ita in-
telligendo, minus derogatur diſpoſitioni iuris commu-
nis, vt dictum fuit.

Vltimo non obſtant authoritates ſuprà citatæ, quia pri
mo dicitur, ꝙ Rom. malè loquitur, vt per doct. vbi ſupra.

Item quod Rom. non mouetur tantum ex dictis duab.
rationibus, de quibus ſupra, ſed ex multis alijs minis, ſci-
licet ex præfatione ſtatuti, ac eius rubrica, ac alijs, de qui
bus ibi per eum. Ita Bru. vbi ſupra, col. 3.

Tertio reſpondetur, quod non loquitur in caſu, in quo
ſtatutum excludit filiam dotatam propter fratres, non ſo-

lum

lum à ſucceſſione paterna, ſed materna. per ea quæ ſuprà
dicta fuerunt in quarto argumento vltimæ partis.

Non obſtat,quod dixit Camp.in d.q.24.quia Camp.nó
reſpondet fundamentis ſuprà deductis,ſed tantum ſe fun
dat in ratione ſtatuti expreſſa,vel quæ habetur pro expreſ
ſa, quæ ita militat in vno caſu, quam in alio, vt per Pariſ.
vbi ſuprà colũ.4. Vnde cum ipſis rationibus non reſpon-
deat,eis ſtandũ eſt,cum ſint opiniones communes, & illa
Ro.& Camp. ſingularis.

Similiter non obſtat,quòd Nata,& eius auus tenuerint
contrarium,quia aduertendum eſt,quòd in caſu illius de-
creti ſunt nonnulla verba,videlicet contra fratres vel hæ
redes defunctorum,ſuper quibus vltimis verbis multũ ſe
fundat,quæ ceſſant in terminis noſtris,quamuis etiam di
ci,poſſint,quod eorum ſentẽtia non ſit vera ex rationibus
ſupra deductis & allegatis, ad quæ forſitan conſideratio-
nem habuit genitor ſuus, qui noluit conſulere pro par-
te illa Ad Curt.in d conſi 9 & Rip. in dicto reſponſo ter-
tio,col.3 dicitur, quòd dicta verba incidenter, & abſque
aliqua examinatione prolata ſunt, & ſic ſunt parui mo-
menti,vt in ſimili dixit Soc.Iun.in conſi.6. nume.39.vol.
1.& ideo quòd magis inhærendum eſt ſententiæ Iaſ.in d.
conſi 24 & Pariſ.in allegato conſi.110. vbi latè examinãt
hunc articulum. Et ex his concludo D. Alaſinam propter
exiſtentiam D.Antonij fratris defuncti,& ſic eius patrui,
non eſſe excludendam à ſucceſſione paterna Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Filius occidens patrẽ non excluditur ipſo iure ab eius ſuccceſſione*
2 *Frater ſi occidit fratrem,poteſt eius hareditatem adire,& poſtea tranſie ad fiſcum.*
3 *Scriptus hares occidens teſtatorem,reputatur indignus, licet antequam fiſcus auferat, ipſe ſit hares, & actiones hareditaria exerceat.*
4 *Portio filij occidentis patrem,licet ſecundum Bar in l.cum ratio, §.fin ff de bon.dam & eius ſequaces,accreſcat alteri fratri,& non noceat exiſtentibus in eodem gradu, tamen eius opinio communiter improbatur : quia derogatur fratri in portione ipſius delinquentis.*
5 *Prohibitio alienationis facta per teſtatorem cum tranſlatione in alium non alienantem,valet.*
6 *Quod ampliatur procedere etiam ſi facta eſſet ſine expreſſione cauſa propter dictam translationem factam in pana.*
7 *Teſtator uni imponit aliquam penam prohibitio alienare, quam vult ad alium peruenire, videtur voluiſſe prouidere illi alteri, cui in penam reliquit.*
8 *Prohibita ſola alienatione cenſetur etiam prohibita confiſcatio.*
9 *Confiſcatio eſt alienatio.*
10 *Proprietas peculij aduentitij non venit in confiſcatione bonorum filij,cum ſit ei interdicta omnis alienatio.*
11 *Et tantò magis eſt prohibita confiſcatio,cum teſtator eam ſpecificè prohibuerit.*
12 *Alienatio dicitur probita ſi dicatur, etſi alienauit vel tentabit alienari: quia dicta verba ſignificant tempus ante alienationem perfectam,& quòd antequam ſequatur,& eſt in actu alienandi, priuatio inducitur.*
13 *Donans,ſi in donatione appoſuerit hac verba videlicet,& ſi donatarius deueniſſet ad actum alienationis,operantur enim hac verba ſtante conſtitutio,quòd ex tunc dominium per diem antequã fieret alienatio reuerteretur ad donationem,ex quo adhuc non erat translatum in alium, cum tempore alienationis reperiatur prioris domini.*
14 *Verba geminata demonſtrant enixam voluntatem teſtantis.*

## CONSILIVM XLIX.

1 QVod † filius qui occidit patrem non exclu
datur ipſo iure ab ipſa ſucceſſione,ſed ab
eo veluti ab in digno per fiſcum aufera-
tur voluit text. in l.cum ratio, § fi & ibi
Bar.ff.de bonis dam.Bal.in l.tanquã col.
4. ver.hæc faciunt ad q C. de fideic. vbi
2 quærit,† frater occidit fratrẽ,an hæredi
tas debeat confiſcari? Et decidit,quòd occidẽs poteſt adi-
re,& poſtea illud ius tranſit ad fiſcũ, allegat l. his cõſequẽ
ter,§.j.ff.fam.erciſc.Nã iura ſanguinis nõ abſorbẽt pro-
pter crimen,ſed ſuccedit fiſcus,l.j.in prin.ff.ſi quis aliquẽ
teſtari prohibuerit, alibi Bald.in l.hæreditas,C.de his q
bus vt indig. & ibi Salic. in verſic. quæro ab extra vbi in-
3 quit, † quod ſi ſcriptus hæres occidit teſtatorem,repu-
tatur indignus,licet antequam fiſcus auferat, ipſe ſit hæ-
res,& actiones hæreditarias exerceat.Idem tenuit Barb.
in rubrica de ſucceſſ ab inteſta.col.2.conſ.8.col.j.volu.3.
Bald in conſ.26.col.fi.vol.3 Cor.conſ.222.col.1.volum.4.
Rui.in conſ.129.in princ.vol.2.& in conſ.11.vol.5.Et hãc
eſſe communem opinionem atteſtatur Ioan.de Anan. in
conſil.82 in princip.

Nec habet obſtare, quod ex aduerſo dicitur, quod fiſ-
4 cus non admittatur in effectu ad bona occiſi,† ſed quòd
portio occidentis accreſcat eius fratri, vt dixit Bartol. in
dicta l.cum ratio, §.fin. & in l.1.ff ſi quis aliquem teſtari
prohibuerit,vbi inquit,ꝙ ſi frater occidit fratrẽ,quòd ta-
le delictum nocet omnibus ſequentibus in gradu,ſed exi-
ſtentibus in eodem vel proximiori non præiudicat per
gloſſ.ibi,& per d.§.fi.Idem tenuit Bald.in citato conſ.26.
in fi.vbi dicit,ꝙ ſi maritus inſtitutus ab uxore interimit
eam,quòd hæreditatis non debet auferri à marito per fiſ-
cum,ſed,quòd debetur &c.per not.per Bar in d.§.fi.Hãc
etiam partem voluit Gand. in tractatu maleficiorum in
tit.de bon.malefa nu. o.ver.quæro ſi frater, vbi cõcludit
ꝙ bona occiſi non pertinent ad filiũ occidentis,ſed,ꝙ de-
bẽt publicari,quoniam frater ille non habet alios coniun-
ctos in eodẽ gradu,aliàs ſecus per l.ſecundã,ff. ſi quis ali-
quem teſt.prohibuerit,quia reſpondetur,ꝙ Bar. nõ bene
loquitur,& improbatur à Bal.in d.l.tanquã,col.4.ver hæc
faciunt ad quæſt.vbi dicit,ꝙ ſi frater delinquẽs habet fra-
trem ꝙ derogat fratri in portione ipſius delinquentis, ꝑ
nota.per Cynum in l.ſequens quæſt.ff.ad Silleia. Idẽ Bal.
in l.hæreditatis,in fi.C.de his quibus indig.vbi tradit,ꝙ ſi
ſunt duo fratres,& vnus interficit communem patrem,
ꝙ portio ſua non confiſcatur, ſed fratri applicatur. Alle-
gat Bar.in d.§.fi.poſteà ſubdit Bar. malè loqui, & contra
caſum d.l.his conſequenter,§.primo.Nam ſi applicaretur
ſibi,ergo conuentus diuiſorio iudicio poſſet excipere de
iure ſuo,quod eſt contra iuſtum tex. Hanc quippe partem
tenuit ẽt Flor.in d.l.his conſequenter,§.1.vbi ſimiliter re
fert Bar.dixiſſe contra caſum dicti §.primi.Sal.in d.l.cum
hæreditas.Barb.in dicta rubrica,de ſucceſſ. ab inteſt. col.
4.quia tex.in dicto § fi.non probat doctrinam Bart.Primo
enim non loquitur in fratre occidente cõem patrem. Se-
cundò ille tex.dicit,ꝙ factum fratris non nocet fratri: ad
probandũ.n.dictum Bar.inquit Barb ꝙ oporteret dicere,
ꝙ factum fratris prodeſt fratri,quia portio fratris occidẽ
tis applicatur alteri fratri,& ideo tex.dicit ibi,non nocet,
vnde vr̃ ſe reſtringere ad portionem debitam illi fratri,&
contra Bar.ſubdit ẽt facere d.§.fi.in quantum dicit nõ au
gentur portiones ꝑ flagitium,ſed iſto caſu augerentur,er
go non bene loquitur Bar. Idẽ Barb in citato conſ.8.col.
j.cum ſeq. Rom.in ſing.357.Ale.in d.l.hr̃ditas,col pe.Rui.
in conſ.129.col.j.vol.2.& Boe.deciſ.25.col.3.cum ſeq.

Quibus tñ non obſtantibus,contrarium de iure indu-
bitanter eſſe arbitror,videlicet, ꝙ dicta bona occiſi ad fiſ
cum in caſu præſenti non pertineant, quoniam teſtator
inſtitutis Ioanne & Bernardino filijs,eis prohibuit aliena
5 tionem bonorum ſuorum,† ea transferendo in alium nõ
alienantem,caſu quo prohibitus faciat aliquem actum a-
6 lienationis,† quæ quidem prohibitio valet etiam ſine ex-
preſſione alicuius cauſæ propter dictam translationem fa
ctam in pœnam ſecundum gloſ.in l.filius famil.§.diui.ff.
de lega.primo,in uerſic.reſpectu,& Alexan.in conſil.57.
colum.j.vol.2.per no.per Cyn.& Bar. in l.quotiens,C.de
7 fideicommiſſ.† quia vbi teſtator aliquam pœnam impo-
nit hæredi prohibitio alienare,quam vult ad alium perue
nire,videtur apparere de ſufficienti reſpectu per quem te
ſtator prohibuit alienare,quia voluit prouidere illi alteri,
cui in pœnam reliquit,§.fina.Inſt. de leg. Ruin. in conſil.
115.in princ.vol.2.in conſil.126.colum.j. & in conſil. 129.
col.2.& in conſil.135.col.3.in prin.volum.eodem & in cõ
8 ſil 23.colum.9.vol.5.† & per quam ſolam prohibitionem
alienationis intelligitur prohibitæ confiſcatio. l. Impera-
tor.in prin.& ibi Barto.ff. de fideicommiſſ. lib. Alexand.
in conſil.23.colum.j.volum.1. Dec. 442. colum. 5. Socin.
conſil.121.colum.4 uolum.4.Marſ.ſing.314.Ruin.in con-
9 ſil.23.colum.4.& in conſil.ſeq.volum. 5. † quia confiſca-
tio eſt alienatio,ut per Barto.in l.ſi finita,§ ſi de vectigali-
10 bus in 6.quæſt.ff.de damno infecto. † vbi concludit,quòd
proprietas peculij aduentitij, non uenit in publicatione
bonorum filij,quia ei eſt interdicta omnis alienatio,l.cum
non ſolum,§.ſi filius,C.de bon. quæ libe. Ergo etiam de-
linquendo non alienabit. Et cum Bar.tranſit Ruin. in con
ſil.25.colum.penul.volum.5.& in conſil.109.num.13.vol.
1.& in

11 j. & in conſil.229.col.2.vol.2.† Et tanto magis prohibita
eſt confiſcatio, cum teſtator eam ſpecificè prohibuerit,
diſponendo, ꝙ ſi aliquis ex heredibus ſuis tempore mor-
tis ſuæ, vel alio quocunque tempore tentauerit, vel men-
te conceperit aliquid moliri, propter quod indignus poſ-
ſet fieri, aut in capax hæreditatis, & bonorum ſuorum,
quòd eo caſu, & actu, quo talia moliri contingerit, hæ-
reditas, & bona perueniant, & peruenire debeant in
alium cohæredem, etſi ambo tentauerint, vel cogitaue-
rint moliri aliquid, vt ſuprà, quòd eo caſu, & actu hære-
ditas & bona perueniant, & peruenire debeant in domi-
num Goffredum, vel in ſuos deſcendentes, eo non exiſtē-
te tunc temporis in rerum natura.

Itē & in alio loco ſubiūxit ipſe teſtator ꝙ ſi aliqs inſti-
tutorū veniret ad aliqē cōtractu vel cogitatum, quo cępto
ne dicta hæreditas, & bona venirent confiſcāda, tūc ipſo iu
re ſtatim, & in continēti antequā ad cogitationē ipſam ꝑ
venerint, ipſa bona veniant in alium, quia talia non ten-
tauerit, etſi ambo ad dominū Goffredum, vel ad ſuos de-
ſcendentes, vt ſuprà. Ex quibus verbis expreſſis teſtatoris
clarè perpenditur, & ſuccedit, ꝙ ſtatim. & incontinenti,
ꝙ dominus Bernardinus cogitauit vel tentauit interfice-
re patrem, & ante conſumationem delicti, & confiſcatio-
nem bonorum ſucceſſit priuatio hæreditatis, per not. per
Bart. in l filiusfam. §. diui. ff. de leg. j. & in l. qui abſenti. §.
12 1 ff. de acquir. poſſ. dum concludit, † ꝙ prohibita, aliena-
tio dicitur etſi alienabit, vel tentabit alienare, quia dicta
verba ſignificant tempus ante alienationem perfectam,
& quòd antequam ſequatur, & eſt in actu alienandi, priua
tio inducitur, & conſequenter iſto caſu habuit locū tranſ
latio. Ita in terminis terminantibus conſuluit Rui. præce
ptor meus in conſ. ſuo 129. colum. 2. vol. 2. Ad hoc etiam fa-
13 cit, quòd voluit Par. in conſ. 69. nu. 143. vol. 3.† vbi inquit
quòd ſi in donatione ſunt appoſita verba infraſcripta per
donantem, videlicet, etſi donatarius deueniſſet ad actum
alienationis, quòd ex tunc dominum per diem ante re-
uerteretur ad donantem apponendo conſtitutum, ꝙ ſta-
tim, quod per donatarium deuenitur ad aliquem actum
alienationis, dominium reuertitur ad priorem dominum,
& ſic ad donantem, ex quo adhuc non erat tranſlatum in
alium, cum tempore alienationis reperiatur prioris do-
mini, per not. per Bart. in d. l. qui abſenti, §. j. Ita ergo in
caſu de quo agitur, quòd tanto magis concludendum ve-
nit, † cum appareat de enixa voluntate teſtatoris, pro-
pter verba geminata ipſius teſtatoris per ea quæ not. Scri-
ben. in l. baliſta. ff. ad Trebellia. & Bar. in l. cum ſcimus.
C. de agric. & cenſ. lib. 10. Dec. in conſil. 673. col. 2. & Rui.
in conſil. 110. col. 3. vol. 2. & in conſil. 37. nu. 14. vol. 3. & in
conſil. 83. col. 2. vol. eo. & ita vt ſuprà concluſum fuit, iu-
dicandum arbitror. Plura in hac materia dicere potuiſ-
ſem, ſed occupatus in alijs negotijs coactus fui longiori
calamo non vti. Laus Deo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Pena l. ſi quis maior. C. de tranſactio, ut locum habeat, primò requiritur, quòd contraueniens ſit maior uigintiquinque annis.*
2 *Plus quod qualitas maioritatis allegetur, & probetur.*
3 *Tertiò, quòd contractus fuerit celebratus nullo cogente imperio.*
4 *Quartò quòd fuerit contractus iuratus.*
5 *Quintò contrauentio debitoris, de qua ſufficit, quòd conſtet per inſtrumentum.*
6 *Sexto dolus rei conuenti.*
7 *Dolus arguitur ex eo, quòd debitor non ſoluit in tempore promiſſo id ad quod obligatus erat.*
8 *Dolus arguitur in eo quòd promiſſa quis non ſeruat, quatenus debet, & poteſt.*
9 *Dolus arguitur ex propoſito contra enm qui non facit quod facere tenetur.*
10 *Iuſta cauſa excuſat à dolo, quod declara, ſi ea probetur, ut nu. 12.*
11 *Iniuſta cauſa & beſtialis excuſat à dolo.*
13 *Iuſta cauſa, ut excuſet à dolo in caſu dictæ l ſi quis maior, non ſufficit illam allegare, ſed opus eſt deduceret, quòd illa cauſa prius orta fuit antequam in penam incideret, aliàs ſacus.*
14 *Lex ſi quis maior ſecundum communem opinionem locum habet non ſolum in actore contraueniente ſed etiem in reo.*
15 *Lex ſi quis maior, ſecundum communem locum habet non tantum in contractu tranſactionis, ſed in contractu uenditioni, & in quacunque alia premiſſione iurata, ac in omni alio contractu.*
16 *Vēditor fundi pro centum, ſi ſe obligauit de euictione ad duplum, & emptor ſoluit quinquaginta, promittens cum iuramento ſoluer reſiduum in tempore certo ſi demum non ſoluit, poterit cogi ad ſoluendum, & propter periurium perdit pretium, & uenditor liberatur euictione.*
17 *Agens ad pœnam debet probare liquidiſſimè ſe prius pro parte ſua adimpliuiſſe, & num. 48.*
18 *Pœnarum legaliū ſiue conuentionalium natura hæc eſt, quòd niſi petens pœnam probet ex parte ſua ad impleuiſſe contractum repellitur à petitione, quia liquida debet eſſe cauſa, vt pœna petatur.*
19 *Cautus eſſe debet actor agens ad pœnam dictæ legis ſi quis, vt alleget, & probet adimplementum liquidiſſime, quia non ſufficeret probare adimplementum prout in alijs contractibus, cùm in caſu dictæ legis non admitatur iuramentum in ſupplementum probationis, prout admitetur in alijs contractibus.*
20 *Frangenti fidem fides frangatur eidem.*
21 *Quod amplia procedere ſtante etiam iuramento.*
22 *Et etiam ſi eſſet adiecta clauſula, quòd etiam pœna commiſſa, vel ſoluta contractus maneat firmus, quia talis clauſula non prodeſt non obſeruanti.*
23 *Penam non meretur qui facit actum à lege permiſſum*
24 *Contraueniens ſecundo loco poteſt agere ad pœnas legis ſi quis maior, contra agentem qui primo loco contrauenit.*
25 *Proximus pubertati ſecundum communem in maſculo dicitur, qui eſt ętatis annorum decem cum dimidio.*
26 *Mora in terminis l. ſi quis maior, eſt neceſſaria, & numero 40.*
27 *Dicto vltra prolata à teſte nihil probat, licet aliàs conſuerit comprhendere modicum, & nu. 35.*
28 *Quod limita niſi per teſtem reddetur ratio ſui dicti, & alio modo, vt numero 34.*
29 *Dictum teſtis, quòd aliàs de ſe non valet, à ratione confirmatur.*
30 *Teſti dicenti ſe pro certo credere, licet non ſtetur, tamen hoc fallit ſi adyciatur cauſa, & origo ſuæ credulitatis.*
31 *Dictum teſtis deponentis de credulitate licet non probet attamen ſi tale dictum eſt iunctum ratione, vel præſumptionem inferente, ita credi debet probat.*
32 *Idem dicitur de teſte deponente per verbum arbitratur.*
33 *Teſti deponenti de iudicio ſuo, etſi regulariter nō credatur, tamen ſecus vbi præmittatur ratio accomodata dicti ſui.*
36 *Solutio ſi fieri debeat in ciuitate Florentiæ in die Paſchatis, & illo die debitor non probat ſe fuiſſe Florentiæ ad ſoluendum, nec etiam ceeditor probat ſe illa die ibi fuiſſe ad recipiendam ſolutionem, non dicitur probata mora debitoris per curſum diei.*
37 *Interpellatus ad menſurandum petiam terræ, non conſtituitur in mora ſi non iuerit in die præfixa, ſi non apparet, quòd venidtor iuerit ad locum menſurationis pro ipſa monſuratione facienda.*
38 *Sed requiritur noua interpellatio, vt conſtituatur in mora, & numero ſeq.*
41 *Promiſſio de ratificari faciendo, cum tales fureint proximi pubertati, continet diem incertum.*
42 *Sicut ſi dicatur, cum pubes erit quo caſu dies in certa eſt.*
43 *Promitteus ſe facturum, & curaturum, quòd alius ratificabit cùm ad talem ętatem peruenerit requiritur interpollatio poſt tempus.*
44 *Lex magnam. C. de contrahenda, & comittenda ſtipulatio, procedit in die certa, quæ non indiget liquidatione.*
45 *Interpellatio ſecundum communem non requiritur vbi adeſt iuramentum.*
46 *Lex ſi quis, maior, ex quo eſt nimium rigoroſa, & nimis dura, vix obtinetur in practica.*
47 *Pœnal ſi quis maior locum non habet niſi concurant & uericificētur omnia illa, quæ continentur in illa lege, & nu 49.*
50 *Culpa non poteſt imputari nō facienti, quod facere nō tenebatur.*
51 *Dolus non imputatur non facienti, quod facere non tenebatur.*
52 *Dolus non poteſt imputari ei, qui ſui iuris conſeruandi cauſa, aliquid egit.*
53 *Agens temere in expenſis condemnari debet.*
54 *Pœnæ legis, ſi quis maior, rariſſimè locum habēt, preſertim in audi torio Principis, qui habet iudicare ut Deus.*

## CONSILIVM LVII.

VIſo proceſſu agitato per, & inter Petrum
de Torrellis venditorem Grangiæ Apolina
ris, ex vna, & Antonium Barberium parte
ex alia prima facie dicendum videtur, ꝙ d.
Petrus, qui non ſoluit frumentum, nec ſcu-
ta ſexcētum in termino ſibi dato abſoluēdum, & de quo
in inſtrumento venditionis, inciderit in pœnam, l. ſi quis
maior. C. de tranſact. cùm contra eum concurrere videa
1 tur omnia de quibus in ipſa. l. † Nam primo ipſe emptor
eſt maio vigintiquinque annis, quo caſu contra maiorem
non adimplentem conuenta, & promiſſa iurata, militat
diſpoſitio d. l. vt per Bar. & doct. communiter ibi, & Cor.

in conſi.96.in princip.volum.1.conſi.121.colum.pen.conſil.208.colum.pen.volum.eod.& in conſi.268.litera G.volum.3. Guido Papæ in conſ 33. in octauo dubio, & Iaſ.in conſ.82.colum.penul.verſic.vltra motiua,volum j.Quòd autem fuerit maior,deductum & probatum fuit.vt inſtituit Parp.in d.l.ſi quis maior,in primo not.vbi inquit no
2 tandum eſſe in practica, † quòd agens ad pœnas illius legis debet deducere iſtam qualitatem maioritatis in actis,& illam probare.

3 Item etiam conſtat, † quòd contractus venditionis celebratus fuit nullo cogente imperio, ſed ſponte, vt diſponitur in ipſa lege.

4 Tertiò † contractus ipſe eſt iuratus,vt etiam ad eſſentiam ipſius legis requiritur ſecundum Doct.ibi.& Corn. in conſi.246.col.2.col.3.

5 Quartò concurrit † contrauentio debitoris,quòd non ſoluit reſiduum pretij in tempore conuento,de cuius contrauentione conſtat per inſtrumentum ipſius venditionis,quod ſufficere videtur,vt per Corne in conſi.40. litera F.volum.3.& Crauet.in conſilio 192. numero 15.Parpal. vbi ſuprà.

6 Vltimò adeſt,† & dolus rei conuenti, qui in caſu dictę legis,etiam requiritur,vt per Bald.in l.obſeruare, §.proficiſci. ff.de offic.proconſ. & lega.quem ſequitur Alex.in conſi.92.colum.j.volumi.2. Curt.ſen.in d.l.vbi inquit dictum Bald. ſtupendum, & memoriæ tenendum. Lancel. Dec.ibi Fel.in c.1.ver.tertius caſus,de iureiu. vbi etiã dicit hoc dictum Bald. ſingulariſſimum. Paris de Puteo in trac.ſyndic char.25. colum.2 Bertr.conſ.69. colum.pen.
7 volu.1.& Dec.in conſ 451.colum j. qui † dolus arguitur, & probatur,quòd ipſe debitor non ſoluit in tempore pro re promiſſo id ad quod obligatus erat,l.ſi procuratorem, §.dolus,l.dolus,ff.mandati.Roman.conſi 332.in ſecundo dubio.Corn conſi.116.ad fi.vol.1. Crau.in conſ.6.nume.
8 96. † vbi inquit,quòd dolus arguitur in eo, qui promiſſa non ſeruat,quatenus debet,& poteſt. Alibi idem Craue. in conſ.75.nu.6.vbi dolus præſumitur contra eum qui id non facit,quod facere tenetur,l.dolo,ff.ad leg. Falc.Idem Craue.in conſil. 00.num.9.115.colum.j.& 192.num 15.
9 † vbi inquit, quòd dolus arguitur ex propoſito, quando quis multa promiſit, quæ impleta non fuerunt, etiam ſi pars contendat ſe adempleuiſſe, ad eum probandi onus pertinet,non ad eum cui implendum ſit, vt per Bartol.in l in illa.de verbo oblig.& Alex.in conſi.101.in fi.volu.2. Poterat etiam allegare Corn.in conſi.40.litera F.volu 4. imò inquit ipſe Crau.in conſ.572.nu.3. quod dolus manifeſtè arguitur, non faciendo id quod tenebatur.

10 Nec obſtare videtur ſi dicatur, † quod a dicto dolo excuſatur ipſe emptor propter iuſtam cauſam, quia venditor non ſeruauit per eum promiſſa, quæ adimplere tenebatur,antequam ipſe teneretur,& aſtrictus eſſet ad præmiſſam ſolutionem. Nam creditor ipſe obligatus erat ratificari facere contractum venditionis per eius fratres ,
11 quæ ratificatio facta nõ fuit. † Vnde ſi iniuſta cauſa excuſat a dolo,& beſtialis,l.2.& ibi per Angel.C.de plag.l. igitur,C.de lib.cau.Alexan.conſil.43 colum.1. volum.6. conſ.233.num.12.volum.eod & conſil.212. columna pen. volum.2. Afflic.deciſ.360.& Crau.conſi.46.nume.14.Ergo multò fortius iuxta l.properandum,§.ſin autem,C.de
12 iud. quia reſpondetur, † quòd cauſa iſta nedum allegari debet,ſed etiam probari,vt per Corn.in conſi.280. litera F.volum.4.alias ſequeretur,quod quis ſemper excuſaretur a dolo,cùm quilibet poſſet allegare aliquam cauſam vt in l j.C.de ſicarijs.Ita dicitur,quòd licet quęlibet cauſa excuſet a dolo, vt etiam per Iaſon.in d.l.ſi quis maior.
13 † tamen non ſufficit illam allegare, ſed opus eſt deducere,quod illa cauſa prius orta fuit, antequam in pœnam incidiſſe,quia tunc potuiſſe dicere,quòd motus fuiſſet ex tali cauſa ad non ſoluendum,alias ſecus.Ita Ang.& Imo. in l.ex conſenſu, § ſi ff.de appell. Alexand. in conſil.103. colum.penul.volum.j. quem ſequitur Dec.in l.quod tex. col.4.in vlt.not.ff.ſi cer.per.pet Cur.ſen. in conſi.55. col. 5.Ruyn.conſ.33.colum pen.volumi.4. & Parpal.in d.l.ſi quis maior,in 6.colum.in fin.vbi inquit aduertendum eſſe in practica,quia alias vidit errari,quòd quando aduocatus pro euitando pęnam illius legis allegaret aliquam cauſam , nõ prodeſſet allegare ſimpliciter iſtam cauſam nunc,ſed eſt neceſſe,quòd deducatur hoc modo ſicut ipſe conſuluit petitos ante lapſum termini , qui ſibi dixerunt,quod illa erat iuxta cauſa,& ꝙ non nunc , ſed nunc fuit motus propter illam , alias alienando vnam cauſam ſimpliciter nihil prodeſſet , ſed per eum conuentum non fuit ſeruata iſta practica,ergo non excuſatur a dolo.

Pariter nõ habet obſtare,quod dicta lex ſi quis maior,
14 locum non habet nihil in actore contrauenieute , † non autem in reo,ſecundum Alexand. in conſilio 49. in fine, volumi. 4. vt probatur ex literis illius legis, dum dicitur actionem perdat,per quam clarè conſtat loqui de actore, & non de reo , cui non competit actio , ſed exceptio, & etiam in verſic.præſtita pœna,quia reſpondetur,quod in contrarium tenet glo.ibi & communiter docto.vt inquit Parpal.in d.l.in q.14.

15 Similiter non obſtat, † quod dicta lex locum non habeat in alijs contractibus , præterquam in tranſactione, cùm,ſit ſituata ſub titu.de tranſactionibus, argum.l.Imperatores,ff.de in diem addictione,& in procemio ſexti, in verbo cogruis ſubdere titulis. Et quia pluries de tranſactione facit mentionem ille textus, & non de alio contractu,& ideo quòd illa diſpoſitio,cum ſit exorbitans,& pęnalis,videtur reſtringenda,& non amplianda ad contractum venditionis,argumen.reg. in pœnis, & reg.quæ a iure communi,in 6 quia reſpondetur, imò dicta lex locum habet in omni contractu ſecundum Docto.ibi communiter,quod probatur ibi dum dicitur aduerſus pacta, vel tranſactiones. Nam in eo,quòd dixit pacta omnia comprehendit,vt ibi per Bar & alios Item dixit Corn.in conſil.96.in prin.volum j & in conſil 121. litera X. volu.eod. in conſi.130 litera I.volum.3.& in conſi 40. litera F.vol. 4. vbi propriè loquitur de contractu venditionis . Ruyn. conſi.198.num.6.volum.j.Et hanc eſſe communem teſtatur Dec.in conſi.451.col.2.Guido Papæ in conſi 31.verſi. ad tertium dubium,& in conſilio ſeq ver.ad ſextum. vbi inquit dictam legem habere locum in quacunque alia promiſſione iurata,& in pretio nudo iuramento firmato Rip.in reſponſo octauo,in 3.par. vbi dicit etiam habere locum in donatione iurata.Ruy.in conſi.58.colum j.vol. j.Et ideo dicit Matheſ.in not.51 quem ſequitur Iaſ in d. l.colum.3.Dec.in conſi 451.col.2.& Brun. in conſ.48.col.
16 fi.† quod ſi vendidi tibi fundum pro centum , & me obligaui de euictione ad duplum, ſi mihi ſoluiſti quinquaginta, & reſiduum promiſiſti ſoluere cum iuramento in certo termino , ſi demum non ſoluis, poteris cogi ad ſoluendum,& propter periurium, perdis pretium, & ego liberabor ab euictione.

Quibus non obſtantibus , cõtrarium eſt de iure verius quòd dictus debitor non inciderit in dictas pęnas,quod
17 probatur. Nam clara eſt doctorum ſententia,† quòd ille qui agit ad pœnam,debet probari ſe prius ſe pro parte ſua adimpleuiſſe.l.Iulianus,§.offerri, ff.de actio.empt. Alex. conſi.66.colum.penul.volum 6. vbi inquit, quod aduerſarius meus non poſſit dicere me ſibi nõ ſeruaſſe promiſſa, & incidiſſe in aliquam pœnam vel priuationem ſemper requirit, quòd ille prius liquidiſſimè probet ſe mihi adimpleuiſſe omnia pro ſua parte promiſſa,l quæro,§.inter locatorem,ff.loca.vbi ſecundum Bar. eſt ibi caſus notandus. Alibi idem Alexan.in conſi.212.colum.2.volum.
18 2.poſt Bal.in cap.1 qual.dom prop priu.vbi dicit,† quod iſta eſt natura pęnarum,ſiue legalium, ſiue conuentionalium,quòd niſi petens pęnam probet ex parte ſua adimpleuiſſe contractum repellitur a petitione, quia liquida debet eſſe cauſa,vt pęna petatur, d §. inter locatorem. Barb.conſi.51.colum.fin.volum j. Nam nunquam poteſt quis mihi imputare ſibi promiſſa nõ ſeruari,quãdo prius ipſe non ſeruauit,l cum proponas,l 2.C.de pact.Idem tenuit Barb.in conſi. 15.colum.4 volum.j. & Dec.in conſi. 451.colum.1. Sed dictus venditor non obſeruauit promiſſa per eum in ratificari faciendo venditionem per eum factam a fratribus ſuis, vt ad dictam ratificationẽ ſe obligauit in ampliſſima forma, cum iuramento , ergo ſequitur,ꝙ ad conſecutionem pęnarum,de quibus in d.l.agere non potuit,vt ibi per doctores & in ſpecie per Parpal.
19 in decima quæſtio † vbi admonet actorem, vt ſit cautus in allegando, & probando adimplementum ex parte ipſius liquidiſſimè:quia non ſufficeret probare adimplemẽtum prout in alijs contractibus , cùm in caſu dictæ legis non admittatur iuramentum in ſupplemẽtum probationis,prout admitteretur in alijs contractibus , vt per Bal. ibi,& Alex.in allegato conſ.212 col.2.vol.2.

Secundò pro iſta parte facit regula generalis , quæ ha-
20 bet,† quod fragenti fidem,fides frangatur eidem,d.l cũ proponas. Nam aduerſario ſuo quis non tenetur ſeruare
21 contractum,qui illum nõ obſeruauit. † Quod ampliatur

etiã procedere ſtante iuramento,quod eo caſu nõ aſtrin
git iurantem,vt eſt tex.in c.peruenit,el 2.de iureiu.Ruy.
conſi.136.col.3.vol.5.verſi,quod ad aliud, & in conſi.58.
22 colum.2.volum.1.Gozad.conſi.31. nume.5. † vbi etiam
dicit hoc ampliari, etiam ſi ſit adiecta clauſula, ꝙ etiam
pœna commiſſa vel ſoluta, contractus maneat firmus,
quia talis clauſula non prodeſt non obſeruanti.l.cum pa
ter.§.liberis,vbi Barto.de leg.2.gloſ.Bar.& alij,in l.qui ſi
dem,ff.de tranſact habet enim iuramentum tacitas con-
ditiones,& inter cæteras,ſi iuranti ſeruabitur fides, gl.in
cap. quemadmodum, in verbo conditionem,de iureiur.
Corn.conſi.96.litera L volum 1.conſil.121.colum.penul.
volum.eod.& conſi.249 colum.2.verſicu.item ſi.volum.
3.ſed dictus venditor fregit fidem debitori, & fuit pri-
mus in contraueniendo promiſſis, & conuentis in inſtru
mento cum iuramento, vt demonſtrabitur, ergo dicen-
dum,quòd ſi debitor ei etiam contrauenit, quòd licitè e-
git,per not.in d.l.cum proponas,& per regulam,l.Grac-
23 cus,C.de adul.† vbi pœnam non meretur,qui facit actũ
a lege pmiſſum.Et in ſpecie ita dixit Parpal.in d.l.ſi quis
24 maior.q.12.† vbi fortius inquit, quod ſecundo loco con-
traueniens, poterit agere ad pœnas dictæ legis contra a-
gentem qui primo loco contraueuit,vt per Bald. in l.j.§.
cum arietes, ff. ſi quadr. pup. feciſſe dica. & Alex.in l.ſe-
mel mora,ff.ſol.matr.Quod autem fuerit primus in con-
traueniendo,luce clarius demonſtratur.Nam(vt ſępe di-
ctum fuit)venditor ipſe in contractu venditionis cum iu
ramento promiſit, & ſub obligatione bonorum ſuorum,
faciendo factum ſuum proprium, quòd fratres ſui cum
25 proximi fuerint pubertati,† & ſic cum fuerint ætatis an
norum decem cum dimidio ſupra, quæ ætas ſecundum
communẽ dicitur proxima pubertati in maſculo, vt per
Ang.in §.pupillus,de inutili.ſtip. & Iaſ.in l.properandũ,
§.& ſi quidem,colum.1.C,de iud.Bar.in l.1.col.2.de no-
ua.& Cor.in conſi.240.litera N.volum.1.ratificabunt vẽ-
ditionem per eum factam. Vnde cum prius fuerint pro-
ximi pubertati fratres antequam veniret terminus ſolu-
tionis per eum faciendæ, vt per teſtes probatum fuit, ꝙ
vſque de anno 1553. Thomas vltimus frater erat ætatis
annorum vndecim, ergo multò fortius de anno 1556. de
menſe Iulij,& ſequuta non fuerit ratificatio cum iuramẽ
to promiſſa per ipſum venditorem, ideo ſequitur, quòd
per eum primo loco contrafactum fuit contractui, & ꝙ
emptor non fuit in mora ſoluendi, & adimplendi quic-
26 quid ex parte ipſius promiſſum fuerat, † quæ mora ad
terminos dictæ l.ſi quis maior, eſt neceſſaria, vt ibi per
Pau.de Caſt.Iaſ.& Parpal.in octauo no.in prima limita-
tione, per conſequens, quòd non potuit per eum agi ad
pęnas d.l.ſi quis maior.

Nec obſtat ſi diceretur, quòd ipſi teſtes non probant,
dum dicũt Thomam iuniorem eſſe ætatis annorum tre-
decim,& vltrà,propter ipſam dictionẽ, & vltrà, per not.
27 per Bar.in l.Celſus,colum.fin.ff.de vſucapi.† vbi inquit,
quod hęc adiectio,& vltra,cũ ſit incerta in teſte,nihil ope
ratur,l.cùm furti,vbi not.ff.de in lit.iur. Alex. conſil.29.
colum.3.volu.7. vbi dictio vltrà prolata a teſte, nihil pro-
bat, licet aliàs conſueuerit comprehendere modicum.
Corn.in conſi.89.colum.penul.in fi.volum.j. & Iaſ.in d.
28 l.cum furti.† quia reſpondetur, quòd præmiſſa conclu-
ſio poſſet procedere niſi per teſtem redderetur ratio di-
cti ſui, quòd ſit ætatis annorum tredecim & vltra, quia
tunc reddendo rationem,dictum eius probat, iuxta not.
per Ioan.Andr.in c.præſentium, de teſtib.in 6. & Anto.
29 de Butr.in c.quoties,de teſtib.† vbi dicunt,quòd dictum
teſtis, quod aliàs de ſe non valet, a ratione confirmatur.
Facit quod voluit Bal.in l ſiue poſſidetis, C.de proba.vbi
inquit, quòd licet non ſit credendum teſti dicenti ſe pro
certo credere,tamen hoc fallit,ſi adijciatur cauſa, & ori-
go ſuæ credulitatis, & ſenſus corporis. Et Bald.ſequitur
Alex.in conſi.109.col.2.verſic.addo.vol.j. Marſ.in ſingu.
31 19.& 193.† vbi tradit,quòd licet dictum teſtis deponen-
tis de credulitate, non probet attamen ſi tale dictum eſt
iniunctum ratione, vel pręſumptione inferente ita cre-
di debere,dictum talis teſtis probat, vt per Iac.de Aret.
& Cyn.in l.teſtium,C.de teſtibus.Alex in conſi.186 col.
32 pen.volum.2.Corn.in conſi.162.litera M. volum.j. † vbi
id etiam dicit de teſte deponẽte per verbum arbitratur.
33 Idem dixit Dec.in l.j.num.13.ff.ſi cert.pet.† accedit etiã
quod dicitur de teſte deponente de iudicio ſuo, cui licet
regulariter non credatur,tamen ſecus recipitur, vbi præ
mittattur ratio acommodata dicti ſui, vt per Alex.conſi.
74.colum.2.vol.j.119.col.3.vol.7.& Marſ.in d.ſingul 183.
Sed in caſu de quo agitur, vt magis eſt videre, quam re-
ferre,teſtes ipſi deponunt optime, & reddunt rationem
optimam dicti ſui,ergo eis credendum.

34 Secundò reſpondetur,† quòd practica ſententia poſſet
militare vbi ageretur de probatione ætatis tredecim an-
norum,quia tunc verum eſſet,quòd ratione dictionis, &
35 vltra, † dictum teſtis non valeret propter incertitudi-
nem,quæ in teſte non valet,vt per Alexan.in conſ.152.in
prin.vol.5.ſecus vbi ageretur,vt in caſu de quo agitur de
probatione ætatis annorum decem cùm dimidio, & vl-
tra, quia tunc inficiari non poteſt quin probatio ipſorum
admittatur cùm ceſſet ratio propter quam moueãtur do
ctores ad dicendum,quòd dictum ipſorum non valeat.

Secundò reſpondetur,quòd emptor in aliquo non con
trauenit,nec fuit in aliqua mora ſoluendi frumẽtũ, cùm
venditor,& ſic creditor non probauerit ſe prima die Au
guſti iuiſſe in loco caſtri ſancti Ioannis ad recipiendum
frumentum,in quo loco per inſtrumẽtum deſtinata erat
tradito,quod probatur ex not.per Bar.in l.item illa, co-
36 lum.1.ff.de conſt.pecu.† vbi inquit,quòd ſi ſolutio fieri
debeat in ciuitate Florentiæ in die Paſchatis, & illo die
debitor non probat ſe fuiſſe Florentię ad ſoluendum,nec
etiam creditor probat ſe illa die ibi fuiſſe ad recipiẽdum
ſolutionem, quod non dicitur probata mora debitoris p
curſum diei per legem arbiter ſi calendis. ff.de arbitr. &
Bart.ſequitur Alex.in conſi.92.col.5.vol j.conſi.177.col.
2.vol 2.cõſ.41.vol.4.& in conſ 33.col.2.verſ.quia reſpon-
37 deo, vol 6. † vbi dicit ꝙ interpellatus ad menſurandum
petiam terrę non conſtituitur in mora, ſi non fuerit ĩ die
præfixa,ſi non apparet,ꝙ venditor iuerit ad locum men
ſurationis pro ipſa menſuratione facienda. Idem voluit
Dec.in conſ.556.col.fi.Affl.deci.306.col.j.Gozad.in con-
ſil.31.colum.fin.in prin.Rui in conſ.32.nu.5.vol.5.Goza.
in conſ.57.nu.13 & conſ.66 col.j.& in terminis frumen
ti, de quibus in caſu noſtro, ita conſuluit Alex.in conſil.
210.volu.6. vbi concludit,ꝙ licet in inſtrumento ſit adie
ctum tempus dandi frumentum, quod iam lapſum erat
diei conſueuit debitorem conſtituere in mora abſq; alia
interpellatione,l.magnam, C.de contrahen.& com.ſtip.
tñ qđ debitor non conſtituitur in mora ſi contractus fuit
celebratus in ciuitate Ceſennæ,& conuentum,quod fru
mẽtum traderetur in ciuitate Arimini, & actor cui erat
præſtandum frumentum erat de ciuitate Ceſennæ,& ibi
ſolitus habitare,quia ad hoc, vt creditor poſſit dicere,qđ
ex lapſu diei appoſiti in cõtractu intelligatur debitor in-
curriſſe mora,neceſſe erat,quod actor probaret ſe in ter
mino fuiſſe in ciuitate Arimini paratus recipere frumen
tum,aliàs non poteſt imputari debitori, qđ non venerit,
vel non ſoluerit. Et ideo cum creditor non probauerit ſe
tempore deſtinato fuiſſe in dicto loco caſtri ſancti Ioan-
nis cauſa recipiendi fictum frumenti, non poteſt dici, ꝙ
38 debitor fuerit in aliqua mora, † ſed qđ opus erat inter-
pellatione,vt cõſtitueretur in mora, ſecũdũ Bar.in d.l.itẽ
illa.col.2.ver.quid erit poſtea,vbi inquit, ꝙ cum illa dies
eſſet appoſita, vt interpellaret pro creditore, ex eo quòd
omiſit creditor illa die venire videtur illam interpreta-
tionem,& inſtantiam petendi remiſiſſe,l.mora,in princ.
ff.de vſur.& ideo remanent actiones,ac ſi eſſet debitor ſi
ne adiectione diei, vt conſtituatur in mora per interpel-
lationem,vt in l.ſi ex legati cauſa. ff.de verb.obl. Idem ẽt
voluit Alex.in citato conſi.92.col.pen.in prin.& in conſi.
210.col.j.in fi.cum ſeq.Soc.in conſi.180.col.pen.& Pariſ.
conſ.5.nu.47.vol 4.

Dicitur quoque, ꝙ ex quo frumentũ debitum traden-
dum erat in loco caſtri ſancti Ioannis, & in illa domo, &
ſuper illo horreo vbi placuiſſet creditori, & fuerit incer-
tũ in qua domo,& ſuper quo horreo debet tradi,ꝙ ſtan-
te dicta incertitudine non potuit debitor conſtitui in mo
ra per lapſum diei,ſed requirebatur interpellatio, & de-
claratio creditoris in qua domo, & ſuper quo horreo fru
mentum tradi deberet. Vnde cum hoc per ipſum credito
rem factum non fuerit,conuentio remanet ac ſi facta fuiſ-
39 ſet ſine adiectione diei, † vnde vt incurreretur in mora,
neceſſaria erat interpellatio,& declaratio, vt dixit Pariſ.
in d.conſi.5.num.47.& in ipſa interpellatione exprimere
diem in qua vult frumentum recipere. Alex. conſil 90.in
fi.vol.3. & non ſolum diem,ſed etiam locum ſpecificum,
ſecundum Bar.in l.cum filius.§.fi.ff de verb.oblig & Af-
flict.deciſ.306 col 2.Facit etiam quod voluit Cor. in con-
ſil.246.in fi. vol.3. in verſi.ſi autem referatur ad vendito-
rem,

rem,vbi inquit,q; ſi emptor promiſit venditori dare in ſolutum duo paria iuuencorum in feſto ſancti Bartholomęi ſi voluerit,vel pecunias, q; per lapſum diei non conſtituitur debitor in mora , cùm eſſet incertum emptori an teneretur ſoluere vitulos, vel pecuniam , ita q; videtur imputantem creditori qui tacuit, & non declarauit an vellet titulos, vel ne: quia culpa & malitia ipſius creditoris non debet ſibi prodeſſe.argumento.l.hominem. ff. mand. l.ne ex dolo.ff.de dolo . Vnde ex ſupra dictis videtur in-
40 trepidè dicendum, † q; ceſſante mora debitoris,per cōſequens debet ceſſare pœna d.l.ſi quis maior.vbi illa verba vel non implendo promiſſa.ſecundum Pau. & Iaſ. vbi ſupra intelliguntur, id eſt, ſi fuerit in mora implendi. & Ruin.conſil.136. in fin.volumi. 5. Pro quo facit quod voluit idem Ruin.in conſ.32.num.4.volum.5.Rui. in conſil. 198. col.2.volum.j.& in conſ.58.colum.5.volu. eod.conſi. 141. col.2.in princ.vol.eod.

Non obſtat etiam ſi dicatur, q; venditor quamuis ratificare non fecerit ipſam venditionem , non dicatur contraueniſſe nec in mora conſtitutus quia requirebatur interpellatio,ex quo dies præfixa ratificationi erat incerta.
41 † Nam promiſſio de ratificando , cum fratres erunt proximi pubertati, continet diem incertum , ſicut dicitur,
42 † ſi dicatur,cum pubes erit:quo caſu dies incerta , eſt l.ſi dies verſ.at ſi incerta quando dies lega.ced. l.ſi quis lega. ff.de cond. & demonſt. ſed per curſum diei incertæ quis in mora non conſtituitur,ne eod.tempore obligetur,& in mora conſtituatur.l.quoties in diem.ff.de verb. oblig. vbi per omnes. Et quod requiratur interpellatio,probatur ex not.per Cyn.& Bartol.& Alexand.l.magnam C. de con-
43 trah.& com.ſtip.vbi dicunt,quod † quādo quis promittit ſe facturum & curaturum q; alius ratificabit, cum ad talem ætatem peruenerit,requiritur interpellatio poſt tempus Bald.in l.ſi pacto quo pœnam.col.3.verſ.2 quæro. C.
44 de pact.† vbi limitando d.l magnam. dicit illam procedere in die certa,quæ non indiget liquidatione. ſecus in die incerta,& ponit exemplum, ſi parte promittit q; filius ratificabit ſub pœna,cum erit legitimè ætatis,quia in tali tēpore probabiliter,quis errare poteſt,& quod per ætatem legitimam filij non conſtituitur in mora , ſed debet interpellari.& Bal. ſequitur Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus,col.j. in fi.ff.de verb.oblig.& in d.l.quoties in diem.col.2.Dec.
45 in conſ.2 col.3.& in conſ.323.col.j. † Quia reſpondetur, q; prædicta concluſio locum non habet vbi adeſt iuramentum , quia tunc non requiritur interpellatio.c.breui.vbi doct.de iureiur. not.in l. ſi ex legati cauſa.ff.de verb.obli. Alex.in l.2.§.voluntatem,col.pen.ſol.matr. & ibi Iaſ.colum.fi.& in l.nam & poſtea , §.ſi quis.col.fi. ff.de iureiur. Capel.Tolo.407. in additione in quinta limitatione.Rip. in 7.reſponſo nu j.in 3.par.Goza.in.conſ.57.n.11. Crau. in conſ.64. vbi loquitur de eo qui tenebatur ratificari facere,& quando tractatu de intereſſe,& non de pœna, vt in caſu noſtro,vbi agitur ne reus conuentus damnum ferat. Et hāc eſſe communem opinionem atteſtatur Dec.in l.quòd te.vbi reprobat ibi Alex.n.43.ſi cer.pe. Et dicit Goza.in conſ.27.col.3.verſi.non obſtat quòd communis opinio ita ſe habet quòd ſi quis promittit cum iuramento ſe facturum & curaturum,non requiritur interpellatio.
46 Tertiò principaliter dicitur, † quòd d.l. ſi quis maior. ex quo eſt nimium rigoroſa,& nimis dura,& quæ vix obtinetur in practica ſecundum Corn.in conſi.246.colum.1.
47 in fin.vol.3. † vbi inquit vidiſſe bis iudices qui noluerunt admittere d.l.non habet locum,niſi concurrant, & verificentur omnia quæ in illa continentur. ſecundum Docto. communiter ibi,& Cor.vbi ſuprà. ſed in terminis de quibus agitur, licet contractus cum maiore vigintiquinque annis fuerit celebratus,& ſponte factus,ac iuratus, tamē non cum dolo,nec cum aliqua contrauentione debitoris, & abſque eius periurio,quæ tamen requiruntur;vt ſupra in prin.cōſultationis dictum fuit ad hoc , vt pœna ipſius l.locum habeat,igitur dicendum venit ad pœnam d.l.nulliter per creditorem actum fuiſſe.

Nec obſtant modò adducta in contrarium quibus etſi ſatis ad ea pateat ſolutio ex his quæ ſupra dicta fuerunt, tamen ſigillatim illis reſpondetur & dicitur quòd ex quo per actorem primo loco non fuerunt adimpleta per eum promiſſa , quæ adimplere tenebatur antequā veniret dies præfixa ſolutioni fiendæ per debitorem, quòd contra eum non potuit agi per creditorem ad pœnam d.l. ſi quis ma-
48 ior.† quia non tenetur quis alteri adimplere niſi ſibi adimpleatur , vel ſteterit per eum quo minus impleatur dicta l.cum proponas. Nam vt inquit Corn. in d.conſ.246.col.
49 j.in fi.† duritiés illius legis eſt tanta, vt locum, nō habeat niſi omnia verifieentur quę in illa lege continentur. Nec hic conſiderari poteſt dolus allegatus ex aduerſo, quia ab eo excuſatus fuit debitor per contrauentionem credi-
50 toris. pro quo facit. † Nam ſi culpa non poteſt imputari non facienti quod facere non tenebatur.l.Graccus.C.de adult. Aret.conſil.111 colum.fi.verſ.cum igitur nondum,
51 † ergo multò magis dolus.Ita arguit Crauet.in conſ.21.
52 nu.7.ſicut etiam videmus, † quòd non poteſt imputari ei qui ſui iuris conſeruandi cauſa aliquid egit.l.j.§.quod ait prætor.ff.de incend.rui.& naufra.Facit etiam regula non eſt ī mora,q. pōt ſe tueri aliqua exceptione.in 6.Goz.cōſil.31.col.3.in fi.Dec.conſil.2.col.2.imò magis dicendum videtur dolum eſſe præſumendum in ipſo venditore,cum non fecerit ratificare venditionem per fratres , ad cuius uenditionis ratificationem virtute iuramenti aſtrictus erat.vt per Crauet.conſi.162.nu.2. Vnde ex his concludēdum arbitror per vēditorem arbitror nulliter actum fuiſ-
53 ſe contra debitorem ad dictas pœnas.† & eum tanquam temere agentem in expenſis præſentis iudicij condemnandum, iuxta l.eum quem temere. ff.de iud.& tanto ma-
54 gis hoc dicendum venit,† cùm rariſſimè,& præſertim in auditorio principis qui habet iudicare,vt Deus ſecundū Bal.in l.fi.C.de iu.delib. habeant locum pęnæ dictę legis, ſecundum Cur.Iun.ibi.num.17. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſoris obligatio tranſit ad hæredem , quod intellige vt in numero 5.*
2 *Fideiuſſor remanet liberatus per pręſentationem ſemel factam de reo delato.*
3 *Promiſſio de pręſentando facta cum clauſula toties quoties,extinguitur per binam præſentationem.*
4 *Verba contractus quando ſunt apta ad infinitatem importandam infinitas admittitur, quia natura verborum hoc importat.*
6 *Fideiuſſor ſicut liberatur ob mortem rei , nec ipſius obligatio tranſit ad hæredem,ita etiam fideiuſſio facta pro maleficio extinguitur morte fideiußoris ita quod non tranſit ad hæredem.*
7 *Crimen reguraliter extinguitur morte,nec tranſit ad heredem.*
8 *Hæres plus grauari non debet , quàm grauaretur defunctus , ſi viueret.*
9 *Heres & defunctus cenſetur vna & eadem perſona.*
10 *Fideiuſſor qui in certam cauſam fideiuſſit , non obligatur vltra conſenſum proprium, ſed ſolùm ad ea quæ promiſit per ſolemnem ſtipulationem.*
11 *Fideiuſſor citatus ad præſentandum rerum delatum coram alio tribunali,quam coram eo in quo facta fuit oblatio fideiußoria, non tenetur ad piam præſentationem.*
12 *Stipulatio iudicatum ſolui propter mutationem iudicis euaneſcit.*
13 *Fideiuſsio facta coram vno iudice de iudicio ſiſti non tranſit ad ſucceſſorem, quando eſt facta ſub nomine proprio ipſius officialis vel vicario vti delegato Principis,ſecus ſi ſub nomine officij,quia tunc tranſit ad ſucceſſorem.*
14 *Promiſsio de preſentando debet intelligi ſi fideiuſſor fuerit requiſitus a iudice,& non ante.*
15 *Promiſsio de præſentando aliquem ad requiſitionem iudicis,debet intelligi in loco ipſius iudicis,& non alibi.*
16 *Argumentum de re ad locum valet.*
17 *Creditor ſicut non cogitur inuitus recipere aliud pro alio ita nec cogitur inuitus rceipere ſolutionem alibi , quam in loco ſolutioni deſtinato.*
18 *Stipulatio iudicatum ſolui euaneſcit ſiue mutetur iudex, ſiue cauſa vel res, ſiue actio.*
19 *Promitens dare fideiußorem cēſetur promiſiße illum dare in ciuitate in qua promiſit .*
20 *Fideiuſſoria obligatio eſt ſtricti iuris .*
21 *Fideiuſſoris obligatio, & ſi arctet hæredem , id verum eſt quando conſtat citatum fore hæredem fideiußoris.*
22 *Paria ſunt non citare,vel nulliter.*
23 *Citans aliquem vti hæredem alterius , debet probare illum eſſe hæredem,alias non tenetur.*

## CONSILIVM LVIII.

PRima quidem fronte videtur dicendum hæredem fideiuſſoris, qui promiſit præſentare Saladinum de Nigris rerum delatum toties quoties fuerit requiſitus à iudice, teneri,& obligatum eſſe preſentare dictum Sa-

1 ladinum, quia clara eſt iuris diſpoſitio, † quod fideiuſſo-
ris obligatio tranſit ad hæredem, l.4. §.fideiuſſor, ff.de fi-
deiuſ. vbi dicit text.in fin. fideiuſſor & ipſe obligatur, &
ſuum hæredem obligatur relinquit, cùm rei locum obti-
neat. Idem vult text.in § fideiuſſor. Inſtit.de fideiuſſio.&
in l.fideiuſſoris, C eod.titu. Nec habet obſtare ſi dicatur,
2 ꝙ extincta fuit talis obligatio, † quia iſte delatus ſemel
fuit præſentatus iudici, per quam præſentationem ipſe fi
deiuſſor remanſit liberatus, vt per Benedict.de Plomb.et
Pau.de Caſt in l duobus.§.j.per gl. in verbo exhibuerit,
ff.de iureiur.& Alex.in l.2.§.in fideiuſſorem, ff.qui ſatiſd.
cogan. Imò plus dicitur, ꝙ nedum per fideiuſſorē ſemel
3 præſentatus fuit inquiſitus, ſed etiam bis † quo caſu per
dictam binam præſentationem liberatus fuit fideiuſſor
ab obligatione, dato etiam quòd promiſſio de præſentan
do facta fuiſſet cum clauſula, toties quoties, vt per Angel.
in l.ſi finita, ff de dam.infec.in l.2 ff.de cuſto.reis. Rom.
conſi.15.& Afflict.130.col.2. in ſi quia reſpondetur ꝙ fi-
deiuſſor non liberatur à dicta obligatione per ipſam bi-
4 nam præſentationem, † quia vbi verba contractus ſunt
apta ad infinitatem importandam, vt eſt quando dicitur
toties quoties, vel quandocunque, vel quotieſcunq;, tūc
admittitur infinitas: quia natura verborum hoc impor-
tat, vt per Alex.in d l.ſi finita.in prin.& in conſ.145.col.
2.vol.2.& Marſ.in rubrica de fideiuſ.q.9.& 15.ergo vide-
tur, quòd huiuſmodi hæres requiſitus a iudice, ad præſen
tandum inquiſitum, teneatur ex dicta obligatione fide-
iuſſoria, quæ tranſit ad hæredem præſentare inquiſitum.
Quibus tamen non obſtantibus, contraria ſententia
eſt de iure verior. Et primò, quia hic fideiuſſor, qui pro-
miſit inquiſitum pro maleficio præſentare toties quoties
fuerit requiſitus, mortuus eſt lite pendente contra dictū
reum delatum, quo caſu cùm huiuſmodi obligatio fide-
iuſſoria non ſit tranſitoria ad hæredes, ſequitur quod per
mortem fideiuſſoris extincta fuit obligatio, adeo ꝙ cita-
5 tio hæredi facta redditur nulla † Nam vera eſt Doct.con-
cluſio, quòd licet obligatio fideiuſſoria tranſeat ad hære-
des, vt in d.l.4. §.fideiuſſor. & in alijs iuribus ſupra cita-
tis tamen limitatur ea locum non habere vbi fideiuſſio fa
cta fuit ſimpliciter pro maleficio, vel delicto: ſecus ſi obli
gatio fideiuſſoria contineret certam pęnam, licet dicatur
pro tali maleficio: quia tunc huiuſmodi ſtipulatio pęna-
lis, bene tranſiret contra hæredem, vel hæreditatem ia-
centem. Ita dixit gl.not.in §.fideiuſſor.non tantum, Inſt.
de actio.quam dicit Ang. ibi perpetuo notandam. Idem
tenuit Ang.in tract.malef. in verbo pro quibus, & quoli-
bet, verſi.quid autem iſte Marſ.in ſing.159.& in dicta ru-
brica de fideiuſſ.in 20.quæſt.in fi.verſiculo, & in hac ma-
6 teria vnum tene menti.† vbi inquit, ꝙ ſicut fideiuſſor li-
beratur ob mortem rei, nec obligatio rei tranſit ad hære-
des, vt per Bar.in l.ſi deceſſerit, & in l.ſi verò, ff.qui ſatiſ-
da.cog.ita etiam fideiuſſio facta pro maleficio, extingui-
tur morte fideiuſſoris, ita ꝙ ipſa fideiuſſio non tranſit ad
7 hæredes, † quia ſicut morte extinguitur crimen, nec re-
gulariter tranſit contra hæredem delinquentis, l.j.vbi gl.
& Doct.C.ne ex delic.defunct. ita extinguitur fideiuſſio,
quando eſt fama ſimpliciter pro furto, vel alio delicto ſe-
cus autem ſi eſt pęna certa in fideiuſſione, licet dicatur
pro furto vel delicto, quia tunc pœnalis ſtipulatio tranſit
ad hæredem, & contra hæreditatem iacentem, quando
fuit pura obligatio, vel in diem, l.ad diem.vbi Bar.& alij
de verb.oblig.ſecus ſi ſit ſub conditione, & ſic nullā ſub-
ſtinentiam incipit habere contra defunctum, vt ibi per
Ang. Cum igitur in caſu de quo agitur non ſit pœna cer
ta in fideiuſſione, ideo ſuccedit ex prædictis, quod per
mortem fideiuſſoris extincta fuit obligatio, et ſic quod hę
res ad præſentationem requiſitam non teneatur.
8 Secundò dicitur, † ꝙ hæres in plus non debet grauari
9 quam grauaretur defunctus ſi viueret, † cum hęres, & de
functus cenſeantur vna, & eadem perſona, §.j. in auth.
de iureiur.à mo præſt.& per Alex, in conſ.18.col.vlt.vol.
5.& Marſ.in ſingu 475.ſed fideiuſſor defunctus ſi viueret,
non teneretur ad huiuſmodi præſentationem, ergo nec
10 hæres, quod demonſtratur.† Nam fideiuſſor qui fideiuſ-
ſit in certam cauſa non obligatur vltra conſenſum pro-
prium, ſed ſolum ad ea quæ promiſit per ſolemnem ſtipu
latione, l.qui vltra, l.blanditus, C.de fideiuſ.Abb.in conſ.
11 75.col.2. vol.2. † ſed fideiuſſor ſi citaretur ad præſentan-
dū reum delatum coram alio tribunali, quam corā eo id
qua facta fuit obligatio fideiuſſoria, non teneretur, quia
obligaretur vltra conſenſum ſuum, igitur nec hæres. Nā
fideiuſſor obligauit ſe de præſentando inquiſitum vica-
rio Niciæ, & non coram alio officiali, qui non facit vnū,
& idem tribunal, vt eſt tex.in l.non a iudice, §.j. ff.de iu-
12 dic. † vbi ſtipulatio iudicatum ſolui propter mutationē
iudicis euaneſcit. Idem voluit Bart. in l.cùm apud, col.2.
in princ.verſi.tu dic breuiter.ff.iud.ſol. vbi inquit, ꝙ quā
do poſt interpoſitam ſatiſdationem eſt receſſum a primo
iudice, et itur ad tribunal alterius iudicis, tunc ſtipulatio
non committitur per legem tertiam, ff.eod.titu. Idem di
xit ibi Bar.infrà, in ver.vlt.quia videtis, vbi inquit, quod
iudicis mutatione extinguitur ſtipulatio iudicatum ſol-
ui. Sed clarius hoc voluit Rom. in conſ.210. quem ſequi-
13 tur Marſ.in rubr.de fideiuſ.in 13.q.† vbi dicit, ꝙ fideiuſ
ſio facta coram vno iudice de iudicio ſiſti, non tranſit ad
ſucceſſorem, quando eſt facta ſub nomine proprio ipſius
officialis, vel vicario vti delegato Principis. ſecus ſi ſub
nomine officij, qui tunc tranſit ad ſucceſſorem. Vnde cū
hæres fideiuſſoris moneatur ad præſentandum reum de-
latum coram alio officiali, & ſic diuerſo tribunali, ſequit,
ꝙ ſicut fideiuſſor non teneretur, minus, ipſe aſtringatur.
14 Vlterius facit, † Nam promiſſio de præſentando debet
intelligi ſi ipſe fideiuſſor fuerit requiſitus a iudice, & nō
ante, vt per Pau.de Caſt.in fortioribus terminis, in conſ.
168. ſecundum antiquam impreſſionem, quem ſequitur
Marſil.in rubri.de fideiuſſ.q.18.vbi inquit, ꝙ ſi fideiuſſor
promiſit iudici ſub pœna præſentare reū infra menſem,
ſi ipſum non præſentauit, quia non fuit requiſitus a iudi
ce, non cadit in pœnam, quia promiſſio illa de præſentan
do videtur habere conditionem iſtam, ſcilicet, ſi & quan
do iuſſus fuerit præſentare: quia tunc incipit currere tem
pus menſis, & non ante, l.ſi deceſſerit, ff.qui ſatiſdat.cog.
Et ſubdit, ꝙ abſurdum eſſet dicere, quod fideiuſſor debe
ret præſentare non requiſitus, cùm præſentatio perſonę
ſoleat fieri propter aliquod explicandum circa cauſam
per curiam, & ipſe fideiuſſor antequam præſentaret, igno
rat an præſentatio ſit accepta curiæ: ſed hic hæres citatus
non fuit requiſitus a iudice curiæ, in qua præſentatio rei
ſolet fieri propter aliquod explicandum circa cauſam per
curiam, ſed per alium iudicem, ergo, &c. Et tantò ma-
gis hoc ſuadetur, quia fideiuſſor in caſu præſenti promiſit
reum præſentare toties quoties fuerit requiſitus per ip-
ſum vicarium.
Accedit quoque, quod ille qui promittit aliquem præ-
15 ſentare ad requiſitionem iudicis, † promiſſio illa intelli-
gitur in loco ipſius iudicis, & non alibi: quia ita ſonant
16 verba obligationis, licet etiam hoc ſit de iure. † Nam va-
let argumentum de re ad locum, vt in l.fi. ff.de tritic.not.
Iaſ.in l.is, qui certo, ff. de eo, quod cert. loc. in princ. vbi
17 inquit, † quod ſicut aliud pro alio non cogitur creditor
inuitus recipere l.2.§.mutui datio. ff.ſi cer.pet.ita non co
gitur inuitus ſolutionem recipere, quam in loco ſolutio-
ni deſtinato, prout etiam è contra reus non compellitur
inuitus ſoluere alibi illud, quod debet in vno loco ſolue-
re, l.vſuras, C. de ſolu. ſed fideiuſſoris obligatio propter
18 mutationem rei euaneſcit, d.l.non a iudice, §.j.† vbi ſti-
pulatio iudicatum ſolui euaneſcit, ſiue mutetur iudex, ſi-
ue cauſa vel res. ſiue actio; ergo etiam, & mutatione loci.
Pro qua ſententia facit, ꝙ volunt Barto.& alij in lege fi-
deiuſſor.§.ſi neceſſaria, ff.qui ſatiſd.cogan. Marſi.in lege
de minore, §.plurimum, num.32.de quæſt. & Boer.deciſ.
19 99.col.fi.† vbi dicunt, ꝙ ille qui promittit dare fideiuſſo-
rē intelligitur promiſiſſe dare in ciuitate, in qua promi-
ſit, ergo idem dicendum eſt, vt qui promiſit præſentare
reum delatum iudici, ꝙ ipſa promiſſio intelligatur in lo-
co promiſſionis, & ideo cum alibi requiratur allegata prę
ſentatio, concludenter ſequitur ꝙ ad eam hæres non te-
netur tanquam requiſita coram alio tribunali, & in di-
20 uerſo loco, ad quæ virtus obligationis fideiuſſoriæ, † quę
eſt ſtricti iuris l.blanditus, C.de fideiuſſ.non extenditur.
21 Vltimò ponendo gladium ad radicem, † dicitur ꝙ po-
ſito, ſed non conceſſo, ꝙ hæres fideiuſſoris obligatus eſſet
ad talem præſentatione, quod hic Antonius citatus, quā-
22 uis minus legitimè, quo caſu nulliter, † quia paria ſunt
non citare, vel minus legitimè, l.quoties, ff.qui ſatiſd.co-
gan. ad eam non aſtringeretur, quia non conſtat ipſum
fuiſſe, & eſſe hæredē fideiuſſoris, prout conſtare deberet
iuxta not.per Imol.in l.ſi cùm dotem, §.tranſgrediamur.
ff.ſolu.matr.& Alex.in l.neceſſarijs, ff.de acqui.hæred &
23 in conſ.34.col.2. volu.4. † vbi ille qui citat aliquem tan-
quam hæredem, debet probare illum eſſe hæredem, alias
ille non tenetur. Et ideo concludendo dico ex rationib.
& cau-

& cauſis ſupra deductis, & allegatis, prædictum Antoniũ minimè teneri ad huiuſmodi præſentationem, ſed eum in pace dimittendum. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Præfationes potius faciunt ad pompam, quam ad eſſe.*
2 *Reſtitutio in integrum tanquam beneficium extraordinarium non competit vbi locus eſt ordinarius.*
3 *Remedium legis ſecundæ, C de reſcind. vend. datur læſo vltra dimidiam iuſti pretij.*
4 *Minor quando eſt læſus vltra dimidiam iuſti pretij, non poteſt agere reſtitutione in integrum, ſed remedio legis ſecundæ, C. de reſcind. vend. videlicet quando ſolùm eſt læſus iu pretio, ſecus ſi in re: quia tunc agere poterit vt reſtituatur ad rem.*
5 *Reſtitutione in integrum quis excluditur, quando in contractu venditionis adeſt iuramentum.*
6 *Diſpoſitio authenticæ, Sacramenta puberum, C ſi aduer. vend. ſecundum communem locum habet in contractu venditionis iurato.*
7 *Reſtitutio in integrum quando imploratur agens prius adimplere debet pro parte ſua, & reſtituere quicquid ex illo contractu accepit.*
8 *Remedium dictę legis ſecundæ quando imploratur, debet concludi alternatiuè vt reſcindatur contractus, vel quod ſuppleatur pretium, ex quo cauſatur læſi.*
9 *Ineptitudo petitionis colligitur ex concluſione, quando aptè non concluditur.*
10 *Beneficium dictæ legis ſecundæ ſecundum communem non competit venditori ſcienti verum valorem rei ſuæ licet fuerit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij.*
11 *Scienti, & volenti dolus non infertur.*
12 *Valorem rei venditæ qui ſcit, videtur partem vendere & partem donare, ſi vltra dimidiam iuſti pretij eam vendidit.*
13 *Sciens æquiparatur renuncianti.*
14 *Dolus ex propoſito ſicut non infertur ſcienti, ita nec dolus re ipſa.*
15 *Venditio quando fit à ſciente, & non coacto aliqua neceſſitate, emptor poteſt rem venditam vltra dimidiam retinere etiam in foro conſcientię.*
16 *Clauſula appoſita in venditione quòd ſi plus valeret venditum donabat, operatur ſi contrahens erat ſciens quod illa verba referant etiam ad non modicum ſecus ſi fuerit ignorans.*
17 *Valorem rei ſuæ ex redditu quis præſumitur ſcire quando verſabatur circa res colendas.*
18 *Diſpoſitio dictæ legis ſecundæ, locum non habet ſecundum communẽ, quando in contractu venditionis interuenit iuramentũ.*
19 *Iuramentum minoris, mulieris, & ruſtici, non tollit beneficium dictæ legis ſecundæ, quod declara ut nu. 22.*
20 *Simplicitas præſumitur in minore, & muliere.*
21 *Præſides boni faciunt iuramentum minorum, & uiolentas extorſiones caſſari per capturam perſonæ.*
23 *Minor quando iurat ſimpliciter non contrauenire ratione minoris ætatis iuramentum repreſentat eum maiorem, & ratione ipſius iuramenti perdit priuilegia minorum, & reducitur ad inſtar maioris.*
24 *Minor quando iurauit in uenditione non contrauenire non ſolum ratione ætatis, ſed ex alia quacunque cauſa, tunc iuramentum eum excludit à remedio dictæ legis ſecundæ.*
25 *Minori iuranti non uenire contra uenditionem ratione ætatis, uel ex alia quacunque cauſa ſolum ſubuenitur, quando læſio ultra dimidiam eſſet nimis exceſſiua.*
26 *Renuncians reductioni ad arbitrium boni uiri cum iuramento poteſt illo non obſtante, ſi adeſt enormiſſima læſio, dictam reductionem petere.*
27 *Abſolutione à iuramento non eſt opus, ubi datur enormiſſima læſio, licet ad abundantem cautelam, & ad tollendam omnem dubitationem, melius ſit quòd petatur.*
28 *Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, ſecundum magis communem concedenda eſt ſine citatione partis.*
29 *Maiori ſicut ſubuenitur quando iurauit in contractu uenditionis, in quo interuenerat læſio ultra dimidiam ſi cum ea concurrit metus reuerentialis, ita & minoribus.*
30 *Remedium dictæ legis ſecundæ non competit uenditori quando poſt contractum interuenit confirmatio ex interuallo, & nu. 33. ubi eſt magis communis opinio.*
31 *Reiteratio actus facit præſumi errorem ab eſſe.*
32 *Verba uideatur, & placeat, ſi ſigillatim, & de per ſe proferantur, licet importent arbitrium boni uiri tamen ſi ſimul ponantur, & geminentur important liberam uoluntatem.*
34 *Beneficium dictæ legis ſecundæ locum etiam habet quando in uenditione interuenit decretum iudicis.*
35 *Remedium dictæ legis ſecundæ intentans, probare debet læſionem tempore contractus, & non eam quæ ex poſt ſuperuenit.*
36 *Quod amplia etiam locum habere in eccleſia.*
37 *Teſtis de ualore debet deponere de communis æſtimatio.*
38 *Teſtis de ualore non debet deponere de affectione prouenientè ex uicinitate.*
39 *Teſtis ſingularis non probat.*
40 *Teſti deponenti quia ſibi ſic uidetur, non eſt recedendum.*

## CONSILIVM LIX.

1 Reiectis quibuſcunque præfationibus, † quæ potius ad pompam faciunt, quàm ad eſſe, vt exordiar cum Bart. in l. edita, C. de eden. & Iaſ. in conſi. 8. in prin. in j. volum. in præſenti conſultatione dicendum videtur, ſi lin ceis oculis inſpiciantur acta præſentis cauſæ, ꝙ inuitis dentibus fatendum eſt D. Thomæ Briſellæ nõ competere beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus venditionem per eum factam ſpectabili dominæ Mariæ de Candelis, minuſq; remedium legis ſecundæ, C. de reſcin. vend. Quod autem ei non detur nec concedatur reſtitutio ipſa in integrum luce clarius demonſtra-
2 tur. † Nam indubitata eſt iuris concluſio, quod beneficiũ reſtitutionis in integrum tanquam extraordinarium nõ competit vbi locus eſt ordinario, gl. & Bart. & Bald. in l.
3 j. C. ſi aduer. fiſc. Cor. in conſi. 72. col. 3. vol. 4. † ſed proponenti læſionem vltra dimidiam dictæ legis ſecundæ, & non reſtitutio in integrum, ergo non potuit dominus Thomas qui in libellatis ſuis deduxit in venditione per eum facta ſe fuiſſe læſum vltra dimidiam iuſti pretij, intentare dictum beneficium reſtitutionis in integrum tanquam extraordinarium. Ita in terminis tradit Craue. in conſi. 7. in prin. & in conſ. 151. col. 1. vbi inquit, quod quãdo minor eſt lęſus vltra dimidiam iuſti pretij, non poteſt petere reſtitutionem in integrum, ſed agere debet reme-
4 dio dictæ legis ſecundæ, † videlicet, quando ſolùm eſt lęſus in pretio, ſecus in re, quia vendidit rem, quam alienare non expediebat, quia tunc præciſè agitur, ꝙ reſtituatur ad rem ſecundum Cyn. & alios in l. ſi quidem. C. de præd. mino. Idem voluit Soc. in conſi. 57. col. 9. in fi. & Gozad. in conſi. 44 colum. 2. in fi.

Secundò etiam facit, † Nam à reſtitutione in integrum quis excluditur, quando in contractu venditionis adeſt iuramentum. Caſus eſt in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. Et ibi plenè notatur. & per Socin. in conſ. 53. colum. fin. volum. 4. & in conſil. 279. in j. col. in 2. volu.
6 † qui tex. in d. auth. ſecundum communem opinionem, vt ibi per Doct. & Soc. in citato conſil. 53. circa fi. locum ſibi vendicat in contractu venditionis iurato.

Tertiò accedit. Nam dato, ſed nõ conceſſo, ꝙ ante actũ eſſet, & concluſum per dominum Thomam in dicta reſtitutione in integrum poſtulata, in ipſo remedio etiam non
7 poteſt obtinere. † Nam quando imploratur reſtitutio ipſa in integrum, debet agens prius implere pro parte ſua, & reſtituere quicquid ex illo contractu accepit. l. quod ſi minor. §. reſtitutio ff. de mino. l. cum te fundum. C. de pac. inter empto. & vendito. Corn. conſi. 138. ad fin. volu. 2. & Crau. in allegato conſil. 7. col. pen. iu fi. ſed dominus Thomas non ſolum non reſtituit pretium acceptum, imò nec obtulit, ergo commodo, & beneficio dictę reſtitutionis in integrum gaudere non poteſt.

Quod pariter ſibi non competat remedium dictæ legis ſecundę demonſtratur. Et primo quoniam inepta fuit pe
8 titio ipſius actoris, † nam ſolum petijt contractum venditionis reſcindi prætextu læſionis, & aduerſus eum reſtitui, quod non conuenit beneficio dictæ legis, quia vbi illud imploratur, debet concludi alternatiuè, vel reſcindi contractum, vel ſuppleri pretium, ex quo læſio cauſatur, vt per doct. in d. l. 2. Cùm ergo ex narratis, & propoſitis ex parte dicti venditoris nullo modo comprehendi poſſit aliquid dictum, ex quo de ſuppletione pretij contentus ſit, ſed præciſè intendat ſe ad bona vendita reſtitui, ſequi videtur, ꝙ inepta fuit eius petitio, quæ quidem ineptitudo colligitur & arguitur ex dicto modo concluden-
9 di, qñ apte non concluditur, c. cum dilecti, de emp. & vẽdit. Bal. conſ. 383. in prin. vol. 4. Et ita propriè in terminis noſtris arguit, & concludit Crau. in d. conſi 7. col. 1. & in conſil. 151. col. 1. vbi multa citat de ineptitudine.
10 Secundò principaliter facit, † recepta eſt docto. ſententia, quod remedium dictæ legis ſecundæ, non competit.

venditori ſcienti verum valorem rei ſuę etiam ſi ſit de-
cęptus vltra dimidiam iuſti pretij. vt firmant Scrib. in d.
l.2. Alex.in conſil.125. col.5.vol.j.in conſi. 127.col.j.in fi.
vol.2.& in conſil.27.col.4.verſi. non obſtat tertio. vol.eo.
& in conſi 14.col.6.verſ quinimò. vol.j.Dec.in conſ.583.
11 col.j. vbi inquit hanc eſſe communem opinionem.† quia
ſcienti, & volenti dolus non infertur.l. cum donationis
12 C.de tranſac. † & quia ille,qui ſcit valorem rei,videtur
partem vendere, & partem donare.l.ſi quis donationis in
13 fi.ff.de contra.emp.pariter,† quia ſciens æquiparatur re-
nunciati.l.quæritur.§ ſi venditor. ff.de ædil.edic.Ita ēt te
net Alex conſil 42.col.3.& 4.vol.j.Dec. in conſil.216.col.
2.Rui.conſi.16 col.2. vol.4. Iaſ. in l.ſi quis cum aliter.col.
14 pen.ff de verb.ob.& Soc.in conſil 42.colu.2.vol.4. † vbi
dicit, ꝙ ſicut dolus ex propoſito non infertur ſcienti, ita
15 nec dolus re ipſa.Et ſubdit, † quòd quando venditio fit à
ſciente, & non coacto aliqua neceſſitate, tunc poteſt em-
ptor rem venditam retinet etiam in foro conſcientiæ,
16 † quia ſi qua iniuſtitia fit venditor videtur illam remitte-
re vt notabiliter declarat Sal. in auth.ad.hæc, q.21. C.de
vſu.Idem voluit Roma.in conſi.475.quem ſequitur Cra-
ue.in d.conſi.115.nu.25.Et ideo dixit Soc.in allegato con-
ſi.48.num.8.quem ſequitur Pariſi.in conſil.28. col.penul.
17 vol.j. † quòd ſi in contractu venditionis fuiſſet dictum,
quòd ſi plus valeret venditum, dabat, & donabat vendi-
tor, quod iſta verba referuntur etiam ad non modicum,
quando contrahens erat ſciens, & non ignorans. Sed hic
venditor (vt probatur ex coniecturis) ſciebat verum va-
lorem prædiorum venditorum, quia quotidie verſaba-
tur circa culturam ipſorum, ex quibus ſcientia præſumi-
tur, quæ ſufficere videtur vt excludendus ſit a beneficio
dictæ legis, vt voluit expſeſsè Bal.in ipſa l.col.5.verſ.ſex-
18 tò,quæro.† vbi in ſpecie inquit,quòd quando quis verſa-
tur circa res colendas, præſumitur ſcire valorem ex red-
ditu.Et Bald.ſequitur Dec.in conſi.553.col.j.circa fin. &
Pariſ in citato conſi.128.col.pen.verſic.& quia.& Craue.
in allegato conſ.151.col.pen in princ. Faciunt etiam mul
ta,quæ ſcribit de ſcientia,quæ cauſatur ex conuerſatione.
Idem Craue.in conſil.168. nume.6. quæ non tranſcribo,
cùm videri poſſint.
18 Tertiò † Diſpoſitio dictæ legis ſecundæ,locum non ha
bet,quando in contractu venditionis interuenit iuramen
tum,vt eſt glo.in d.l.ij. quam ibi communiter ſequuntur
Scrib Idem voluit Alex.in conſi.42.col.4.vol j.& in conſ.
127.col.1.vol....Soc.in conſi.48.in fi vol 4.& in conſ. 136.
col.fi.duplicato in conſ.155. vbi atteſtatur hanc eſſe com-
munem opinionem.Iaſ.in conſ.76.col fin.vol.j.etiam fir-
mat hanc eſſe communem.Pariſ.conſ.20.nu.37.vol.j. &
conſi.75.col 2.volu.3.Goz.conſi.32.col.2.verſic.4. Craue.
conſi.7.nu.4 conſi.11.nu.11.conſi.114.nu.9.vbi ēt inquit
hac eſſe cōem & in conſi 242.nu.7.& 28.conſ. 188. col. 2.
& in conſi.192.col.3.& 4.in fi.ſed in contractu vēditionis
de quo agitur adeſt iuramentū ergo &c.Nec hēt obſtare,
19 ꝙ dominus Thomas ſit minor, † & quòd iuramentum
minoris non tollit diſpoſitiones dictæ legis ſecundæ, vt
per Doct.in d l. vbi dicunt iuramentum mulieris, mino-
ris,& ruſtici, non auferre eis beneficium dictæ legis. &
Alex.in citato conſi.42.in fin.ac Corneum conſi. 180.col.
3.cum ſeq.vol.1.Craue.conſi.142 col.pen.in fin.& in con-
ſi.192.col.2.in fi. quia in eo præſumitur ſimplicitas, ideo
non mirum ſi relaxari debet iuramentum, vt inquit Bal.
in rub.C.de rer.permut.quem ſequitur Dec.in cōſi.379.
21 col fi.in prin. † & ideo dixit Bal.in c.j.§.item ſacramen-
ta col.3 de pract.iur.fir. quòd boni præſides faciunt iura-
menta minorum.& violentas extorſiones ceſſari,per ca
putarum perſonæ per l.illicitas.ff.de oſt.Præſ.Quod dictū
refert & ſequitur Dec.in conſil.180.col.4.in fin.& Iaſ.in
22 l.generaliter,in 3.not.ff.de verb obligatio.† quia reſpon
detur, quod Doc loquuntur quando minor ſimpliciter
iurauit non contrauenire contractui ratione minoris æta-
tis,nam eo caſu tunc militat doctoruum cunclusio, quòd
iuramentum prædictum non tollit diſpoſitionem dictæ
legis ſecundæ. ſecus quis iurauit non contrauenire ratio
ne minoris ætatis, aut alia quacunque cauſa: quia tunc ſi
cut maior excluditur à beneficio ipſius legis, ita, & mi-
nor qui modo præmiſſo iurauit. Ita docto. in d.l.ij. & in
cap.cum cauſam. de emp.& vend. Alex.in conſil.147.col.
fi.vol.ij.Dec.conſi.349.nu.6.& in conſil.403.colum.6.Soc.
conſil.48 columna fi. ſuprà allegato. Cort.in l. ſtipulatio
hoc modo concepta.col.10.ff.de verb.oblig.Par.conſil.12.
num.43.vol ij.Rub. Alexan.conſil.12.col.4.Craue.conſil.
7.colum.ij.114.name.9.& 188.colum.ij.& Soci.Iunior.in
conſ.48 num.19.volum.primo,vbi aſſerit hanc eſſe com-
munem.Et quamuis.Dec. ſenſerit contrariam ſentētiam
in conſil.180.colum.3.in prin.& in conſi.ſeq.colum.j.ta-
men ea non eſt tenenda, cùm ipſemet contrarium tenue-
rit in locis ſupra citatis,& contra eum ſit communis do-
23 ctorum ſchola. † Et ratio eſt, quia quando minor iurat
ſimpliciter non contrauenire ratione minoris ætatis, iu-
ramentum repræſentat eum maiorem, & ſolum ratione
ipſius iuramenti perdit priuilegia minorum, & reduci-
tur ad inſtar maioris.authen.ſacramenta puberum. C. ſi
aduerſ.vend.& per Dec.in allegato conſ.349.nu.6. Idem
firmat Par.d.conſ.12.num.64.volum.j.& Soc.Iun.in cita
to conſ.48.num.18. ideo minori iuranti ſimpliciter ſolum
competunt remedia, quæ dantur maioribus. Et ſicut ceſ-
ſante iuramento maioribus competit remedium dictæ le-
gis ſecundę,ita etiam minori quando iurauit ſimpliciter,
quia agendo ex remedio dictæ legis ſecundę non contra-
uenit ratione minoris ętatis, ſed ratione enormis lęſio-
24 nis ex qua etiam maioribus ſuccurritur. † Sed quando
minor iurat non contrauenire ratione minoris ætatis,aut
alia quacunque cauſa, tunc iuramentum eius ita amplia-
tum extenditur etiam ad remedium dictæ legis ſecundę,
cui cenſetur renunciatum,& ſimiliter ad d.authen.ſacra-
menta puberum.vt per Dec.in d.conſ.349.num.6.Et ſicut
maior renuncians dictę legi, aut ſimpliciter iurans non
poteſt agere ex beneficio d.legis ſecundę, ita nec minor,
qui ita amplè iurauit: cum iſto caſu minor, & maior quo
ad omnia æquiparentur, nec poſſit ſubueniri minori eo
25 caſu, niſi, & in quo maiori ſuccurritur. † quod demon-
ſtratur, quia ſtante tali iuramento minoris,qui ita amplè
iurauit, ei ſolùm ſubuenitur, quando læſio vltra dimi-
diam eſſet nimis exceſſiua. Ita Caſt.in conſil.155. in fi.vo-
lum.1.Cornel.conſilio 258.columna 5.volumi.4.quem ſe-
quitur Socin.Iun.in conſilio 53.colum.fin. volumi.primo
ſicut etiam ſubuenitur maiori, non obſtante iuramento,
quod ſine dubio relaxari debet, cum ex tanta, tamque
exceſſiua læſione pręſumatur dolus ex propoſito, cùm
non ſit veriſimile quem paſſum fuiſſe ſe lædi adeo enor-
miſſimè, quin interuenerit dolus partis, Corn. conſilio
133. columna penultima & 214.columna tertia volumine
3.Pariſ. conſilio 75.numero 20.volumi.3. Craue. conſilio
7.columna ſecunda in fine & 192. columna tertia. Facit
etiam, quod not. Socin.in conſilio 104. columna quarta
26 verſicu. prętereà volum.4. vbi dicit, † quòd renuncians
reductioni ad arbitrium boni viri cum iuramento, poteſt
illo non obſtante, ſi adeſt enormiſſima læſio, petere di-
ctam reductionem, quia iuramentum ad hoc non exten-
ditur, iuxta no.per Doct.in capit.quintauallis de iure iur.
27 Et licet vera ſit concluſio, † quòd tali caſu non ſit opus
abſolutione a iuramento, vt latè per Socin.Iunior,in dict.
conſilio 48. numero 29. tamen ſecundum eum ad tollen-
dum omnem dubitationem,& ad abundantem cautelam
28 potenda eſt abſolutio a dicto iuramento, † quæ erit con-
cedenda ſine alia citatione partis, cum ad effectum agēdi
petatúr, & cauſa euitandi reatum periurii, vt per Afflict.
atteſtantem hanc eſſe magis communem opinionem in
deciſ.220.colum.3. & ita fuiſſe notatum in ſacro conſilio.
Idem tenet Bertr.in conſ. 164. col.fi. volu.j. Par.conſi.54
nu 85.vol.j.Craue.conſi.7.col.3.& Ruin.conſi.69.nu.12.
29 volu.3.† Item etiam,facit,nam ſicut ſubuenitur maiori,
qui iurauit, quando interuenit læſio vltra dimidiam, ſi
cum ea concurrit metus reuerentialis, vt dicit Caſt.in
conſi.174.col.j.vol.j.Dec.in l.pactum,quod dotali.colum.
3.in fi.C.de col.& Craue.in conſi.11.nu.12. ita etiam mi-
noribus vt tradit idem Craue.in conſil.142.col.pen.verſ-
30 quid hic dicemus. † Et eo maxime idem dicendum ve-
nit,quod ſibi non competat remedium dictæ legis ſecun-
dæ,cum vltra dictum contractum venditionis interuene-
rit,& eius confirmatio ex interuallo cum iuramento, qui
quidem actus duplicati multum faciunt ad validitatem
eius,quod agitur, vt notatur in l.balliſta.ff.ad Trebellia-
num.& per Bal.in l.cum ſcimus.C.de agri.& cenſ.lib.10.
quia in venditione confirmata præſumitur interueniſſe
plena vendentis deliberatio, vt eſt gloſ.fi.in c.ſi quis ira-
31 tus.2.q.3. † & quæ reiteratio facit præſumi errorem ab
eſſe ſecundum gl.in c.ex literis.de diuor. Facit quod not.
32 Craue.in conſi.105.col.2. † vbi inquit, ꝙ licet verba vi-
deatur, & placeat importent arbitrium boni viri ſigilla-
tim, & de per ſepoltura, tamen ſi geminentur, & ſimul
ponantur important liberam voluntatem, Allegat Cor.
in

in conſ.302.col.3.volum.4. Accedit quoque, quod ſcribit
Bald.in conſ.ſchiſmatis poſito poſt titulum, ff.ſi quis ali-
quem teſt.prohibu.vbi contra actum reiteratum nihil vi-
detur poſſe opponi. quem ſequitur Goza. in conſ.70.col.
2.& proprie in terminis noſtris,† quod diſpoſitio dictę le
33 gis ſecundæ locum non habeat, quando cõtractus eſt ge-
minatus, voluit Caſ.in conſ.386.colum.2.in ' .vol.2.Dec.
conſ.181.col.2.in fi. quem ſequitur Rub. in conſil.139.in
conſil.147.col.5. & in conſ.143.col.3. Abb.conſil.71.col.
pen.in ſecundo dub.volu.1.& Dec.in conſ.216.col.fin.&
præſertim hoc fatendum venit, ſi certa eſt deciſio Bar.in
l.j.C.de præd.curi.lib.10.quem ſequitur Socin.in conſil.
57.col.fi.vol.4.& Bertr.in conſi.114.colum.3.volu.ſecun-
do,† quod diſpoſitio dictæ legis ſecundæ, locum non ha-
34 beat quando in contractu venditionis interuenit decre-
tum iudicis. Verum quia Alex.in conſ.117.colum.3. in fi.
vol.7.dicit magis communem opinionem eſſe in contra-
rium.& Crau.in conſi.29.colum.2. ideo in hoc dicto non
facio maximam vim.

Quarto accedit; Nam etiam ceſſantibus ſupra dictis,
quæ tamen ponunt gladium ad radicem, adhuc videtur,
ꝙ non poſſit dictus actor obtinere in remedio ipſius legis
ſecundæ, quoniam per eum non fuit probare læſio de tẽ-
pore cõtractus. † quæ probari debebat, & non de ea quæ
35 ſuperuenit ex poſt.l.voluntatis in fin.C.de reſcind.vend.
& per Docto.in d.l.2.& in c.cum cauſam. de teſti.& Bal.
in conſ.575.in fi.vol.1.Angel.in conſ.312.colum.3.& Pa-
riſ.in citato conſ.128.colum.penulti.verſic. prout etiam.
36 † Et in tantum hoc eſt verum, quod concludit Calde.in
conſil.5.in titu.de rer.permut. quem ſequitur Crauet.in
conſ.151.colum.2.in fi.& in conſi.188.col.2. quòd eccle-
ſia etiam tenetu probare læſionem quæ interuenit tem
pore contractus igitur ſequitur, quòd cũ non probauerit
id, quòd erat fundamentum intentionis ſuæ, quòd dictus
Thomas non debet obtinere in dicto remedio intentato,
iuxta materiam.l.qui accuſare. C.de edend.cum ſimilib.
Quod autem hoc ſit verum, patet. Nam nonnulli teſtes
deponunt, quod dicta prædia vendita valebant ſcuta tre-
centum de tempore contractus, quòd non ſufficit cum
fuerit empta pro centum quinquaginta: & ſic non citra
dimidium, ſed dimidio iuſti pretij, vt per docto.in d.l.ſe-
cunda.& Imola in cap.penul. colum.vltim. de emptio.&
venditio.ac Iaſ.in l.& ſi poſt tres in tertia colum.in prin-
cipio, ff.ſi quis caut.aliqui deponunt de quatuor centum,
† tamen deponunt non de communi æſtimatione, pro-
37 ut deponere debent, ſed de propria affectione prouenien
38 te ratione vicinitatis,† quæ attendi non debetur notant
Scrib, in d.l.ſecundda, & Alexand. in dicto conſilio 117.
columna tertia in fin.volum.7. & Socin.in conſil 57.col.
fina.volum.quarto, & quamuis Lucas de Grimaldis vnus
ex teſtibus deponat de ſcutis trecentum, & vltra, quod
in propoſito ſufficeret, niſi aliud obſtaret, vt per Salice.in
ipſa l.2. & Alexand. ac Iaſon. in dicta l.& ſi poſt tres.ni-
39 hilominus fides ei adhibenda non eſt, † cum ſit vnicus
teſtis, & ſingularis in dicto ſuo.l.iuſiurandi, C. de teſtib.
Item etiam non deponit de communi ęſtimatione. Ita
in terminis dixit Socin. iun. in conſilio quinquageſimo,
col.ſecunda, volum.1. Præterea nonnulli ſunt qui etiam
deponunt, quod communiter darentur trecentum, & vi
ginti, ſed interrogati de cauſa, dicunt, quia ſibi ſic vide-
40 tur, quo caſu eis non creditur. † Nec ipſi probant, cum
non ſe referant ad aliquam cauſam vnde ſciant, ſcilicet
quomodo ſibi videatur, vt volunt Cardina.& Feli.in cap.
cum cauſam.la ſecunda, colum.fin.de teſtib.& ideo cum
ex his quæ ſuprà dicta ſunt, ſatis clarè liqueat dicto Do-
mino Thomæ nullo modo competere beneficium reſtitu
tionis in integrum, nec remedium dictæ legis ſecundæ
ſupereſt, vt per magnificum dominum iudicem abſolua-
tur prædicta domina Maria, cum victoria expenſarum,
iuxta leg.eum quem temere.cum ibi notatis, ff.de iud.

Laus DEO.

## SVMMARIVM.

1 *Agnati tranſuerſales non ſuccedunt in feudo nouo, niſi iſtud expreſſum fuerit in inueſtitura.*

2 *Feudum nouum receptum per duos fratres pro ſe, & ſuis deſcendentibus in infinitum, non tranſit ad traſuerſales, & filios alterius fratris.*

3 *Feudum nouum non vadit per ſaltum de fratre in fratrem.*

4 *Feudum dicitur nouum, quod eſt de nouo acquiſitum, & non prouenit à ſucceſſione vel linea progenitorum.*

5 *Feudnm nouum conceſſum iure antiqui feudi, ac auiti, & proauiti non immutat naturam feudi noui, num.9 Sed contra nu.16. ſecundum communem, & nu.38.ſecundum magis communem, & numero 46.*

6 *Contrariorum eadem debet eſſe diſciplina, & potentia, quod declara, vt num.32.*

7 *Contrarium vnum, & idem ſtatutum.*

8 *Feudum ſi verè ſit paternum, & antiquum per nouam inueſtituram non efficitur nouum, nec aſſumit qualitates noui feudi, ſed remanet paternum, & antiquum.*

10 *Comes Sabaudiæ, vel Marchio Montisferrati poſſunt pro libito ſuo facere feudum antiquum.*

11 *Feudum nouum conceſſum iure feudi antiqui auiti, & proauiti, in omnibus, & per omnia non mutat naturam feudi noui. Sed contra nu.30.31.& 47.*

12 *Agnati tranſuerſales non deſcendentes a primo ſtipite, & acquirente, non poſſunt ſuccedere in feudo acquiſito iure feudi antiqui, &c. ſicut nec ſuccedunt in feudo antiquo Sed contra nume. 54.vbi declaratur.*

13 *Actore non probante reus debet abſolui, & ſi nihil præſtiterit.*

14 *Tenorem inueſtituræ inſpicere debemus, quia derogat omni iuri, & omni naturæ feudali.*

15 *Forma inueſtituræ ſequenda eſt, ex quo dat legem in feudis.*

17 *Feudum conceſſum iure antiqui feudi auiti, & proauiti alienari non poteſt in agnatos proximiores.*

18 *Agnati tranſuerſales ſuccedunt in feudo antiquo.*

19 *Statuto ſi caueatur, vt Papa, quòd quis non poſſit creari prior in ciuitate, niſi ſit ciuis originarius, ſi recipiatur forenſi ad ciuilitatem, hoc adiecto, quòd habeatur per omnia pro ciue originario, poterit eligi prior.*

20 *Conceſſio facta ſtudio Tholoſano, quòd gaudeat priuilegijs ſtudij Pariſienſis, ſi nouo concedantur alia priuilegia ſtudio Pariſienſi, illa non competunt ſtudio Tholoſano, niſi in illa conceſſione eſſet adiecta dictio per omnia.*

21 *Verba vniuerſalia geminata faciunt comprehendi in conceſſione quæ aliàs non comprehenderentur.*

25 *Verba geminata prolata cenſentur cum maiori deliberatione.*

23 *Verba geminata vbi ſunt, tunc dicitur magis enixè apparere de voluntate diſponentis, ne verba cenſeantur ſuperfluo appoſita.*

24 *Verba videatur, & placeat, licet importent arbitrium boni viri ſi ſint prolata de per ſe, tamen ſi geminentur, & ſimul ponantur, important liberam voluntatem.*

25 *Verba geminata enunciatiua probant vbi alias non geminata non probant.*

26 *Confeſſio geminata operatur, vt non poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ.*

27 *Statutum ſi diſponit, quòd ſcholares habeantur in omnibus, & per omnia pro ciuibus, iſta verba faciunt eos veros ciues tam actiuè, quàm paſſiuè, & tam reſpectu commodorum, quàm damnorum.*

28 *Receptus in ciuem in omnibus, & per omnia, efficitur verè ciuis, & non fictè, & æquiparatur originario.*

29 *Filius quando approbat teſtamentum patris, in quo ſibi reliquit minus legitima in omnibas, & per omnia illa approbatio non reſtringitur, ſed vniuerſaliter intelligitur, vt etiam ſueplementum legitimæ per eum peti non poſſit.*

33 *Ratio diuerſa reformat pactum.*

34 *Feudum nouum quando datur in antiquum non fit præiudicium niſi domino feudi, ſecus quando feudum antiquum datur vt nouum: quia tunc fuit præiudicium nedum domino, ſed, & agnatis non conſentientibus.*

35 *Dominus directus feudi poteſt reſpectu iuris, & intereſſe ſui conſentire, quòd feuda tranſeant ad illas perſonas, ad quas de ſui natura non fuiſſent tranſitura.*

36 *Diſpoſitum in uno ex correlatiuis cenſetur diſpoſitum in alio, etiam in materia correctoria, quod fallit vbi ratio eſt diuerſa.*

37 *Statutum prohibens maritum relinquere vxori, locum non habet in vxore relinquente viro, vbi non eſt eadem ratio.*

39 *Ignorans nimium eſt, qui contra communem opinionem iudicat.*

40 *Opinioni communi deferre debemus, nam difficillimum eſt maiorum ſententias reuoluere.*

41 *Iuſtius eſt illi ſententiæ adhærere, quę maioribus ſententijs fulcitur, etiam ſi Imperator ſit in opinione contraria.*

42 *Verba geminata, & uniuerſalia prolata ab homine nõ recipiunt rectionem, & nu.48. & 50.*

43 *Dictio tanquam propriè eſt dictio in proprietatis.*

44 *Præcedentia magis influunt ad declarationem ſequentem, quàm è contra.*

45 *Doctor vel gl. quando in tribus vel quatuor locis tenet vnum, illud ſequendum eſt, quamuis alibi in vno loco teneat contrariũ.*

49 *Feudum hereditarium de ſui natura licet non tranſeat ad extraneos heredes, tamen id fallit ſi in inueſtitura dictum fuit pro omnibus heredibus.*

51 *Alienatio in agnatos proximiores fieri poteſt, ſi ſicut de comprehenſis inueſtitura, & feudum ſit aliquando ad eos recaſurum, alias ſecus.*

52 *Alienatio talis non dicitur alienatio, ſed refutatio.*

53 *Feudum non uenit in reſtitutione fideicommiſſi niſi fideicommiſſarius ſit talis ad quem de ſui natura tranſeat feudum, vt quia agnatus proximior, & comprehenſus in inueſtitura.*

55 *Nepos ex fratre admittitur in feudo conceſſo patruo iure feudi antiqui, & paterni.*

## CONSILIVM LX.

Ponderatis diligenter verbis conceſſionis, & inueſtituræ factæ quondam magnifico domino Franciſco Maleſpinæ defuncto ſine deſcendentibus, prima facie dicendum videtur, quod domini Gabriel, & Hieronymus eius nepotes ex fratre admitti non debeant ad ſucceſſio feudi Valarij, ſed, quod iure ordinario feudum prædictum reuerſum fuerit Illuſtr. domino Duci directo domino ipſius feudi. Ad quod dicendum mo-
1 ueor, † Nam certi iuris eſt, quod in feudo nouo non ſuccedunt agnati tranſuerſales, niſi iſtud expreſsè dictum fuerit in inueſtitura c. j. §. fi. de ſucceſ. feud. d. c. j. de bene. fratr. c. j. §. cum verò, qui feu. dare poſſ. Dec. in conſi. 390. col. 3. Iaſ. in conſ. 57. col. antepen. vol. j. in conſi. 152. col. j. vol. 2. & in conſi. 24 col. 2. vol. 3. Pariſ. conſi. 21. in fi. vol. 1. Gozad. in conſi. 26. col. 2. verſic. 6. & Cur. ſen. in conſi. 51.
2 col. 1. in fi. vbi aſſerit hanc eſſe communem. † Nec mirũ, quia etiam videmus, quod ſi duo accipiunt feudum nouũ pro ſe, & ſuis deſcendentibus in infinitum, tale feu. non poteſt tranſire ad tranſuerſales, & filios alterius fratris c. j. §. hoc quoque vbi doct. de ſuc. feud. & in c. 1. in agna. vel fil. Soci. conſ. 19. col. 1. vol. j. Gozad. conſ. 11. in princ. Ruy. conſ. 12. vol. j. & conſ. ſeq. col. 4. & hoc duplici ratione, quarum rationum prima eſt ſecundum Angel. in conſi. 100.
3 colum. 5. † quia feudum non vadit per ſaltum de fratre in fratrem, cùm frater non generet fratrem, ſed pater; omnis enim vigore incipit à corde, loco cordis eſt ſtipes, duo autem frater de nouo inueſtiti non ſunt in vno ſpiritu, Nam ynus nihil influit in alterum, niſi mediante patre communi, & hoc triplici ratione. Primò ex nominis in poſitione. Secundò ex formæ feudalis inſpectione. Tertiò ex mente concedentis, & vt ibi latius per eum, quem ſequitur Iaſ. in conſ. 24. col. 3. volu. 3. item & ſecunda ratione, quia vnuſquiſque ſibi hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis proſpexiſſe videtur, maximè cùm de natura contractus ſit, vt quis alteri non paciſcatur, c. j. §. ſi autem vnus, qui feud. dar. poſſunt. Bald. in l. quoties col. 2. C. de ſuis, & legi. hæred. Bolog. conſ. j. Cur. ſen. in conſi. 50. col. 9. verſi. 2. quia Iaſ. in citato conſ. 24. col. 3. in fi. Si ergo prædictum feudum non poteſt tranſire in fratrem, multò minùs igitur ad nepotes ex fratre. Quod autem feudum huiuſmodi ſit nouum, oſtenditur, quia acquiſitum a domino Frãciſco, & in cuius perſona initium habuit. Ergo nouũ. ita Bal. in l. prima in 4. quæſt. ff. de rerum diuiſ. quē ſequitur
4 Dec. in conſ. 53. col. j. & in conſil. 390. col. 3. † vbi inquit, ꝙ feudum dicitur nouum, quod eſt de nouo acquiſitum, & prouenit a ſucceſſione vel linea progenitorum. Idem voluit Alex. in conſ. 150. col. 3. verſ. rurſus, vol. 6. Cur. ſen. conſi. 50. col. 8. verſ. dicitur autem feudum nouum. Iaſ. in conſ. 1. col. j. vol 3. & in conſ. 180. col. 3. in fi. volu. 2. Pariſ. conſ. 2. nu. 8. vol j. conſ 6. col. j. vol eod. & in conſ. 65. col. j. vol. 3. Ruy. in conſ. 13. num. 7. vol. j.

5 Nec habet obſtare, † quòd etſi feudum prædictum ſit nouum, tamen fuit alteratum per principem qui illud conceſſit iure antiqui feudi, ac auiti, & proauiti, Ita, quod ſapiat naturam feudi antiqui, auiti, & proauiti, in omnibus, & per omnia, quo caſu propter dictam clauſulam feudum huiuſmodi regulariter ſecundum naturam feudi antiqui &c. vt per Bald. in cap. hoc quoque in fine, de ſucceſſ. feu. & in c. 1. in princ. ver. extra no de alie. feu. pater. vbi dicit, quod ſi Rex concedit mihi caſtrum nomine, & iure feudi antiqui poſſidendum, quòd licet feudũ ſit nouum, tamen aſſumit qualitatem feudi antiqui, arg. l. quicunque, C. de om. agr. deſer. lib. 11. in quo feudo antiquò, &c. Agnati tranſuerſales ſuccedunt ca. j. §. & quia feu. dar. poſſ. cap. j. §. ſatis de proh. feu. alien. per Lothar. Cur. iun. in tractatu feud. in tercia parte colum. 1. & 2. verſicul. ſucceſſiuè, & in conſilio 13. nume. 13. Bald. in conſil. 282. volumine 5.

Quia reſpondetur, quod quando feudum re vera eſt nouum, licet in conceſſione Principis adijciantur illa verba feudi antiqui, &c. tamen illa verba non immutant veritatem rei, quod probatur ratione, & authoritate: ratio-
6 ne, † nam contrariorum eadem eſſe debet diſciplina l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris & non ſolùm eadem diſciplina, ſed etiam eadem potentia. Bald. in l. emptione
7 per illum tex. ff. de pactis. † Item contrariorum vnum, & idem eſt ſtatutum. Bald. in cap. cùm veniſſent. col. fi. de iudi.
8 di. ſed in caſu è contrario videmus, † quòd ſi feudum ſit verè paternum, & antiquum, per nouam inueſtituram non officitur nouum, nec aſſumit qualitates noui feudi, ſed remanet paternũ, & antiquũ, vt ex tex. & ibi Bald. ac alij in cap. j. de vaſal. decrep. æta. in c. 1. vbi Aluar. in agn. vel fil. Bal. in l. j. q. 15. ff. de rerum diuiſ. Ergo etiam dicendum eſt, quòd ſi feudum verè ſit nouum, quòd propter qualitatem adiectam, & de qua ſuprà, non ſortiatur naturam ipſius feudi paterni, & antiqui, ſed remaneat nouũ. Ita Iaſ. in conſ. 180. col. 6. verſ. iſta opinio. vol. 2.
9 Secundò † authoritate. Ita in terminis decidit Oldr. in conſ. 178 argum. l. ſi fortè, ff. de caſtrenſi pecul. & eorum quæ not. in l. ſi donatione, C. de collat. quem formaliter refert, & ſequitur Alberic. de Roſa, in ſuo dictionario, in verbo nouum. vbi in fine dicit, quòd ita fuit determinatum quod verbum ſummopere inquit notandum Iaſ. in conſ. 152. col. j. vol. 2.

Nec refert ſi dicatur, quod Oldrad. loquitur quando feudum concedebatur a perſona quæ non poterat liberè
10 donare. prout in prælato eccleſiæ, † quia re vera loquitur in Comite Sabaudiæ, vel in Marchione Mõtisferrati, qui pro libito voluntatis poteſt facere feudum antiquum. Ita Iaſ. in allegato conſil. 152. col. 1. Eandem etiam opinionem tenuit Paul. de Caſt. in conſil. 154. vbi concludit, ꝙ ſi aliqui fuerunt inueſtiti de feudo nouo pro ſe, & hæredibus ſuis, tanquam de feudo antiquo, quod illa verba nõ operantur, quod ſuccedant agnati, qui aliàs nõ ſuccedũt in feudo nouo, ſed ſolum in antiquo: quia recipiens feudum non potuit acquirere niſi pro ſe, & hæredibus ſuis. Imò ſi expreſſam mentionem feciſſet de agnatis, haberetur pro non adiectis illi, ad quos feudum de ſui natura non poterat tranſire. l. ſi mihi, & Titio, ff. de verborum obliga. niſi nomine illorum recepiſſet tanquam eorum procurator, vel negotiorum geſtor, & ſecuta fuiſſet ratificatio, argu. l. ſi ego. cum ibi not. ff. de negot. geſt. Alex. conſ. 10. col. 2. volum. 3. Hoc etiam voluit Iaſ. in conſ. 57. col. 5. vol. j. & in conſ. 180. col. 6. verſicu. non obſtat illud, volum. 2. & in conſ. 152. colum. j. volum. eodem, vbi atteſtatur hanc eſſe magis communem, a qua in iudicando non eſt recedendum.

Nec obſtant verba illa, in omnibus, & per omnia, appo-
11 ſita in conceſſione, † quia per ea non veniunt perſonæ inſolitæ, vt per Butrig. in conſil. 19. prout in caſu noſtro, vbi inſolitum eſt tranſuerſales agnatos in feudo verè nouiter acquiſito debere admitti. Et cum Butr. pertranſit Iaſon in citato conſi. 152. col. 2.

Pariter non obſtat deciſio Bald. in d. cap. j. §. hoc quoque. quia Bald. ibi loquitur quo ad effectum, vt in proximiores agnatos poſſit fieri alienatio, non autem quo ad effectum vt agnati tranſuerſales, in eo iure ſucceſſionis admittantur. ita Iaſ. in allegato conſ. 152. col. j. in fi. & in conſi. 180. col. pen. in fin.

12 Secundo principaliter dicitur, † quod etiã dato quod dictum feudum Valarij aſſumpſiſſet naturam feudi antiqui, auiti, & proauiti, tamen dicti fratres tanquam agnati tranſuerſales non poſſent in eo ſuccedere cùm non deſcenderint a primo ſtipite, & acquirente, prout requiritur in feudo antiquo, &c. eſt tex. in c. j. §. ſi Capitanei. de feud. marchi. In cap. vbi doctor. de grad. ſucceſſ. in feud. Alexand. in conſ. 10. col. 3. volu. 3. Curtius ſenio. in conſi. 49. colum. 3. verſi. in quo. & in conſ. 51. col. 6. ver. nec prædictæ concluſioni. Bolog. conſ. 1. colum. 8. & Pari. in conſi. 13. num. 2. volu. j. Vbi inquit ita concludere communiter doctor. vnde ex his concludendum videtur, quod ex quo dicti fratres non probarunt ſe agnatos deſcendentes ex primo ſtipite, prout in veritate probari non potuit, quod ad prędictum feudum admittendi non veniant, ſed quod

illud

illud reuerſum fuerit ad Dominos per regulam quæ ha-
13 bet, † quòd actore non probante, reus debet abſolui,
etiã ſi nihil præſtiterit, l. qui accuſare, C. de eden. l. actor,
C. de probationibus.

Quibus non obſtantibus contrarium eſt de iure verius
24 quod demonſtratur, † Nam conſiderato tenore inueſtitu
ræ conceſſæ prædicto domino Franciſco, quem potiſſimè
conſiderare debemus, eo quia derogat omni iuri, & om-
ni naturæ feudali, c. 1. in verbo tenorem. de duobus fratr.
35 a cap. inueſt. vbi Bal. † & cuius forma modo aliquo non
eſt recedendum. ex quo dat legem in feudis, vt per Iſern.
in tit. de natu. ſucce. feud. Bald. in prælud. feud. in quarta
diuiſ. ver. porrò. Soc. conſi. 67. nu. 7. vol. 1. Cur. Sen. conſil.
48. col. 6. in fi. verſi. 10 Decius, in conſi. 614. col. 1. Iaſ. conſ.
1. col. 2. in fi. vol. 3. Pariſ. conſi. 3. nu. 14. volum. 1. & Bald. in
conſi. 119. volum. 1. videtur dicendum quod dicti agnati
tanquam tranſuerſales in dicto feudo conceſſo iure feudi
antiqui, auiti, & proauiti ſuccedere debeant dicto cap. 1.
§. & quia. Alexan. in conſi. 29. colum. penul. volum. 5. Mod.
in dicto tractatu, in tertia parte, colum. 1. & Iaſ. in conſil.
180. colum. 3. vol. 2. Quòd autem reguletur ſecundum na
turam feudi antiqui, auiti, & proauiti, patet: quia con-
ceſſum fuit feudum prædictum per Illuſtriſſ. Ducem iure
16 feudi antiqui, auiti, & proauiti. † Ergo illorum naturam
aſſumere debet, ita. Bald. in d. cap. 1. §. hoc quoque, de ſuc-
ceſſ. feud. & in ca. 1. de alie. feu. pater. cum quo tranſeunt
communiter Moderni ibi, vbi inquit quòd ſi Rex conce-
dit mihi caſtrum nomine iure feudi antiqui ad poſſiden-
dum, quòd licet feudum ipſum ſit nouum, tamen aſſumit
qualitatem feudi antiqui, argumen. l. quicũque, C. de om.
17 agr. deſer. lib. 11. † adeò quòd poterit alienari in proxi-
miores agnatos, quod dicit notandum. Et Bald. ſequitur
etiam Alex. ſibi contrarius in conſi. 30. col. 3. vol. 1. conſil.
29. col. fi. in prin. vol. 4. & in conſi. 55. num. 20. vol. eo. ac in
conſi. 1. col. 7. vol. 5. Afflict. deciſ. 282. col. 5. in fi. Cur. Sen.
conſi. 49. col. 13. & in conſ. ſeq. col. 29. & collegium Bono-
nienſe in conſi. 51. inter ipſa conſilia Curtij, colum. 15. in
fin. Iacobus de ſancto Georg. in tractatu ſuo feu. in verb.
nobilis Agaſi circa fin. vbi dicit hoc notandum. Dec. in
conſi. 53. col. 2. conſi. 285. nu. 7. & in conſi. 193. col. 7. Bo-
logn. conſi. 1. col. 1. Brun. in conſi. 73. in fi. & conſil. 79. col.
fin. Soci. in conſi. 10. in ſecunda quæſt. inter conſilia Bru.
Pariſ. in conſ. 17. in principio, volum. 1. Et hanc eſſe com-
munem opinionem firmât Cur. Sen. in allegato conſ. 49.
col. 13. & in conſi. ſeq. col. 29. Decius in conſil. 194. col. 2.
Cur. Iun. in d. ſuo tractatu, char. 7. colum. 3. & in conſil. j.
col. 5. in princip. Brun. conſi. 71. Iaſ. ſibi contrarius in cita
to conſ. 1. col. 3. & 4. vol. 3. vbi in quatuor locis aſſerit hanc
eſſe communem, & quòd temerarium eſſet in iudicando
recedere ab hac ſententia. Pariſ. conſi. 5. nu. 11. volum. 1.
Alipran. in conſi. 30. nu. 10. inter conſilia ſtatus Montisfer-
rati. dominus meus Ruyn. in conſi. 5. in princ. vol. 1. & in
conſi. 45. col. 2. circa fi. vol. eo & ipſam vti magis commu-
nem ſequitur Iaſ. in vſibus feud. char. 28. cum ſeq. & in
conſilio 136. colum. 3. 4. & 5. volum. 4. a qua ſimiliter dicit
18 non eſſe recedendum in conſulendo, & in iudicãdo. † Cũ
igitur hoc feudum ſapiat naturam feudi antiqui, auiti, &
proauiti, ideo dicendum venit quod in eo, quemadmodũ
in feudo antiquo, dicti agnati ſuccedere debent dicto §.
hoc quoque. Cur. Senior vbi ſuprà, & tãto magis hoc ad-
mittendum, eſt cum in ipſa conceſſione dicatur, quòd ſa-
piat naturam feudi antiqui, auiti, & proauiti, in omnibus
& per omnia, per quæ verba apparet mentem conceden-
tis fuiſſe, vt omnino dictum feudum ſit antiquum, auitũ,
& proauitum, per ea quæ not. Bal. in l. omnes populi, col.
19 antepenult. ff. de iuſtitia & iure, † vbi quærit. pone quòd
quis non poſſit creari prior in ciuitate, niſi ſit ciuis origi-
narius, vt eſt Papiæ, & recipitur forenſis ad ciuilitaté, hoc
adiecto, quòd habeatur per omnia pro ciue originario,
nũquid poterit eligi prior, & determinat quod ſic. Et Bal.
ſequitur Iaſ. in l. ſi Rufinus, col. 2. C. de teſta. milit. Acce-
dat etiam quod dixit idem Bal. in l. omnia, C. de epiſco. &
20 cleric. † vbi tradit, quòd ſi conceſſum eſt ſtudio Tholoſa-
no quòd gaudeat priuilegijs ſtudij Parienſis, & de nouo
concedantur alia priuilegia ſtudio Pariſiẽſi, quod illa non
competunt ſtudio Tholoſano, niſi in illa conceſſione eſ-
ſet electa adiectio per omnia, quia tũc ſtudium Tholoſa-
num gaudebit priuilegijs conceſſis poſt dictam adæqua-
tionem, l. Iulianus in princip. de leg. 3. Et cum Bal. pertrã-
ſit dominus meus Ruynus in conſil. col. 2. in princ. vol. 3.
21 † Si ergo dicta verba per omnia in caſibus præmiſſis hos
effectus operantur, ergo multò magis in caſu noſtro, vbi
ſunt verba in omnibus, & per omnia geminata, & vniuer
ſalia, quæ faciunt id comprehendi in conceſſione, quæ
aliàs non comprehenderetur, vt in l. baliſta cũ ibi no. per
Scrib. ff. ad Trebel. & in l. cum ſcimus, C. de agri. & cenſ.
lib. 11. Alex. in l. ſi patroni, ff. ad Trebe. Ruyn. conſ. 32. nu.
22 5. volum. 2. & in conſi. 171. nu. 11. volum. 3. † Talia enim
verba geminata prolata cenſentur cum maiori delibera-
23 tione cap. etſi Chriſtus de iureiur. † & vbi verba ſunt ge
minata, magis enixè dicitur apparere de volũtate diſpo-
nentis, ne verba cenſeãtur ſuperfluo appoſita. Pau. de Ca
ſtro. in conſi. 115. col. 2 circa medium, volum. j. & ideo vi-
24 demus, † quòd licet verba videatur, & placeat, importẽt
arbitrium boni viri, ſi de per ſe prolata ſint, tamen ſi ge-
minentur, & ſimul ponantur, important liberam volun-
tatem, Corn. in conſi. 302. colum. 3. volum. 4. Facit etiam,
25 quod not. Socin. in conſi. 65. colum. fin. volum. 1. † vbi ver
ba geminata enunciatiua probant, vbi aliàs non probant
non geminata, vt per Rom. in l. j. quæſt. 6. C. de hæred. in-
26 ſtitu. & per gloſſ. in l. 1. C. de plus petitio. † vbi geminata
confeſſio operatur, vt non poſſit opponi exceptio non nu
meratæ pecuniæ. Sed accedendo magis ad proxima; fa-
cit, quod voluit Ange. in l. 2. §. furioſus per illum textum,
27 ff. de iure codicil. † vbi inquit, quòd ſi ſtatutum diceret,
quod ſcholares habeantur in omnibus, & per omnia pro
ciuibus, quòd iſta verba faciunt eos veros ciues, tam acti-
uè quam paſſiuè, & tam reſpectu commodorum, quàm
damnorum. Et Angel. ſequuntur Alexander, & Iaſ. in d. l.
ſi Rufinus. Aretin. in l. j. in verbo, per omnia, de leg. 2. Pa-
28 riſ. in conſilio 71. colum. 2. volum. 1. † vbi dicit, quod rece
ptus in ciuem in omnibus, & per omnia, ex hac receptio-
nem efficitur vere ciuis, & non fictè, & æquiparatur ori-
ginario. Accedit quoque, quod dixit Ruynus in conſilio
29 56. colum. 4. verſicu. & hoc præſertim, volum. j. † vbi tra-
dit, quòd quando filius approbauit teſtamentum patris,
in quo ſibi reliquit minus legitima, in omnibus, & per
omnia, quòd illa approbatio nullo modo reſtringitur,
ſed vniuerſaliter operatur, vt etiam ſupplementum legi-
timæ petere non poſſit, quod aliàs eſſet, ſecus ſi illa
verba appoſita non fuiſſent, ſed in ſpecie in caſu noſtro
ponderando dicta verba in omnibus, & per omnia. Ita
30 voluit Socin. in conſilio 67. numero 21. volum. 1. † vbi
inquit, quòd prædicta verba includunt vniuerſaliter om
nem naturam antiqui auiti, & proauiti feudi. Idem etiam
dixit Curtius Senior. in citato conſilio 49. colum. 9. verſi.
31 ſextò confirmatur. † vbi voluit, quòd dicta verba ſint
tantæ potentiæ, & ſubſtantiæ, quòd inter duo ſubiecta
non debet eſſe aliqua differentia: & quod ſemper, & om-
ni caſu debemus iudicare de iſto feudo tanquam de anti
quo. Hoc etiam tradit ipſe Curtius in conſilio 50 col. 26.
verſi. Corroborantur, & dominus meus Ruyn. in citato
conſil. 45. colum. 2. verſicu. nunc. Vbi inquit, quòd inue-
ſtitura conceſſa de feudo cum clauſula, quòd inueſtitura
ipſa ſapiat naturam, & formam accipiat paterni, & anti-
qui feudi in omnibus, & per omnia, operatur in fauorem
agnatorum, qui ſuccedunt in feudo antiquo, & paterno,
cap. 1. de grad. ſucc. in feud. ac ſi verè paternum, & an-
tiquum eſſet.

Reſtat modò reſpondere ad rationes, quæ fiunt in cõ-
trarium, quibus non reſpondere videretur aut ambitio-
ſum, aut quòd quis ignorantiæ tenebris eſſet inuolutus,
vt inquit, Ang. in conſ. 100. quem refert collegium Bono-
nienſe in citato conſ. 51. col. 3. Ideo deueniendo ad argu-
mentum, quòd contrariorum eadem debet eſſe diſciplina
32 & eadem potentia. † reſpondetur, q in caſu noſtro argu-
mentum prædictum non põt procedere, cum non ſit eadẽ
ratio in vno caſu ſicut in alio, l. inter ſtipulanté, §. ſacram.
vbi Bar. & alij, ff. de verborum obligationibus. Ale. in l. ne
ceſſarijs, in 1. not. ff. de acqu. hær. Pariſ. in conſi. 82. nu. 49.
33 vol. 3. † Nam diuerſa ratio reformat pactum, l. interpoſi-
tas, vbi doctor. de tranſact. ſed in caſu præſenti inter vnũ
34 caſum & alium datur diuerſa ratio, † quia quando feu-
dum nouum datur in antiquum, &c. non fit præiudicium
niſi domino concedenti feudum, qui ſibi potuit præiudi-
care. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & in eo appone
re legem quam voluit, vt per Angel. in allegato conſilio
100. colum. 4. verſicul. quia princeps. & Curtius. Iun. in
35 conſilio. j. numero, 15. † vbi inquit, quòd dominus dire-
ctus feudi poteſt reſpectu iuris, & intereſſe ſui cõnſenti-
re, quod feuda tranſeat ad illa perſonas, ad quas de ſui
natura non fuiſſent tranſitura, puta ad fœminas, vel ad

natos

natos ex eis,capit.primo,§.hoc autem,qui feud. dar. poſſ.
capit.1.de nat.ſucc.feud. Sed quando feudum antiquum
auitum , & proauitum datur vt nouum , fit præiudicium
agnatis non conſentientibus , quibus ius erat acquiſitum
ex prima inueſtitura beneficio domini. Ita reſpondet
Cur.Sen.in conſilio 50 col.31. verſi.7.iuſtificatur,& col-
legium Bononienſe,in allegato conſi.51.col.4.Iaſ.in con
36 ſi 136.col.7. in prin.vol.4.† Pro cuius confirmatio facit,
Nam in correlatiuis diſpoſitũ in vno, cẽſetur diſpoſitũ in
alio ẽt in materia correctoria.l.fi.C.de indicta induit. tol
lenda,& tamen vbi non eſt eadem ratio,non procedit ar-
37 gumentum,ut per doct.in in rubr.de acqui.poſſeſſ. † &
ideo nos videmus,quòd ſtatutum prohibens maritum re-
linquere vxori,non habet locum in vxore relinquente vi-
ro,vbi non eſt eadem ratio,vt tradit D.meus Ruy.in conſ.
174.num 9.vol.j.

Non obſtat,quòd in feudo non ſuccedunt agnati tranſ-
uerſales , quia reſpondetur id procedere in feudo , quod
non ſapit naturam feudi antiqui,auiti,& pro auiti, in quo
ipſi agnati admittuntur,vt per Cur.Sen.in conſi.ſuprà ci-
tato 49.& in alijs locis de quibus ſuprà.

38 Tertiò non obſtat conſilium Oldrad. † quia duobus
modis reſpondetur. Et primò, quòd contra eum eſt ma-
gis communis opinio,vt ſuprà oſtenſum fuit,a qua nulla-
tenus in iudicando & conſulendo eſt recedendum l. fin.
39 C.pœn.iud.qui mala iudi. † vbi Angel.tradit, quòd ni-
mium ignorans eſt,qui contra communem opinionem iu
40 dicat. † deferre enim debemus communi opinio. Nam
difficillimum eſt maiorum ſententias reuoluere cap. ve-
niam.35.q 9. l.fin.C.de lib.præter. Cur. Sen.in conſil.46.
col.5.verſi.tranſitum faciamus.Et tantò magis ipſi adhę-
rede debemus, cum ſit fulcita melioribus rationibus,per
41 ea quæ dicit Angel.in conſi.100.col.9.† vbi inquit iuſtius
eſſe adhærere illi ſententiæ, melioribus rationibus fulci-
tur etiam ſi Imperator ſit in opinione contraria lege Emi
lius.ff.de minoribus.Decius in conſi.284 in fine.

Secundò reſpondetur quòd caſus Oldr. multum differt
a noſtro: quia in terminis ſuis inueſtitura facta fuit de feu
do nouo & nouiter acquiſito , tanquam de feudo pater-
no,& antiquo, per quę verba geminata clarè liquet de e-
nixa voluntate concedentis,quòd intentio principis erat,
quòd feudum eſſet nouum,& non antiquum : ſed in caſu
noſtro conceſſio facta fuit in feudum paternum, antquũ,
auitum,& proauitum,& cum clauſula, quòd dictum feu-
dum in omnibus,& per omnia ſortiatur & habeat natu-
ram feudi paterni, antiqui auiti, & proauiti nullibi facta
42 fuit mentio de feudo nouo:† quæ verba geminata & vni-
uerſalia prolata ab homine , & quæ non recipiunt reſtri-
ctionem,iuxta doctrinam Bartoli in lege generali. §.vxo-
ri. de vſufr. lega. demonſtrant apertè voluntatem infeu-
dantis fuiſſe,vt ipſum feudũ omnino eſſe auitum,& pro-
auitum,quòd per eum fieri potuit,vt per Angel.in allega
to conſi.106 col 6.& Pariſ.in dicto conſi.17.in prin.vol.j.
& tantò fortiùs in caſu Oldra.id dicendum venit,cùm eſ-
ſet nouus dominus,& non ſucceſſor illuſtriſſimi Marchio-
nis Montisfer. & motus fuerit ratione noui dominij, no-
uarum conuentionum , & nouæ interruptæ poſſeſſionis,
& ideo cum de eius voluntate appareat,meritò ab illa re-
cedendum non eſt,ſicut è cõtra in terminis noſtris etiam
ab intentione ipſius non ſit diſcedendum,cùm clarè con-
ſtet Principem voluiſſe feudũ verè eſſe auitũ,& proauitũ.

Nec obſtat, ꝙ in caſu Oldr. erant etiam illa verba tan-
43 quam de feudo paterno & antiquo , quia primò reſpon-
detur quòd illa dictio tanquam proprie eſt dictio impro-
prietatis cap.ſolitæ de maior.& obed. Item & quòd dicta
verba declarari debent,& reſtringi ab illis verbis præce-
44 dentibus de nouo,& nouiter acquiſito, † nam præceden-
tia declarant ſequentia,lege ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de
legat.primo. Præcedentia,enim magis influunt ad decla-
rationem ſequentium,quàm ę contra.Gloſ.& Bar.in lege
quiſquis lega. tertio, & hæc reſtrictio neceſſariò fieri de-
bet,quia ſi aliter fieret,ſequeretur,quòd illa verba de no-
uo,& nouiter acquiſitio,quæ ſunt,(vt dixi)geminata,eſ-
ſent ſine virtute operandi contra leg.ſi quando. ff.de leg.
primo,in lege 1.ff.de eo,quod metus cauſ. Item etiam ſe-
queretur repugnantia, & contrarietas, quòd feudum eſ-
ſet nouum & antiquum,quòd ſimul & ſemel ſtare nõ poſ
ſunt,quæ omnia ceſſant in caſu noſtro ita reſpondit Curt.
Sen.in d.cõſ.50.col.48.ver.ad quintũ,& in conſ.ſeq.col.3.

Similiter non obſtat deciſio Pauli de Caſtr. in allegato
conſil.154.quia Paulus principaliter ſe fundat ex eo,qui
recipiens inueſtituram feudalem non potuit acquirere ni-
ſi ſibi & hæredibus ſuis,vnde etiam ſi expreſſam mentio-
nem feciſſet de agnatis,haberentur pro non adiectis,cùm
feudum ad eos de ſui natura non tranſeat, l.ſi mihi, & ti-
bi.ff.de ver. oblig. ſed in terminis de quibus agitur ceſſat
iſta ratio , quia non agitur de acqueendo feudum agna-
tis tranſuerſalibus virtute alicuius ſtipulationis factæ per
infeudatum,ſed ex eo,quòd Princeps in inueſtitnra con-
ſenſit quòd tale feudum habeat naturam feudi antiqui ,
auiti,& proauiti. Ita formaliter reſpondet Iaſ.in conſil.j.
col.4.vol.3.& in conſi.136.col.6.in fi.vol.5.Curt.in conſi.
49.col.15.in fi.ver.vel poſſumus,& in conſi.50.col.52.vbi
etiam reſpondet Old.& Pau.de Caſt.

Pariter non obſtat conſilium Alex.quia reſpondet Iaſ.
in allegato conſ.136.col.6.in fi.quod de authoritate Alex.
non eſt curandum,cùm ipſemet in quatuor conſilij,& de
quibus ſupra,tenuerit oppoſitum, ſequendo communem
45 opinionem.† Vnde quando doct.vel gl.in tribus vel qua-
tuor locis tenent vnum,illud ſequendum eſt,quamuis alï-
bi in vno loco contrarium tenuerint ſecundum Bal. in l.
precibus col.12.in fi.C.de imp.& alijs ſub.Iaſ. in d.conſi.
136.col.6.in fine.

Nec obſtat authoritas Iaſ.in d.conſi.57.col.5.& in alijs
ſupra citatis,quia in eius dictis facere non debemus fun-
damentum, cùm ipſemet tam in lectura, quam in cõſilijs
de quibus ſuprà paſſim & in diſtinctè dicat hanc vltimã
46 partem magis communem in pluribus locis.† & quòd te
merarium eſſet ab hac ſententia recedere in iudicãdo: &
eo maximè huic ſententię adhęrere debemus cum prima
opinio conuincatur, & iſta ſit fulcita melioribus rationi
bus,vt per Par.conſil.32.colu.2.volum 2.& conſil.47.nu-
me.15.volum.eod.

Non obſtat quoque,quòd illa verba in omnibus,& per
omnia,non habent operari,quòd feudum prædictum quã
uis conceſſum in feudum paternum, antiquum, auitum,
& proauitum,& cum clauſula,ita quòd ſapiat naturam,
&c.ſit tranſitorium ad agnatos tranuerſales,cùm per illa
verba non veniant perſonę inſolitæ.vt in caſu de quo agi
tur,ſi in feudo verè nouiter acquiſito admitterẽtur,quia
47 reſpondetur duobus modis.† Et primò,quòd Iaſ.male lo
quitur quia contrarium in terminis tenuerunt Cur.Sen.
Collegium Bononien.& Rui.in locis ſuprà citatis.

48 Secundò reſpondetur † quòd imò dicta verba gemina
ta prolata ab homine, & quæ non recipiunt reſtrictionẽ,
vt per Barto.in dicto §.vxori,& Ruin. in conſil.137.nu.2.
vol.2.comprehendunt etiam perſonas inſolitas, quod de-
49 monſtratur. † Nam feudum hæreditarium de ſui natu-
ra non tranſit ad hæredes extraneos,vt per Doct.in l.etiã
ff.ſol.mat.& tamen hoc fallit ſi inueſtitura fuerit dictum
de omnibus hęredibus,quia tunc veniunt hęredes extra
nei.Ita Bal.in c.in præſentia col.7 de probat.quem ſequi-
tur Alex.in conſi.3 col.fi.vol.5.& in conſi.195.col.2.vol.6.
Gozad.conſi.59 col 3.

Tertio facit,quòd dixit Cur.Iun.in conſilio j.col.2 vbi
tradit,quòd licet verba vniuerſalia,& geminata quibuſ-
cunque,& qualiſcunq; prolata à lege vel ſtatuto recipiãt
50 reſtrictionem de habilitate,† tamẽ ſi proferantur ab ho
mine,non recipiunt reſtrictionem prædictam,vt per Bal.
in l.fi.col.j.C.ſine cenſu uel reli.& Iaſ.in l.2. §.prætor ait,
ff.qui ſatiſ.cog.in l.j.§.nunciatio,ff.de ope.noui nunciat.

Penultimò non obſtat quòd Bal.in d.c.j.de alie.feu.pa
ter.qui vult,ꝙ ſi Rex mihi concedit feudum iure antiqui
feudi,quod aſſumat naturã feudi antiqui, loquatur quo
ad effectum vt poſſit alienari in proximiores agnatos,nõ
autem quantum ad effectum ſuccedendi,quia reſponde
tur ꝙ dictum Bald. debet intelligi etiam in ſucceſſione,
51 † quia alienatio in agnatos proximiores fieri non poteſt
ſi non ſunt de comprehenſis in inueſtitura,& feudum ſit
aliquando ad eos recaſurum,vt eſt tex.in cap.j.de alie.pa
ter. Cùm ergo loquatur Bal. de alienatione in proximio-
res agnatos, cenſetur loqui de alienatione ficta agnatis,
52 qui ſuccedere poſſunt,† quæ non dicitur alienatio,ſed re
futatio,vt in d.c.j & Bal.in c.1.in prin.col.3. ver.q̃ro,an
inter agnatos de prohib.feud.alie. p Fe. Bru. in conſ.38.
in prin.alias ſi Bal. aliter ſentiret,male loqueret. Ita Cur.
Sen.in d.conſ.49.col.14.in fi.& in conſi. ſeq. col.55. verſi.
du dicunt quæ opinio comprobatur ex not.per Bald.in l.
53 cùm virum.col fin.C.de fideicom.† quæritur ibi Bal. an
feudum veniat in reſtitutione fideicommiſſi,& concludit
quòd non niſi fideicommiſſarius ſit talis ad quem de ſui
natura tranſeat feudum, vt quia ſit agnatus proximior,

& com-

& comprehenſus in inueſtitura: quia tunc ceſſat ratio, quæ prohibet feudum tranſire in fideicommiſſarium. Et Bal. ſequitur Alex. in l. ſi patroni ad Trebel & in conſi. 91. volum. 1. in conſi. 8. nu. 10. & in conſi. 37. nu. 11. vol. eo. & in conſi. 108. nu. 18. vol. 2. Et quòd Bal. loquatur etiam de ſucceſſio e in d. c. 1. hoc voluerunt Iaſ. in d. conſi. j. vol. 3. & in conſi. 136. vol. 4. & collegium Bononienſe, vbi ſupra. Ruyn. in conſi. 4. in princ. vol. j. vbi inquit, quod feudum cõceſſum modo quo ſuprà ex dictis verbis aſſumpſit omnes qualitates, & naturam feudi antiqui per omnia. Allegat no. per Bal. in d. cap. de alie. feu. pater. & in conſi. 45. col. 2. vol. eod. vbi determinat quòd dicta clauſula operatur in fauorem agnatorum, qui ſuccedunt in feudo antiquo & paterno ac ſi verè paternum, & antiquum eſſet, per not. per Bald in d. ca. primo. Curt. Sen. in d. conſi. 49. col. 16. in fi. cum ſeq.

Non obſtat vltimò, quòd etiam dato, quòd iſtud feudũ iudicetur vt antiquum, & auitum, ac proauitum in quo
54 admittuntur agnati etiam tranſuerſales, tamen, † quòd id procedit quando deſcenderunt a primo ſtipite, quia reſpondetur, quòd ſicut quando feudum eſt auitum, & proauitum, ſufficit, quòd agnati deſcẽderint ab auo qui fuit parens communis agnationis, & in c. 1. §. ſi Capitanei de feud. march. & in ca. 1. de grad. ſucc. in feu. Ita etiam debeant admitti in caſu noſtro, in quo feudum verè eſt antiquum, auitum, & proauitum, ex mente cõcedentis, qui voluit, quòd in omnibus & per omnia ſortiatur, & habeat naturam feudi antiqui, auiti, & proauiti, & ſic, quod tranſeat ad agnatos, quamuis tranuerſales, dato etiam, ꝙ non deſcenderint a primo ſtipite: quia ſi aliter diceretur feudum præſens non iudicaretur, vt auitum, & proauitum, ſi non poſſent ſuccedere agnati tranſuerſales. Et ita in terminis conſuluit Iaſ. in d. conſi. 1. in 3. vol. vbi nepos
55 ex † fratre admittitur in feudo conceſſo patruo iure feudi antiqui, & paterni, & in conſi. 135. vol. 4. vbi etiam loquitur de nepotibus ex fratre, & Dec. qui in eodem caſu conſuluit, vt in conſi. 185. col. fi. in vltimo dubio, & Lancel. Dec. & Ambroſ. de Opizo. qui conſuluerunt in caſu de quo per Iaſ. in dicto conſil. 1. vt refert collegium Bononienſe in d. conſi. 51. Idem etiam voluit Pariſ. in conſ. 18. col. 2. vol. 1. Et hoc etiam ſentit Brun. in conſi. 40. dum inquit, quod dominus Gabriel non poteſt ſuccedere in feudo Cortanſeris conceſſo prius ſuis iure feudi antiqui, & auiti, ex quo conceſſio facta fuit ab epiſcopo, qui hoc facere non poteſt, ſentiens, quòd ſi eſſet Princeps ſecularis, qui poteſt hoc facere eſſet ſecus Et hoc etiam tenuit Cur. Sen. in conſi. 49. colum. 17. verſ. ad quartum vbi inquit, ꝙ nepotes ex domino Stephano virtute dictorum verborũ cenſentur comprehenſi in inueſtitura, & dicuntur perſonæ expreſſæ, vel de quibus fit cogitatum, & in col. 13. ver. ergo verũ erit. Et ita tenendum eſſe arbitror. Laus Deo.

## SVMMARIVM.

1 *Tutor priuilegij inſpiciendus eſt.*
2 *Poteſtas legitimandi dependet a priuilegio.*
3 *Poteſtas in quocunque actu requiritur.*
4 *Legitimatio infantis vt fieri poſſit, requiritur ſpeciale reſcriptum. Sed contra multi tenent, vt nu. 33.*
5 *Argumentum de emancipatione ad legitimationem ſecundum communem eſt validum.*
6 *Emancipatio vt fieri poſſit, requiritur ſpeciale reſcriptum.*
7 *Cautela pro impetrante priuilegium legitimandi, vt faciat exprimere in ſuo priuilegio de infantibus & furioſis.*
8 *Potentia legitimandi eos qui non poſſunt tacitè, nec expreſsè conſentire conuenit ſolum Cæſari, & non Comitibus Palatinis, niſi ſpecialiter hoc eis conceſſum fuerit.*
9 *Facultas legitimandi naturales, ſpurios, inceſtuoſos, & alios quoſcunque procreatos, & procreandos ex illicito coitu, non extenditur ad infantes Sed contra eſt communis, vt nu. 34. & 36.*
10 *Abſentes legitimari non poſſunt ſub clauſula, & alios quoſcũque.*
11 *Poteſtas legitimandi ſpurios, baſtardos, & alios ex quocunq; coitu, non extenditur ad inceſtuoſos. Sed contra nu. 39.*
12 *Inceſtuoſi ſunt magis odioſi, quam ſpurij, & baſtardi.*
13 *Facultas legitimandi non extenditur ad diſpoſitionem. quod declara, vt nu. 48.*
14 *Argumentum de minori ad maius affirmatiuè non valet.*
15 *Citatio agnatorum in legitimatione qua fit a iuo patres, & ad eius inſtantiam, non requiritur, ſecus in diſpenſatione, vt nu. 21.*
16 *Diſpenſatio eſt odioſa.*
17 *Legitimatio facta de inceſtuoſo, dicitur diſpenſatio.*
18 *Matrimonium contractum intra gradum affinitatis non valet.*
19 *Princeps ſecularis & Comes Palatinus non poſſunt diſpenſare cũ nato ex his inter quos non poteſt eſſe matrimonium lege canonica prohibitum quod declara nu. 50.*
20 *Imperator per ſuam diſpenſationem non poteſt facere legitimos ſpurios natos ex interdicto matrimonio per cenſuram eccleſiaſticam.*
22 *Citatio filiorum legitimorum, & naturalium, ſecundum communem ſicut requiritur in legitimatione qua fit ad inſtantiam patris. Ita & in diſpenſatione, quod intellige, vt in nu. 53. & 55.*
23 *Citatio in diſpenſatione requiritur, quia in ea adeſſe debet cauſæ cognitio.*
24 *Legitimatio in qua non fit mentio de filijs legitimis & naturalibus eſt nulla, quod limita, vt in nu. 57.*
25 *Diſpenſatio qua fit a Comite Palatino, requirit cauſam, alias non valet, quod declara, vt nu. 59.*
26 *Diſpenſatio ſine cauſa, dicitur diſſipatio.*
27 *Inſtitutio filij minus legitimè legitimati, de iure non eſt valida.*
28 *Legitimatus qui habet inſtrumentum legitimationis dicitur habere fundatam intentionem, adeò quod aſſerenti contrarium incumbit onus probandi.*
29 *Interpretatio in dubio fieri debet pro validitate legitimationis.*
30 *Princeps ſicut poteſt legitimare ſpurios cum clauſula non obſtante, vel de plenitudine poteſtatis, non requiſitis his de quorum præiudicio agitur, ita etiam poteſt, ſecundum communem, concedere Comiti Palatino facultatem legitimandi citatis. & non citatis his, de quorum intereſſe tractatur.*
31 *Spurius vel inceſtuoſus ſicut poteſt legitimari a Cæſare, nulla facta mentione filiorum legitimorum, & naturalium, ita etiam a Comite Palatino, cui in priuilegio conceſſa eſt authoritas eos legitimandi extantibus filijs legitimi, & naturalibus.*
32 *Inceſtuoſi authoritate imperiali, cum clauſula non obſtante, poſſunt legitimari quo ad temporalia.*
35 *Comes Palatinus habens facultatẽ legitimandi quoſcũque cuiuſcunque ſtatus, gradus, & præminentia exiſtant poteſt legitimare filios nobilium.*
37 *Verbum procreatos verificatur nedum in natis, ſed etiam in conceptis, & in vtero exiſtentibus.*
38 *Legitimatio fieri poteſt de non natis, & in vtero conceptis.*
40 *Facultas legitimandi, qua dicitur beneficium Principis, latè debet interpretari, cùm ſit fauorabilis.*
41 *Dictio quoſcunque, in materia fauorabili comprehendit maiora expreſſis, licet ei ſit adiecta dictio alios.*
42 *Dictio alius ſi eſt iuncta ſigno vniuerſali prolato ab homine, non recipit reſtrictionem.*
43 *Gloſa in lege ſi fugitiui, C. de ſeru. fugit. declaratur tribus modis.*
44 *Verba vniuerſalia quicunque, & ſimilia, licet reſtringantur ad habilitatem quando proferuntur a lege, vel a ſtatuto, tamen id ſecus eſt quando proferuntur ab homine.*
45 *Poteſtas legitimandi natos ex quocunque damnato coitu, ſeu illicito, extenditur ad filios eorum, qui ſunt in ſacris.*
46 *Filij nati ex conſtitutis in ſacris ſunt inceſtuoſi.*
47 *Legi iubemus, C. de eman lib. derogatur per clauſulam non obſtantibus legibus, &c.*
49 *Argumentum de maiori ad minus affirmatiuè valet.*
51 *Legitimatio inducitur etiam ſine matrimonio per adoptionem vel arrogationem.*
52 *Aliud eſt diſpenſare, & aliud legitimare.*
54 *Comes Palatinus qui habet authoritatem legitimam de filios inuitis parentibus, fortius etiam eis ignorantibus.*
56 *Reſcriptum ualet in præiudicium tertij ſecundum communem, quando adeſt clauſula non obſtantibus, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis.*
58 *§. Generaliter in auth. qui mo nat. effi. ſui derogatur ſecundum communem per clauſulam, non obſtantibus legibus poſitis in auth. quib mod. natu. efficiuntur ſui.*

## CONSILIVM LXI.

Vltiplici ex capite videtur dicendum inſpecto tenore facultatis Cæſaræ conceſſe Magni. domino Franciſco de Gentilibus legitimandi naturales, & ſpurios
1 manzeres, & inceſtuoſos, † & quem tenorem inſpicere debemus, cap. porrò de
2 priuil. † cum tota eius poteſtas a ſuo priuilegio dependeat, vt per doct. in ca. per venerabilem qui filij ſint legitimi, & in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liberis, & poſthu. Soc. in conſi. 212. in prin. Pariſ. in conſi. 1. num. 105. vol. 2. conſi. 2. col. 2. conſi. 4. col 2. in fin. vol. eo. & Ruy. in conſi. 104. nu. 6. vol. 3. quod dictus dominus Franciſcus

3 ciſcus ex defectu poteſtatis † quæ in quocunque actu re-
quiritur l.cùm te.C.de dona.ante nup.cap.cum ſuper de
off.deleg. non potuerit legitimare Baptiſtam Bartholotũ
4 infantem ad preces domini Antonij eius patris, † quo-
niam, vt comes Palatinus poſſit legitimare infantes, re-
quiritur, vt in ſuo priuilegio adſit facultas ſpecialis ipſos
5 legitimandi, l.iubemus C.de emanc. lib. † Arguendo de
emancipatione ad legitimationem, quoad argumentum
valet ſecundum communem, vt per Cur.Sen.in conſi.19.
col.2.& in conſi.65.col.3.Iaſ.in conſi.184.col.2. volum.2.
conſi.40.col.4.vol.3.& Ruyn.conſi.71.nu.4.vol.3.Dicitur
6 enim in d.l.iubemus.† quòd parentes poſſunt emancipa-
re eorum filios, impetrato prius ſpeciali reſcripto Princi-
pis, & eorum accedente conſenſu, niſi ſint infantes: quia
tunc eorum non requiritur conſenſus, ergo idem dicen-
dum videtur in legitimatione. Et ita per illum textum,
quem dicit ibi Bar.eſſe bonum, inquit ſe aliàs interroga-
tum fuiſſe à quodam magno aduocato in Tuſcia de tali
quæſtione, Baſtardus infans fuit legitimatus, nunquit va-
leat eius legitimatio, cum conſenſus eius non interuene-
rit? Et tradit primo eſſe dicendum, quòd non, vt in auth.
quibus modis natu.effi.leg.§.illud tamen poſteà determi-
nat contrarium. referens aliàs ita reſpondiſſe, quia dictus
§.illud, debet intelligi ſecundum determinationem illius
l.iubemus, ſcilicet, niſi ſit infans, quod dicit bene notan-
dum, ſignandum, & menti tenendum eſſe. Et ſic Bar.vult
quòd licet non requiratur conſenſus infantis, tamẽ, quòd
ſpeciale reſtrictum requiratur ad legitimationem infan-
tis. Et ita propriè intelligit illum tex. Azo in ſumma titu-
li de emanc.lib. vbi conſuluit, quòd infans qui non con-
ſentit, quia non poteſt emancipari, poteſt precibus prin-
cipi porrectis, vt concedat emancipationem, & principis
authoritas erit intimanda apud competentem iudicem.
Sed ſi ſit maior infante, tunc vltra principis reſcriptum,
& emancipationem, exigitur conſenſus filij vel præce-
dens vel ſubſequens per dictam legem iubemus. Et ſic in
effectu concludit Azo, & intelligit dictam l. iubemus, ꝙ
ad emancipationem infantis requiritur ſpeciale reſcrip-
tum principis.

Idem voluerunt Bald.& Sal.in d.l.iubemus, Bald.in l.
fin.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.in addit. & apoſtillis
ſuis. Præpoſ.in dicto cap.per venerabilem, § quod autem,
7 verſi.conſequenter char.16.† vbi admonet impetrantem
priuilegium legitimandi, vt faciat ſpecialiter exprimere
in ſuo priuilegio de infantibus, & furioſis, quia alias for-
tè tale priuilegium ad eos non extenderetur. Hanc quoq;
partem tenuit Angel. in quæſt. Nobilis quidam genere
8 colum.4. † vbi dicit, quod potentia legitimandi eos qui
non poſſunt tacitè nec expreſsè conſentire, conuenit ſo-
lum Cæſari, & non Comitibus Palatinis, niſi ſpecialiter
hoc habuerint in poteſtate ſibi cõceſſa. Idem voluit Cur.
Sen.in conſi.4.col.fi.conſil. 19. in primo dubio vbi in fin.
dicit ita ſæpius conſuluiſſe, & in conſ.65 in primo dubio
col.5.vbi aſſerit hanc eſſe communem Socin.in lege qui-
dam legatus col.3.verſi.quinta concluſio, ff.de reb dub.
& in conſi.295.nu.11.Iaſ in l.eam quam, in 1.not C.de fi
deicom.Cur.iun.in conſi 32.col.2. & in conſil.145. in fin.
vbi atteſtatur hanc eſſe magis communem. Par.in conſi.
1.col.pen.in princ.vol.2.& in conſi 80.col.fin.in princip.
vol.eo & Ruy.in conſi.72.col.2.conſi.60.in princ. & cõſi.
100 col.8.& verſ.ex his, vol.eo.

Nec habet obſtare, quòd facultas domini Franciſci ex-
tendatur ad infantes propter verba appoſita in ipſa con-
9 ceſſione, † dum ibi dicitur, quòd datur ſibi facultas legiti
mandi naturales, ſpurios, manzeres, inceſtuoſos, & quo-
ſcunque alios procreatos ex illegitimo coitu: & quibus
verbis, & quoſcunque alios apparet mentẽ Cæſaris fuiſ-
ſe, vt etiam ad infantes priuilegium extẽdatur, vt per Bal
dum in conſil.204.col.1.vol.2.& Soci.conſ.3.col.pen.vol.
3.quia reſpondetur mentem principis non fuiſſe propter
dicta verba habere reſpectum ad infantiam, ſed ad quali-
tatem ſpurietatis, quod patet, quia non dixit ſimpliciter
quoſcunque, ſed cum illa qualitate ex illicito coitu: & ita
non loquitur vniuerſaliter & ſimpliciter, ſed ſecundum
quid, vt per Dec.in conſi.55.in princ.& Ruy.in conſi.90.
col.2.volu.3. pro qua opinione facit, quod voluerunt Si-
gnor.de Homod.& dominus Gulielmus de Cadis de Pla
centia relati per Cur.Sen in conſi. 19. in primo articulo,
10 colu.penul.verſ.nam ſub illa. † vbi dicunt, quòd ſub illa
generali clauſula legitimandi quoſcunque, non poſſunt
legitimari abſentes. Accidit etiam quod tradit Alexan.in
11 conſi.70.col.j.vol.6. † vbi inquit, quòd ſi conceſſum eſt
Comiti Palatino, quòd poſſit legitimare ſpurios, baſtar-
dos, & alios quoſcunque ex damnato coitu procreatos,
quod non poterit legitimare inceſtuoſos, quia verba, &
alios quoſcunque debent intelligi de alijs natis ex ſimili
coitu damnato, & ſic de his, qui ſunt ſimiles ipſis ſpurijs
12 ſimpliciter, † non autem de magis odioſis ipſis, vt ſunt
inceſtuoſi, quia talis coitus eſt magis odioſus legi. l.ſi quis
inceſt.C.de inceſtis nup. Item etiam quia dictio alios eſt
repetitiua ſimilium, & non maiorum, glo.in l.ſi fugitiui,
C.de ſer.fug.c.ſedes de reſcr.

13 Secundò facit, † nam cui conceditur facultas legitimã
di, non cenſetur data facultas diſpenſandi. Barb.conſ.58.
col.4.ver.& præmitto, vol.2.Dec.in conſi.264.col.2. Par.
in conſi.2 nu.23.vol.2.& cõſ.212.nu.208.vol.eo. Goz. con
14 ſilio 48.nu.8. † quia eſſet arguere de minori ad maius af-
firmatiuè, quod argum. non procedit ca.ſi de transla.præ
lato, c.ſuper quęſtionum, §.ſi verò.de offic.delegat. Quòd
15 autẽ diſpenſare ſit maius, quàm legitimare, patet, † quia
in legitimatione quæ fit viuo patre, & ad eius inſtantiam
non requiritur citatio agnatorum, vt teſtantur Bartol.&
cæteri communiter in lege Gallus, §.& quid ſi tantum, ff.
de liberis, & poſthum. Decius in conſi.307.col.2. & Goz.
16 in conſil.6.in princip. † quod ſecus eſt in diſpenſatione,
quæ odioſa eſt, cap.penul.de fil.presbyt. Ita Socin. in lege
falſa, §.ſed ſi cui, ff.de condi.& demonſt. Goza.vbi ſuprà,
17 colu.4.verſi.11.† Sed iſta legitimatio dicitur diſpenſatio,
quia dicitur de filio inceſtuoſo, & nato ex his, inter quos
matrimonium eſſe non poterat, ſtante impedimento cau
18 ſato à iure canonico, † quia matrimonium inter eius pa-
trem & matrem de iure fuit nullum tanquam contractũ
intra gradum affinitatis prohibitum.c. non de conſangui
nitate, & affi. Alex.in conſi.129 nu.7 vol.6.Ruy.in conſi.
100.in prin.vol.3. Cum ergo iſta ſit diſpenſatio, quia in-
ter eos a principio non potuit eſſe matrimonium ſeu ve-
ritas matrimonij, nec fingi imago, l.1.C.de lat.lib.tol. &
per do.in d.c.per venerabilem. Pau.de Caſt. in conſi.219.
vbi refert ita aliàs fuiſſe conſultum per collegiũ Bononiẽ-
ſe, & per Bal.& Pet.eius fratrem, ac Soc.in d.l.Gall. §.for
ſitan. Curt.Sen. in conſ.65.col.8. Barb.conſ.58.col.4. vol.
2. Decius in conſi.288.colum.2.conſi.307 num.10.conſi.
576.col.pen. & in conſ.579.in prin.Iaſon.in conſ. 11.col.j.
vol.3.& conſi.40 col.2.vol.eo. Pariſ.conſi.12.n.208. vol.2.
ergo ſequitur quod ex defectu poteſtatis ea non valuit.

Tertiò dicitur ꝙ etiã dato quòd dictus Comes haberet
facultatem diſpenſandi, ꝙ diſpenſatio ipſa non valuit tã-
quam facta a Comite Imperiali, qui non habet facultatẽ
diſpenſandi cum nato ex his, inter quos non poterat eſſe
19 matrimoniũ: † quia ſicut Princeps ſecularis, & Comes
Palatinus non põt ſuper tali impedimento cauſato à iure
canonico & impeditiuo matrimonij diſpẽſare, ſed ſolus
Papa, ita nõ ſuper cõſecutiuo ad matrimoniũ, & ſic ſuper
legitimatione, vt vult ad literam tex.in d.c. per venerabi
lem, verſ.fin. vbi Papa non poteſt aliquẽ legitimare, quan-
do non poteſt ſuper matrimonio diſpenſare, lege diuina
prohibente. Vnde talis legitimatio debuiſſet fieri per Pa-
pam, vel habentem poteſtatem ab eo, qui ſuper tali impe
dimento potuiſſet diſpenſare, cum nõ ſit lege diuina, ſed
canonica inhibitum, Pariſ.in conſ.2.num.22.vol.2.& 212.
nu.207.poſt not.per Socin.in conſi.65.col.fin.vol.3. Hoſt.
ac.Ioann.Andr.in dicto cap.per venerabilem. vbi dicunt
20 † ꝙ ſpurios natos ex interdicto matrimonio per cenſurã
eccleſiaſticã Imperator non poteſt facere legitimos per
ſuam diſpenſationem: quia cum nõ poſſit ſuper matrimo
nio cognoſcere, ergo nec diſpenſare: quia cui negatur
cauſæ cognitio, multò magis diſpẽſatio, c.tua de decimis.

21 Quartò confirmatur hæc ſententia, † nam in diſpenſa-
tione requiritur citatio agnatorum, vt per Soc. in d.l.fal-
ſa, §.ſi cui. vbi inquit ita conſuluiſſe genitorem ſuum Ma-
rian.Soci.& dominũ Ioã.Bap.de ſancto Seuer. & alias eũ
ita conſuluiſſe, & verum dicitur, vt patet in conſ.65. col.
fi.vol.3. Idem Soci.in d.§.& quid ſi tantum. Goz conſ.48.
nu.3. Ruy.conſi.75.col.3.in princ.vol.3.conſi.87.nu.8 cõſ.
90.col.j.95.col.1.vol.eo. Si ergo requiritur citatio agna-
torum in diſpenſatione, ergo multo fortius filiorũ. Goza.
in conſi.85.verſi.4.licet in fi.& Soci.in conſi.95.col.fi.vol.
22 3.† Sicut etiam videmus in legitimatione neceſſariam
eſſe eorum citationem, vt per doct. communiter in d.§.
& quid ſi tantum. Bal.in l.nam ita diuus in princip.ff. de
adopt. vbi dicunt, quòd licet in legitimatione patris non
requiratur citatio agnatorum, tamen quòd ſecus eſt ſi ex-

tant

tant filij legitimi & naturales: quia eis inuitis pater non poteſt filios ſpurios legitimare. Idem dixit Alexan. in l. ex facto. col. 5. verb. & licet. §. de vulg. & pupil. Decius in conſi. 307 col. 2. vbi aſſerit hanc eſſe communem, & in conſil. 592. numero 6. & in conſi. 398 in principio Iaſ. in conſilio 184. col. 3. vol. 2. & 68. col. 2. vol. 3. Ruin. in conſil. 68. col. 3. vol. 3. quod ſaltem dicunt Socin. & Iaſ. in dicto §. & quid ſi tantum procedere reſpectu legitimæ filij ne in ea fiat ei præiudicium. † Et ratio quare in diſpenſatione requiri-
23 tur citatio, eſt, quia in ea cauſæ cognitio adeſſe debet. cap. de multa. de probend. quę adhiberi non poteſt quando citatio omittitur. l. in cauſæ. §. cauſa cognita. ff. de minor, Bartol in l. prolatam. C de ſent. & interlocut. omniū iud. Cùm igitur in ipſa diſpenſatione requiratur citatio, quæ non interuenit, meritò ſequitur quod diſpenſatio ipſa nō voluit. Goz. conſi. 6. in princ. conſi. 29. col. 2. conſi. 48. col. 2. & Soci. Iunior. conſi. 97. col. 2. vol. 2.

Quintò corroboratur hæc opinio † vbicunque in legi-
24 timatione non fit mentio, ꝙ extant filij legitimi & naturales, ea nō valet in præiuditium filiorum. §. illud. §. ſi quis ergo filios non habens. in authen. quibus mo. nat. effi. ſui. doct. in dicto §. & quid ſi tantum, quia modus legitimandi fuit adinuentus in defectum legimorum, & non habentium prolem legitimam, vt per dict. in d. cap. per venerabilem. Alex. in conſil. 25. colum. 5. volum. j. conſi. 60. nu. 39. volum. 2. & in conſi. 67. nu. 18. vol j. Dec. conſi. 85. col. pen. conſi 307. col. 2. Iaſ. in d. conſi. 184. col. 3. circa fin. volum. 2. conſi. 68. col. j. vol. 3. Pariſ. conſi. j. n. 11. vol. 2. Ruin. coſ. 71. nu. 28. vol. 3. Si ergo non valet legitimatio, vbi non eſt facta mentio filiorum legitimorum, ita, etiam dicendū eſt, quod valere non debeat diſpenſatio Soci. conſi. 146. col. 4. Decius in allegato conſil. 264 col. 2. Iaſ. in conſil. 40. col. 2. vol. 3. Pariſ. conſil. 7. nu 14. vol. ſecundo, & Ruin. in conſil. 109. num. 27. volum. 3. cùm ita tractetur de præiudicio filiorum in diſpenſatione, ſicut in legitimatione.

25 Sextò & vltimò facit, † nam in diſpēſatione facta à Comite Palatino, requiritur cauſa ſine qua ea non valet. c. requiritis, §. rigor. j. quæſt. 7. Alexander in conſi. 188. colu. 2. vol. 2. & doct. in d. c. per venerabilem. Et ideo dicit Ioan-
26 nes Monachus in c. vnico de ætate & quali. in ſexto. † ꝙ quando Comes diſpenſat ſine cauſa, ea non dicitur diſpēſatio, ſed diſſipatio: quem ſequitur Pariſ. in conſi. 12. num. 210. vol. 2. Quod maxime dicendum eſt, vbi tractatur de præiudicio filiorum legitimorum, vt per Gozad. in conſil 6. nu. 25. Et ideo cùm in dicta diſpenſatione non interuenerit citato filiorum legimorum, nec facta fuerit mentio ipſorum, nec ſimiliter ad fuerit cauſa, ſequitur ꝙ dicta diſpenſatio redditur omnino nulla, & per conſequens ꝙ dictus Baptiſta admittendus non veniat ad ſucceſſionem paternam, vna cum Hyronimo filio legitimo & naturali, iuxta diſpoſitionem paternam, quæ non valuit, vt in terminis decidit Pau. de Caſtr. in l. eam quam, col. 2. verſi. &
27 per iſtam legem, C. de fideicommiſ. † vbi inquit per illā l. quòd ſi quis legitimare fecit filium eius baſtardum, & ipſum tanquam legitimatum hęredem inſtitui, ſi legitimatio inualida ſit, inſtitutio non valet, & hæreditas pertinet ad venientes ab inteſtato, dicens ſe in quæſtione facti ita reſpondiſſe: quia propter errorem teſtatoris inſtructio erat nulla, & ſecundum eum credendum eſt, quòd ſi ſciuiſſet illam legimationem non valere, ipſum non inſtituiſſet, nec abſtuliſſe hæreditatem venientibus ab inteſtato, & vitiatur talis inſtitutio, quia videtur defectus in cauſa finali inſtitutionis, prout in lege ſi ff. de hæred inſtit. & Paul. ſequuntur Modern. in dict. l. eam quam, & Pariſ. in conſi. 10 nu. 22. vol. 2. & in conſi. 21. n. 117. & 29. col. fi. vol. eod. Et hanc eſſe cōem opinionem teſtatur Dec in conſ. 176 col. 4. in fin. verſi. non obſtat, quòd magna, vbi etiam in pen. col. ver. tamen, dicit authoritatem Pauli non habere contradicentem. Idem Dec. conſi. 288. col. j in conſilio 230. in princ. 454. in fin. & Iaſ. in conſil. 227. col. 6. volu. 4.

Quibus non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure verior, quod imò huiuſmodi legitimatio eſt de iure valida, & per conſequens, quòd inſtitutio ipſa ſuum effectū ſortiori debet. Et in primis antequam deueniam ad reſponſionem eorum, quæ ex aduerſo deducta fuerunt, nōnullas concluſiones communiter à doctoribus receptas, præmittendas eſſe duxi, pro fundamento huius partis
28 † quarum prima eſt, quòd legitimatus habet inſtrumentum ſuæ legitimationis, quod dicitur probatio probata ſecundum Bald. in lege intereſt in vltimo notabili. C. de ſolut. Decius in conſil. 56. col. 2. conſil. 423. col. 1. & in conſil. 682. col. j. Cur. Iunior in conſi. 109. colum. 7. ac Iaſ. in conſil. 124. in princip. vol. j. & in conſi. 137. col. 3. in fin. vol. 3. dicitur habere fundatam intentionem pro legitimationis ſuæ validitate, adeò quòd opponenti contrarium incumbit ei onus probandi. Ita in terminis dixit Goſiad. in conſi. 98. nu. 11. Dec. in conſi. 462. in principio. Facit quod voluit Iaſon. in conſil. 184. col. 2. in princip. volu. 3. vbi in-
29 quit, † quòd quando eſt dubium de validitate vel inualiditate legimationis, quod in dubio dicitur fieri interpretatio validitatis, vt actus valeat, & non pereat, per regulam l. quoties. ff. de rebus dubijs.

30 Secunda concluſio eſt, † quòd ſicut princeps poteſt legitimare ſpurios cum clauſula non obſtante, vel de plenitudine poteſtatis, non requiſitis his, de quorum præiudicio agitur, lege ſecunda ff. de nat. reſt. Ita ēt poteſt concedere Comiti Palatino facultatem legitimandi, citatis, & non citatis his, de quorū intereſſe tractatur, adeò quod valebit legitimatio ſine alterius citatione. Ita docto. in dicto §. ſi quis tantum, vbi Iaſon in colum. fin. aſſerit hanc eſſe communem. Idem Iaſon in conſi. 39. col. 5. & in conſil. 40. col. 4. vol. 3. Gozad. in conſil. 6. nu. 69. conſil 25. num. 15. conſi. 85. num 12. & in conſi. 92. col. 4. verſic. & Primò. Pariſ. in conſi. j. nu. 100. vol. 2. conſi. 7. num 49. & in conſi. ſequenti, col. pen. in fine, vol. eo. Rui. in conſil 68. colum. 2. vol. 3. conſi. 69. col. j. & 2. conſi. 74. nu. 22. conſi. 76. num. 10. & 81. col. j. vol. eod.

31 Tertia concluſio eſt † nam ſicut ſpurius vel inceſtuoſus poteſt legitimari à Cæſare, nulla facta mentione filiorum legitimorum, ad inſtantiam patris ita etiam, & à Comite Palatino, cui in priuilegio eſt conceſſa facultas legitimandi ſpurios, vel inceſtuoſos, extātibus filijs legitimis, & naturalibus. Ita Paul. & alij in d. §. & quid ſi tantum. Alex. conſi. 67. num. 35. vol. 2. Bal. in l. cum filius per illum tex. ff. de milit. teſta. Pau. de Caſt. in conſi. 223. Rui. in conſi. 76. nu. 16. vol. 3. & in conſi. 82. col. j. vol. eo.

32 Quarta & vltima concluſio eſt, † ꝙ inceſtuoſi authoritate Imperiali cum clauſula non obſtante, poſſunt legitimari quoad temporalia. l. quia in prouincia. §. diuus, vbi Cyn. & Bar. ff. de ritu nupt. Bal. in conſi. 204. in fin. volu. 2. conſi 38. volu. 4. & in conſi. 363. vol. 5. Idem ſentit Dec. in conſi. 55. col. pen. in fin. dum dicit, ꝙ quo ad tēporalia ſuccedit legitimatus, ſi ſubditus eſt legitimanti. Hoc etiam voluit Iaſon in conſi. 1[illegible]. col 2. & pen. in fin. volu. 3. vbi inquit, ꝙ licet dicatur ꝙ Imperator non poſſit legitimare natos ex nefario vel inceſtuoſo coitu, per tex. in §. fin. quibus mod. nat. effic. ſui, tamen, quòd id fallit quando in legitimatione apponit clauſulam non obſtante, ſecundum glo. ibi, in verb. participium.

Quibus præmiſſis, modò non obſtant adducta in contrarium, quia quo ad primum argumentum reſpondetur, quòd & ſi doctores ſupra citati teneant Comitem Palatinum, qui habet facultatem ſpecialem legitimandi infan-
33 tes, ſed generalem, non poſſe eos legitimare. † tamen, ꝙ multi ſunt etiam qui tenet oppoſitum, vt per Barba. in conſil. 39. volu. ſecundo, & in conſi. 58. in principio, & col. 7. verſi. modò in caſu noſtro. volu. eod. Decius in conſi. 55. col. 3. in fin. verſic. & idem Baldus in conſi. 367. col. pen. in fi. cum ſequen. & in cōſi 316. col. 2. vbi atteſtatur hanc eſſe cōem. Iaſ. in conſi. 156. in ſecundo quæſito. vol 4. & Socin. Iun. in cōſ 97. colu. 4 vol. 2. vbi ēt dicit hāc eē comunem.

Secundo reſpondetur, quòd præſuppoſita etiam opinio-
34 ne contraria pro vera, quod illa non procedit, † quando in priuilegio data eſſet facultas Comiti legitimandi ſpurios naturales, manzeres, inceſtuoſos, & alios quoſcunq; illegitimos, procreatos, & procreandos ex illicito coitu, quia tunc Comes virtute dictæ clauſulæ poterit & infantes legitimare. Ita Bald. in dict. conſi. 204. in princ. Soci. in dict. l. quidam relegatus in 5. concluſione, vbi dicit ſe ita conſuluiſſe in ciuitate Piſarum, cum inſigni doctores, D. Bulga. vbi inquit hoc eſſe notandum, quia communiter in priuilegijs illa verba ponuntur. Idem Soci. in dicta l. Gallus. § fortiſan. in fi. Dec. in conſi. 55. col. ſecunda verſi. ſupereſt vbi dicit Alex. ita conſuluiſſe in conſil. incip. In præſenti conſultatione, quod inter conſilia non reperitur. Idem Dec. in conſi. 316. col. 2. verſi. 2. non obſtat. & in conſi. 32. col. pen. verſi. non obſtat. Cor. in conſi. 277 in primo dubio vol. j. Iaſ. in conſi. 125. in 2. dubio, vol. 4. & in cōſil. 156. in 2. quæſito, vol. eo. Pariſ. in conſi. 15. nu. 53 vol. 2. vbi citat hanc eſſe communem, & Rui. in conſil. 72. nu. 9. vol. 3. & in conſil. 100. col. pen. vol. eod. Pro cuius ſententia facit, quod voluit Soci. in conſi. 3. colum. pen. volum. 3.

vbi

35† vbi inquit Comitem Palatinum habentem facultatem
legitimandi quoſcunque cuiuſcunque ſtatus, gradus, &
præminentiæ exiſtant, præſertim propter illam dictionẽ
quoſcunque, quæ eſt vniuerſalis, & geminata, poſſe legi-
36 timare filios nobilium, † quia dicta dictio includit om-
nia, in quibus requireretur ſpecialis mentio vel conceſ-
ſio, arg. gloſſ. in Clementina 1. de re iud. & gloſſ. in l. cum
pęnam, ff. de arbitr. & eo maximè hoc dicendum videtur
in terminis noſtris, vbi dicitur quoſcunque illegitimos
37 procreatos, † quod verbum procreatos verificatur nedũ
in natis, ſed etiam in conceptis, & adhuc in vtero exiſten-
38 tibus, vt in l. nuper. vbi eſt caſus clarus, C. de nat. lib. † &
qui in vtero concepti, & non dum nati, per reſcriptum
poſſunt legitimari ſecundum Bald. in l. eam quam colum.
13. ſi igitur Comes poteſt conceptos, & nondum natos le
gitimare, ergo multo fortius infantes iam natos. Ita dixit
Do. meus Ruyn. in d. conſi. 100. colum. antepenult. verſi.
tertiò iſtud. Et ſic ex his apparet falſam eſſe opinionem
illorum, qui tenuerunt virtute dictæ clauſulæ Comitem
non poſſe legitimare infantes. Non obſtant ſimiliter no-
39 tati per Alex. in d. conſi. 70. † quia cum bona venia Alex.
malè loquitur, dum vult, quòd vigore dictæ clauſulæ, &
alios ex quocunque coitu damnato, Comes Palatinus nõ
poſſit legitimare inceſtuoſos: quia dicta verba non refe-
runtur ad maiora expreſſis propter dictionem alios, quæ
40 eſt repetitiua ſimilium, per gloſ. in d. l. ſi fugitiui, † nam
aduertendum eſt, quod ſumus in materia fauorabili, vi-
delicet in conceſſione legitimandi, quæ dicitur beneficiũ
Principis, & in qua latiſſima fieri debet interpretatio, vt
per Bar. quem omnes ſequuntur in l. 2. in princ. de verbo.
obl. Alex. in conſ. 188. nu. 17. vol. 5. Socin. in conſ. 47. col. 7.
vol. 4. Dec. in conſ. 76. col. 2. Gozad. conſi. 6. nu. 47. col. 29.
num. 26. & conſ. 92. col. 2. Ruy. in conſ. 141. col. 7. ver. cum
41 † igitur, vol. 3. in qua materia fauorabili dictio quoſcun-
que vniuerſalis comprehendit maiora expreſſis, licet ſit
adiecta dictio alios. Ita Soc. loquens in conceſſione legiti-
mandi tradit in d. l. quidam relegatus in 5. concluſione,
42 quem ſequitur Ruy. in conſ. 103. nu. 9. vol. 3. † quod ma-
gis videtur dicendum quando dicta dictio alius eſt iuncta
ſigno vniuerſali prolato ab homine, ſecundum Ruyn. in
43 conſ. 73. num. 20. vol. eo. † Nec obſtat glo. in d. l. ſi fugiti-
ui, quia ad eam tribus modis reſpondetur. Et primò, quod
licet illa gloſa dicat, quod implicat ſimilia, vt in ca. ſedes
de reſcr. tamen illa ampliatur, vt etiam maiora compre-
hendat, per gl. in cle. j. de re iud. vbi text. vtitur illo modo
loquendi, alia quæuis cauſa beneficialis, & gl. ibi exponit
ſiue ſit ſpiritualis, vel quaſi, ſiue criminalis, vel mixta, ſiue
realis, ſiue perſonalis poſſeſſoria, vel petitoria, ſpiritualis.
vel temporalis. Et ſicut dictæ gl. non ſint contrariæ, dicen
dum videtur, quòd vna declaratur per aliã. Ita dixit Barb.
in conſ. 34. col. 6. ver. etſi quiſpiam vol. 2.

Secundò reſpondetur, quod d. glo. loquitur in materia
reſtringibili, videlicet pœnali, vt declarat Soci. in d. l. qui-
dam relegatus in 6. concluſio.

Tertiò dicitur, ꝙ illa glo. loquitur in diſpoſitione legis,
& non hominis. Vnde quando vrba proferuntur a lege,
tunc gratia contrarietatis euitandæ recipiunt reſtrictio-
nem. Et hanc differentiam inter diſpoſitionem legis, &
hominis, in qua exprimuntur verba vniuerſalia, facit Bal.
in l. fi. C. ſine cenſ. vel reliq. & Alex. in l. j circa principiũ,
44 ff. de leg. j. & Cur. iun. in conſi. j. col. 3. † vbi inquit ad pro
poſitum quòd licet aliàs verba vniuerſalia quicunque, &
ſimilia reſtringantur ad habilitatem. quod illud procedit
quando iſta verba geminata quibuſcunq;, & qualiſcun-
que proferuntur a lege, vel ſtatuto, quia tunc bene reci-
piunt reſtrictionem de habilitate, ne aliàs generaliter in-
telligendo inducatur legum correctio, quæ eſt euitanda,
l. vnica, C. de inoff. do. ſecus quando talia verba proferun-
tur ab homine, quia tunc ceſſat ratio correctionis prædi-
ctæ. Allegat multas authoritates, quas non tranſcribo. Et
in terminis noſtris contra Alex. facit, quod voluit Socin.
45 conſi. 47. nu. 29. vol. 4. † vbi dicit, quòd generalis poteſtas
legitimandi natos ex quocunque damnato coitu, ſeu illi-
cito, extẽditur ad filios eorum, qui ſunt in ſacris, propter
illam dictionem quoſcunque poſitam poſt enumerationẽ
plurium ſpecierum, de cuius natura eſt, vt extendatur ad
46 maiora expreſſis † & tamen filij nati ex conſtitutis in ſa-
cris, ſunt inceſtuoſi, vt per glo. in l. 2. vbi Bald. C. de epiſc.
& cleri. & Iaſon in conſi. 11. col 3. in princ. volum. 3.

47 Tertiò reſpondetur, † quod dictæ l. iubemus requiren-
ti ſpeciale reſcriptum ad legitimationem infantium de-
rogatum eſſe cenſetur per clauſulam appoſitam in priui
legio dicti Comitis, dum dicitur, non obſtantibus legi-
bus; quibus cauetur, quod baſtardi, ſpurij, inceſtuoſi, co-
pulatiuè, vel diſiunctiuè, vel alij de quocunque illicito coi
tu procreati, vel procreandi, non poſſit legitimari, qui-
bus legibus, & cuilibet earum ex certa ſcientia deroga-
mus, & derogatum eſſe volumus, etiã ſi tales eſſent, quæ
deberent exprimi. & de eis ſpecialis fieri mentio, qui-
bus ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis totaliter
derogamus. Ita in terminis noſtris dixit Barba. in conſi.
34. col. 6. in prin. vol. 2. Cur. Iun. in conſi. 32. colum. pen. in
fin. Bal. in conſ. 413. ver. ad primum punctum volum. 2 &
Dec. in conſi. 67. col. pen. in fine.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod imo in
caſu de quo agitur, quatenus diſpenſatione opus fuiſſet.
48 † quod Comes habuit poteſtatem diſpenſandi, quia Cæ-
ſar ſibi contulit facultatẽ legitimandi naturales, ſpurios
& inceſtuoſos, & ſic natos ex his, cum quibus matrimo-
nium eſſe non poterat, & ſic reſpectu inceſtuoſorum cen
ſetur ei data facultas diſpenſandi. Ita Barb. in d. conſi. 58.
col. 7. verſ. & ſi quiſpiam. Gozad. in conſi 6. num. 51. cõſi.
86. col. pen. in fi. & in conſi. 92. col. 3. verſic. 2. concluſio.
49 † Non obſtat, quod eſſet arguere de minori ad maius af-
firmatiuè, quoniam id non admittitur, cùm ſit arguere
potius de maiori ad minus affirmatiuè, quod argumẽtum
procedit, vt per Gozad. vbi ſuprà, quod tanto fortius reci
piendum eſt, cum a principe poſſit Comiti Palatino hæc
authoritas concedi: & hanc eſſe communem opinionem
atteſtatur Iaſ. in d. §. quia ſi tantum, vt citat Gozad. in d.
conſi. 6. num. 80. Ruyn. in conſil. 87. num. 23. cum ſequeñ.
volum. 3.

Similiter ad tertium reſpondetur, quòd licet iſte filius
ſit inceſtuoſus, & natus ex his, inter quos non poterat eſ-
ſe matrimonium, tamen quod talis legitimatio fuit iuri-
50 dica & valida, † quoniam etſi princeps ſecularis non poſ-
ſit facere aliquem legitimum tanquam natum ex legiti-
mo matrimonio, cum nõ poſſit ſuper radice matrimonij
diſpenſare, vt in d. c. per venerabilem, tamen bene poteſt
aliquem facere legitimum, remouendo ab eo differentiã
legitimationis, & ſic reducendo eum ad primæ cum ſta-
tutum naturæ, vt in auth. quibus modis, natu. effi. ſui, §. ſi
quis ergo in verbo antiquę, & in verbo ad ipſam deducẽ-
tes naturam, quia per iſtum modum non diſpenſatur ſu-
per matrimonio, nec ſuper aliquo impedimento ad ma-
trimonium, & ſic nulla fit diſpenſatio ſuper iure ſpiritua-
li Ita dixit Iaſ. in conſi. 11 col. pen. vol. 3. vbi tradit filium
inceſtuoſum natũ ex filia ſpirituali poſſe legitimari per
comitem Palatinum modo quo ſupra, non obſtante quòd
ſit natns ex his, cum quibus matrimonium eſſe non pote
rat. Idem voluit Ruyn. in conſi. 67. colum. 2. verſic. vel ſe-
cundò dici poteſt, vbi inquit, quòd quamuis Comes Pala
tinus nõ poſſit legitimare natum ex moniali, & ſic ex in-
ceſtu, tanquam natum ex legitimo matrimonio, ſeu per
medium matrimonij validando vel fingendo illud: quia
ſuper tali canonico impedimento diſpenſare non poteſt
vt procedit ratio Hoſt. & Ioann. Andr. in d. cap. per vene-
rabilem tamen ſtante tali impedimento potuit eum legi-
timare non habendo reſpectum ad matrimonium, ſed ſi-
ne illo. remouendo differentiam legitimatis & illegiti-
matis cum talis differentia fuerit inuenta de iure ciuili,
quia prius omnes naſcebatur liberi, § liceat, in authen.
quib. mod. na. eff. ſui Aret. in l. ex facto. in prin. de vulg. &
pup. col. 10. dicens ꝙ Imperator ſimpliciter legitimando
filium, non dicitur illum legitimare per aliquod medium
facti, ſed ſimpliciter tollendo ius poſitum, & reſtituendo
ad priſtinum ius naturæ. vnde tantum dicitur diſpenſare
circa ius, propterea filius efficitur verè legitimus, ſecus ſi
legitimaret per medium facti fingendo matrimonium.
Hoc etiam voluit Socin. in d. l. gallus, §. ſi eius, & ante eos
Roſel. in tract. legitim. dum tract. de legitim. effi. colum.
fi. vbi inquit, quòd ad iudicium veram legitimationem,
medium matrimonij non eſſe neceſſarium. ſed ſicut ille
modus fuit inuentus a iure ciuili, ſic & alius modus po-
51 tuit induci à principe, ſcilicet, legitimatio. † quemadmo-
dum inducitur legitimatio abſque matrimonio, videli-
cet per adoptionem vel arrogationem glo. Inſti. de adop.
in princip. Hoc etiam voluit. Iaſ. in conſi. 40. col. ij. volu. 3.
Ruy. in conſi. 75. nu. 14. vol. 3. conſi. 76. nu. 14 verſicu non
obſtat ratio contraria, conſi. 79. nume. 3. conſi. 86. col. 5. in
prin. & in conſi. 94. col. 7. ver. & inſuper, vol. eod. Goza. in
conſi. 6. num. 63. & in conſil. 29. nu. 32. Capy. in deci. 139.
col. 5.

col.5. Sed in caſu de quo agitur, iſte Baptiſta fuit reſtitutus plenariæ ingenuitati,& natalibus antiquis.

Secundò, reſponderi poteſt, quòd imò ſit legitimatio,
52 & non diſpenſatio in caſu de quo agitur, † quia aliud eſt diſpenſare, & aliud eſt legitimare, vt declarat Anton. de But.in d.cap.per venerabilem,char.antepen. verſi. nunc vltimo Nam legitimare, eſt abolere maculam & defunctum natalium, ſeu natalibus reſtituere, ſed diſpenſare, eſt tollere obſtantiam defectus, videlicet quòd poſſit ſuccedere, non obſtante defectu naturalium & non obſtante, quòd ſit inceſtuoſus. Sed in caſu præſenti per Comitem Palatinum fuit reſtitutus Baptiſta filius legitimatus ad omnia iura legitima, & penitus ei ſublata omnis macula geniture, & reſtitutus iuſtis naturalibus plenariè, ergo dicitur legitimatio, & non diſpenſatio. Ita Iaſ.in conſi. 40.colum.2.ver.ad iſtam obiectionem,vol.2.& Gozad.in d.conſi.6.num.62.& 63.verſ.ij.eſt ſpecies.& nu 67.ver.ij. concluſio.& in conſ.29.col.7.verſi. præterea & ſecundò, vbi dici declarationem Anto.de Butr. de qua ſuprà communiter ab omnibus approbatam.

Quarto non obſtat, quòd in legitimatione vel diſpen-
53 ſatione requiratur citatio filiorum, † quia reſpondetur id poſſe procedere niſi Comiti Palatino per Cæſarem eſſet data facultas legitimandi vel diſpenſandi ſpurios & inceſtuoſos, citatis vel non citatis his de quorum præiudicio agitur, quod ab imperiali culmine fieri potuit, vt per docto.in d.§.& quid ſi tantum. & alios ſuprà citatos in ſecunda concluſione. pro qua ſententia facit quod di-
54 xit Iaſon.in conſ.184 colum.4.vol.2. † vbi inquit quod ſi Comes Palatinus habuerit poteſtatem legitimandi in vitis parentibus, fortius eis ignorantibus, & non citatis, per regulam, quod poteſt inuitus, de reg.iur. ergo multò magis ſi dicitur in priuilegio, eis non citatis.per auth.multò magis, C.de ſacroſ.eccl.cum alijs ſimilibus.

55 Vlterius dicitur † quòd non fuit neceſſaria dicta citatio ex alio, quia diſpenſatio ipſa vel legitimatio fuit facta cum clauſula ex certa ſcientia per Comitem qui potuit vt dicta clauſula ex poteſtate ſibi per Cæſarem attributa, quæ clauſula operatur, vt non requiratur citatio eorum quorum intereſt, ſecundum Innocen. in cap. Albericus, ad fin. de teſtibus Abb. & Felin. in cap. cum olim, de re iud. Ruyn.in conſilio 75.num.15.vol.3. & in conſil.
56 104.num.14.volum.eod. † quod fortius augetur ex clauſula & de plenitudine poteſtatis, & per clauſulã non obſtantibus. Quibus concurrentibus, ſecundum communem valet reſcriptum in præiudicium tertij ſecundum Alexan.in l.3.§.ſi is quo, ff.quod quiſque iur.quem ſequitur Ruyn.in conſil.69 colum.3 volum.3.& in conſi.87, numero 18.vol.eod, Iaſ.in conſi.68.verſicu.3. principaliter, vol.3. & in conſilio 110.colum.4.verſicu, item legitimatio iſta, volum.4.

57 Ad quintum, † quod non ſit facta mentio in legitimatione, vel diſpenſatione de exiſtentia filij legitimi, & naturalis, reſpondetur, quòd id locum ſibi vẽdicare poteſt, vbi non eſſet derogatũ, §.generaliter in auth.quib.mod. nat.eff. ſui vbi prohibetur legitimatio extantibus liberis legitimis. Vnde cum ex tali derogatione conſtet de mente comitis legitimantis, qui potuit illi legi derogare, non fuit opus facere mentionem, quòd extaret filius ſecundum Bald.in d.l.eam quam, verſic.denuo dubitatur, C.de fideicom. Ita Ruy.in conſ.68.colum.4. circa fin. volum.3.
58 † Nec obſtat, quòd non ſit illi in ſpecie derogatum, quia ſufficit, quòd fuerit dictum non obſtantibus legibus poſitis in authen.quibus mod.nat.eff.ſui. ſecundum Barto. & alios communiter in lege fi.C.ſi contra ius vel vti. publi. & Iaſ.in conſi.184.col.ſecunda in fi volum.2. & in conſil. 68 colum.5.verſi.3 principaliter volu.3. Alex.in conſ.187. nume.17.volum.5.quem ſequitur Ruyn.in conſil.68.colum.pen.in princ.vol.3.

Vltimò non obſtat, quòd in diſpenſatione requiritur
59 cauſæ cognitio, † quia reſpondetur, quòd præſuppoſita ipſa diſpenſatione, non requiritur alia cauſæ cognitio, ex quo. Comes potuit omittere citationem, vt ſuprà dictum fuit, cum ſine citatione non poſſit de ipſa cognitione conſtare l.meminerint, C.vnde vi.Ita Gozad.in conſ. 25.numero 15.& in conſilio 92.colum.4.verſic.& primo. Ruyn.in conſilio 74.colum.penulti.in princ. & conſi.ſeq. nume.18.volum.3.conſilio 69.colum.1.conſ.76. nume.5. & 18.volum.eod. Laus Deo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Dos ſicut ſoluto matrimonio per mortem vxoris reuertitur ad eius hæredes, ita & donatio propter nuptias per mortem mariti ad ſuos etiam reuertitur hæredes.*

2 *Fallit quando inter coniuges conuentum eſt, quòd vxor lucretur donationem propter nuptias, & hoc præſertim, quando in dicto acceſſit iuramentum vt num.2.*

3 *Cauere debent mariti ne promittant reſtitutionem augmenti ſeu antifacti cum dote, quia per dictam promiſſionem tale augmentum morte mariti acquiritur vxori.*

5 *Dos, & donatio propter nuptias debent eſſe æquales in lucris.*

6 *Pactum factum inter virum, & vxorem, quòd extantibus liberis, maritus lucretur dotem ſoluto matrimonio ſicut, valet ita etiam ſimiliter valebit pactum, quòd vxor donationem propter nuptias etiam extantibus liberis per mortem mariti lucretur.*

7 *Pactum, quòd donatio propter nuptias morte vxoris, etiam viuente marito tranſeat ad hæredes vxoris, valet.*

8 *Pacta dotalia intelliguntur repetita in donatione propter nuptias niſi aliqua in donatione ipſa expreſſa reperiantur.*

9 *Expreſſum remouet præſumptionem taciti.*

10 *Donatio propter nuptias etſi ex pacto tranſeat ad vxorem ſoluto matrimonio, tamen extantibus liberis vxor non habebit niſi vſufructum donationis, & filij ſecundi matrimonij nihil de ea lucrabuntur. Quod limita non procedere quando vxori per virum data fui facultas de ea diſponendi tam inter filios ſecundi matrimonij, quàm primi, & de ea diſpoſuerit, vt n.12.*

11 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota quicquid ex facultatibus primi viri lucratur, tenetur liberis communibus reſeruare.*

13 *Moderator, & arbiter quilibet eſt in re propria, etiam abutendo, vt nu.23.*

14 *Legem quam vult quilibet poteſt apponere rei ſuę.*

15 *Verbum diſponere de propria ſignificatione importat vltimam voluntatem.*

16 *Verbum diſponere etiam importat actum inter viuos maximè quando iunctum eſt cum verbo pro libito ſuæ voluntatis, vt numero 17.& 19.*

18 *Verbum pro libito importat liberam voluntatem.*

20 *Libere uti re non dicitur, qui impedimentum aliquod patitur.*

21 *Adminiſtratio libera bonorum ſuorum ingenius hominibus non eſt auferenda.*

22 *Iuſtum eſt ſua unicuique committere.*

24 *Vendere, & alienare quilibet poteſt bona ſua.*

25 *Pater poteſt omnia bona ſua proijcere in mare & ſic fraudare filios legitima.*

26 *Mater tranſiens ad ſecunda uota, & ſi faciat iniuriã marito. & filijs, tamen ſecus eſt ſi de eorũ uoluntate ad ipſa uota acceſſerit.*

27 *Quæ uoluntas ſufficit ſiue fuerit expreſſa, ſiue tacita.*

28 *Maritus non poteſt plus relinquere ſecũdæ uxori, quã uni ex filijs.*

29 *Pater poteſt plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, quàm primi, dempta legitima.*

30 *Vxor non poteſt de dote teſtari, ſtante ſtatuto, quòd decedente uxore cum liberis ex primo matrimonio, maritus lucretur dotem. Fallit de licentia uiri, ut num.32.*

31 *Statutum poteſt derogare ſecundum communem diſpoſitioni.l. hac edictali, C.de ſecundis nuptijs.*

## CONSILIVM LXII.

1 LIcet clara eſſe videatur iuris concluſio, † ꝙ ſicut dos ſoluto matrimonio per mortem vxoris, reuertitur ad hæredes vxoris, & donatio propter nuptias propter mortem mariti ad hæredes viri, vt eſt glo.in auth. ſiue à me in prima glo.in fi. C. ad Velleia. per auth. æqualitas, C.de pac.conuen.glo.in auth.dos data, C. de donat. ante nup.Bar.in §.j.in auth.de æqual.dot.& don.prop.nup.in ſecundo no.Bal.in l.2.C.de bon.quæ lib. Ange. in § eſt &
2 aliud.Inſt.de do.Par.in conſ.59.col.fin.vol.2. † tamen ipſa communis ſententia limitatur locum non habere, vbi aliter per pactum inter coniuges actum eſſet, vt eſt text. & glo.in ca.fi.de dona.inter virum, & vxorem. Bald.in d. authen.ſiue à me.Gozad.in conſi.47.col.pen.in fi. verſ 4. vbi propria inquit, quòd etſi donatio propter ſoluto matrimonio reuertatur ad donantem, tamen id fallit quando ex pacto aliter conuentum eſt quod lucretur, & ideo ſubdit, quòd ſi ex pacto expreſſe maritus promiſit dotẽ, & augumentum dotis, & donationem propter nuptias reſtituere, & ſoluere vxori ſeu eius hæredibus, & ſucceſſoribus in omnem caſum, & euentum dotis reſtituendæ,

quòd

quòd ei eſt acquiſita donatio propter nuptias. Idem vo-
luit Crem.in ſing. ſuo vltimo , & latius Neuiza. in ſylua
ſua nuptiali.char.8. col.3. verſic.caueant ſecundo mariti.
3 vbi dicit, † cauere debent mariti ne promittant reſtitu-
tionem augmenti,ſeu antifacti,& ſic quod in inſtrumen-
to dotali non dicatur, quas quidem dotes cum augmen-
to prædicto reſtituere promiſit, quia per talia verba tale
augmentum perderet. Idem inquit Craue. in conſil. 184.
4 colum.fi.verſ.de pacto.† & eo maxime hoc dicendum ve-
nit,quando tale pactum iuramento eſſet firmatum,vt tra-
dit.Goza in d.conſi.47 col.pen in fin.per ca. cùm contin-
gat.de iureiur & c.quamuis,de pact.in 6.Cor.conſil,303.
nu.15. vol.4. & ideo ex his videtur dicendum, quòd cùm
in inſtrumento dotali celebrato inter quondam Magni-
ficam dominam Pantaſileam , & Magnificum dominum
Cæſarem Bobam promiſerit D.Cæſar dotem ipſam cum
donatione reſtituere, quod ipſa lucrata fuerit donatio-
nem propter nuptias , eò maximè cum tale pactum iura-
mento firmatum comperiatur, & in eo interpoſitum de-
cretum iudicis.

5 Secundò facit, † nam dos, & donatio propter nuptias
debent eſſe æquales in lucris.authen.æqualitas. C.de pec.
conuen.Bald.in authen.dos data,C.de don.an.nup. Mod.
6 in rub.de don.inter vir.& vx.§.18. † ſed pactum factum
inter virum,& vxorem,quòd extantibus liberis,maritus
lucretur dotem, ſoluto matrimonio valet, gloſ in l.2.in
verſi.interuenit.ff.de pac.dot l.ſi liberis, eo.tit.Fulg.con-
ſi.203.col.j Mod.vbi ſuprà.§.54.colu.2. & in fin.D.meus
Rui.conſi.101.nu.4 vol j.& in conſi.63.col.j.volum.3.Er-
go & ſimiliter debet valere pactum , quòd donationem
propter nuptias etiam extantibus liberis per mortem
mariti lucretur,vxor,vt decidit in terminis Salic.in auth.
ſed & ſi quis.C.de ſecun.nuptijs. Pro cuius confirmatio-
ne etiam facit,quod voluit glo. valde ſingularis in l. quod
ſcitis,in verbo à matre iuncto tex.C.de bo.quæ lib.quam
7 reputat ibi Bal.in 2.col.mirabilem. † vbi dicit unum,qđ
eſt fortius, videlicet, ꝙ valet pactum, quod donatio pro-
pter nuptias morte vxoris, etiam viuente marito,lucre-
tur per hæredes vxoris. quam glo. ſequntur Cuma. Aret.
Roman.Iaſ.& Rip.in l.2.in princ.ff. ſol. mat.

Tertiò accedit,quòd notat Bald. per illum tex.in l.cum
8 multæ C.de dona.ante nup.†vbi notat,quòd pacta dota-
lia intelliguntur repetita in donatione propter nuptias,
9 niſi aliqua fuerint expreſſa in ipſa donatione: † quia ex-
preſſum remouet preſumptionem taciti,cum tacitum ve
niat ſuppletiuè,ſed expreſſum determinato modo. Si er-
go in donatione propter nuptias,quæ fit conſtante matri-
monio,ſi fiunt pacta expreſſa valent,vt vult etiam text. in
l.ſi conſtante C. eod. titu. ibi pactis videlicet de redhibi-
tione, vel retentione auctæ dotis, vel donationis prout
partes conſenſerint, & ibi Bal.verſic. ſed pone.ergo mul-
to fortius quando fiunt in contractu dotis, authen.multò
magis.C de ſacroſan.eccleſi.

Nec habet obſtare ſi dicatur, quod & ſi præmiſſa pro-
10 cedere debeant in terminis ſuprà allegatis,†tamē quòd
extantibus libris ex primo matrimonio, mater non ha-
bet niſi vſufructum talis augumenti, quia defuncta red-
ditur ad filios primi matrimonij l. fœminæ. C.de ſecun-
dis nuptijs,& filij ſecūdi matrimonij nihil lucrari debēt,
11 vt per Crem.in d.vltimo ſing.& Neuiz.vbi ſuprà. † quia
mulier tranſiens ad ſecunda vota, quicquid ex facultati-
bus primi viri lucratur, tenetur liberis communibus re-
ſeruare d.l fœminæ. C.de ſecundis nup. l. cum alijs, eod.
tit. vbi filij ſuſcepti ex quocunque coniugio a ſuis partib.
collatas ſponſalitias largitates ſibi vendicant. l. genela-
liter.eo.tit.Bal.in l.ſi liberis.C.de ſecundis nunp.Rip poſt
alios in l.2.nu.20.ff.ſol.matr. Dec.in conſil 87 col.3.

12 Quia reſpondetur, † quod obiectio ipſa poſſet milita-
re quando pactum fuiſſet ſimpliciter factum, quod per
mortem mariti cum liberis, vxor locraretur donationem
propter nuptias, vt loqquntur iura, & deciſiones de qui-
bus ſupra, ſecus quando in pacto expreſſum fuit, quòd
dictam donationem maritus facit vxori præſenti,& acce
ptanti pro ſe ſuisq;hæredib.& ſucceſſoribus maſculis, &
fœminis, tam procreandis ab ipſo marito, quàm ab alio
quatenus alterum habere contingat, & quam promittit
vxori tradere & dare in omnem caſum,& euentum dotis
reſtuendæ, de qua donatione vxor eo in caſu ac filij, &
hæredes ipſius & habituri cauſam ab eis poſſint diſpone-
re pro eorum libito voluntatis, quia tunc obiectio ipſa
13 procedere non poteſt: † quia cum non tractetur tunc de
præiudicio alicuius, cum poterit maritus tanquam arbi-
ter & moderator in re propria l.in re mandata C.manda
ti,l.nemo exterus C.de iud.Socin. conſil.53.num.8.vol.1.
14 & in conſil.110.col.2.volum.3.† ponere legem & condi-
tionem in pacto,quam voluit cap.verum de cond. appo.l.
quoties.C.de dona.quæ ſub mo.l.ob res §.1. ff. de pac.do.
& per Bal.in l.hac edictali.in princ.col.5.verſic.ſed pone.
C.de ſecundis nuptijs, & Pariſ.conſil.72.in princ.volum.
1.& 24.num.24.volum.3.ac Iaſon.conſi.57.colum.pen.&
fin. volu.3. & ſic concedere ipſam facultatem mulieri di-
ſponendi de ipſa donatione propter nuptias prout de re
ſua, meritò ſequitur, quòd pactum valuit, & ipſa virtute
facultatis ſibi conceſſæ potuit de dicto augumento diſpo-
nere inter filios tā ſecundi, quam primi matrimonij, ſiue
15 per viam vltimæ voluntatis, † prout importat verbum
diſponere ſecundum aliquos de propria ſignificatione, vt
per gloſ. in rubrica.ff.ſolut. matrim. quam ibi ſequntur
Bart.Bald.& Moder.Socin.conſi decimotertio,nu.32.vol.
1.Afflic.dec 370.nu.12.Pariſ.conſil.33.num.57.volum.3.
Ruin.conſi.214.nu.14 volum.1.conſil.7.num.9.volum.2.
conſil.153.num.12. volum.2. & 121. colum.1. volum.eod.
16 †ſiue per viam donationis,& actum inter viuos,vt etiam
importat dictum verbum diſponere, per textum in §. pe-
nult.& fin.Inſt.quib.alie.lic.c.ſecundo, & in cap.illis,de
præbendis in 6.Alexand.& Rip.in l.ſecunda, in princip.
17 ff.de ſolut.matr.†maximè quando eſt iūctum cum verbo
pro libito : quia verbum diſponere iunctum cum verbo
prædicto importat actum inter viuos, & non ſuper in vl-
tima verificatur,vt per Pariſ.in conſil.33. nu.61.volum.3.
18 † alias ſi reſtingeretur dictum verbum pro libito,quod
importat liberam volūtatem, fideicommiſſaria libertas,
ff.de fideicomm.lib.in verbo libuerit.Barto.in alio, col.3.
verſi.item dicit teſtator.ff.de alim.& ciba.lega. Felin in c.
j.de conſtit.colum.antepenult.in princ. verſic. & ſi dica-
tur ſecundum libitum tuum. Pariſ.conſil.45.in princip.
volum.tertio.Ruin.conſil.27.colum.j.volum.j. Ad actum
vltimæ voluntatis ſequeretur, quod pro libito non diſpo-
neret, & eo maximè hoc dicendum venit propter verba
19 ſequentia,dum dicitur pro libito ſuæ voluntatis, † que
verba denotant liberam & abſolutam poteſtatem diſpo-
nendi tam inter viuos, quam in vltima volunte, vt ſimi-
liter dixit Pariſ.in conſil.26.num.26. cum ſeq. volum.3.
Conſiderando dicta verba pro libito ſuæ voluntatis, fa-
cit quòd voluit Ruin.in conſil.219.colum.tertia, volum.
20 j. † vbi inquit,quod liberè vti re non dicitur qui impedi-
mentum aliquod patitur,vel pati poteſt, per not per Bar.
in l.Centurio.ff.de vulg.& pup.ac alias per eum allegata,
quæ non tranſcribenda duxi. Faciunt quoque notata per
Iaſ.in l.ſi ſic legatum,in princ. colum. penultima,in ver-
ſiculo, ſecundo principaliter, eſt verbum libuerit, ff. de
legatis primo, vbi optimè conſiderat dicta verba pro li-
bito ſuæ voluntatis, & inquit, quòd important liberam
voluntatem,& non arbitrium boni viri:quod dicit men-
ti tenendū Abb.in c.2 in 3.not.de ſequeſtra.poſſ.& fruc.
quia facit ad multa, & maximè ad compromiſſa in qui-
bus ſolent apponi iſta verba, pro libito ſuæ voluntatis,
21 poſſint diſponere,penultimò facit, † Nam ingenuis ho-
minibus non eſt auferenda libera adminiſtratio bonorū
ſuorum,vt dicit tex in l.non vſque adeo, ſi quis à parente
22 manumiſſus fue. † & iuſtum eſt vnicuique ſua comittere
23 l.nemo exterus.C.de iud, † ac in re ſua quilibet eſt mo-
derator, & arbiter (vt ſuprà dixi) etiam in abutendo l.
ſed & ſi lege. §.conſuluuit,in verſic. dum ſe abuti putant.
24 ff.de pet.hæred. † & licitum eſt vnicuique bona ſua ven-
dere,& alienare l.dudum.C.de contr.empt.l.nec emere.
C.de iure deliberandi. Pariſ. conſil.82. in princip.volum.
3.& in conſil.124. colum.j. volum.4. Sed pro certo abſur-
dum eſſe dicere, quod D.Ceſar non potuerit de rebus ſuis
25 proprijs pro ſuo arbitrio diſponere, † cum pater poſſit
omnia projcere in mare, & hoc modo fraudare filios le-
gitima.ſecundum glo.in l.j.in glo. magna circa medium.
C de innoff.dona. Vt ergo euitetur hæc abſurditas quæ eſ-
ſet iniqua, d.l.non vſque, meritò dicendum venit, quod
huiuſmodi pactum fuit validum,& obſeruandum,& tan-
to fortius cū non agaē nec tractari poſſit de aliqua iniuria
26 illata filio † cum mater tranſiuerit ad ſecunda vota de vo
luntate ipſius mariti,vt colligitur ex pacto, quod ſuffice-
re videtur, vt per gl.in verbo. ſiue vir.in §.duo agitur, in
authen.de nup.Bal.in l prima, colum.3. verſic.ſed pone.
C.de ſecundis nuptijs. Dec.in rubrica C.de ſecundis nu-
27 ptijs,col.3.& Pariſ.in conſi.29 n.83.vol.4. †,quæ voluntas
ſuffice-

ſufficere videtur ſiue expreſſa, ſiue tacita fuerit, vt per Roman.in conſi.219 col.3.Dec. in conſilio 209.colum.2. 485.colum.3.& 261 colum. tertia, ac in dict. rubrica,col. tertia, Pariſ. in allegato conſilio 29.numero 84. & Socin.
28 Iunio. in conſilio 71.colum.1.volumine ſecundo. † Nec etiam de aliquo eius præiudicio, cum ipſe nondum natus fuiſſet tempore pacti nec plus relictum matri, quam vni
29 ex filijs, iuxta l.hac edictali,& tanto fortius,† cum pater ſi voluiſſet plus relinquere filijs ſecundi matrimonij ſi habuiſſet, potuiſſet in præiudicium filij primi matrimonij dempta legitima, vt per Paul.de Caſtr.in conſilio 150. colum. tertia, volumine ſecundo, Dec. conſilio 246.col. ſecunda.Craue.conſilio 40.colum fin.& conſilio 193.col. 4.Ioan.Dilecta.in ſuo tract.de art.teſtan.in titu. de legat. caut.56.Pariſ.in conſilio 92.colum.penul.verſiculo prout etiam filij, volum.3. & Ruyn. in conſilio 112.volum. primo, numero 8. ergo multo fortius potuit donare vxori propter nuptias, cum id non aſcendat ad decimam partem bonorum ipſius domini Cæſaris. Et ita ex omnibus ſupradictis arbitror concludendum eſſe quondam dominam Pantaſileam potuiſſe de ipſa donatione propter nuptias, virtute pacti in ea appoſiti, diſponere æqualiter prout fecit tam inter filium ſecundi matrimonij, quam primi.

Vltimò quòd potuerit diſponere, vel de ipſa donatio-
30 ne teſtari facit. Nam clarum eſt in iure, † quod vxor non poteſt teſtari de dote, vel diſponere de ea, ſtante ſtatuto, quod vxore decedente cum liberis primi matrimonij, ma-
31 ritus lucretur dotem,† quia per talem ſtatutum expreſsè derogatur diſpoſitioni l. hac edictali, C. de ſecundis nuptijs, vt per Baldum & Pau.de Caſt.in l.3.C. de inofficioſis dona.Bald.in d.l.hac edictali.Soc. in conſ.52. colum.1. volum.3. vbi atteſtatur hanc eſſe communem, vt etiam
32 latiſſime dixi in libro meo de lucro dotis q. 26. † quod tamen ſi maritus conſentiat vxori, vt poſſit diſponere, valet eius diſpoſitio, vt per Barbat. in conſilio quinquageſimonono columna nona volumine ſecundo,& Pariſ.in cõſilio 127.col.2.vol.1.ergo idem dicendum eſt in caſu præſenti, quod licet de iure mulier tranſiens ad ſecunda vota non poſſit teſtari de donatione propter nuptias, vt ſuprà, l.fœminæ,§ fin.C.de ſecundis nuptijs, quia tenetur eam reſeruare indemnem filijs primi matrimonij, tamẽ quod de ea poterit diſponere vxor accedente licentia & cõſenſu mariti, prout in caſu præſentis conſultationis, ergo &c. Laus Deo.

## SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens quod liceat vicino occurrere rem alteri venditam quàm vicino valet.*
2 *Statuti beneficium intentans debet obſeruare qualitates à ſtatuto requiſitas, aliàs obtinere non debet,& num.9.*
3 *Depoſitum iudiciale fieri debet penes eligendum per iudicem,& num.32.*
4 *Adimplere pro parte ſua quis dicitur, qui fecit depoſitum.*
5 *Præſumitur in dubio pro ſententia, quod intellige quo ad iuſtitiã, ſecus quo ad rectitudinem proceſſus,& num 34.*
6 *Statutum de quo ſuprà, dicitur contra ius commune.*
7 *Item odioſum.*
8 *Plus ſtrictè debet intelligi,& in caſu proprio, non autem in caſu improprio, vel largo, cum ſit præciſi iuris,& num.19.*
10 *Agens tanquam agnatus de quo ſtatutum loquitur debet probare ſe agnatum.*
11 *Agnatus qui vigore ſtatuti vult recuperare bona patrimonialia, debet probare ſe agnatum.*
12 *Admitti quis non poteſt, vt talis, qui non probat ſe talem.*
13 *Filius qui agit, vt filius probare debet filiationem.*
14 *Agens, vt proximior, debet probare ſe proximiorem.*
15 *Iure congrui,& vicinitatis, vt quis agere poſſit, neceſſe eſt, quòd ſit dominus rei vicinæ, virtute cuius agit,*
16 *Adeo quòd non ſufficeret habere hypothecam, vel pignus in re vicina.*
17 *Nec habere vſumfructum fundi vicini.*
18 *Res fructuaria non eſt fructuarij, ſed aliena.*
20 *Statutum loquens de ciue, intelligitur de vero, non autem de eo qui receptus fuit ad ciuilitatem per priuilegium.*
21 *Statutum loquens de conſenſu, debet intelligi de vero.*
22 *Statutum de homicidio, intelligitur de vero.*
23 *Nullum quod eſt, nullum producit effectum.*
24 *Depoſitum vt validum ſit, requiritur, quod pecunia coram teſtibus numeretur.*
25 *Statutum, quòd bannitus poſſit impunè offendi, intelligitur de ritè bannito.*
26 *Statutum diſponens, quod inſtrumentum publicum mandetur executioni, debet intelligi de ritè facto.*
27 *Statutum, quod cedens actione nobili puniatur in centum, verificatur in ceſſione valida.*
28 *Paria ſunt actum non facere, vel facere, ſed minus legitimè.*
29 *Statutum diſponens, quod facto depoſito pretij rei venditæ liceat vicino recuperare rem ipſam, debet intelligi quando pecunia prius numerata coram teſtibus actualiter fuit oblata emptori, qui illam recipere recuſauit.*
30 *Statutum debet intelligi, vt per illud minus lædatur diſpoſitio iuris communis.*
31 *Depoſitum, ut ualeat, fieri debet parte præſente, uel citata.*
33 *Depoſitum redditur nullum, quando depoſitarius illud non fatetur, nec ſe obligat ad illius reſtitutionem.*
35 *Citatio nunquam præſumitur, niſi probetur, uel niſi de ea conſtet ex actis.*

## CONSILIVM LXIII.

PErſpectis diligenter his, quæ in præſenti caſu narrantur prima facie videtur dicendum ſtante ſtatuto de occurrendo, predium non vicino venditum bene fuiſſe per dominum iudicem pronuntiatum in fauorem Hieronymi Tartagni, atque ideo per Franciſcum Gattum eidem Hieronymo attento depoſito per ipſum facto, præ-
1 dium de quo agitur, relaxandum eſſe.† Et primò quia clariſſimi iuris eſt prædictum ſtatutum valere, vt eſt tex.in c. conſtitutus, vbi Abb.& alij, de reſtit.in integr. Bal.& Salic.in l.dudum C.de contrah.empt.Alex.in conſil.173 in prin.vol.6.Dec.in conſ.88.in princ.222.in prin.conſi.300. in prin.661.in prin.Pariſ.conſi.82.col.2.vol.3.& Soc.Iun. in conſi.20.nu.9.vol.1.& in conſi.1.col.5.vol.2.
2 Secundò, nam † qui intentat remedium ſtatuti ſi qualitates ab ipſo ſtatuto requiſitas obſeruat,& verificet, obtinere debet Bal.in l.1.ff.de cond ex lege. Bald. in l ſi quis non dicam rapere, C.de epiſcopis,& cler.Soc.conſ.57.nu. 14.vol.4. Sed dictus Hieronymus probauit qualitatem à ſtatuto requiſitam, videlicet ſe vicinum prædij venditto per Angelum de Fornarijs Franciſco Gatto, ergo &c.

Tertiò accedit, quòd idem Hieronymus fecit depoſitum pretij prædij venditi ad formam ſtatuti, de manda-
3 to iudicis, & in manibus electi per iudicem, † vt requiritur in depoſito iudiciali, ſecundum Barto. & alios in l. acceptam, C.de vſur. Alexand. in conſil. 75. colum.fina. in princip.volum.7.& Curt.Iun. in conſilio 28. colum 2.
4 † Vnde cùm dictus Hieronymus per dictum depoſitum dicatur pro parte ſua adimpleuiſſe d.l. acceptam, & Alex. in citato conſilio 75.colum.pen. ideo ſequitur ratione dictæ vicinatis, ac iuris congrui licite pronuntiatum fuiſſe
5 in fauorem ipſius Hieronymi, † pro qua pronunciatione præſumitur, vt eſt gl.& ibi Bald. in l. Herennius, in §. quia, ff.de euictio. Alcia.in tract.de præſumpt.in 3.reg.in 9.præſump.in princip.

Quibus tamen non obſtantibus, contraria pars eſt de iure verior, quòd probatur rationibus infrà ſcriptis. Et pri-
6 mò quia licet de validitate ipſius non ſit dubitandum,† tamen negari non poteſt quin ſtatutum ipſum ſit contra ius commune, l.dudum, C.de contrah.empt.quo datur facultas libera omnibus diſponendi de rebus ſuis. Dec.conſil.
7 300.col.2.† & odioſum, vt per Io. And.in additionibus ad Spec.in tit.de empt.& vend.§ nunc videndum, verſi. ſed pone ſtatutum, quem ſequitur Iaſ. in conſi.194.col 2.vol.
8 2.† & ſtrictè intelligendũ, l.quòd verò, ff.de legibus Dec. conſi.222.in prin.Pariſ in conſ.82 col.2. vol 3. vbi inquit illud exorbitans à iure comuni reſtrictiuum dicti iuris,& ſtricte, ac in caſu proprio intelligendũ, non autem in caſu improprio vel largo, cum ſit ſtrictiſſimi, & præciſi iuris, adeo quod omiſſum debet haberi pro omiſſo, l.commodiſſimè, ff.de lib.& poſth.Soc iun.in conſ.1.col.3 & 5.vol.1.
9 Secundo facit,† qui gaudere vult beneficio ſtatuti, debet probare,& ſeruare qualitates ipſius ſtatuti, alias non poteſt ſe ex eo iuuare. Bar.in l.1.§.prætor ait, ff.ne quid in loco pub.in l.4.§.toties, ff de dam. infecto, Dec. in citato conſi.222.in princ.conſil.261 col.1.& in conſi.300. col.2. vbi loquitur in terminis ſtatuti noſtri. Pariſ. in conſil. 20. nu.53.vol.2.& in conſil.152 col.2.vol.4.Gozad. conſil.69. nu.26.Sed Hieronymus qui egit virtute dicti ſtatuti non probauit qualitatem ab eo requiſitam, videlicet ſe vicinum prædio vendito, ergo non potuit obtinere, vt proba

tur ex not.per Pau.de Caſt.in conſ.67. quē ſequitur Dec.
10 in conſi.222.col.penul.& in conſi.471.in princ.† vbi agit
tanquam agnatus,de quo ſtatutum loquitur debet proba
re ſe agnatum. Et in terminis huius ſtatuti facit,quod tra-
11 dit Dec.in allegato conſi.222. col.1. † vbi inquit ꝙ agna-
tus qui vigore ſtatuti vult recuperare bona patrimonia-
lia,debet probare ſe agnatum. Accedit ꝙ voluit Bart. in
12 l.non ignorat.C.qui accuſa. † vbi dicit,ꝙ quis non debet
13 admitti, vt talis, niſi probet ſe talem, † & ideo videmus,
quod qui agit,vt filius debet probare filiationem. Ange.
in l.liberorum.ff.de ijs qui notantur infamia quem ſequi-
tur Dec.in conſ.54.in princ.conſ.470.in princ.& in conſ.
531.col.2.quod comprobatur ex his, quæ ſcribit. Dec.in
14 conſi.321.col.2.† vbi dicit,ꝙ ille qui agit tanquam proxi-
mior,debet probare ſe proximiorem. Cum igitur Hiero-
nymus,qui intentauit remedium huius ſtatuti non proba
uerit qualitatem deducta in ipſo ſtatuto,videlicet ſe vici-
num,ideo ſequitur,quod carere debet beneficio ipſius ſta
tuti,vt per Soc.in conſi.27.nu.14.volum.4.& Pariſ.in con
ſil.20.nu.44.vol.2.

Tertiò , quod non debeat dictus Hieronimus gaudere
15 commodo dicti ſtatuti facit.† nam vt quis agere poſſit iu-
re congrui,& vicinitatis,neceſſe eſt quod ſit dominus rei
vicinæ virtute cuius agit, vt vult Bald.in trac.de iure pro-
ho.col.19 verſi.item quæro an eo.hoc & Pariſ.in conſi.82.
16.nu.31.vol.3.† adeo ꝙ non ſufficeret habere hypothecam,
vel pignus in re vicina , vt per Afflic. in deciſ.339.vbi in-
17 quit ita fuiſſe notatum in ſacro conſilio, † vel habere vſú-
fructum fundi vicini, vt per Affl.in d.trac.col.20. verſ.itē
18 quæro, † quia res fructuària nō eſt fructuarij,ſed aliena.
l.rem.in bonis ff.de acq. rer. dom. l.1.& 2. ff.de vſufr.Sed
per dictum Hieronymum hæc qualitas probata non fuit,
igitur ſuccumbere debet.

19 Quartò accedit, † Nam ſtatutum, quod eſt contra ius
commune prout præſens de quo agitur , vt ſuprà dictum
fuit debet intelligi in caſu vero, proprio , & non impro-
prio,l.3.§.hæc verba.ff.de nego.geſt. Bart. in l.omnes.po-
puli,in 6.q.principali, vbi notant omnes. ff.de iuſt. & iur.
Gozad.in conſi.6.nu.75.& in conſil.35.num.8.& Alex.in
conſi.169.num.2.vol.5.vbi poſt Bald. in d.§.hæc verba in-
20 quit,† ꝙ ſtatutum loquens de ciue,intelligitur de vero,&
naturali, non autem de eo, qui receptus fuit ac ciuilitatē
per priuilegium. Facit etiam,quod voluit Bald in l.2.§.vo-
21 luntate.ff.ſol.matr.† vbi tradit, quod ſtatutum loquēs de
conſenſu, debet intelligi de vero, & quod dixit Bald. in l.
22 tranſigere,col.4. verſ.& facit.C.de tranſ.† vbi inquit,ꝙ
ſtatutum loquens de homicidio,intelligitur de vero . Et
in proprijs terminis huius ſtatuti de iure congrui. ita di-
xit Pariſ.in citato conſi.82. col.2.Sed.in caſu dicti ſtatuti,
per quod conceditur facultas vicino , recuperandi rem
alienatam non vicino,requiritur , quòd agens iure con-
grui faciat depoſitum pretij ſoluti per emptorem , quod
equidem nō apparet factum vere], nec naturaliter a dicto
Hieronymo , ergo indignus eſſe debet commodo ipſius
ſtatuti,vt per Gozad.in conſil.69.nu.26. Nec obſtat quod
imò apparet de dicto depoſito,vt in libello quia aduertē-
23 dum eſt,ꝙ dictum depoſitum eſt uullum, † & ideo quod
nullum eſt,nullum producit effectum,arg.not.in l.4.§.cō-
demnatum.ff.de re iud.quia verbaliter factum,quod non
24 ſufficit, † nā vt depoſitum validum ſit,opus eſt, quod pe-
cunia coram teſtibus muneretur. l.acceptam, vbi doc.C.
de vſur.Curt.Iun.in conſil.28.col.2.quo caſu,cùm depo-
ſitum ſit nullum,& de eo non intelligat ſtatutum,ſed de-
ritè facto,vt ex not.per Bart.in l.non putauit,§.non quæ
25 uis.ff.de bo.poſ.cont.tab.† vbi inquit,quod ſtatutū diſpo
nens,ꝙ bannitus poſſit occidi debet intelligi de ri reban-
26 nito,& quod ſtatutum diſponens,† ꝙ inſtrumentū publi
cum mandetur executioni, debet intelligi de ritè facto.
27 † & ſimiliter ſi ſtatutum dicit,quòd cedens actionem no-
bili puniatur in centum , debet locum habere quādo ceſ-
ſio fuit ritè facta. Quod (inquit) menti tenendum. Idem
voluit Alex.in conſ.77.nu.10.vol.3. & in conſil.160.nu.2.
volumi. 7. ſequitur perinde eſſe ac ſi factum non eſſet ,
28 † cum paria ſint actum non facere,vel facere,ſed minus
legitimè,arg.l.quoties.ff.qui ſatiſd. cog. cū ſim. ergo &c.
quintò dicitur, quod etiam dato, ꝙ appareret de depo-
29 ſito , tamen illud eſſet nullum multis ex cauſis. † Et pri-
mò quia licet ſtatutum permittat vicino recuperare rem
alienatam facto depoſito , id tamen intelligi debet quan-
do pecunia fuit prius numerata coram teſtibus , & obla-
ta actualiter primo emptori, qui recuſauit illam recipe-
re,vt per Bal.in d.l.acceptam in primo notabili.Curt.cōſ.
28.col.2.& Iaſ.in conſil.216. col.2 verſic.quia tunc obla-
30 tio,vol.2.† quia hoc modo intelligendo ſtatutum,minus
læditur diſpoſitio iuris communis , quæ interpretatio ita
ſumenda eſt,vt per Alex.in conſi.2.nu.9.vol.j.Dec.in cōſ.
444.nu.15.& Pariſ.in conſil.95.in princ.vol.1.& in conſi.
66.num.100.vol.3. Sed in terminis de quibus agitur, hoc
per Hieronymum minime factum competitur,ergo &c.

31 Secundò, † quia depoſitum,vt valeat debet fieri parte
præſente,vel citata. Ita Pau.de Caſt.& alij communiter
in l.acceptā. Ale.& alij in l.ſi mora.ff.ſol.mat.Iaſ.in conſi.
9.col.pen.vol.1.Cur.vbi ſupra.Sed in caſu præſenti nō ap
paret de aliqua citatione,ergo dæpoſitum nullum .

32 Tertiò,† quia huiuſmodi depoſitum,quod eſt iudiciale,
vt validum ſit requiritur, quod fiat de mandato iudicis ,
& pęnes perſonam eligendam per eum , vt per doctores
in d.l.acceptam,& Curt.Iunio.vbi ſuprà.ac Tiraq. in ſuo
trac.de retr.char.323 nu 11. quod factum non reperitur.
quia in libello fertur illud fieri penes perſonas electam
per ipſum Hieronymum, ergo nullum .

33 Quartò, † quòd talis diſpoſitio ſi nulla oſtēditur:quia
ille quem pars dicit ſe depoſuiſſe , non dicit hoc eſſe ve-
rum , nec ſe obligat ad reſtituendum depoſitum primo
emptori,ergo depoſitum nullum,cum nullo remedio ſuc-
curatur emptori contra debitorum per ea. quæ volūt glo.
& communiter doctores in d.l.acceptam,& Iaſ.in conſi.
9.col.pen.verſ.4.volum.1.ergo ex his ſequitur depoſitum
omnino nullum.

Non obſtant modò adducta in contrarium quia ad pri-
mum, & ſecundum reſpondetur, licet communis opinio
ita ſe habeat,quòd prædictum ſtatutum ſit validum, tamē
id non militat in caſu noſtro,ex quo per vicinum non fue
runt ſeruatæ qualitates ab ipſo ſtatuto requiſitæ,& de qui
bus ſupra,quia qui non ſeruat qualitates ſtatuti,indignus
eſt beneficio ipſius ſtatuti,vt per Par.in d.conſi.20.nu.44.

Non obſtat ſimiliter & tertium,quia dicitur quòd nul-
libi apparet de aliquo depoſito iudiciali facto de manda-
to iudicis.& pęnes perſonam per eū electam,& ideo quòd
argumentum retorqueretur contra eum .

24 Vltimò nō obſtat,ꝙ pro ſnīa præſumitur, † quia rn̄de-
tur,quòd illud procedit quo ad iuſtitiā,quia lex pręſumit
pro iuſtitia iudicis,ſecus quo ad rectitudinē proceſſus, vt
in caſu noſtro c.quoniam contra.de prob.& eſt ratio,quia
pro proceſſu requiritur, ſcriptura,quæ cùm ſit facti, non
præſumitur interueniſſe, niſi probetur,vt per Inn.in c.in-
35 notuit,de eo, qui ordines furtiue ſuſcepit.† Et ideo nun-
quam præſumetur citatio,niſi probetur,uel niſi de ea cō-
ſtet ex actis ca.tenor,vbi Docto.de re iud.Alcia.in trac.de
præſump.reg.3.præſump.9.nu.18. Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Maritus & vxor ſi confitentur recepiſſe pretium rei dotalis ven-
ditæ,ad quemlibet præſumitur perueniſſe pretium pro dimidia.
Sed contraria eſt communis, vt nu.*8.

2 *Culpę natuta eſt attribuere cuique actum pro dimidia, quod de-
clarat vt nu.*14.

3 *Maritus, ſi totum pretium rei dotalis venditę recepit, & exinde
vxor conſenſiat,& confiteatur pretium participaſſe,licet ex tali
confeſſione inducatur probatio inter emptorem & mulierem,non
tamen inter eam & maritum.*

4 *Dos conſtante matrimouio pertinet ad maritum pro oneribus ſup
portandis,& dicitur eſſe in eius dominio.*

5 *Rei duo debendi, quando conſtituuntur in caſu in quo negotium
ad alterum tantùm pertinet,is principaliter, & inſolidum obli-
gatur,alter autem cenſetur promiſiſſe animo intercedendi.*

6 *Pater & mater quando promittunt dotem pro filia obligando ſe
marito filię, tunc mater videtur magis intercedendi animo pro
marito promittere,quam de ſuo aliquid donare,ex quo negotium
totum ſpectabat ad maritum .*

7 *Vir & vxor ſi in eodem inſtrumento ſe obligant mulier non tene-
tur niſi quatenus doceatur verſum in eius vtilitatem .*

9 *Maritus & vxor quando in inſtrumento confeſſi fuerunt decem
mutuo recepiſſe à Titio & quilibet inſolidum ſe obligauit,in du
bio non præſumitur pars dimidia ad mulierem perueniſſe niſi pro
betur quòd verſa fuerit in eius utilitatem .*

10 *Notarius ſi atteſtatur in inſtrumento uenditionis rei dotalis fa-
cta per maritum & uxorem,quòd pecunia fuit ipſis numerata,ta
men & hoc non præſumitur quòd dimidia peruenerit ad manum
uxoris niſi aliter probetur .*

11 *Confeſſioni mulieris etiam iurantis ſe participaſſe in pratio rei*
*dota-*

*dotalis uendita per eam & maritum , non ſtatur in fauorem mariti.*
12 *Quod declaratur procedere in iuramento aſſertorio, non autem promiſſorio.*
13 *Declaratio ad not.in §.Titia.l.cum quis decedens,ff.de leg.3.*
15 *Cautela pro mulieribus ſeruanda in uenditione rerum dotalium fienda per maritum & uxorem.*

## CONSILIVM LXIIII.

DOminus Bartholomæus , & Antonina Iuga-
les de Piperis , vendiderunt fundum dota-
lem , & ambo in inſtrumento confeſſi fue-
runt pretium ab emptore recepiſſe, exinde
ab hoc ſeculo migrauit dictus dominus Bar-
tholomæus relicta Antonina eius vxore., quæ ab hæredi-
bus dicti mariti petijt totum & integrum pretium rei do
talis alienatæ , cui ſe opponunt dicentes dimidiam partẽ
pretij ex vi dictæ confeſſionis factæ in inſtrumento, ad eã
perueniſſe,atq; ideo eos ſolum teneri pro altera dimidia,
dubitandum fuit quis eorum iuſtius induat arma , & vi-
ctoriam in præſenti cauſa reportare debeat.
1 Primum etenim facie † dicendum videtur hæredes hu
iuſmodi defuncti legitimè excepiſſe non teneri niſi pro
dimidia. Nam cum ipſa confiteatur ſe participaſſe in pre
tio debet intelligi , ꝙ pars dimidia eſt contractu ad eam
peruenerit,l.nomen filiarum,ff.de verbo.ſign.& ſic quòd
non poſſit petere dicta Antonina niſi aliam partem , quæ
peruenerit ad virum,per text.in l.reos,§.cum in tabulis.
2 ff.de duo.reis. † vbi de natura copulæ eſt attribuere cui-
que actum pro dimidia. Et ita per dictũ text.in indiuiduo
determinat hanc quęſtionem Barto.in conſi.124.punctus
quæſtionis talis eſt D.P. quem ſequitur Bald. in l. mater,
C.de rei vendi. colum.5 verſic. ſed hic quæro. niſi appa-
3 reret contrarium,† ꝙ primo maritus receperit totum pre
tiũ,poſtea vxor confitetur, & conſentit emptori ſe parti-
cipaſſe pretium; quia ex præambula numeratione appa-
ret, ꝙ vir recepit dotẽ, & licet ex ſubſequenti confeſſione
inducatur probatio inter emptorem,& mulierem,tamen
non inducitur probatio inter virum & mulierem,cũ quo
non eſt facta confeſſio,arg.l.fi.ff.de inter. Et cũ ſnia Bart.
tranſit Paul.de Caſt.in d.§.cũ in tabulis,& in cõſ. 296.vi
ſis,& in conſ.360.vol.1.ac in conſil 262.ſuper primo, vol.
2.col.fi. Curt.Senio.in conſi.53.col.1. Bologn. in ſecundis
ſuis interpretationibus,in l.fi.ff.de iure dotium.
Quibus tamen non obſtantibus contrariam opinionẽ
vti veriorem,& cõem amplectendam eſſe arbitror ex iu-
4 ribus,& authoritatibus infraſcriptis Et primo,† quia dos
conſtante matrimonio pertinet ad maritum pro onerib.
matrimonij ſupportandis,& dicitur eſſe in eius dominio.
5 l.doce ancillam,C.de rei vend. † Sed quando reperiuntur
duo rei in caſu,in quo negotium ad vnum tantum ſpecta-
tis principaliter , & inſolidum obligatur, alter autem ad
quem negotium non pertinet,videtur promittere animo
intercedendi pro eo ad quem ſpectat negotium,& pro ſe
curitate,& cautela alterius partis. Ita Par.in l reos,col.2.
ff.de duo.reis,per tex.in l.vir vxori,§.fi.ff.ad Velleia.vbi
Fulg & Pau.de Caſt.Corn. conſ.124.vol.1. & 315.vol.4.
Cum igitur iſte fundus dotalis pertineret ad maritũ,vxor
in iſta confeſſione pretij videtur interueniſſe ad cautelã,
& ſecuritatem emptoris,ne in futurum ab ea,vel eius hę
redibus moleſtari poſſet,dicendo pecuniam non ſolutam
fuiſſe marito,ideo ad vxorem nihil præſumitur perueniſ-
ſe,cum ad eam dos,conſtante matrimonio non pertine-
ret,ſed ad virum. Bene facit quod not.Bal.Nouel.in tract.
dot.in 6.par.in priuilegio 3.ver.ẽt de facto,quem referũt,
& ſequũtur Mod.in rep.rubricæ de don.inter vir.& vxo.
6 §.66.col.6.in conſ.77.col.2. † vbi vult,quod ſi pater,& ma
ter promittunt dotem pro filia obligendo ſe genero,quòd
tunc mater videatur magis intercedendi animo pro ma-
rito promittere,quam de ſuo aliquid donare , & ſic pote-
rit repetere a marito , quod ſoluit, ex quo negotium ſpe-
ctabat in totum ad eum,arg.l.vir vxori §.fi.ff ad Velleia.
Et ita in caſu de quo agitur dicendum videtur, ꝙ ex quo
totũ negotium principaliter ſpectabat ad maritũ dominũ
rei dotalis conſtante matrimonio, ꝙ mulier cẽſetur pro-
miſiſſe animo intercedẽdi pro eo , ad quem negotiũ ſpe-
ctabat principaliter , & pro ſecuritate emptoris. Item ad
hoc facit text.in auth.ſi qua mulier.C.ad Velleian.& not.
7 ibid.per Dot. † vbi ſi vir,& vxor in eodem inſtrumento ſe
obligant,mulier non tenetur, niſi quatenus doceatur ver
ſum in vtilitatem ipſius mulieris, aliter quam ex tenore
inſtrumenti.
Secundò principaliter iſtam quæſtionem decidit in ter
8 minis Bald. in auth.ſi qua mulier. C.ad Velleia.† vbi ex-
preſsè dicit,quòd quãdo maritus & vxor confitentur ha-
buiſſe pretiũ rei dotalis venditæ , totum pretiũ præſumi-
tur perueniſſe ad manus mariti,niſi probetur realiter ad
eum perueniſſe, quod etiam ſequitur ibi Salice. colum.fi.
quia maxima reuerentia mariti videtur eſſe cauſa huius
confeſſionis,argumento eorũ quæ not.in l.j.§.j.ff.qua. re-
rum act. Hunc quippe partẽ prius tenuit Specul.in tit. de
9 obl.& ſol.in §.ante omnia,verſ.ſed pone.† vbi ponit quæ-
ſtionem de marito,& vxore, qui confeſſi fuerunt per pu-
blicum inſtrumentum ſe decem mutuo recepiſſe à Titio,
& quilibet inſolidũ ſe obligauit,an vxor teneatur in ali-
quo pro debito principali. Et diſtinguendo concluditur,ꝙ
ſi conſtat maritum totã pecuniam percepiſſe , mulier nõ
tenetur,quia cenſetur fideiubere,l.item ſi filius, §.1.ff.ad
Maced.ſi pro parte ad eam peruenit, pro parte tenetur,l.
vir vxori,§.fi.ad Velleia.ſi autem dubitatur,non præſumi
tur veriſimiliter perueniſſe pecuniam ad mulierem, niſi
probetur verſam in vtilitatem mulieris per d.auth.ſi qua
mulier. Et ita etiam ibi tenuit Io.And.quod dictum notã-
dũ,ſingulare,& menti tenendum dicit Imol. in l. Mode-
ſtinus,in fi.de ſolut. Idem ẽt tenuit Imo.in c. cum cõtin-
gat,col.18.in fi.verſ.ſed iuxta prædicta põt dubitari de iu
reiur.& in l.cum vir.col.6.in fin.verſ & ex prędictis,ff.de
vſuca.per tex.in d.auth.ſi qua mulier,C.ad Vellei.vbi in-
quit hanc partem de iure veriorẽ,& in d.l.Modeſtinus.in
fi.vbi dicit, ꝙ hoc ſuadet æquitas,quia vt docet experien
tia maritus videtur pretium recepiſſe cui voluntati cum
cõmodè mulier reſiſtere non potuiſſet,ideo ſatis eſt viſũ,
quòd non teneatur medietatẽ dicti pretij in dicta dote cõ
putare. Et ſubdit in dictis locis hãc quæſtionem fuiſſe de
facto in ciuitate Bononiæ,quod dicit in d.c. cum contin-
gat,diligenter no.cum hoc ſit valde cõſonũ rationi. Hanc
ẽt ſententiam approbant Ang.in d.§.ſed & aliud Inſti.de
don.in d.§.item ſi in iudicio,col.14.in fi.de excep. Bertr.
in conſ.179.vol.2.col.2 nu.9.Pau.de Caſt.in d.auth.ſi qua
mulier verſ.ſed quæritur an ſtetur, Bal.in l.ſi eum ſeruũ,
ff.ſi cer.pet.Affl.in deciſ.209. vbi dicit bis idem notatum
fuiſſe in ſacro conſi.Camp.in tract.de dot.in 3.par. qõ 9.
Moder.in trac.emp.& vend.in 3.par.in fi. Bald. Nouel.in
tract.dot.in 7.par in primo priuilegio, col.9.verſic.& per
prædicta,vbi firmat hanc eſſe communem opinionem,&
quòd ita conſuluit, & obtinuit in ciuitate Peruſij. Idem
conſuluit Bolog.in conſ 45.col.2. Et idem firmauit Boe.in
deciſ.23.col 4.& Aymo.in conſ.91. vbi dicit hanc eſſe cõ-
munem,& quòd nefas eſſet,& temerarium ab opinione
tantorum patrum,& pro qua in curijs tam illuſtribus iu
dicatum eſt,diſcedere. Item ẽt dixit Ruyn.in conſil.299.
col.fi.vol.2.& ita ẽt aliàs me ſedente in hoc ampliſſimo Se
natu Montisferrati fuit deciſum tempore vitæ Ill. Præſi-
dis Gullielmi ex Comitibus ſancti Georgij, & Blandratę.
Imò plus voluit Imo.in d.c.cum contingat. & in l.cũ vir.
10 † imò ẽt ſi in inſtrumento dicitur , quòd pecunia fuit ſi-
bi numerata,quòd non præſumitur perueniſſe ad manus
mulieri,niſi verè probetur,per not.per Spec. in d.titu.de
obl.in loco ſuprà citato. Fortius voluerunt Spec. in d.titu.
de oblig.& ſol.in d.verſ.ſed pone. Bald.& Sal. in d,auth.ſi
11 qua mulier,† quòd ẽt non ſtaretur tali confeſſioni mulie-
ris,quamuis iuratæ, tanquam factæ inter perſonas prohi-
bitas ad vtilitatem mariti,& in præiudicium vxoris,quod
ſequuntur Moder.in d.trac.de empt. & vend.q.3.col.fin.
& Aret.in d.§.cum in tabulis , & Imola in locis ſuperius
citatis,ac Ange.in d.§.eſt & aliud, de don.& in §. item ſi
12 in iudicio,de except.col.14.† Quod tamen intellige de iu
ramento aſſertorio,nõ autem de promiſſorio,vt vult Bal.
in d.auth.ſi qua mulier ibi niſi dicas, quòd hoc iuramen-
tum non eſt promiſſorium,ſed aſſertorium,cui non obſta
13 tur per no.in l.cum quis decedens,§.Titia,de leg.3.† quę
ſecundum Doc.intelligitur in iuramento aſſertorio, non
promiſſorio,vt per Imol.in c.cum contingat.in 10.mem-
bro,de iureiu. Rom,in conſi.44.Socin.conſ.66.col.6.vol.j.
Aret.conſi.74.col.3.Dec.conſi.403.col.pen.Rip.in conſil.
6.in fi.& in conſi.17.col,2.in 3.parte.
14 Non obſtat tex.in §.cum in tab.† quia ad illum reſpon
det Imol.in d.cap.cum contingat, & l.cum vir. & Afflict.
in præallegata deciſ.209. ad Camp. in d.3. parte quæſt.9.
quòd ille procedit in his perſonis , quæ poſſunt inter ſe
obligare , ſed non in muliere quæ non poteſt ſe obligare

pro viro,vt in d.authentica, ſi qua mulier. & in l.1. & per totum,ff.ad Velleianum.

Secundò reſponderi poteſt, ꝙ non procedit in caſibus in quibus negotium principaliter ad alterum contrahentem tantum ſpectat, vt per Aymo.in d.conſi 90.col. pen.

Vnde ex his mihi videtur, ſaluo ſemper ſaniori iudicio alterius melius ſentientis, hanc dominam Antoniam
15 debere conſequi totum pretiū rei dotalis venditæ. † Laudarem tamen ſemper pro euitandis dubijs, ſeruandam fore per mulieres cautelam Bald. in d.l. mater. quem ſequuntur Afflict.in d.deciſ.209. & Boe. præallegata deciſ. 23.nume. 8.quod quando confitentur ſe cum viro participaſſe pretium, quòd faciant ſibi caueri à ſuis viris ſuper omnibus alijs bonis ſuis,vt ex tali confeſſione nullum eis generetur præiudicium in caſu dotium repetendarum.

Laus Deo.

## SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non valet.*
2 *Quod amplia procedere etiam ſi eſſet iuramento firmata.*
3 *Et etiam ſi donator ſibi reſeruauerit uſumfructum dictorum bonorum. Sed contra nu.5.*
4 *Vſusfructus finitur morte,& nu.6.*
7 *Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium præſentium, & futurorum ualet cum iura, & actiones in ea non includantur, & maximè, quando ultra dicta uerba in ea dicitur ubicunque exiſtentium,ut nu.10.*
8 *Teſtator ſi reliquit uxori ſuæ redditus, & pro uentus quorumcunque bonorum ſuorum mobilium, & immobilium, in tali relicto non ueniunt ea, quæ ſunt in nominibus debitorum.*
9 *Donatio omnium bonorum præſentium ſecundum communem ualet.*
11 *Dictio ubicunque poſita in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium præſentium,& futurorum ubicunque exiſtentium denotat loci circumſpectionem.*
12 *Nomina debitorum ac iura, & actiones non circumſcribuntur loco.*
13 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum licet non ualeat in uim donationis inter uiuos ſaltem ualere debet in uim donationis cauſa mortis,ut actus ualeat, & non pereat.*
14 *Donatio cauſa mortis,requirit quinque teſtes.*
15 *Diſpoſitio l.ubi ita donatur.ff.de dona. cau.mor. licet locum non habet ſi quis donat omnia bona quæ habet, & habiturus eſt uſque ad mortem, tamen ex quo non poteſt ualere, ut inter uiuos, ſaltem ualebit,ut donatio cauſa mortis.*
16 *Actus in dubio debet interpretari, ut potius ualeat, quam pereat.*
17 *Viam, quis ſibi elegiſſe præſumitur per quam iudicium ſuum non impugnetur.*
18 *Legata facta priuatis perſonis non minuunt legitimam nec ſimiliter legata ad pias cauſas,ut nu.27.*
19 *Legata pro recompenſatione ſeruinorum,uel pro reſtitutione malè ablatorum non deducuntur ante legitimam,alio non apparente.*
20 *Præallegata computari debent in patrimonio teſtatoris, ut ſciri poſſit quanta ſit legitima filiorum.*
21 *Aes alienum, & funeris expenſa minuunt legitimam, & nu.28.*
22 *Falcidia detrahitus de legatis.*
23 *Legitima eſt magis debita filio,quam Falcidia hæredi.*
24 *Falcidia debetur de iure ciuili.*
25 *Legitima uerò iure naturæ,quod eſt firmius.*
26 *Falcidia poteſt per teſtatorem in totum prohiberi. legitima uerò nec in partem minui.*
29 *Donatio non minuit legitimam.*
30 *Donatio dicitur es uoluntarium, & non neceſſarium.*
31 *Filius non poteſt petere ſupplementum legitimæ in bonis legatis, ſi non ſunt de melioribus,ſed de mediocribus,ſed debet agere contra hæredem pœnes quem remanſerunt alia bona hæreditaria, aliàs ſecus,ut nu.33.*
32 *Legata ſunt integraliter præſtanda, dummodò beſſem non excedant.*

## CONSILIVM LXV.

1 PRæſuppoſita communi opinione pro vera, † ꝙ donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, tanquam auferens liberam facultatem teſtandi, non valeat, vt per doct. in l.fin.C. de pact. & in l.ſtipulatio hoc modo concepta,ff.de verb.obl. Pau.de Caſt. in l.Iul.in 2.col. ff.de acq.hær. Dec.in conſil.30.in princ. in conſi.488. col. 2.in princip.& in conſil.655.col.2.Iaſ.in conſil.60. col.2. vol.3.& Cur.Iun.in conſi.25.conſil.2. vbi inquit hanc eſſe communem doct. ſententiam, à qua in iudicando nul-
2 latenus eſt recedendum,† quæ ampliatur etiam procedere,ſi donatio ipſa iuramento firmata eſſe ſecundum Bar. & alios in d.l.fin.Corn.in conſi.60 col.2.vol.2.Curt.Iun. vbi ſupra,col.3.verſic.præmiſſis tamen non obſtantibus, & Dec.in l.pactum, quod dotali, col.1.C.de pact. vbi inquit hanc etiam communem, licet ipſe aliter teneat. & Rip.in reſponſo 14.col.2. in 3.par. vbi etiam aſſerit hanc
3 communem.† Videndum nunc ſupereſt an doctorum ipſa approbata concluſio locum habere videatur, quando donator ſibi reſeruauit vſumfructum omnium bonorum præſentium, & futurorum. Et prima facie videretur dicendum,quòd ſic, vt in terminis conſuluit Pau. de Caſtr.
4 in conſi.101.col.pen. † quia donans de vſufructu non poteſt teſtari cum morte donantis finiatur,§.finitur.Inſtitu. de vſufruct.l.vxor patrui, C.de leg. nec etiam de fructibus,qui ſupereſſent, quia veniunt ſub nomine bonorum futurorum,ita quod cedunt ſub donatione.& Pau.ſequitur Dec.in conſ.30.col.2.in conſi.251.col.2.verſic. prædictis tamen.& in l.fi.nu.32.C.de pact. Idem voluit Pau.de Caſt.in d.l.fin.Corn.in conſi.176.col.pen.volum.2.Curt. Iun.conſil.25.colum.2.& in conſil.120. colum.2. in fin.ac nouiſſimi,in add.ad conſilium Campegij decimum inter conſilia Bruni.

Sed prædictis non obſtantibus, contrarium de iure ve-
5 rius eſſe arbitror, † vt etiam in terminis decidit Abb. in conſil.102.col.2. vol.2. vbi inquit ita tenere omnes legiſtas, & in d.l.fi. C.de pact Alexan. Iaſ.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta. Aret.in conſil.54.col.pen.Socin.in conſil. 116.col.fi.volum.3. & in fallentijs ſuis. in regula donatio omnium bonorum, fal.3. Et ratio eſt, quia de fructibus percepturis poterit donans teſtari cum non veniat in dicta donatione.
6 † Nam licet vſufructus finiatur morte,d.§. finitur fructus tamen percepti viuente vſufructuario pertinet ad eius hæredem,l.defuncta,ff.de vſufru.in princ. Hanc etiā partem amplectitur Bert.in conſil.168.col.2. volum.1.in conſ.137.col.2.& in conſi.175.col.3.vol.eod.& conſ.128. nu.19.vol.2.& in conſi.vlt.col.2.vol.eod.Rip.in d.reſponſo 14.col.2.& Soc.iun.in conſi.143 col.3.volum.1. vbi reprobant Pau.de Caſt.vbi ſupra.

Secundò principaliter dicitur, quòd licet donatio omnium bonorum præſentium,& futurorum non valeat cū reſeruatione vſufructus, quòd tamen eſt ab omni verita-
7 te alienum, tamen quod ea limitatur † locum non habere in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium,præſentium, & futurorum, quia ea valet cum iura,& actiones in ipſa donatione non includantur, l. cum tutor.ff.de pœn. de quibus per donantem poterit teſtari. Ita in terminis voluit.Bal.in conſi.232.vol.2. quem ſequitur Dec.in conſi.237.col.2. vbi in caſu ſuo etiam loquitur in donatione. & in conſi.441 colum.2.Corn.in conſi.54. colum.2.volum.4. Facit etiam,quòd voluit Barto.in conſilio 50.quem ſequitur Iaſ.in l.à diuo Pio,§.in venditione,
8 colum.2.verſic per iſta,ff.de re iud.† vbi dicit,quòd ſi teſtator reliquit vxori ſuæ redditus,& prouentus quorumcumque bonorum ſuorum mobilium, & immobilium, non veniunt ea quæ ſunt in nominibus debitorum,& Iaſo.ſequitur Pariſ.in conſ.50.nu.23.vol.2.Idem tenet Cor. in conſilio 236.colum.2.volum.4.quem ſequitur.Pariſ.in conſil.96.num.15.vol.2. Nec habet obſtare,quòd Docto. ſupra citati loquantur in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium præſentium, & non futuro-
9 rum, † quæ donatio valet,vt no. omnes doctores tam in d.l.fin.de pac.quam in d.l. ſtipulatio hoc modo concepta, & Angel.in conſil.179 colum.2.Dec.in conſi.488.colum. 2.& Iaſ.in citato conſilio 5.colum.3. verſic. ſed præmiſſis: quia reſpondetur, quòd etſi donatio omnium bonorum mobilium, & immobilium reſpiciat tantum præſentia, & in ea non veniant nec includantur iura,& actiones,cū ſint incorporalia, tamen etiam non includuntur nomina debitorum & ſic iura & actiones in donatione bonorum mobiliū & immobilium præſentium,& futurorum.Ita in ſpecie dixit Guido Papæ in quæſt.259. vbi propriè inquit huiuſmodi donationem valere, quia ſic donando poſtea poterit donans de creditis ſuis teſtari, & ſic non habebit hæres nudum nomen hæredis, ſubdens quòd per hoc ſubmouetur contrarium, quod poſſet fieri de d.l.ſtipulatio hoc modo concepta cum ibi not.per Bart. & Guid.ſequitur.Decius in conſilijs ſupra citatis.Idem voluit Soci.

In regula ſua donatio omnium bonorum præſentium, &
futurorum. in fallentia prima. vbi inquit Bal. ita tenuiſſe
in conſulendo in conſi. incip. Naphidus. quod non inue-
nio impreſſum in conſilijs Bald. ſecundum impreſſionem
meam. Ita quoque conſuluiſſe vltra montes teſtatur Iaſ.
in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta. col. antepen. &
ſequen. verſic quæro de ardua quæſtione, & verum dicit,
quod conſuluit, vt patet in conſil. 5. in tertio volum. Hoc
etiam voluit Bertran. in conſil. 168. col. fina. circa finem.
verſ. prætereà, volum. j. & eo maximè hoc dicendum ve-
nit cum vltra dicta verba, bona mobilia, & immobilia,
præſentia, & futura poſſit in ipſa donatione, ſint appoſi-
10 ta ſubſequentia, † vbicunque exiſtentia, quæ magis de-
monſtrant iura, & actiones non includi in donatione prę-
11 dicta, † quàm dictio vbicunque ibi appoſita denotat lo-
12 ci circunſpectionem, & iuris indubitati eſt, † quòd no-
mina debitorum ac iura, & actiones non circunſcribun-
tur loco. l. Gaius in princ. ff. de leg. primo. Et ita in termi-
nis noſtris tradit Bal. in conſi. incip ſuper primo. quem ſe-
quitur Soc. in dicta regula, fallentia ſecunda. Idem voluit
Bald. alibi in conſi. 232. in vltimis verbis, volum. 2. & Iaſ.
in citato conſilio quinto, colum. 4. verſic. ſecundò pro iſta
parte, & in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta in fi. vbi
tradit iſta eſſe notanda, quia alibi non legit, & miror, qđ
hæc dixerit, cum ante eum hoc voluerit Bal. Soc. & Guid.
in locis ſuprà citatis. Et ita ex his remanet firma hæc con-
cluſio donationem ipſam valere, cum de debitis ſuis poſ-
ſit donans teſtari, quæ non includuntur dicta donatione.

Tertiò principaliter pro validitate dictæ donationis
quatenus præmiſſa non militarent, quibus tamen omni-
no inhærendum venit tanquam regulæ, iuxta l. omnis dif-
finitio. ff. de reg. iur. dicitur, quod quatenus donatio ip-
13 ſa valere non poſſet in vim donationis inter viuos, † ꝙ
ſaltem valebit in vim donationis cauſa mortis, cum in
14 ea interuenerit † numerus quinque teſtium, qui requiri-
tur in donationis cauſa mortis l. fina. C. de codicil. Socin.
in conſilio 130. colum. 3. vol. 1. & hoc vt actus magis va-
leat, & non pereat, vt in terminis dixit Paulus de Caſtro
in conſilio 101. quem ſequitur Socinus in dicto conſilio
130. col. 3. duplicato in conſi. 131. in ij. volum. & in conſi.
15 136. col. ij. vol. j. † vbi concludit, quod ſi quis donat omnia
bona quæ habet, & habiturus eſt vſque ad tempus mor-
tis cum promiſſione de non reuocando, quod non habe-
bit locum lex, vbi ita donatur. ff. de dona. cauſa mor. ex
quo donatio inter viuos omnium bonorum præſentium,
& futurorum non valet, ſed quòd valebit, vt donatio cau-
16 ſa mortis, † quia in dubio actus interpetrari debet, vt po-
tius valeat, quàm pereat. l. quoties ff. de rebus dubijs.

17 † Item, & quia quis non præſumitur viam elegiſſe per
quam iudicium ſuum impugnetur. l. miles qui deſtinaue-
rat. ff. de mil. teſta. Ita etiam tenuit Afflict. in dediſio. 338.
col. ij. Bal. in conſi. 108. col. fin. vol. 3. Crot. in rubrica. ff. le-
ga j. col. 8. & Cau. in conſi. 39. in fi. & ſic ex tribus medijs
oſtenditur donationem ipſam valere, & obſeruandā eſſe.

Deuenio modò ad ſecundum dubium in quo quęritur,
quia magnificus dominus Albertus reliquit Gulielmo fi-
lio certum quid, quod aſcendere non poteſt ad eius legi-
timam relicto alio hærede vniuerſali, ac relictis pluribus
legatis tam ad pias cauſas, quam alijs perſonis, ac pari-
ter facta donatione dominæ Angelæ eius ſecundæ coniu-
gi. An in computatione legitimæ debitæ dicto domino
Gulielmo haberi debeat ratio ſuprà dictorum bonorum
legatorum, & donatorum, & non conterendo tempus
18 vbi non expedit, concludendum arbitror, † quòd per
prædicta legata, & donata non minuatur legitima debi-
ta ipſi domino filio in bonis patris, vt primò de legatis
factis priuatis perſonis facit text. in l. ſcimus, §. repletio-
nem. C. de inofficioſo teſta. Ita etiam tenuit Alex. in con-
ſi. 31. col. fin. volum 3. in conſi. 5. in prin. vol. 6. & in conſil.
175. in prin. vol. eo. Imò dixit Alex. in conſil. 45. in quarto
20 dubio, vol. j. & in conſi. 18. vol. 4. † quod ante legitimam
non deducuntur legata pro recompenſatione ſeruitio-
rum: vel pro reſtitutione male ablatorum alio non ap-
parente, quia de ipſo legato iudicatur, vt de legato puro
allegat Barto. in rep. l. j. col. 7. verſi. tertio quæro. & in fi. il-
lius quæſtio. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Bar. & Alex. ſequi-
tur Craue. in conſi. 141. colum. ij. Idem dixit alibi Alex. in
conſi. 122. col. ij. verſic. ad quod bene faciunt. volu. 7. Facit
20 quod voluit Cuma. in conſil. 70. in princ. † vbi inquit, ꝙ
præallegata computantur in patrimonio teſtatoris, vt
ſciri poſſit quanta eſſe debeat legitima quæ eſſe debet tri-
ens vel ſemis, ſecundum numerum liberorum. authen.
nouiſſima, & in corpore vnde ſumitur. C. de inoffic. te-
21 ſta. † deducto ære alieno, & funeris impenſa. l. Papinia-
22 nus. §. quarta. ff. de inof. teſt. † quia ſi de ꝑlegatis detrahitᷣ
Falcidia. l. à cohæredibus C. ad legem Fal. quæ eam non
diminuunt Barto. & Alij in l. quartam. ff. ad legem Falcid.
23 ergo multo fortius † legitima, cum ſit magis debita filio,
24 quam Falcidia heredi, † cum Falcidia iure ciuili debea-
24 tur, † & legitima iuræ naturæ, quod eſt firmius. §. fin. In-
26 ſtit. de leg. agna. tutel. † hinc eſt, quod Falcidia in totum
poteſt per teſtatorem prohiberi, quod ſecus eſt in legiti-
ma, quæ nec in partem minui poteſt auth. ſed cum teſta-
tor. C. ad legem Falcid. niſi vna ex cauſis ingratitudinis
commiſſa fuiſſet, de quibus in §. aliud quoque capitulum.
27 in authen. vt cum de appella. cognoſci. † Item, & de lega-
tis ad pias cauſas. Idem tenet gloſ. in cap. quæcunque 15.
quæſtio. vltima glo. in l. ſi quis ad declinandam. in verſic.
28 ſimili modo. C. de epiſ. & cler. † Et ratio eſt quia tantum-
modo æs alienum, & funeris impenſa prius deducitur.
d. §. quomiam autem quarta. Bal. in conſi. 85. vol. j. & in cō
ſi. 327. vol. 4. Alex in conſil. 18. in prin. vol. 4. & in conſil. 5.
in princip. vol. 6. Cor. conſi. 148. col j. vol. 4. Dec. in conſil.
29 299. col. j. † Quod autem etiam de donatione facta domi-
næ Angelæ ſimiliter diminuenda ſit legitima dicti filij,
uoluit Paulus de Caſt. in conſi. 82. vol. j. & in conſi. 74. vol.
40 ij. † quia huiuſmodi dicitur donatio æs voluntarium, &
non neceſſarium. Soc. conſil. 148. col. 6. vol. j. Cor. in conſi.
15. col. 6. ad fin. volu. j in conſil. 190. col. 6. in quarto dubio.
volum. ij. Craue. in conſilio 141. columna ij. & in conſilio
165. columna ſecunda circa finem. Et iſta opinio videtur
habere magnam æquitatem, quia alias daretur occaſio
fraudandi filios legitima per ipſa legata, & donationes,
quod eſſet abſurdum, & contra, debitum, vt per Bart. in
l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. & Alexand.
in conſilio ſupra allegato 18. in fin. Et ideo ſtantibus ijs
quæ vera ſunt in iure concludendum fore exiſtimo, quòd
legitima ipſius domini Gulielmi diminui non poteſt per
31 dicta legata, & donationem. † Et ideo, quòd ſi bona lega-
ta non ſunt de melioribus, ſed de mediocribus, quòd legi-
timæ ſupplementum debet peti ab hæredi, & non à di-
ctis legatarijs, & ſic a domino Aluiſio, penes quem extant
alia bona hæreditaria teſtatoris, vt per Dec. in conſi. 673.
col. 3. & Bal. in Rubrica. ff. de rerum diuiſio. col. j. verſi. ſed
pone, quem ſequitur Alex. in conſi. 154. col. penult. verſi.
confirmatur in prædicta, volum 7. Ruin. in couſi 27 in fin.
32 vol. j. † quia legata ſunt integraliter præſtanda, dummo-
do beſſem non excedant vt etiam voluit Alexan. in conſi.
33 12. col. fi. vol. 5. † Si vero ſunt de melioribus, tunc petere
poterit ſupplementum in dictis bonis legatis & donatis,
vt in ſpecie tradit Alex. in l. in quartam, num. 16. verſi. in
telligo tamen prædicta. & ibi Piccus col. 42. verſi. iſtud ta-
men. ff ad legem Fal. Dec. in conſi. 81. col. pen. Rub. Alex.
in conſi. 156. & in conſil ſeq. colum. j. & Craueta in conſil.
109. col. pen. vbi bene declarat hanc materiam. Et ſic ex
his habes modum, & practicam, quæ ſeruanda venit in
petitione legitimæ per filium, vel eius ſupplementi, quan-
do alius datur hæres vniuerſalis, quam tene menti quia ſæ
piſſimæ hoc accidit in facto. Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Domus diuidi debet in tres partes, quando miles in ea hoſpitatur quarum primam eligit dominus domus, ſecundam miles, & tertia relinquitur etiam domino, niſi miles ſit illuſtris ꝑſona, quia tunc datur ei dimidia.*

2 *Priuilegiatus de non hoſpitando milites in domo, non excuſatur à ſolutione penſionis tertiæ partis domus excuſate.*

3 *Onus recipiendi milites in domo eſt reale, & inciditur ipſi rei propter ipſam.*

4 *Hoſpites non tenetur tradere militibus culcitras, lectos, ligna, oleum, & alia ad victum, & potum neceſſaria, imò plus à volentibus dare, non debent accipere, quia in dubio præſumitur conceſſio donandi.*

5 *Lex prima. C. de ſalgam hoſp. non præben. lib. 10. eſt notanda contra facientes dare militibus lectos.*

6 *Hoſpites domus non tenentur præſtare vtenſilia militibus, niſi quando ignauia incolarium non poſſunt reperiri, ſed cum emendatione damni.*

7 *Iuſtitiarij, ſtipendiarij, & alij officiales ſi hoſpitantur in locis vbi ignauia incolarum nō reperiunt pro ſe & equis ſuis vtenſilia, & pabula pretio congruenti, licet excuſandi ſint ſi ad bona ipſo-*

 *rum*

rum incolarum pro neceſſitate vitæ, & alijs neceſsarijs extendant manus ſuas, tamen non excuſantur quin ad emendationē damni quod deteſtabiliter inferunt velut hoſtes, teneantur.

8 Hoſpites non tenentur erga milites niſi ad ſolam hoſpitalitatem.

9 Lex prima, C. de ſalga. hoſp non præben malè ſeruatur in Italia, in qua ſtipendiarij depopulantur comitatiuos, id eſt ruſticanos in quantum poſſunt, auferendo eis victualia pro ſe ſuisq́ equis, quod eſt contra ipſam legem, cùm nihil debeant auferre, vel gratis accipere ab eo in cuius domo gratis hoſpitantur, niſi emant ex proprijs ſtipendijs.

10 Lex ſecunda, C. de erog. mil anno. lib. 12. notanda eſt contra milites noſtri temporis, qui non poſſunt grauare comitatenſes vt præparent eis ad comedendum, quia contenti eſſe debent ſuis annonis, & ſtipendijs.

11 Collecta imponi debet vt omnes peræquentur proculcitris, lectis, & vtenſilibus; quæ præſtantur militibus ordine ſuperiorum militū, ne quis grauetur pluſquam ſuæ patiuntur facultates.

12 Publica obſequia facilius, & commodius expediuntur ſi ab omnibus patrimoniorum onera agnoſcantur, cum facilius portetur onus, quod in plures diuiditur, & à pluribus exſoluitur.

13 Onus, quod debet eſſe multorum, cauendum eſt ne pauci portent alijs ſubleuatis.

14 Militibus gualdanæ Principis non licet capere res ruſticorum, videlicet panem, vinum, & pullos: quia ipſi debent ſe præmunire, & ſi quid deeſt, debent à communitatibus terrarum exigere, antequam perueniatur ac grauamen ſingulorum, & vbi nihil eßet in communi, debet collecta imponi vel ſi tempus non patitur, debent ab habentibus recipi, & poſtea collecta imponi vt eis ſatisfiat à quibus receptum eſt.

15 Collecta imponenda eſt ſecundum quantitatem patrimonij videlicet per æs ac libram, quando imponitur proponere patrimoniali, vel mixto, vel etiam, quando non apparet pro quo onere fuerit impoſita.

19 Collecta in dubio dicitur onus mixtum, quod imponitur perſonis pro rebus.

17 Mobilia, & immobilia veniunt in impoſitione collectæ, & quidem mobilia non otioſa vt pecunia, de qua nobiles honeſtè negotiantur, ſecus otioſa, vt ſunt lapides pretioſi, annuli, margaritæ, ornamenta muliebria, & virilia, ex quibus ſola pompa, & inanis gloria ſequitur, nec alia quæ vſu conſumuntur.

18 Negotiantes pro mercationibus taxandi ſunt in pretio prout rationis regula, & modeſtia menſuræ patietur.

19 Collecta imponenda eſt tam paruis, quàm magnis.

20 Collecta non eſt imponenda pauperibus quorum nota eſt paupertas vt ſunt hi qui diætim laborant pro victu quærendo, & qui lapſi ſunt facultatibus.

21 Inopes, id eſt, nihil habentes in his quæ ſumptu aguntur ipſa habendi neceſſitate excuſantur.

22 Fractores Collectarum pauperes debent paternali amore proſequi, quod hodie ſi fit, & Deus eſt teſtis.

23 Collecta imponenda eſt artificibus, ita tamen vt eis neceſſaria tempora pro vita corporis reſeruentur.

24 Collecta indicenda eſt exteris qui morantur in ciuitate in qua domicilium ſibi collocarunt, & qui vendunt, & emunt, quia pro quæſtu contribuere debent.

25 Collecta non eſt exigenda ab accola ſeu aduena, qui non animo habitandi moratur in loco, ſed eſt inde breuiter receſſurus.

26 Aduena non tenetur ad contributionem collectæ impoſitæ pro muris ciuitatis ædificandis.

27 Collecta etiam exigi à mercatoribus, qui ex mercibus ſuis fructus percipiunt.

28 Item, & à venatoribus, inuentoribus theſauri, & piſcatoribus piſcantibus in publico vel priuato, deducto tamen pretio, quod ſoluitur domino.

29 Similiter, & à colonis, qui nedum partem fructuum reddunt domino. ſed pecuniarum penſionem ſoluunt.

30 Item, & à paſtoribus ouium, qui non percipiunt à domino animalium partem fructuum ex eis prouenientium, ſed aliquid pecuniæ nomine mercedis, & ſtipendij.

31 Collecta imponenda eſt ei qui habet domicilium in vna ciuitate ac poßeſſione, ſi fructus prædiorum defert in aliam ciuitatem in qua domicilium non habet, illoſque ibi vendit, & lucrum percipit: quia & pro his taxabitur in vtroque loco.

32 Pariter, & taxandi ſunt qui percipiunt penſiones domorum, & apothecarum, cum ex eis percipiam fructus.

33 Necnon, & qui habent annuos redditus cum inter immobilia computentur.

34 Collectam ſoluere tenetur emphytheota de re emphytheotica, deducta penſione ſeu canone, quod ſoluitur domino ne duplici onere grauetur.

35 Habens numerum duodecim liberorum ſecūdum communē excuſatur à munerib. perſonalibus, & patrimonialibus, ac à collectis.

36 Doctores legum excuſantur à munere recipiendi milites in domo.

37 Quod ampliatur procedere nedum in doctoribus actu legentibus, ſed etiam in non legentibus, vt in aduocatis ſecundum communem, dum tamen actum pro curationis nō exerceant, aliàs ſecus.

38 Officium procurationis eſt vile.

39 Decuriones ſeu conſiliarij non debent exercere officium tabellionatus etſi exercent vilipenduntur adeò, quòd priuilegio dignitatis priuantur, etſi eorum ſcripturæ redarguuntur de falſo, torqueri poterunt pro veritate ſeruanda, licet aliàs torqueri non poſſint.

40 Doctores legum excuſantur a munere ſupradicto, quando ſunt docti, & qui legendo vel poſtulando multos inſtituunt, ſecus doctores qui neſciunt, vel nolunt docere.

41 Doctoribus indoctis non competit priuilegium, vt poſſunt vicinum fabrum obſtrepentem à domo eijcere.

42 Senatores Principum excuſantur à ſuſceptione militum in domo.

43 Quod ampliatur procedere etiam ſi depoſiti fuiſſent a tali officio de voluntate Principis, quod tamen declaratur duobus modis, vt num. 48.

44 Cubicularij, & præpoſiti ſacri palatij finita dignitate retinent reliquias, & effectus dignitatis vſque ad vitam ipſorum, gaudentque immunitate extraordinariorum numerum, & hoſpitū receptione.

45 Quæ autem ſint hæ relinquiæ hic videas.

46 Præpoſiti cubiculariorum quos nos mareſcalchos appellamus vel magiſtros domos Principum, depoſiti dignitate, poterunt cum vadunt extra vrbem vti cingulo dignitatis, id eſt, portare enſes accinctos, & vti vehiculis quibus vtuntur honorati.

47 Officium habens cum dignitate præbente immunitatem, eadem immunitate gaudet etiam finito officio, niſi illud habuerit cum ſuffragio.

49 Iudices in officijs committentes furta, & ſcelera debent dignitate ſpoliari, & inter turpiſſimos, & viliſſimos plebeios numerari, nec amplius poßunt ad eandem dignitatem reuerti, à qua delinquēdo ſe fecerunt indignos.

50 Valetudo perſonarum multū attendi debet in collecta indicenda.

51 Afflicto non eſt danda afflictio.

52 Iuſtitia eſt amanda, & colenda, ac denique adminiſtranda cum zelo, & charitate, & non cum odio & maleuolentia.

53 Regentes ciuitatem prouidere debent, quòd munera & onera æqualiter diuidantur, & grauati alleuientur.

54 Necnon, & deputare diſcußores, ideſt, æſtimatores facultatum perſonarum, qui etiam appellantur peræquatores timoratæ vitæ, & conſcientiæ, qui quoſcunque moneant ad faciendum legitimè ſuam profeſſionem, cum comminatione committendi in fiſcum, quod contra profeſſionem inueniri contingerit.

55 Et etiam facere inquiſitionem de rebus mobilibus ac æſtimare facultates vniuſcuiuſque, quę frequenter creſcunt, & decreſcunt, necnon fructus, & alia grauamina quæ in talibus attenduntur.

56 Diſcuſſores facta æſtimatione facultatum vniuſcuiuſque, eos mouere debent ad ſoluendum, & ſi taxauerint aliquem in collecta vltra vires propriæ facultatis, priuantur honore, & compelli debent ad ſoluendum totum id, quod ſua iniqua ſententia eum debitorem aſcripſerint.

57 Milites debent viuere ex ſuis ſtipendijs.

58 Milites nullum omnino alium quæſtum, quàm ex Imperiali munificentia ſperare debent.

59 Milites ſicut hoſpitibus ſuis deberent eſſe humiles, ſunt horribiles & ſuperbi, & ſicut etiam non deberent petere nec cibum, nec potum, minuſque alia neceſſaria ad eorum, e quorumq; ſuorum vitam, volunt vltra confectionis, & quæcunque vtilia, etſi ea conſequi non valent, rapiunt, & extorquent.

60 Ornamenta militum hodierni temporis, quæ ſint, hic deſcribūtur.

61 Lex omnis in conſpectu militum corruit, & inter armorum ſtrepitum verba iuris ciuilis exaudiri non poſſunt.

62 Nobiles non decet ſpectare pecuniam nec opes violentas, ſed charitatem ciuium, & gloriam concupiſcere.

## CONSILIVM LXVI.

DEcreueram ab hoc munere ſcribendi me abſtinere, quia certus ſum quod aliquibus non placebunt, quæ infrà dicturus ſum. Verum deuictus pietate pauperum, ac precibus affinium, & amicorum qui grauantur, & aſtringuntur vltra hoſpitationem militum eiſdem tradere lectos, culcitras, & alia vtenſilia, de quibus vſque quaque nulla habita fuit ratio a regentibus ciuitatem Caſalis, qui aſſerunt hoc onus eſſe annexum muneri recipiendi milites. Ideo aufugere non potui prouinciam hanc

conſu-

conſulendi an vltra portionem oneris ſui debeant hoſpites releuari pro illa parte, quam ſupportant pro dictis lectis, culcitris, & vtenſilibus, pluſquam ſuæ patiantur facultates, & quomodo debeat imponi collecta, & qui ad ſolutionem ipſius teneantur, digniq; ſunt illius executione. Omiſſa igitur verborum pompa, & reſtringen-
1 do rem (vt decet) dicendum videtur, † quòd licet à iure diſpoſitum ſit, quòd quando milites hoſpitari debent in aliqua ciuitate, vel alio loco, dom⁹ diuidi debeat in tres partes, quarum primam eligat dominus domus, ſecundam miles, & tertia ſit domino domus etiam relinquenda, niſi miles ſi illuſtris perſona, quia tunc dandá eſt dimidia vt eſt caſus expreſſus in l.ij. C. de meta. lib 12. & glo.in l.3.§.eos milites, in verbo quos.ff.de muner.& ho-
2 no. † & hoc adeo verum ſit, quis prætextu priuilegij obtenti, & ſpecialiter impetrati de non hoſpitando in domo non poſſit euitare ſolutionem penſionis tertiæ partis domus excuſatæ, vt in l.omnes.& ibi per And.de Bar. & Ioan.de Plat.C.eodem ti. quæ tamen leges hodie male ſeruantur, vt docet experientia, quæ eſt rerum magiſtra, vt in c.quam ſit de elect.lib.6. & in §.fin.de ſatiſda. quia milites hodiernis temporibus, ſiue ſint illuſtres, ſiue non nec de dimidia, nec de tertia contentantur, imò aliquando, & ſæpius volunt domos ad libitum eorum, & reſtringunt patronos domorũ in vno angulo. Nihilominus poſito, quòd leges ipſæ ſeruentur, dicitur, quòd etſi danda
3 ſit domus militibus ordine præmiſſio, † quia onus hoc eſt reale, & inducitur ipſi rei propter ipſam rem, vt no. Bar. in l.j.colum.fi.C.de mulier.& in quo loco.lib.10 Ioan.de Plat. in rub.C.de anno & trib.& in l.in dictiones.eo. tit. lib.eo.& in l.3.C.de mun.patri.libr.10.& parpal.in l.placet.num.163.C.de ſacroſanc.eccleſ. † tamen, quòd non
4 tenetur hoſpites tradere militibus culcitras, nec lectum, vt eſt tex.ad literam in l.j.C.de ſalga.hoſpit.nõ præben. lib.12.vbi legiſlator prohibet militibus ne extorqueant ab hoſpitibus ſalgamum, id eſt culcitra, lectos, ligna, & oleum, & alia ad victum, & potum neceſſaria, imo plus, quòd etiam à volentibus non accipiant, quia vt dicit gl. ibi valde notanda ſecundum Ioan.de Platea.in dubio ſẽ
5 per præſumitur conceſſio donandi, † quam legem dicit notandam Mart.de Laud.in tractat.de mili.quæſtio.3.cõ
6 tra facientes dare militibus lectum. † Et ſimiliter non aſtringuntur hoſpites præſtare vtenſilia militibus, niſi quando ignauia incolarum non poſſunt reperiri, ſed cũ emendatione damni, vt voluit Luc.de Pen.in l.in ſignis.
7 C.de paſcu.pub.& priua.li.11.† vbi inquit quòd in locis, vbi hoſpitantur iuſtitiarij, ſtipendarij, & alij officiales, ignauia incolarum pro ſe & equis ſuis non inueniunt vtenſilia, & pabula pretio congruenti excuſandi ſunt ſi ad bona ipſorum incolarum pro neceſſitate vitæ, & alijs neceſſarijs extendunt manus ſuas. Et licet excuſentur à pœna, quæ proinde imponitur, non tamen quin ad emendationem damni, quod deteſtabiliter inferunt velut hoſtes, prout perſæpe ſentimus rationabiliter teneantur.
8 † Cum igitur ipſi hoſpites non teneantur ex diſpoſitione legis, niſi ad ſolam hoſpitalitatem, vt inquit tex.in l. deuotum.C.de meta. lib.11. ibi ſolam ſanè hoſpitalitatẽ ſub hac obſeruatione concedimus, vt nihil ab hoſpite, quod vel hominum, vel animalium paſcuis neceſſarium creditur poſtuletur. Et ibi etiam notat hoc Luc. de Pen. in principio. dum dicit, vult autem ſolum Imperator militibus hoſpitium in domo concedi ita quidem, vt nihil petant à dominis domorum pro vſu eorum equorumq; ſuorum. Ideo dicẽdum videtur, quòd ſi etſi duces militũ velint, quòd eis dentur culcitræ, lecti, & vtenſilia contra
9 diſpoſitionẽ ipſius legis, † quæ vt tradit ibi Ioan.de Plat. malè ſeruatur in Italia, in qua ſtipendiarij depopulãtur commitatiuos, id eſt ruſticanos, in quãtum poſſunt auferendo eis victualia pro ſe, equiſque ſuis, quod totum eſt contra illam legem, quia nihil debent auferre vel etiam gratis accipere ab eo, in cuius domo gratis hoſpitantur, niſi emant ex proprijs ſtipendijs, vt per Ioan.de Plat.in
10 l.3.C.de eroga.mili.anno lib.12.† vbi dicit illam legem notandam eſſe contra milites noſtri temporis, qui non poſſunt grauare comitatenſes, vt præparent eis ad comedendum quia contenti eſſe debent ſuis annonis, & ſtipẽdijs, quod ad officium dominorum regentium ciuitatẽ,
11 vt ſunt proconſules ſpectat prouidere, † quod collecta imponatur, vt omnes peræquentur pro dictis culcitris, lectis, & vtenſilibus, ne quis pluſquam ſuæ patiantur facultates grauetur, iuxta l.fin.C.de anno.& tribu.lib.10. Ioan.de Plat.in l.indictiones, in ſecundo notab.eod.tit.
12 & in rubrica.C.quemad.ciui.mun.indi.lib.10.† Nam facilius expenditur publica obſequia, & commoda, ſi ab omnibus patrimoniorũ onera agnoſcantur, cum facilius portetur onus, quod in plures diuiditur, & à pluribus exſoluitur. Bald.in conſil.410.colum.2.in fi.volu.5.vbi dicit
13 † cauendum eſſe ne onus, quod debet eſſe multorum, pauci portent, alijs ſubleuatis, per l.actores, C de exac. trib.lib.10. Et quòd nemo cogitur plus ſoluere, quàm ſe tangat quod confirmatur ex ijs quæ notãt Paul.de Caſt. & Salic.in l.neminem.C.de ſacroſanctis eccleſ. quos ſe-
14 quitur Rui.in conſi.107.col.ij.volu.5.vbi † tradunt non eſſe licitũ militibus gualdanæ Principis, id eſt eius exercitus capere res ruſticorum, puta panem, vinum, pullos, & alia animalia ad comedendum, quia ipſi debẽt ſe præmunire, etſi quid deeſt, debent à communitatibus terrarum exigere, antequam perueniatur ad grauamen ſingulorum.l.prima.§.quod ſi nemo.ff.quod cuiuſque vniuer. nom. Et vbi nihil eſſet in communi, debet collecta imponi ſit vel ſi tẽpus non patitur, debent ab habentibus recipi, & poſteá collecta imponi, vt eis ſatiſfiat à quibus eſt receptum.argu.omnes.la ſecunda.C.de oper.pub. Ita ergo dicendum in hoc caſu venit, quòd ex quo vtenſilia, & alia de quibus ſuprà non ſunt in communi, ſi recipiuntur ab hoſpitibus debet imponi collecta, vt eis ſatiſfiat, à quibus recepta fuerunt, vltra portionem oneris ſui.
15 † Eritq; collecta ipſa imponenda ſecundum quantitatẽ patrimonij, & facultatem vniuſcuiuſque poſſeſſoris, vt in l.ij C.de anno.& tribu.lib.10. & per Ioan.de Plat. in rub.C.de diſcuſſo lib.10. Et ſic per ęs, & libram, cum pro onere patrimoniali imponatur, uel mixto, vt per doct.in l.4.§.& actor.ff.de re iudicata.& ibi Rip.colum.antepen. vbi dicit, quòd collecta eſt imponenda per æs, & libram, quando imponitur pro onere patrimoniali, vel mixto.allegat l.omnes prouinciarum. C.de oper.pub. Vel ſi non appareat pro quo onere fuerit impoſita, tunc etiam eſt
16 exſoluenda per æs, & libram: † quia in dubio collecta dicitur onus mixtum, quod imponitur perſoni, pro rebus. Idem voluit Decius in conſil.335.& Bald.in l.etiam. col.pen.C.de execu.rei iudic.vbi dixit, quod quando pro vtilitate publica, vt pro ſoluendis ſtipendijs, armigerorum conducendorum ad ſeruitia cõmunis, vel pro emendo ciuitati, ſicut faciunt illi de Peruſio, vel imponitur collecta pro neceſſitate publica, vt puta cauſa vel ſoluendi æs alienum iam contractum, vel eſt impoſita tallea ciuitati à ſuperiore ſoluendi mille, quod iuſta deſcriptio eſt per æs & libram. Et Bal.ſequitur Cor.in conſil.217.col. ij.vol.ii. Idem tenuit Petr.de Vbal.in trac. de collect.col.
17 ij.† In qua quidem impoſitione habenda erit ratio tam mobilium, quam immobilium, vt per Bar.in l.j.C.de mulier.& in quo loco, col.fi.verſi.Item quæro lib.10.& Ioan. de Pla.in l.indictiones, col.fi.C.de anno.& trib.lib.10.& in l.per Bithyniam.C.de imm.nem.conce.li.eo.& Bald. in d.l.etiã. Et Corn.vbi ſuprà. Vbi dicunt, quod quia ſunt nonnulli, qui habent res immobiles æſtimatas in ęſtimo communis, vt no.in l.incola.ff ad municip. & quidam qui habent æs, & non æſtimum, vt fœneratores, & alij qui habent vtrunque, vt Aſtenſes. Ideo iuxta menſuram patrimonij æſtimati, vel æſtimabilis, vnuſquiſque ſoluere debet. Idem voluit Ioan.de Plat.in l.patrimoniorum. §.quantum. C.de mun.patr. libro 10. Luc.de Pen.in l.2. quæſt.15.C.de quib. mun.nem liceat ſe excuſ.li.10.Petr. de Vbal.vbi ſuprà, & Guido Pap.in q.77. verſ. vlterius quæro vbi inquit ita ſeruari de conſuetudine. Et bonorũ quidem mobilium non otioſorum, vt puta.de pecunia,
18 de qua nobilis honeſtè negotiatur, † quia negotiantes pro mercationibus ipſis taxandi ſunt in pretio, prout rationis regula, & menſura modeſtiæ patietur. Ita luc.de Pen.in l.3.C.de fundis limitro.lib.11. Secus de otioſis, de quibus nulla commoditas percipitur, vt ſunt lapides pretioſi, annuli, margaritæ, ornamenta muliebria & virilia, ex quib. ſola pompa, & inanis gloria ſequit, nec de alijs quæ vſu cõſumũtur, vt p.Luc.de Pen.in dicta l.3.& in l.ij.C.de præd.nauicul. lib.12.& Affli.in tit.quæ ſint regal.in verbo plauſtrorum col.3.& Bal.in authen.defuncto, col.fi.C.ad Tertullianum. Vbi inquit, quod munus reale debet imponi pro rate iuxta menſuram bonorum æſtimando mobilia quæ vſu non conſumuntur, & immobilia: ergo à contrario ſenſu velle videtur Bal.quòd pro
19 ijs quæ vſu conſumuntur onus imponi non debet.† Collectaq; ipſa imponenda, venit tam paruis, quam magnis,

trarium ipſe tenuit in conſ. 85. 110. & 164.

Similiter reſpondetur ad Cur. Iun. in d. conſ. j. ꝙ dicta
per eum careant authoritate, & lege: ac vlterius, ꝙ ipſe-
met contrarium tenuit in conſ. 109. ſupra allegat.

Ruinus ẽt mouetur ꝑ tex. in l. ex facto. §. fi. & per Bar.
in d. § ſi liberi. ac Iſer. in d. §. hoc quoq; & Bal. & alios. in
c. j. an agna. vel fil. quib. ſuprà reſpõſũ, & fuit dictũ, ꝙ do
ctores ipſi loquuntur in feudo pro ſe, & hęredib. & non
pro hæredib. maſculis, ita quod in dictis ipſorum non eſt
facienda vis.

Sed vlterius dr̃, & reſpondetur, ꝙ doctores ſupra ſcri-
pti non loquuntur quando fuit dictum pro ſe, & hæredi-
bus maſculis ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus,
36† quò caſu communis eſt doctorum ſententia, ꝙ tale feu
dum ſit ex pacto, & prouidentia, vt patet ex deciſionib.
ſupra abunde citatis. Et quamuis Afflict. in allegatis de-
ciſionibus 140. 195. & 240. dicat hoc eſſe feudũ hęredita-
rium aduertendum eſt, ꝙ loquitur ſecundum conſuetu-
dinem regni, vbi ex cõi obſeruaniia reputatur heredita
rium feudum receptum ſub tali forma, vt tradit ipſe Af-
flict. in d. deciſ. 140. & in conſti. Regni. in rub. de ſucceſſ.
nob. nu. 55. in fin. dum ſe remittit ad ſcripta per eum in
vſibus feud. in pucto iuris, videlicet in ca. j. quibus modis
feudum amit. vbi tenet an puncto iuris feudum prędictũ
non eſſe hæreditarium, prout etiam ſentit Pariſ. in cita-
to conſ. 2. nu. 20. vol. j. & in conſ. 4. n. 33. vol. eo. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Nepos in ſucceſſione feudi non concurrit cum patruo, ſed contra numero 22.*
2 *Prior in gradu eſt potior in ſucceſſione, quod declara ut in nu.* 41.
3 *Filius eſt proximior patri, quàm nepos.*
4 *Proximus ille dicitur quem nemo antecedit, & nu. 32.*
5 *Intentionem fundatam habere dicitur ad ſuccedendum qui eſt in gradu potiori.*
6 *Nepos licet ſubintret locum patris, & eum repræſentet, iſtud eſt per fictionem, quæ non habet locum in contractibus quod intellige ut nu. 43. & 44.*
7 *Veritas attendi debet.*
8 *Verba contrahentium diſponentia de obtinente primum gradum, debent intelligi uerè, & non fictè.*
9 *Nepos in ſucceſſione aui, & ſi concurrat cum patruo, id tamen eſt uerum quando ſucceditur titulo hereditario, & ex diſpoſitione legis, ſecus quando ex titulo fideicommiſſario, & ſic ex diſpoſitione hominis ſed contra nu. 31. & 46.*
10 *Nepos non ſuccedit in locum patris in tutela, & nu. 51.*
11 *Nec in iure patronatus.*
12 *Nepos in contractibus non concurrit cùm patruo.*
13 *Argumentum de contractibus ad ultimas uolũtates eſt ualidum, ubi militat eadem ratio.*
14 *Nepos concurrit cum patruo in emphyteoſi priuati recepta pro, ſe filijs, & nepotibus: quia intellitur recepta pro ſe filys, & nepotibus, uti hęredibus: ſecus in emphyteoſi recepta ab eccleſia non tranſitoria ad hæredes extraneos ſed contra nu. 36.*
15 *Nepos non concurit cum patruo in feudo non habito iure ſucceſſionis ſed contra. nu. 29. 52. & 53.*
16 *Tex. in cap. 1. de grad. ſucced. in feudo locum habet in feudo quod cohæret hęreditati. ſed contra nu. 54.*
17 *Glo. in l cum ita §. in fideicommiſſo ff. de lega. 2. quæ uult, quòd in fideicommiſſo relicto familiæ filius fratris ſimul cum paturo admittatur, non eſt vera ſed contrà num. 33. vbi illa gl. eſt magis communiter approbata.*
18 *Dictum doctoris debet intelligi ſecundùm legem quàm allegat.*
19 *Conceſſio facta alicui pro ſe, filijs, & nepotibus in vltima voluntate, vel in contractu, non operatur vt filius patris pręmortui admittatur vnà cum patruo. Sed contra nu. 56.*
20 *Teſtator, & contrahentes in diſpoſitionibus ſuis cenſentur ſe velle confirmare cum diſpoſitione iuris communis, vel ſtatuaria. & num. 37.*
21 *Familiæ fœminæ non ſuccedunt in emphyteoſi hæreditaria vna cum fratribus, quando extat ſtatutum, quòd extantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, ſecus ſi emphyteoſis non eſt hæreditaria: quia tunc admittuntur filię fœminæ cum maſculis, Sed contra, num. 58.*

*Nepos*

23 *Nepos concurrit cum patruo in ſucceſſione patrui carnalis, ſecus ſi ageretur de ſuccedendo alijs tranſuerſalib in vlteriori gradu.*

24 *Succeſſio aui eſt magis debita nepoti ex filio, quàm ſit ſucceſſio patrui.*

25 *Nepos qui mortuo patre obtinet eius locum, debet ab auo inſtitui, vel ex cauſa exhæredari, alias tanquam preteritus reddit teſtamentum nullum.*

26 *Nepos ex fratre præmortuo admittitur ad ſucceſſionem aui cum patruo carnali.*

27 *Nepos quando ingreditur locum filijs, non corrumpitur gradus, ſed repreſentatur.*

28 *Bona feudalia potius a conſuetudine, quàm a iure communi ſolent regulari, quod declara, ut nu 30.*

34 *Teſtator ſi inſtituit filium, & nepotem, licet uideatur eos inſtituere non ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo, tamen id locum habet in nepote ex filio qui viuit, ſecus autem in nepote ex filio premortuo, quia tunc cum patruo ſuccedit.*

35 *Statutum ſi diſponat, quòd filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis filijs vel nepotibus, ſi decedit pater relicto filio, & nepote ex filio premortuo, quod non capit filia, applicatur tam nepoti ex filio premortuo, quàm patruo, & nu. 57.*

38 *Pater ſi dat dotem pro filia, & ſtipuletur eam alternatiuè ſibi aut filiæ reddi, ſtipulatio ipſa debet intelligi ordinatim, ſicut a iure diſponitur, ut competat primo patri in uita ſua, & mulieri poſt mortem patris, vel ſi aliter fiat ſui iuris. & idem ſi ſtipuletur ſibi & filiæ.*

39 *Pacta inita inter dominos de ſancto Seuerino ſuper feudis, & approbata priuilegijs regum recipiunt interpretationem vt contrahentes videantur uoluiſſe, & ſenſiſſe feuda deferri ſecundum ius feudorum, & ius commune.*

40 *Pater ſi recipit inueſtituram pro filio maſculo, & fœmina, non uidetur vocare fœminam niſi deficientibus maſculis propter naturam feudi, ſecundum quam verba contrahentium debent intelligi, licet copulatiua de ſui natura uideatur eos ſimul inuitare.*

42 *Verba contractus regulariter non uerificantur in caſu ficto.*

45 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

47 *Diſpoſitio omnis ſiue legalis, ſiue ultimarum uoluntatum, ſeu cõtractum, & priuilegiorum recipiunt interpretatione contra propriam uerbi ſignificationem.*

48 *Potior ille eſſe dicitur qui eſt potior attento ordine ſucceſſionis ab inteſtato.*

49 *Fideicommiſſum regulatur ſecundum naturam ſucceſsionis ab inteſtato.*

50 *Affectio maior eſt naturaliter in poſteros quãuis remotiores, quia ſcilicet plus diligimus nepotes, quàm filios, cum per eos longiorẽ noſtri propagationem, & diuturnitatem videamus, ad quod tendit omnis noſtra intentio in concipiendo, & edendo liberos.*

55 *Feudum ſi non probatur qualiter fuerit conceſſum, tunc preſumere debemus, quòd conceſſum ſit ſicut ius intelligit.*

## CONSILIVM LXVIII.

PErſpectis diligenter omnibus his, quę in pręſenti conſultatione proponitur, reuocatur in dubium, & quæritur an in ſucceſſione feudi baroni acquiſiti per quondam magnificum dominũ Antonium de Tedaldis pro ſe, filijs, & nepotibus, magnificus dominus Hieronymus nepos ex quondam domino Auguſtino fratre præmortuo, concurrere debeat in ſucceſſione dicti feudi cum domino Franciſco patruo carnali. Articulus n. de quo agitur, profundus eſt, & valde dubius, propter cõflictum ſcribentium, qui vario modo (vt ex infrà dicendis apparebit) ſenſerunt, & ideo in eo arguendũ eſſe arbitror ad vtrunque partem, vt veritas ipſius magis habeatur. Et deueniendo ad partem negatiuam, prima facie dicendum
1 videtur, † quod nepos concurrere non debeat cũ patruo,
quia contra eum obſtat regula trita, & vulgaris. quod
2 † prior in gradu, eſt potior in ſucceſſione. §. ſi plures, §.
proximus. Inſtit. de legi. agna. ſucceſſ. § fi. cum glo. de ſerui. cogna. l. 2. §. hæreditatis, & §. ſequenti, ff. de ſuis. & legit. hæred. auth. ceſſante, C. eo. ti. Bald. in conſ. 293. in fin.
3 vol. 2. & in conſi. 282. in 5. vol. † Sed dominus Franciſcus
filius eſt proximior patri, quia in ſecundo gradu, & nepos in tertio, l. iuriſconſultus, §. ſecundo, & tertio, ff. de grad. § 2. cum ſeq. Inſt. eod. tit. Soc. iun in conſil. 9. in princ. vol.
4 1. & 128. nu. 109. vol. eod. † Vnde cum ſit proximus, quia
nemo cum antecedit. l. proximus, ff. de verb. ſignif. igitur præferri debet l. liberto præterito, § ſi libertus, vbi text. eſt clarus, ff. de bon. liber. Pariſ. conſi. 65. n. 42. vol. 3. Soci.
5 iun. conſi. 6. in prin. vol. 1. † vbi inquit fundatam habere
intentionem ad ſuccedendum qui in gradu potiori.
6 Secundò facit, † nam licet nepos ſubintret in locũ pa-
tris, §. cum filius. Inſt. de hæred. quæ ab inteſta. & eum repreſentet, vt per Bal. in l. 1. C. de ſecund. nup. iſtud eſt per fictionem ſecundum Bald. in l. tutela, §. ſi duo, ff. de legit. tuto. & in c. 1. in fi. in tit. Imper. Lothar. Eug. Papæ. vbi dicit, quod nepos dicitur proximior per fictionem quoad
7 gradum quando ſuccedit in locum patris, † duo caſu cũ
dominus Franciſcus ſecundum veritatem, quæ attendi debet. l. argentarius, §. fi. ff. de eden. Bar. in l. is qui putat,
8 ff. de acqu. hæred. præcedat in gradu nepotem, † & verba
contrahentium diſponentia de obtinente primum gradum debeant intelligi verè, & non fictè. l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. geſt. l. ex ea parte, §. inſulam, ff. de verbor. oblig. ſequitur, quod nepos non habeat, cõcurrere cum patruo. Ita Alex. in conſi. 204. col. 3. vol. 2.
9 Tertiò accedit, † ꝙ etſi nepos in ſucceſſione aui cõcur-
rat cum patruo, vt in d. §. cum filius. tamen id procedit quando ſucceditur titulo hæreditario, & ſic diſpoſitione legis, ſecus quando titulo fideicommiſſario, & ſic ex diſpoſitione hominis. Ita Bal. & Cuma. Flor. Ang. de Peric. in l. cùm ita, §. in fideicommiſſo, ff. de lega. 2. Angel. in d. §. cum filius. vbi inquit, quod regulam quæ habet, quod nepos ſuccedit in locum patris, locum habet in ſucceſſione legali, non autem quando ex titulo fideicommiſſi ſucceditur. Et allegat rationem Bal. quia ſuccedendo titulo hæreditario conſideratur iuris diſpoſitio, quæ eſt vt filius ſuccedat in locum patris, ſuccedendo vero ex titulo fideicommiſſi conſideratur afflictio quam natura haberẽ debet magis ad filios, quàm ad nepotes. Et ſubdit ita etiã voluiſſe Nicol. de Matha. in l. fin. C. de iuriſd. om. iud. vbi inquit, ꝙ dicta regula procedit modo quo ſuprà, vel ad ſimilitudinem, ſicut in feudis c. 1. de ſucceſſ. feud. non au-
10 tem in alijs caſibus, & ideo, † quod non ſuccedit nepos
11 in locum patris in titula, l. 3. ſi duo, ff. de leg. tuto. † nec
in iure patronatus, gloſſ. in l. 2. C. ſi quid in fraudem patroni. glo. in l. ſi libertus patrono, ff. de bon. liber. & cum opinione Bal. pertranſeunt Alex. in conſi. 203. col. 3. vol. 2. conſi. 4. col. 4. vol. 4. & in conſi. 129. col. fi. volu. 5. Cuma. in conſi. 106. col. fin. Capra. in conſi. 5. col. fin. Cor. in conſil. 183. litera E. vol. 2. vbi dicit ita conſuluiſſe famoſiſſimum doctorem patrem, & præceptorem ſuum dominum Benedictum Campram, & ſubſcriptum fuiſſe eius conſiliũ per dominum Baldum, idem Cor. conſi. 131. col. 2. vol. 3. Dec. in conſi. primo, col. 3. vbi atteſtatur hanc eſſe magis communem in conſi. 299. col. 3. conſ. 408. col. fi. vbi etiam aſſerit hãc partem communiter approbatam, & plus ita fuiſſe iudicatum Romæ. in conſi. 412 col. fin. 478. col. fina. 480. col. pen. vbi ſimiliter tradit hanc eſſe communem, & & in l. ſi auiæ, col. 2. C. de ſucceſſ. edic. vbi iterum repetit ita fuiſſe iudicatum Romæ. Pariſ. in conſ. 18. nu. 8. vol. 1. conſi. 37. col. antepen. vol. eod. vbi etiam ipſe tradit hanc eſſe communem doctorum ſententiam in conſi. 40. num. 27. in conſi. 64. col. 5. vol. eo. & in conſi. 21. col. 3. volum. 3. Iaſ. in conſi. 4. col. 2. vol. 1. Gozad in conſi. 29 col. 4. Dominus meus Ruy. conſi. 25. col. 9. volu. 1. conſi. 162. col. 3. vol. eod. conſi. 134. col. pen. vol. 2. & in conſi. 169. nu. 8. volum. eo. & in conſi. 127. col 3. vol. 3. Rub. Alex. conſi. 36. col. fi.
Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ præmiſſa concluſio locum ha-
12 bere videtur vbi agitur de vltima voluntate, † & non
in contractibus, & feudo, quia reſpondetur, quòd ſicut in vltima voluntate, vbi agitur de diſpoſitione hominis ſententia prædicta ex præmiſſis procedere videtur, ita etiã
13 locum habet in contractibus, † nam valet argumentum
de contractibus ad vltimas voluntates, vbi militat eadẽ ratio. l. quæ de legato, ff. de lega. 1. Et quòd iſta opinio ſit vera, probatur per Alex. in conſi. 129. col. fi. vol. 5. vbi dicit, quòd quamuis Ang. in l. gallus, § quidam rectè, ff. de
14 lib. & poſthum. velit, † quod ſi emphyteoſis fuit recepta
pro ſe, filijs, & nepotibus, quòd nepotes ex filio præmortuo concurrant cum patruo, tamen quòd illud procedit in emphyteoſi priuati, quæ intelligitur recepta pro ſe, filijs, & nepotibus, vti hæredibus, per not. in l. ſi tibi, §. ſi pactus, ff. de pac. quia tunc verum eſt, quod in dicta emphyteoſi hæreditaria nepos concurrit cum patruo, ſicut admitteretur in qualibet alia hæreditaria, ſecus ſi fuit recepta ab eccleſia, quia cum tunc talis emphyteoſis non ſit tranſitoria ad hęredes extraneos, nec recepta pro ſe, filijs, & nepotibus vti hęredibus, nepos non admittitur cũ patruo. Allegat Bald. & Cuman. vbi ſuprà, & Bartol. in

auth.

auth.poſt fratres,C.de ſuis,& legit.& Alexand. ſequitur
Ruy.in d.conſi.25.col.pen.in fi.vol.primo,in conſil.162.
col.3.vol.eod.& in conſil.134.num.25.volu.2.& in conſil.
101.num.12.conſi.169.num.9.vol.eod.conſi.30. col.fina.
vol.3.& 163.col.pen.& fin.vol.eod. & in feudis hoc pro-
35 priè dixit Bart. in dicta authentica poſt fratres. † vbi in-
quit,quòd nepos non aſſumit in feudis locum patris quã-
do feudum non habetur iure ſucceſſionis, ſed ex conceſ-
ſione dominica. Et cum Bart.tenuit Alex.in d.conſi.204.
col.3.in prin.vol.2.Idem inquit Alexan.in citato conſilio
129.in fi.dum reſpondet ad tex.in c.1.de grad. ſucced.in
36 feu.† vbi dicit illud tex. locum habere in feudo quod co-
hæret hæreditati,quem ſequitur Ruyn.in allegato conſi.
25.colum.fin.in princ.& in conſi.134.colum. pen. in fin.
Hoc etiam ſentit Nicol de Matha.in d.l.fi. C.de iuriſdic.
omnium iudicum. dum inquit, quòd illa regula quę ha-
bet,quòd nepos ſuccedit in locum patris, procedit quan
do ſucceditur titulo hæreditario ad ſimilitudinem ſicut
in feudis,quaſi velit inferre, quòd ita in feudo hæredita-
rio nepos admittitur cum patruo,ſicut in ſucceſsione hæ
reditaria,non autem quando titulo fideicommiſſi. Hoc
etiam voluit Pariſ.in conſi 37.nu.46.volu.2.dum reſpon-
det ad Alex.in conſi.26.volu.3.Hoc etiam tenuit Iaſ.in l.
is poteſt,col.6.ff.de acq.hæred.& in conſi.37.inter conſi-
lia Rub. Alex. vbi atteſtatur hanc opinionem de iure ve-
riorem,& magis communem,Crot.in conſil.39.inter d.
conſ. & Rub.ipſe in conſ.38.col.2.& 85.col.2.

Nec etiam habet obſtare, quòd contra dictam declara
tionem Bal.& ſequacium,obſtat gloſ.in d.§ in fideicom-
17 miſſo.† quæ velle videtur,quòd in fideicommiſſo relicto
familiæ filius fratris ſimul cum patruo admittatur , vt
vult ibi Imol.& Aret.in conſ.164.in 4.dubio,quia reſpon
detur ſecundum Dec.in locis ſupra allegatis , quòd licet
glo.ipſa ab omnibus ad hoc allegetur,tamen hoc non di
cit,quia in d.§.dicitur, quòd in relicto familiæ vocati vi-
dentur qui ſunt in gradu proximiori & gloſſ. ibi in ver-
bo proximo ad literam dicit,quandoque qui ſunt in gra-
du impari æqualiter admittuntur, vt filij fratrum cum
fratribus,authen.ceſſante,C.de ſuis,& legit.hære. Et ſic
videtur hoc dicere in ſucceſſione legali,prout loquitur di
18 cta authen.ceſſante.† cùm dictum doctoris debeat intel-
ligi ſecundum legem,quam allegat, vt per Bart. in l.non
ſolùm,§.liberationis verba, ff.de lib.lega.quod compro-
batur.Nam ſi glo.hoc voluiſſet, vtique dixiſſet ſimplici-
ter, quòd filij fratris ſimul cum patruo admitterentur,
ſed dicit quandoque,quæ dictio videtur deſignare regu-
lam in contrarium,& eſt ſenſus,licet in iſto,§.in fidei cõ-
miſſo proximior in gradu vocetur, alibi tamen quando-
que reperitur vt qui ſunt in impari gradu, æqualiter ſuc-
cedunt, vt in authent.ceſſante. Et ſic patet intentionem
gl.non fuiſſe vel referre hoc ad caſum dicti §.in fideicom
miſſo, ſed potius contrarium ſentire videtur ex ratio præ
dicta.& ideo gl.malè allegatur,& ſi glo.hoc voluiſſet,non
bene loqueretur,& ideo per Bald.meritò reprobatur. Et
quod malè loquatur dicta gl.hoc dixit Ruyn. in conſi.ſu-
prà citato.25.col.fi.& Pariſ.in allegato conſi.37. col.pen.
vol.2.nu.74.& in conſ.40.col.fi.in prin.vol.eod.

Quartò facit,quod not. Imol.in l.gallus, §.quidam re-
ctè,ff.de libe.& poſthu.vbi reprobando Angel.ibi tenen-
19 tem,† quòd ſi in vltima voluntate, vel etiam in contra-
ctu conceditur alicui pro ſe,filijs, & nepotibus, quamuis
reſpectu illius cui conceditur pro ſe, & filijs intelligatur
ipſa conceſſio ordine ſucceſsio,ſcilicet,pro ſe,& poſt eius
mortem pro filijs ſuis,tamen filij fratris præmortui intel-
liguntur ſtatim vocati cum patro,non autem ordine ſuc-
ceſsiuo poſt mortem patrui,dicit,quod non videtur vera
ipſa deciſio.quia non vidit bonam rationem diuerſitatis,
quare non debeant ita vocari nepotes ex fratre præmor-
tuo ordine ſucceſsiuo, ſicut filij illius qui viuit, maximè
cum in ſucceſsione ab inteſtato pariter vocentur filius,
& nepos nati ex fratre præmortuo ſuccedendo in ſtir-
pem,dicto §.cum filius.Ita etiam voluit Ruy. conſil.162.
col.2.volum.1.

20 Nec habet obſtare ſi dicatur, † quòd teſtator, & con-
trahentes diſpoſitionibus ſuis cenſetur ſe velle confor-
mare cum diſpoſitione ſtatuaria, vel iuris communis, vt
per Bar.in d.l.iuſiurandi,§.ſi liberi,ff.de bon.liber. dum
concludit, quòd ſi ſit recepta emphytheoſis pro ſe, filijs,
& filiabus,& extet ſtatutum , quod extantibus maſculis
filijs, fœmiuæ non ſuccedant, non intelliguntur vocatæ
filiæ ſimul cum filijs,ſed in eorum defectum, & ſecundũ
ordinem ſucceſsiuum.quia præſumendum eſt,quod teſta
tor ſe voluerit conformare cum diſpoſitione ſtatuti. Et
cum Bar.tranſit Alexan.in l.gallus, §.1 in fin.de liber.&
21 poſthum.† quia reſpondetur,quod dictum Barto. debet
intelligi in emphytheoſi hæreditaria, ſicut eſſe dicitur
quando a priuato eſt conceſſa,vel quando ab eccleſia cõ-
ceditur pro liberis hæredibus, & ſic ex pacto efficitur hæ
reditaria,vt per Ancha.in conſi.434.non autem quando
non eſt hæreditaria quia tunc videtur,quod admittantur
ad emphytheoſim fœminæ ſimul cum maſculis, nulla ha
bita cõſideratione ad ſtatutum,quod loquitur de alia re.
l.ſi vnus,§.an omnia,ff.de pact.Ita Ruy.in conſi.162. nu.
13.vol.1.conſi.168.num.17.volum.2.quod inquit proba-
ri ex no.per doctores communiter in d. §. quidam rectè.
qui dicunt,quod ſi inſtituatur frater,& filij eius,quod di
cti filij dicuntur ſimul vocati ex natura copulæ,& ſic illo
caſu non intelliguntur vocati ſecundum ordinem ſucce-
dendi ab inteſtato de iure communi ſecundum quem fra
ter tanquam proximior ſolus fuiſſet admiſſus Et ideo vi-
detur dicendum,quod ſicut dicto caſu non intelligitur te
ſtator ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris, &
eo ordine,ita etiam in caſu dicto non videntur contrahẽ-
tes ſe retuliſſe ad ordinem ſtatuti de hęreditate loquẽtis.

Sed ex præmiſsis non obſtantibus contrarium eſt de iu
22 re verius, quod imò dominus Hieronymus † vti nepos
ex fratre concurrere debeat vnà cùm patruo carnali ad
ſucceſsionem huiuſmodi feudi de quo agitur, quia indu-
23 bitata eſt iuris concluſio, † q; vbi tractatur de ſucceſsio-
ne patrui carnalis nepos concurrit cum eo,& ſuccedit in
locum patrui ſui,§.reliquum,in authen. de hæredit. quæ
ab inteſta.vbi Angel.in 3.not.dicit,quod filius obtinet lo
cum patris quando agitur de ſucceſsione patrui carna-
lis tantùm, ſecus ſi ageretur de ſuccedendo alijs tranſuer
ſalibus in vlteriori gradu poſitis,quia tunc ſecus.quod di
cit eſſe notandum, quia pridie fuit conſultum contrariũ
& malè.auth.poſt fratres ex vtroque parente, C.de ſuis,
& legit. Dec.in conſi.1.col.5.conſi.527.in prin. & in conſ.
553.colum.1.Iaſ.in conſi.215.colum.2.volu.2.conſi.159.
col.2.in fi.vol.4.Pariſ.in conſi.30.col.2.vol.2.conſi.39.co-
lum.3.volum.eod Bart. in l.1. §.ſi ſit nepos,ff.de collatio-
ne dotis,vbi inquit, quòd tex.in dicta authentica ceſſan-
te,& in authentica poſt fratres,& in §.hoc autem priuile
legium,in authentica de hæred.quæ ab inteſtato, qui di-
cunt, quòd nepotes ſuccedunt in locum ſuorum paren-
tum, intelliguntur,id eſt,in gradu proprio ſuorum parẽ-
tum,& proinde ſuccedant in locum paternum,& tãtum,
habeant quantum haberet eorum pater ſi viueret. Si igi-
tur nepos ſub intrant locum patris,& cum patruo cõcur-
rit,& tantum debeat habere, ac ſi eorum pater viueret,
de ſucceſsione patrui prædefuncti,quæ non eſt ita ſibi de
bita.l.fratris vel ſororis, C.de inofficio.teſtam. ergo mul-
tò magis hoc ſine dubio dicendum venit in terminis no-
24 ſtris, vbi agitur de ſucceſsione aui,quæ eſt magis ſibi de-
bita.l.ſcripto,in fi.ff.vnde liberi.l.nam etſi parentibus,ff.
25 de inoffi.teſta.† nam nepos qui mortuo patre obtinet lo
cum patris debet ab auo inſtitui, vel ex cauſa exhæreda-
ri,aliàs præteritus reddit teſtamentum nullum, l.2. C.de
poſthumis hæredibus inſtit. Pariſ.conſil.60. col.1.volum.
2.& conſi.64 in princ.volum.eod.Ruy.conſ.69. num.13.
26 vol.2.† Et quod nepos ex filio præmortuo admittatur cũ
patruo ad ſucceſsionem aui, hoc vult tex.ad literam in d.
§.cum filius.Scrib in d.l.ſi auiæ. Barto.in dicta authenti
ca poſt fratres.Prępoſ.in c.1.colum.12. verſi.21. de feud.
march.Dec.in locis ſupra citatis Socin.conſi.252.colum.
6.verſicu.præſuppono.Cur.iun.in conſi.58.in princip.&
in conſi.128.colum.3.Pariſ.conſil.37.nume.41.conſil.39.
columna ſecunda volum.2.Gozad.conſi 43.in principio,
& dominus meus Ruyn.conſ.96.num.16. volum.2.Bald.
in l.1.colum.3. C.de ſecundis nuptijs,quem ſequitur Iaſ.
in d.§.quidam rectè.colum.5.in fi. Alexand.in conſil.26.
colum.2.volum.3. Dec.in conſ.527 colum.3.& Ruyn.in
27 conſ.63.colum.2.volum.1. † vbi dicit quod quando ne-
pos ingreditur locum filij,non corrumpitur gradus, ſed
repreſentantur.

Nec habet obſtare ſi dicatur quod præmiſſa doctorum
ſententia procedit vbi agitur de diſpoſitione legali, non
autem quando agitur de feudis, & ſic ex diſpoſitione ho-
28 minis, † cum bona feudalia potius à conſuetudine,quã
a iure communi ſoleant regulari, c.1. de feud. cognitio,
29 quia pluribus modis reſpondetur. † Et primò quòd imò
in ſucceſsione feudi paterni nepos ex filio præmortuo
vnam

vnâ cum patruo admittitur,vt eſt gl.in c.j.de natura.ſuc-
ceſſ.feud.quæ dicit hoc eſſe de mente tex.in c j.in princ.
de grad ſuc.in feud.& ibi Affl.nu.115.Idem voluit Abb.
in conſil.85 col.penul.vol.j.Socin.in allegato conſil.252.
col.6.verſ.præſuppono. & in verſi.quinimo.Aret.in cõſ.
164.colum.j.Corne.in conſ.131.col.3.verſ & hoc modo.
volum.ij.Dec.in conſ.443.col.ij.in prin.Iaſ.in d.l.ſi auię.
col.ij.Brun.vonſ.70.col.j.& ij.conſ.71.Ruin.in conſ.171.
num.13.volum.ij.Pariſ.in conſ.3.nume.42.volum.j.& in
conſilio decimo colum.j volum.eod.vbi inquit hanc eſſe
communem.

30 Secundò reſpondetur†quòd vbi in materia feudali de
ficere deciſio conſuetudinis feudalis recurrimus ad ius
commune.Ita Bal in c.j.de ſucceſſ.feud.& ĩ c.j.de grad.
ſucced.in feud.vbi bona glo.Bald.in conſil.193.vol.ij.vbi
propriè dicit, quòd ſi vaſallus non habet liberos, & feu-
dum ſit paternum,primo ſuccedit fratrer cum filijs alte-
rius fratris per d.c.primum, de grad ſuccd.in feud.quia
ſucceſſio feudorum eodem modo cenſetur quantum ad
gradum ſuccedendi,quo cenſetur aliæ ſucceſſiones, quæ
ſunt de iure communi introductæ, cum eadem ſit ratio
naturalis, quàm ciuilis, quàm conſuetudinaria, Butr.in
conſil.47.Aretin.conſil. ſupra citato. 164.colum.j.Socin.
in allegato conſilio 252.colum.10.verſ.prætereà. Corn.
conſ.131.col.2.vol.ij.Brun cõſ 74.col j. & Pariſ.in conſ.
65.nu.43.vol 3.

31 Tertio†quòd.in diſpoſitione hominis nepos etiam con
currat cum patruo in diſputatione aui, voluit gl. relata
ad tex.in l.cũm ita.§.in fideicõmiſſo ff.de leg.ij. quę vult
quò in relicto facto famigliæ, & in quo admittũtur prout
quiſque eſt proximior. nepos ex fratre præmortuo ad-
mittitur ſimul cum patruo per d. authen. ceſſante Et cũ
glo.ibi per tranſeunt Bart.& Ang. ex quo illam non im-
probant,& expreſsè illam ibi approbant.Pau.de Caſt.&
Imola magis latè, qui reprobant. Bald.aliter ibi tenen-
tem.quia teſtator videtur in dubio voluiſſe illos de fami-
lia vocari eo ordine quo fuiſſent ſucceſſori ab inteſtato
de iure communi,per not.in l. gallus.§. quidam rectè.ff.
de lib.& poſth.Et cum glo.etiam tenuit Bal. ſibi contra-
rius in conſil.488.volum.3.vbi inquit quòd ſi teſtator di-
cat,ſubſtituo filio meo proximiores,quòd iſto caſu admit
tuntur ſimul ſoror & filij alterius ſororis pręmortuæ:
quia filius ſubrogatur loco patris. dicto § cum filius. &
quia annus videtur ſenſiſſe de eo l.j.C.de cond iſer.Item
& quia verba ſunt ciuiliter intelligenda,arg.l.ſi cui.ff.de
32 ſeruit.† & quia proximior eſt in ſua parte,cùm nemo in
ea antecedat l.proximus. ff.de verb. ſign. & etiam quo-
niam teſtamentum aui interpretratur ſecundum ordina
tam tam à noſtra,quàm a iure charitatem, l.gallus de li-
be.& poſtum.Et Bal.ibi ſequitur.Dec.in d.conſi.527 col.
33 j.& 553 col j † Et dictam gl.etiam ſequitur.Cor. in con-
ſi.22.vol.ij co ſi.24 col.pen. in fi.& in conſil.131 col.j.
vol eo.ac in conſil.230.num 9.vol.3.vbi dicit gloſ.ipſam
tenendam.& in l.fin.C de verbor. ſignific.Socin conſil.
225.colum.11. verſ.ad ſecundam rationem. conſ 73 col.
3. volumi.4. & in conſil.51. colum. 3.in fin. volumi. eod.
vbi aſſerit opinionem glo.veriorem.Cur.Iun. in conſilio
57.colum 3. verſiculo aggredior. conſilio 58. colum. pri-
ma.conſilio 128 colum. penul. in fin. & in conſil.154.nu.
7. & in d. l. ſi auiæ. colum. ſecunda.vbi dicit ſemper ſibi
placuiſſe diſtinctionem Decij,de qua in conſi.j.quòd aut
loquimur in fideicommiſſo aui vel patrui,& tunc nepos
ſuccedat cum patruo,quemmadmodum ſuccederet ex le
gis diſpoſitione, & ita procedat gloſ. aut loquimur in
fideicommiſſo aliorum tranſuerſalium, & tunc ſecus,
per fundametum quod ſemper reputauit inſolubile:
quia ſucceſſio legalis fuit introducta ex tacita mente de-
functi.l.conficiuntur.in princip.ff.de codicil.Item in du-
bio defunctus cenſetur regulare voluntatem ſuam ſe-
cundum quod ius commune diſponit, iuxta doctrinam
Bartoli communiter approbatam in lege hæredes mei.§.
cùm ita ff.ad Trebell.ex quo ſequitur, quòd vbi de iure
communi nepos ab inteſtato ſuccederet cum patruo,
ita etiam fideicommiſſo, vbi autem de iure commu-
ni non ſuccederet, & tunc ſecus: quia hoc modo con-
ſeruatur affectio teſtatoris, & per conſequens etiam
ceſſat fundamentum eorum qui tenent diuerſificando
materiam ſucceſſionis ab inteſtato à materia fideicommiſ
ſi, conſiderando affectionem teſtatoris. Ipſam quoque
gloſ. vti ordinariam, ſequitur Iaſon in dicta l.ſi auiæ.col.
2.in terminis noſtris,& in conſil.215. colum.5. verſic.ſed
præmiſſis.volu.ſecundo,& in conſil.17.in fin.Dec.in conſ.
79.colum.prima,& in conſil.216.colum.2.Goza.conſil.4.
num.16.& in colum. penulti. verſiculo, non obſtat Pariſ.
ſibi contrarius in conſil 38.num.15.vol.2.conſi.42.num.
24.volum.3. dominus meus Ruynus in conſi.8. num.9.
volum.j.conſil.96 nume 16.volum.2.conſi.101.num.18.
dicit opinionem gloſ.veriorem,& in conſil.181. nume.5.
volum. eod conſilio 203. colum.11. in princip. volumine
eodem conſi.127.colum.3.verſiculo,vel tenendum, cum
verſic ſequenti,volum.3.in terminis noſtris,& in conſil.
163.colum.penult.volum.3.Crauet. conſil.67. colum.2.&
eam vti communiter approbatam ſequitur Alex.in conſ.
88.colum.1.volum.eod.Soc.in conſil 249.colum.12.verſi.
3.& in verſic.13.& in l.ſi cognati,colum penult.ff. de re-
bus dub.Iaſ.in conſil.159.colum.2. & 3.volum.4. Seyſel.
in d.§.quidam rectè.colum.penult.vbi inquit, quòd bis
ita conſuluit dominus meus Ruinus in conſilio 12. num.
12 volum.j.conſil.13.colum.pen.verſic præterea, glo.ibi
conſil.164.colum. penult. vbi dicit illam gl.communiter
approbatam, a qua in conſulendo, & iudicando non eſt
recedendum.in conſil.27.colum.penult.volum.eod.& in
conſil.167. num.15.volum.2. & in conſil.171.colum.3.in
fi.volum.eod.vbi in tribus locis affirmat glo. prędictam
communiter approbatam, in conſil.191.col.3.in fi. volu.
eod. & in conſil.142.num.14.volum.3. Pariſ.conſil.3.nu.
41.vol.j.conſi.36.colum.ij.vol.ij.conſil.51.num.16.conſi.
57.nume.16.conſil.76.colum.j.cum ſeq.volum.eod.& in
conſil.5.num. 26.volum.3.& in conſil 86 colum. penult.
verſic.confirmãtur prædicta, volum. eod.& cum prædi-
cta glo.magis communiter Doc. tranſire dixerunt Alex.
in conſil.26.colum.fi.volum.3.Ruin.in conſ. 161. colum.
j.volum.1.& in conſil.78.colum.fin.volum.ij.& Soc.Iun.
in conſil.116.colum.ij volum.j.vbi dicit opinionem glo.
magis communem, licet aliter dixerit Dec.in d.conſil.j.
Ita etiam dixit idem Socin. Iunio.in conſil.126.num.25.
volum 1.vbi etiam tradit in columna 2.quòd illa gl.pro-
cedit ſine dubitatione quando fideicommiſſum fuit or-
dinatum ab aſcẽdente. Pro cuius confirmatione etiam
accedit,quod voluit Iaſon in d.§. quidam rectè. in prima
lectura colum.5.in fi.vbi dicit, quòd illa communis con-
34 cluſio quæ habet,†quòd ſi teſtator inſtituit filium, & ne-
potem intelligantur eos inſtituere non ſimul, ſed ordine
ſucceſſiuo, locum habet reſpectu nepotis ex filio qui vi-
uit,non autem in nepote ex alio filio præmortuo, quia cũ
in locum patris mortui ſubintret,æqualiter ſuccedit cum
patruo.d.§.& cùm filius,quam limitationem dicit notan
dam,quia nemo ad eam aduertit. Et idem repetit in ſecũ
da lectura colum.4. verſic. tertia concluſio,Bartol.& hoc
per not.deciſionem Bald.in l.j C.de ſecund.nup.vbi quæ
35 rit quid † ſi ſtatutum diſponat, quòd filia dotata non ſuc-
cedat extantibus filijs maſculis, vel nepotibus, pone de-
ceſſit pater relicta filia dotata, & relicto filio maſculo vi-
uente, & nepotibus maſculis ex filio præmortuo, quæri-
tur cui applicetur iſtud,quod nõ capit filia, & videbatur,
quod ſoli filio propter ordinem gradus, tamen decidit,quod
venient,tam filius quàm nepotes ex alio filio præmortuo,
cum nepos ſuccedat in locũ patris, quia gradus non cor-
rumpitur ſed repræſentatur. Allegat etiam eundem Bal.
in l.in quibus.q.1.C.eod. tit.& Iaſ. ſequitur Pariſ. conſ.
36.colum.3.vol.2.

Et pro hac parte bene faciunt quæ not.Corn.in conſil.
36 131 per totum vol ij.†vbi inquit, quòd in emphytheoſi
eccleſiaſtica conceſſa pro ſe,filijs, & nepotibus, filij fra-
tris præmortui admittuntur vnà cum fratre ad portionẽ
alterius fratris defuncti ſine filijs per dictam glo.quia cõ
tarhentes cenſentur ſe velle conformare cum diſpoſitio
ne iuris communis.Et ſubdit, quòd iura communia, vel
municipia diſponentia circa ſucceſſionem quæ ab inte-
ſtato defertur à lege trahũtur etiam ad diſpoſitiones ho-
minum in particularibus ſucceſſionibus,quæ deuoluun-
tur ex prouiſione teſtatoris, vel contrahentium, & pro-
ptereà,quòd diſpoſitio iuris communis diſponens, quòd
in hæreditate ſuccedant ab inteſtato frater, & filius fra-
tris,trahẽda eſt ad interpretationem ſtipulationis pater-
næ ſtipulantis emphytheoſim pro filijs, & nepotibus, &
quod ita conſuluit,& legendo hanc partem tenuit in l.fin.
C. de verb. ſign. & quod anno pręterito ita vidit conſul-
tum ab eccellentiſſimo doctore domino Baldo de Berto-
linis.Idem conſuluit ipſe Corn.in conſi.24.colum.fin.vol.
eo. vbi dicit, quod talis deciſio probatur ex illa theorica,
37 quæ habet, † quod contrahentes cenſentur ſe velle con-

formare

formare cum diſpoſitione iuris, prout gradatim vocan-
tur ad ſucceſſionem, ita etiam in huiuſmodi diſpoſitio-
nibus, & quòd pluries ita conſuluit, & vidit ab alijs egre
gijs, & inſignib.doct.pariter conſultum. Iſtam quoque
ſententiam amplectitur Ang.in d.§.quidam, & Alex.ac
Seyſel.Alex.in d conſi.26.colum.2.in fin.volum.3.Ruyn.
in conſi.43 colum.3.volum.j.& in conſi.163.col.penulti.
& fin.volum.eo.& in conſi.168.num.11.volum.2. Et pro
præmiſſa theorica bene facit, quod voluit Imol. & Mod.
38 in l.Gaius, ff.ſolu.matrimo. † vbi dicunt, quòd ſi pater
dat dotem pro filia, & ſtipuletur eam alternatiuè ſibi aut
filiæ reddi, quòd debent intelligi iſta verba ordinatim ſi-
cut a iure diſponitur, vt competat ſibi in vita, & mulieri
poſt mortem patris, vel ſi aliter fiat ſui iuris l.2.§.quod ſi
in patris, ff ſoluto matrimonio: quia iſte eſt ordo iuris, l.
cum pater.§.penul.de lega.2. & idem putat Barto. ſi ſti-
puletur ſibi & filiæ, allegat l.Gallus, §.primo, de liber.&
poſthum. & Bartol.ſequitur Ruyn.in allegato conſil.171.
colum 4.in prin.volum.2.& in conſi.157.num.2.volum.
5.& in conſi.186.num.8.volum.2. Idem in feudis voluit
39 Aret. in citato conſilio 164.colum. penult. † vbi inquit
quòd pacta initia inter dominos de Sancto Seuerino, &
approbata priuilegijs regum recipiunt interpretationẽ,
vt contrahentes videantur voluiſſe, & ſenſiſſe feuda de-
ferri ſecundum ius feudorum, & ius commune, per text.
clarum in materia feudali in ca.1.§.filia verò.de ſucceſſ.
40 feud. † vbi dicitur, quòd ſi pater recipit inueſtituram
pro filio maſculo, & fęmina, quod non videtur vocari fę-
mina, niſi deficientibus maſculis propter naturam feudi,
ſecundum quam verba contrahentium debent intelligi,
licet copulatiua de ſui natura videatur eos inuitare ſi-
mul.l.ſi quis Titio, ff.da vſufructu accreſcendo. Et Areti.
ſequitur dominus meus Ruyn.in d.conſil.171. colum.6.
in fi.volum.2.& Gozad.in conſil 59. columna 1.verſic.6.
Et in feudo hoc idem voluit Corn.in d.conſilio 131.col.
quinta. & Ruyn in conſilio 171. numero decimotertio,
volu.2. Et ideo ex his videtur dicendum, quòd dominus
Hieronymus in prædicta ſucceſſione feudali concurre-
re debeat cum patruo.

Non obſtant modò quæ ex aduerſo allegata fuerunt,
quia ipſis ſigillatim reſpondetur. Et ad primum argumẽ
tum, quod dominus Franciſcus patruus tanquam potior
in gradu debeat præferri nepoti in ſucceſſione, dicitur
41 quod argumentũ eſt falſum: † quoniam, & ſi filius fra-
tris præmortui ex perſona propria, & per ſe ſit remotior
patruo, tamen quia ſubintrat gradum patris, & illum re
prèſentat, d.§.cum filius, & per Bald.in d.l.1. C.de nupt.
hoc reſpectu patruus non dicitur proximior, cum ſint in
eodem gradu & pares, l.2.§ hæreditas, ff.de ſuis & legit.
Alexan in d.conſi.88.colum 1.& 137.col.1. Soc.in conſi.
252.colum.10.verſ ego reſpondeo Iaſ.in d.conſi.215.col.
fin.& Ruy.in conſi.30.col.fi.vol.3.

Ad ſecundum, quòd nepos ſubintrat locum patris per
fictionem, quæ in contractibus locum non habet reſpon-
42 detur † quòd verba contractus non verificantur in caſu
43 ficto regulariter l.fi. C. de his qui ven.æta.impetr. † ſed
quod regula ipſa fallit quando natura rei ſuper qua in-
terponuntur repugnat, vt in feudo de cuius natura eſt,
vt nepos ex fratre præmortuo admittatur ſimul cum pa-
truo, vt per gl.in d.cap.j.de natu. ſucc.feud.c.1. §.his ve-
rò, & ibi per Bald.Iſern. & alios de grad.ſucced.in feud.
Aret.conſi.164.col.1.ita reſpondet Ruy.in conſi.171. nu.
44 17.vol.2.& in conſil.12.nu.16. vol 1.† vbi etiam inquit,
quod ad iſtum caſum fictum fit extenſio mediante inter
pretatione paſſiua præcedente ab alijs regulis iuris com-
munis l.j.§.lex Falcidia, ff.ad l.Fal.Sed de iure communi
45 habemus regulam dicentem, † ꝙ ſubrogatum ſapit na-
turam eius in cuius locum ſubrogatur, l.ſi eum, §.qui in-
iuriarũ, ff.ſi quis caut ſed filius fratris ſuccedit in gradũ,
& locum patris, d.§.cum filius. Vnde ſicut lex admitteret
patrem iſtius filij ſi viueret ad concurſum cum fratre, ita
ét debet admittere filium ſubrogatum, & ſuccedentem
in locum, & gradum eius. Similiter non obſtat tertium
fundamentum, ꝙ in diſpoſitione hominis ſecũdum Bal.
in d.§ in fideicommiſſo, & ſequacium, nepos non con-
46 currit cum patruo, † quia vt ſupra oſtenſum fuit contra
Bal obſtat glo.in d.§.in fideicommiſſo, quæ eſt verior, &
magis communiter approbata, vt per doctor.ſupra rela-
tos, quoniam verba teſtatoris, & contrahentium inter-
pretationem recipiunt a iure communi, vt per Barto &
communiter Doct.in l hæredes mei, §.cum ita, ff.ad Tre
bell.a ſtatuto, vt per Bar.in dicto §.ſi liberi, & a conſuetu
dine, vt per Innoc.in c.cum olim, de verborum ſignifica.
47 vbi dicit, † quod omnis diſpoſitio ſiue legalis, ſiue vltima
rum voluntatum contractuum, & priuilegiorũ recipiunt
interpretationem a conſuetudine contra propriam ver-
bi ſignificationem per l.ſi de interpretatione & l.ſequen.
& l.minime, ff.de ll.& Inno. ſequitur Ruyn in conſ.186.
nu.7.volum.2.& in conſi.110.nu.6 volum.5.& quod opi-
nio Bal.non ſit vera demonſtratur. Nam primo Bald.mo-
uetur, quia vbi agitur de diſpoſitione hominis magis cõ-
ſideratur affectio teſtatoris quam habet ad filium quàm
ad nepotem, vt in dicto §. in fideicommiſſo, quàm iuris
diſpoſitio vt in dicta authen.ceſſante, quæ loquitur in di-
ſpoſitio legali. Quia reſpondetur, quod iſta ratio Bald.
non eſt vera, vt refert ibi in d. §. in fideicommiſſo. Imol.
quem ſequuntur Alex.in dictis conſilijs 88.col.1. 137.col.
1.vol.1.& 26.col.1.vol 3. Iaſ.in conſilijs ſuprà citatis 215.
& 159.quia ſi bene ponderetur litera d.§.non magis dicit
affectionem conſiderandam, quàm in caſu dictæ authen-
ticæ, ceſſante. Sed ſimpliciter dicit proximiores vocan-
dos: quo caſu debet intelligi ſecundum ordinem ſucceſ-
ſionis, quia de mente illius tex. videtur, quòd proximio-
res vocentur eodem modo ad fideicommiſſum quo inui
tantur de iure ad ſucceſſionem defuncti. Et cum Imol.
etiam tranſit Socin.in conſi.51 num.19. volum 4. vbi in-
quit hanc partem eſſe veriorem per tex.in l.fi.C.de ver
bo.ſig.in verbo gradatim. Pro qua ibi dicit Pau.de Caſt.
quòd debent gradatim admitti ſecundum ordinem ſuc-
ceſſionis, vt qui prius ab inteſtato vocantur, prius admit-
tantur. Quod comprobatur ex not. per Socin.in l.cogna-
48 tis, colum.penul. in fi.ff.de rebus dubijs. † vbi dicit quod
ille dicitur potior, qui eſt potior attento ordine ſucceſ-
ſionis ab inteſtato, vt eſt glo.communiter approbata, in
49 d.§.in fideicommiſſo, † & quod fideicommiſſum regula-
tur ſecundum naturam ſucceſſionis ab inteſtato, vt ad
quem tranſiret hæreditas, tranſeat & fideicommiſſum.
Idem dixit Corn.in conſi.24.col.pen.in fin.vol.2.

50 Secundò poteſt reſponderi, † quod imò maior effectio
naturaliter eſt in poſteros, quamuis remotiores, vt ſ.plus
diligamus nepotes, quàm filios, cùm per eos longiorem
noſtri propagationem, & diuturnitatem videamus, ad
quod tendit omnis noſtra intentio in concipiendo, & edẽ
do liberos, vt dicitur in l.liberorum, ff.de verbo.ſignific.
& dixit Oldrad. in conſil.269. in fi.vnde illud, & pignora
chara nepotes. Ita dixit Maria.Socin.in conſi.126.nume.
54 volum.1.

Secundò mouetur Bal.per tex.in l.3. §.ſi duo.de legit.
tut.qui ſecundum Imol.in d.§.in fideicommiſſo, & rectè,
vt dicit Aret.in d.conſi.162.colum.penul.parum facit, &
51 potius pro gloſſ. † quia nepotes ibi in tutela liberti non
admittuntur ſimul cum patruo, quia cum eo non voca-
buntur ad ſucceſſionem in bonis liberti. l.ſi patronus, §.
j ff.de bono.liber. & hoc propter ampliandum fauorem
libertatis, ne libertus plures patronos habeat ſecundum
Fabri.in §.fi.Inſtit.de ſucceſſ.liber.quem ſequitur Iaſ.in
l.ſi auiæ.colum.2.C.de ſucceſſ.edict. & in conſil 215. col.
penul in fi.volum.2.vbi ſequitur Imol.in d.§.in fideicom-
miſſo. Idem etiam reſpondet Alex.in d.conſi.88. colum.
1.& in allegato conſi.137.col.1.

Non obſtat denique quod voluit Alexan.in conſi.204.
volum.2.& conſil.129.colum.penulti.& fin.volum.1. vbi
per per dictum Bald.& Cuma. in dicto §.in fideicommiſ
ſo, & Bar.in authen.poſt fratres, tenet quod in emphy-
theoſi conceſſa priuato, quæ non ſit hæreditaria, & ſimi-
liter in feudo ex pacto, & prouidentia, nepos non concur
52 rit cum patruo, quia reſpondetur, † & primò quod idem
Alex.tenuit contrarium in conſ.88.colum.1. 137.colum.
1.volum.1.& 26.in tertio volu.& dicit Ruy.in conſi 13.
colum.fi. volum.j.quòd licet Alexand.quandoque varia-
uerit ſequendo Bald.contra glo. tamen quòd opinio glo.
eſt de iure verior. Idem Ruy in conſi.163.colum.fi.circa
medium, volum.1.vbi dicit, quod Alex.in d.conſ.non be
ne loquitur, quia ſolum mouetur ex dictis per Bald. in d.
§.in fideicommiſſo quæ opinio non eſt vera, & ideo ꝙ ab
hac ſententia Alexan.de qua in conſi.88. & al.js, de qui-
bus ſupra, in iudicando, & conſulendo, non eſt receden-
dum, cum ſit communiter approbata glo.in d. §.in fidei-
commiſſo. Idem firmat alibi Ruyn.in conſ.168.num.11.
volum.2.vbi inquit, quod quamuis Alexan.aliquando va-
riauerit, tamen quod præcedens opinio eſt cõis. Et cum
Alexand.in d.conſi.88 etiam tranſit ipſe Ruyn.in conſil.

171.colum.4.volum 2. & contra Alexand. facit,quod voluit Ang. in d.§ quidam rectè.qui loquitur ſimpliciter in emphytheoſi recepta pro ſe, & nepotibus, & ſic in emphytheoſi non hæreditaria, quem ſequitur ibidem Alex. & Seyſel.& in conſi 25.volum.3.Et idem tenuit Corn.in citato conſi.24.colum fi.volum 2.& in conſi.131.volum. eo.& Ruyn.in d.conſ.163. colum.2.vol.1.vbi dicit,quod Alex.malè loquitur.

Nec obſtat, quod dixit Decius in conſilijs ſuprà allegatis,quòd Alex.in dictis tribus conſilijs loquitur in ſucceſſione legali,quia aduertendum eſt,quod Alex.ibi impugnat diſtinctionem Bal. de ſucceſſione legali ad diſpoſitionem hominis, & ſic videtur velle, quòd tam in vno caſu, quàm in alio nepos admittatur cum patruo.

Similiter non obſtat dictum Bart. in dicta authen.poſt fratres, quam allegat Alexand. in d.conſilio 129. colum. fi.quia reſpondet Corn.in d conſi.131.colum.3.in princ. quod fortè Bart. locutus fuit arguendo potius quàm decidendo, & ſi decidendo loqueretur, ibi vigebat alia ratio,quia ibi ſuccedebatur ratione primogenituræ,non ratione ſimplicis agnationis, & ſic cum ius primogenituræ non conſideretur de iure communi, quod non eſſet mirũ ſi filius non ſuccedit in primogenitura in locum patris,et ꝙ hoc modo poteſt deſeuſari dictum Bar. alias ꝙ ineptiſſimè loqueretur ſi intelligeretur, prout verba ſonare videntur, ſ. ꝙ in ſucceſſione feudi filius non intret locum patris,quia hoc eſt contra textum expreſſum in cap.j.de ſucceſſ.feud quod etiam allegat ipſe Bar. & ſubdit,quod non ſine cauſa Raphael Fulgoſ.in d.auth poſt fratres,miratus fuit de Bar.adducens,quod glo in c.1.de nat.ſucc. feud finaliter determinat,quod etiam in ſucceſſione feudorum nepos ex filio præmortuo ſuccedit ſimul cum patruis ſuis in feudis,& de quo etiam eſt tex.in d.cap.j. §.is verò de grad.ſucceſ.in feud. & Barto. ibi etiam reprobat Paul.de Caſtr.in conſil.159.in præſenti cauſa. vbi dicit, quod iſtud,quod nepos ſuccedat in locum patris cum agitur de ſuccedendo auo, fuit introductum ex illa æquitate. quia reputatur eadem perſona cum eo, cùm ſit pars corporis, vt in iuribus ibi per eum allegatis, & quod iſta ratio ita habet locum quando agitur in ſucceſſione non hæreditaria,ſed feudali vel ſimili,ſicut quando de hæreditaria, quia propter hunc reſpectum, quod ſit ſucceſſio
53 hæredi non fuit illud introductum,† ſed ex eo,quia filius ſuccedere debet patri,qui eſt eadem perſona cum patre ſuo,qui eſt eadem cum auo.Ruyn.in conſi.12.nu.13.vol. j.& Abbas in conſi.85.colum.3.volu.1. & in conſi.3 col. 3.in fi.volum.2.Præpo.in c.1.de feud.march.col.10. verſi. 19.& colum.20.in fin. verſi. non obſtat decimum nonum argumentum,vbi ſequitur Paul. de Caſt. in d.conſil.159. ſuprà allegato.

Et ideo non videtur vera reſponſio,quam dat Alexan. ad cap.1.de grad.ſucc.in feud. vt debeat intelligi in feudo hæreditario, quia ille text. loquitur generaliter, ff. de leg.præſtan.vnde cum loquatur ſimpliciter,& ſic non appareat,quòd magis loquatur de feudo ex pacto,& prouidentia,quam de feudo hæreditario, debet intelligi ſecundum quod ius intelligit,& ſic tam de feudo hæreditario, quam non, in quo admittitur nepos vnà cum patruo de iure communi,vt per Iſern.in c.1.num.14.dè nat.ſucceſſ. feud.Bru.conſi.73.colum.1. Et iſta reſponſio probatur ex dictis per Iſer.in cap.1.in § huius auth.colum 2. verſic.ſi ergo,ex quibus cauſ. feud.amitt. vbi inquit,quòd ſi non probatur qualiter feudum fuerit conceſſum, præſumere debemus, quod conceſſum fuit ſicut ius intelligit, & ſic quod ſit hæreditarium, ergo eodem modo ſic dicendum eſt,quòd ille tex. ita debeat intelligi ſecundum ius commune,in quo nepos in ſucceſſione legali,& in diſpoſitione hominis admittitur cum patruo. Item reſtringere illum text.eſt violare eum vlteriusj. Quòd etiam intelligatur in feudo non hæreditario, hoc vult Corn in d.conſil. 131.colum.3.Raph. Fulgo.in d.auth.poſt fratres,dum reprobat Bart.ibi per d.c primum.de grad.ſucceſ in feud. & alij de quibus ſupra, qui ſimiliter impugnat Bartol.in d.authen.Et expreſſius hoc dicit Ruy.in conſi.203.in ſecundo dubio,vol.2. vbi dicit propriè, quod nepos admittitur cum patruo in feudo acquiſito per auum pro ſe, & filijs maſculis ex ſe deſcendentibus, quod non eſt hæredi
54 tarium,ſed ex pacto † & hoc per tex.in d.cap.1.de grad. quem intelligit etiam locum habere in feudo non hæreditario.Et idem ſentit Soc.in conſi.252.col.10. ver.ſecundum verò dictum.Et tanto magis hoc fatendum eſt,cum

55 tex.hoc non declaret, † ex quo ſequitur, quòd debet intelligi ſecundum iura communia, in quibus diſponitur, quod tam in ſucceſſione legali, quam in diſpoſitione hominis,nepos debet concurrere cum patruo,vt abundè ſuprà dictum fuit.

Non obſtat pariter,quod dicit Dec.& alij ſuprà citati, quod gl. in d.dicto §.in fideicommiſſo malè allegetur, quia non vult dicere, quod ibi pariter admittantur inæquales quãdo vnus ſubrogatur loco alterius,ſed quod illud procedit in ſucceſſione legali,vt in d.auth.ceſſante: quia reſpondetur,quod cùm illa gloſſ. ſi relata ad text. in d.§.in fideicommo,vt eum declaret in verbo proximo,quod neceſſe eſt dicere, quod voluit iutell gere, quod aliquando in terminis illius tex. qui ſunt in gradu inæquali pariter admittuntur, vt in d.auth. ceſſante, & ſic apparet, quod glo.intelligitur ſecundum legem,quam allegat,videlicet in caſu,in quo vna perſona ſubrogatur in locum alterius, & filius ſubintrat locum patris, tunc pariter admittuntur.Et ſic declarat tex.ibi in verbo proximo, qui regulariter vult quod proximiores in gradu admittantur. Dicit gloſſ. quandoque tamen qui ſunt in gradu impari admittuntur æqualiter,& tunc gl.optimè loquitur,aliàs ineptè loqueretur,& ſine ſapore,& ſic glo. ſentit pro hac parte. Ità reſpondet Gozad.in conſi 4.colum penul. verſi. non obſtat.Iaſ.in conſi.215. colum.fi volu.2. vbi inquit,quod illa gl.benè loquitur,& verum dicit,& fundatur ex multis legibus, & authoritatibus, de quibus ibi per eum. Et quod non videtur vera illa ſolutio, quod gl non ſit referenda ad tex. illum loquentem in diſpoſitione hominis teſtamentaria,ſed debet intelligi habito reſpectu ad iura inteſtati,prout loquitur d.auth ceſſante, quam gloſ.allegat,quia ſi iſta glo.hoc modo intelligeretur, vt non referenda ad tex.nec illum limitaret,certè eſſet ſuperfluo appoſita, & fruſtratoria, & in vanum occuparet membranas,quod non eſt dicendum, l poſtlim. in ſi.in verbo, ſuperuacua eſſet lex.ff.de capt.& poſtlim.reuer. & illa glo. allegauit tex.in d.authen.ceſſante, hoc modo, quod ſicut in ſucceſſione inteſtati nepos fratris præmortui admittitur, & cum alijs fratribus concurrit ad ſucceſſionem aui, idem etiam ſit in fideicommiſſo relicto familiæ,& defuncti voluntas intelligatur regularis ſecundum diſpoſitionem illius auth.ceſſante, quamuis ab inteſtato loquẽtis.

Ad not.per Imo.in d.§.quidam rectè, reſpondetur, ꝙ verior eſt opinio Angel.quam ibi ſequitur Alexand.& in conſi.26.colum 2. vol.3. qui pro hac parte allegat, quod in ſimili dicit Bal in l.1. colum.2. C de ſecundis nuptijs, vbi dicit,quod licet ſtatutum diſponat filiam dotatam nõ ſuccedere debere ſtantibus filijs maſculis, & nepotibus, quod nepotes ex fratre ſimul admittuntur cum patruo. Facit etiam,quod voluit Iaſon in dicto §.quidem, de quo ſuprà fecit mentionem, quæ non repeto.

Vltimo non obſtat,quod Bar.in dicto § ſi liberi. loquitur in emphytheoſi hæreditaria, quia reſpondetur, quod imò loquitur indiſtinctè in qualibet emphytheoſi. Et ita intelligunt eum communiter docto.quod ſi voluiſſet Bar. loqui de emphytheoſi hæreditaria, ſciuiſſet hoc dicere, prout fecit ſupra,in ver. prædicta puto vera, dum voluit, quod ſi quis accepit emphytheoſim pro ſe, ſuiſq; hæredib.legitimis maſculis, vel pro ſe, ſuiſque filijs & hæredibus maſculis,quod requiritur, vt quis ad eam admittatur, quod ſit filius & hæres

Vlterius poſito, quòd hoc poſſet eſſe verum in terminis Barto.per hoc non tollitur concluſio vera, & communiter admiſſa, quòd diſpoſitio hominis debeat intelligi ſecundum iuris communis diſpoſitionem, vt per Bartol. & doct.communiter in d.l.hęredes mei,§.cùm ita,& per ea quæ ſuprà dicta ſunt,dum allegaui textum in c.1. §.filia.de ſucceſſ.feud.quæ multum facit ad terminos de quibus agitur. Vnde ex omnibus quæ ſupra abundè dicta fuerunt,concludendum arbitror pro nepote eſſe iudicandum, cùm contra Dec.ſit communis opinio, vt in ſpecie dixit Goza.in conſ.4.col.pen.& magis communis ſecundum Soc.iun.in conſi.116.col.2.vol.1. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Subſtitutio dicitur compendioſa ſecundum communem quando teſtator dixit ſi filius meus deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus.*

2 *Quod amplia procedere etſi in ea non fuerit expreſſa dictio quãdocunque.*

*Verbum*

3 *Verbum ſubſtituit eſt commune.*
4 *Subſtitutio compendioſa facta à pagano per verba communia ſecundum communem omni tempore dicitur fideicommiſſaria.*
5 *Quod maximè procedere videtur ſi mater eſt in medio, ne excludatur à luctuoſa hæreditate filijs. Sed contra num. 6. & 23. vbi eſt magis communis.*
7 *Quæſtio redditur dubia vbi gloſæ inter ſe aduerſantur.*
8 *Subſtitutio dubia potius iudicatur directa, quàm fideicommiſſaria.*
9 *Pater in dubio ratione affectionis naturalis præſumitur velle prouidere filio, non autem ipſum grauare.*
10 *Subſtitutio pupillaris eſt fauorabilis, ſed fideicommiſſaria continet grauamen, & nu. 26.*
11 *Diſpoſitio legis, & teſtatoris æquiparantur.*
12 *Diſpoſitio legis trahitur ad caſum magis neceſſarium.*
13 *Subſtitutio directa, de qua ſupra, eſt magis neceſſaria quàm fideicommiſſaria, cum per directam prouideatur, vt filius pupillus inteſtatus non decedat.*
14 *Subſtitutio directa de qua ſuprà, trahitur ad bona patris, & filij, ac ad aliunde quæſita.*
15 *Subſtitutio fideicommiſſaria tantum prouidet teſtatori, cum ſola eius bona in ea veniant.*
16 *Interpretatio planior fit in teſtamentis.*
17 *Subſtitutio pupillaris eſt planior fideicommiſſaria.*
18 *Caſus legis, vbi eſt expreſſus, ibi nulla cadit dubitatio.*
19 *Subſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrem.*
20 *Diſpoſitio capitu. ſi pater. de teſtamen. in 6 procedit etiam in foro Cæſaris.*
21 *Subſtitutio pupillaris comprehenſa in compendioſa excludit matrem, cum dicatur facta expreſſa verbis generalibus.*
22 *Subſtitutio pupillaris comprehenſa in compendioſa excludit matrem dato, quòd eſſet tacita, quia dicitur tacita probata, & coniecturata, non autem tacita præſumpta, quæ non excludit matrem.*
24 *Lex ubi eſt ſpecialis, ſi tamen ratio eſt generalis, generaliter eſt intelligenda.*
25 *Subſtitutio pupillaris eſt teſtamentum filij.*
27 *Subſtitutio compendioſa facta impuberi per verba communia infra tempus pupillaris ætatis excludit matrem, ſi pro parte etiam facta eſt ſubſtitutio eccleſiæ, & nu 30*
28 *Subſtitutio compendioſa facta filio impuberi per verba communia de alio filio teſtatoris infra tempus pupillaris ætatis excludit matrem.*
29 *Anima cunctis rebus præferenda eſt.*
31 *Subſtitutio compendioſa facta impuberi per verba communia nõ eſt omni tempore fideicommiſſaria quando mater tranſiuit ad ſecunda vota uiuente filio impubere. Sed contra ſecundum communem, nu. 35.*
32 *Subſtitutio tacita pupillaris excludit matrem tranſeuntem ad ſecunda uota.*
33 *Iniuria infertur filijs per tranſitum matris ad ſecunda uota.*
34 *Anima mariti contriſtatur per tranſitũ vxoris ad ſecunda uota.*
36 *Mater excluditur ex tacita pupillari ſi conſtat de coniecturata uoluntate defuncti.*
37 *Et de uoluntate defuncti conſtare dicitur ſi teſtator matri pupilli aliquid reliquit à ſubſtitutio pupilli.*

## CONSILIVM LXIX.

Viſis ac perlectis verbis teſtamenti magnifi-
ci domini Antonij de Burgo, & præſuppo-
1 ſita ſubſtitutione de qua agitur † pro com-
pendioſa, vt colligitur ex verbis, ſi filius
meus deceſſerit ſine filijs legitimis, & na-
turalibus, vt in terminis decidit Barto. in l. centurio, col.
3. & 9. vbi omnes alij, ff. de vulg. & pupill. Alex. in conſi.
71. colum. 2. vol. 2. Dec. in conſil. 572. in princ. conſil. 642.
in princip. & ſequenti, colum. 1. Iaſon in conſi. 132. col.
4. in princip. volum. 1. Cur. iun. in conſi. 172. in princip. &
2 in conſ. 86. col. 2. † vbi inquit hanc eſſe communem, qua-
uis in ea non ſit expreſſa dictio, quandocunq;. Pari. con-
ſil. 25. nu. 15. vol. 3. & in conſi. 73. col. 1. & 2. volum. eod. Vi-
dendum reſtat an ipſa ſubſtitutio quæ facta reperitur,
3 † per verbum ſubſtituit, quod eſt verum commune, vt in
l. iam hoc iure, vbi omnes, ff de vulga. & pup. l. generali-
ter, §. cum autem in verbo ſubſtituit. Et ibi etiam docto.
C. de inſtitu. & ſubſtit. Barto. in d. l. centurio, colum. pen.
quem omnes ibi ſequuntur. Afflict. deciſ. 367. col. 1. Dec.
conſilio 642. colum. 1. & ſequent. colum. 1. Pariſ. conſil. 17.
colum. 2. in princip. volu. 2. & in conſi. 26. colum. 1. conſi.
30. colum. 3. volum. eod. & in conſi. 33. colum. 1. volum. 3.
ſit omni tempore fideicommiſſaria, vel intra tempora
pupillaris ætatis D. Franc. directa, & poſt obliqua exiſten
te in medio magnifica D. Lucia eius matre, iſta quæſtio
profectò eſt alta, & profunda, quæ, ni fallor, Cæſarea in-
digeret deciſione, cùm tam magnus ſit conflictus gloſa-
rum & ſcribentium, qui adeò oculos iuriſperitorum of-
fuſcant, vt vix ſecundum Dec. conſil. 228. colum. 2. poſſit
diſcerni quæ nam ſit magis communis opinio, attamen
Deo duce, ex his quæ infrà dicentur, liquido apparebit
quæ nam ſit doctorum receptior ſententia. Et in primis
4 dicendum videtur, † quòd præſens ſubſtitutio, de qua a-
gitur, omni tempore ſit fideicommiſſaria, vt voluit gl. fi.
in d. l. centurio, glo. in l. precibus in verbo fideicommiſſi
verſi. item vna. C. de imp. & alijs ſubſtit. Barto. in d. l. cen
turio, verſ. principaliter, ff. de vulg. & pupil. in conſil. 29.
vbi dicit doct. ita communiter tenere in conſil. 54. in col.
pen. & in conſil. 240. in princip. Ang. in §. fi. colum. 3. In-
ſtit. pupil. ſubſtit. Bal. in conſi. 350. in quarto vol. in conſil.
392. volum. eod. & in conſi. 475. volum. 5. & in d. l. Centu
rio, vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem Le-
giſtarum. Idem Bal. in l. ex tribus, C. de inoffi. teſtamen.
5 Angel. in conſi. 97. colum. fina. & Oldra. in conſil. 99. † Et
eo maximè hoc admittitur a ſcribentibus ipſam fore fi-
deicommiſſariam quando mater eſt in medio benigno
eius fauore ne excludatur a luctuoſa hæreditate filij, l.
penult. C. de inſtitu. & ſubſtitu. Bar. in d. l. Centurio, col.
7. in fi. verſic. quandoque aliquod, & in d. l. precibus, col.
fi. ver. Sed ſi nihil apparet, & ibi Flor. & Bal. colum. 11. ac
Dec. colum. 12. verſic. & tenendo vbi inquit, quòd opinio
Barto. magnam habet æquitatem. Bal. in l. iam hoc iure,
§. 1. ff. de vulga. & pupil. vbi inquit, quòd iſta opinio ſer-
uatur communiter. Bald. in conſi. 12. volum. 2. & in conſi.
175. volumi. 5. vbi refert ſæpius ita conſuluiſſe Angel. in
conſi. 13. & d. conſil. 99. colum. penulti. Anton. de Butr. in
conſi. 53. colum. 2. Homod. in conſi. 107. Angel. in tractatu
de teſta. in glo. in verbo in pupillari, col. 11. verſic. quæro
quando compendioſa. Pract. Papienſ. in form. libe. quo
agit ex ſubſti. in verbo compendioſe, colum. 5. ver. nunc
autem. Et hanc eſſe communem opinionem atteſtantur
Ana. in conſi. 97. & Bologn. in addi. Fulg. in conſi. 33. col.
1. vbi inquit hãc eſſe celebriorem, & frequentiorem tam
antiquorum, quàm modernorum præceptorum ſenten-
tia. Corn. in conſil. 93. colum. 2. volum. 3. vbi etiam dicit
iſtam eſſe communem, & eam vti communem etiam am
plectuntur Aret. in conſi. 115. in fi. Alex. in conſ. 17. col. 2.
vol. 7. & Afflict. deciſ. 367. vbi plus inquit eam veriorem,
& ita fuiſſe notatum in ſacro conſilio.

Quibus non obſtãtibus altera pars eſt de iure verior,
6 † quòd imò talis compendioſa etiam matre exiſtente in
medio pro tempore pupillaris ætatis ſit directa, & non fi-
deicommiſſaria, quod luce clarius demonſtratur, nã vbi
7 † gloſæ inter ſe aduerſantur, quæſtio eſt dubia, ſed de hac
quæſtione ſunt glo. contrariæ. Nam gloſ. in l. centurio, &
in d. l. precibus, vt dixi, tenent, quòd omni tempore talis
ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria, & glo. in §. quæ ratione.
Inſtit. de pupil. ſubſtit. quòd intra tempus pubertatis ſit
8 directa, † ergo ſubſtitutio dubia modo ſic ſubſtitutio eſt
dubia iudicatur magis directa quàm fideicommiſſaria,
glo. eſt ſingularis in l. verbis ciuilibus, ff. de vulg. & pup.
Bal. in conſi. 423. volum. 1. Dec. in l. in teſtamento, in quar
to not. C. de teſt. mil. Pariſ. in conſi. 41. nu. 12. volumi. 2. &
Ruy. in conſi. 96. colum. 2. & in conſ. 99. nu. 13. conſi. 102.
colum. fi. volum. eodem, & in conſil. 128. num. 18. volum.
3. Ergo huiuſmodi ſubſtitutio tanquam dubia debet iu-
9 dicari directa, † quia in dubio ratione affectionis natu-
lis pater præſumitur velle prouidere filio, non ipſum gra
uare, l. in fideicommiſſo, §. cum Polidius, ff. de inoff. teſta.
10 † Cùm igitur pupillaris ſit fauorabilis, & fideicommiſſa
ria grauamen, l. ex tribus, C. de inoff. teſt. pater præſumi-
tur filio impuberi prouidiſſe, ſubſtituendo pupillariter,
neque eum grauaſſe fideicommiſſariæ.
11 Secundò facit, † diſpoſitio legis, & teſtatoris, æquipa-
rantur, §. diſponat. in authen. de nup. Pari. in conſi. 90. in
12 princip. volumi. 2. Sed † diſpoſitio legis in dubio debet
trahi ad caſum magis neceſſarium, l. 1. §. quid ergo, ff. de
vent. inſpicien. Ergo idem in diſpoſitione teſtatoris, ſed
13 certum eſt, † quod directa ſubſtitutio eſt magis neceſſa-
14 ria quàm fideicõmiſſaria † cùm per directam prouidea-
tur vt filius inteſtatus non decedat, quia trahitur ad bo-
na patris, & filij, ac ad aliunde quæſita, l. ſed ſi plures §.
ad ſubſtitutos, ff. de vulg. & pup. Alex. in conſ. 36. in prin.

volum.7.Socin.conſilio 144. numero 6. Pariſ. in conſilio
59. columna prima.volum.2.& in conſi.73.num.27.vol.
15 tertio. † Et per fideicommiſſariam prouidetur teſtato-
ri, cum ſola eius bona veniant in ea l. cohæredi, §. cum
filiæ,ff.de vulgar.& pupil. Alexan.conſilio 17.columna 2.
volumi.7.& in conſi.100.numero quarto, volum.eodem.
Ergo teſtatorem voluiſſe facere ſubſtitutionem directã,
& non fideicommiſſariam intelligendum eſt.
16 Tertiò facit,† nam in teſtamentis plenior fit interpre-
17 tatio.l.in teſtamentis, ff. de regulis iuris. Sed ſubſtitutio
pupillaris eſt plenior fideicommiſſaria.dicto §. cum filiæ.
ergo amplectenda,l.1.ff.de hæred.inſtituen.
18 Quartò vbi † eſt caſus legis expreſſus, ibi nulla cadit
dubitatio. l ancillæ, C.de fur. l.illam, & ibi Dec. in prin.
C. de collat. Sed quòd hæc ſubſtitutio ſit pupillaris dire-
cta,eſt tex.in cap. ſi pater.de teſta.in 6.vbi ſubſtitutio cõ
pendioſa facta fuit filio impuberi, & mater erat in me-
dio, & tamen fit interpretatio, quòd valeat iure directæ
pupillaris ſubſtitutionis,& ita ibi no. Io.And.
19 Quinto facit,† nam ſubſtitutio pupillaris expreſſa ex-
cludit matrem,l.Papinianus, §. ſed nec impuberi,ff.de
20 inoffic.teſtamento,capit.ſi pater.de teſtamen.in 6. † qui
text. procedit etiam in foro Cæſaris ſecundum Ripam
in l.ſecunda in numero 44.ff.de vulgar.& pupillar.Dec.
in d.l.precibus. in quinto nota. & Pariſ. in conſilio 108,
numero quarto,volum.3. conſilio 41. numero 22.volum.
21 2.& conſil.58.numero 17 volumi.eodem. † Ergo & pu-
pillaris comprehenſa in compendioſa cum ea dicatur ex
preſſa verbis generalibus.Barto.in l.1.columna ſecunda,
ff.de vulgar.& pupill.Alexan.in conſi.51. colum.4.verſi.
ad tertium, volum.ſeptimo. Ripa in dicta l.centurio,nu.
118.Decius in dicta l.precibus.in 8.nota,& in l.in teſta-
mento numero 16. C.de teſtamen.milit. Ruyn.in conſil.
22 105.columna 4.vol.2. † Et dato,quod eſſet tacita,tamen
diceretur tacita probata, & coniecturata,non autem ta-
cita præſumpta,quæ non excludit matrem,vt per Rip.in
d.l.Centurio. nu.118. ergo &c.
23 Sextò hoc probatur † authoritate gl.in d. §.qua ratio-
ne.in gl.magna.circa finem, Cy.in d.l.precibus,vbi in fi.
colum.inquit ita de facto conſuluiſſe, & ibi idem tenent
Bar.Dyn.Sal.Paul.Alex. & Dec.Imol.Pau.Alexan.Ang.
& Aret.in d.l.Centurio,Oldra.in conſi.123.Capra conſ.
7.colum.ſecunda,Card.in conſi.60. colum.3. & in capit.
Raynutius.de teſtam.vbi etiam Imol.dicit ita conſuluiſ-
ſe Pau.de Caſt.in conſi.111.colum.1.conſi.247. in princ.
& in conſi.254.colum.2.verſi.quantum,Corn.in conſilio
187.colum.2.volum.1.conſil.114.colum.1. & conſil.316.
colum.2.volum.3.vbi inquit quòd ita communiter tene-
tur in ſcholis, & hanc ſententiam eſſe tenendam in deci-
ſiuis,& in conſi.322.col.2.vol.eodem.& in conſi.28. col.
2.vol.2.Et hanc eſſe communem teſtatur Cuma.in conſ.
2.fi.col.Aret.in conſi.155.colum.3. Bertran.in conſi.126.
col.2.vol.1.vbi dicit hanc communiorem.conſil.65.volu.
2.& 277.& ita ſeruari in practica aſſerit Guid.Papa.quæ
ſtio.521. Idem tenuit Alex.in conſil.38. columna prima,
volum.primo.conſi.71.col.2.volum.2.in conſi 12.colum.
6.vol.3.conſi.17.col.4.vol.eod.& in conſi.3.in princ.vol.
7.& Iaſ.& Rip.in d.l.Centurio vbi firmant hanc eſſe cõ-
munem, & Iaſ.ac Dec.in d.l.precibus,& Ruyn. præce-
ptor meus in conſil.76.in princ.vol.2.conſil.103.columna
pen.verſ.Nec obſtat dum dicitur, vol.eodem. & eam vti
magis commumem modernorum amplectuntur Socin.
in conſi.144.col.1.& Pariſ.in conſi.73.col.1. vol.3.
Nec valet obſtare ſi dicatur, quòd dictæ deciſiones lo-
quuntur quando mater non erat in medio, quia dicitur,
quòd imò in terminis de quibus agitur loquuntur Imol.
Paul.Aret. & Iaſ.in d.l.Centurio,Oldr.conſil 29. & 125.
Capra.conſil.144. Pau de Caſt.conſil.246.& 223 in anti-
quis Bal.in conſi.423.vol.1.conſi.18.volum.2.& in conſi.
35.volum.eodem. Alexan.in conſi.12.in 4.colum.in fine,
ver.2.reſpondeo.volum.3.vbi inquit veriorem, & magis
communem ſententiam eſſe, quòd ſiue mater ſit in me-
dio,ſiue non, talis ſubſtitutio valet iure pupillaris, quod
dicit probari per tex. in dicto c. ſi pater, ſaltem inſpecta
ratione generali ibi poſita in tex.dum ibi dicitur, quod
ſemper in dubio, ſubſtitutio dubia interpretatur dire-
cta, dummodo conditio perſonarum non repugnet, &
24 quamuis † lex ſit ſpecialis, ſi tamen ratio eſt generalis,
tunc lex eſt generaliter intelligenda, l. regula, §.ſed etſi
quis, ff.de iur. & fact.ignor.quod etiam ſecundum eum
ſuadetur: quia ſi aliter diceretur,ſequeretur, quòd eſſet
potentior fauor matris quàm pupilli,quòd teſtatus dece-
25 dat,cuius contrarium eſſe debet, quia videmus † quòd
ſubſtitutio pupillaris quę eſt teſtamẽtum filij l 2.§.prius,
lege patris.& filij,ff.de vulga.& pupill.excludit matrem,
dicto cap.ſi pater. Sed ſi diceremus, quòd dicta ſubſtitu-
tio compendioſa valeret intra tempora pupillaris ætatis
26 iure fideicommiſſi † non eſſet fauorabilis pupillo, ſed
oneroſa, cum ſubſtitutio fideicommiſſaria ſit onus per
quam ſucceditur non ipſi cui facta eſt ſubſtitutio,ſed te-
ſtatori,dicto §.cùm filiæ.Hoc idem voluit Alex.in conſi.
17.colum.4.in princip.volumine eodem, vbi inquit hanc
partem veriorem, & quòd eam ſolitus eſt ſemper ſequi
legendo,& conſulendo,& in conſi.51.colum,2. volum.7.
Et hanc vti communem quoque ſequitur Corn.in conſil.
187.colum.2.volumi.primo. & conſil.316. colum.2. & in
conſi.28. colum.2. volum.4 vbi etiam dicit communem
Bertrand.in d.conſilio 120.colum.tertia magis commu-
nem conſi.65. colum.ſecunda volu.ſecundo. Iaſ. in dicta
l.precibus.Poly.& nouiſſimi in dicta l.Centurio, vbi Ri-
pa etiam atteſtatur doctores canoniſtas ita communiter
tenere in dicto cap.ſi pater.& in ca.Raynutius. Idem te-
nuit dominus meus Ruyn.in conſil.105. colum. ſecunda
ſupra citato,colum.4.& Soc.iun.in conſi.94 numero 28.
volum. primo. vbi etiam inquit hodie hanc eſſe commu-
nem,quam omnino ſequi debemus in conſulendo,& iu-
dicando,& ei inhærendum eſſe veluti carrotio.& in con-
ſilio 134.colum.pen.volum.eodem,vbi dicit etiam ita te-
nuiſſe in dicta l. Centurio ſequendo communem. Et eò
magis hoc dicendum venit in terminis noſtris, cũ ſimus
27 in caſu, in quo † pro certa parte facta eſt ſubſtitutio ec-
cleſiæ ſanctæ Mariæ, quod quidem concernit fauorem
animæ defuncti.cap.animæ defuncti, cap.animæ defun-
28 ctorum.13 q.2.† Vnde ſicut quando filio impuberi eſſet
facta ſubſtitutio compendioſa per verba communia de
alio filio teſtatoris, dicta ſubſtitutio infra tempus pupilla
ris ætatis excluderet matrem pupilli, etiam ſecundum
opinionem Bar.de qua in dicta l.centurio, per gloſ.fin.in
l.precibus,in fin.& per Ripam ibi num.137. & Decium
in conſi.332.col fi.ac Alex.conſi.38.volu.1. & Bologn. in
conſil.9.col fina.in prin.Ita etiam debet excludi mater,
29 quando ſubſtituta eſt pia cauſa, † in qua vt dictum fuit,
verſatur fauor animæ,quæ cunctis rebus præferenda eſt.
l.ſancimus,C.de ſacroſanctis eccleſ. Et quia non eſt veri-
ſimile teſtatorum voluiſſe animæ ſuæ præferri vxorem
ſuam,matrem pupilli,l.præſes,C.ne ſerui.& aq.Ita in ter
30 minis dixit Alex.in conſi.12.col.5.in fi.volu.3. † Et quòd
iſti duo caſus æquiparentur,ſcilicet eſſe ſubſtitutum aliũ
filium teſtatoris, vel eſſe ſubſtitutam piam cauſam quo
ad excluſionem matris impuberis,voluit expreſsè Ange.
in d.l.precibus in 2.col.quem ſequitur ibi Paul. de Caſt.
qui hoc reputat menti tenendum & Alexan. in conſi.51.
col.3.verſi.10.vol.7.& Ruyn. in conſil.121.col.2. vol.3.&
in conſ.125.col.fi.vol.eod.
31 Secundò etiam dicitur, † quòd licet opinio contraria
eſſet vera,tamen illa non procedit quando mater tranſi-
uiſſet (vt in caſu de quo agitur) ad ſecunda vota viuente
32 filio impubere, † quia tacita pupillaris etiam excludit
matrem tranſeuntem ad ſecunda vota ſecundum Ange.
in l.2.in prin.ff.de vulg.& pupill.& in d.l.precibus,& ibi
Dec.nu.19.circa fin.verſi.& retenta opinione Bar.Corn.
conſi.28.vol.4.& Alexan.in conſ.12.in quinta col.verſic.
quòd autem,vol.3.Iaſon in conſil.132.col.pen. in fi.verſ.
33 Item eſt vehemen,vol.1. † nam per tranſitum ad ſecun-
da vota non ſolùm infertur iniuria filijs, §. Gregoriana.
34 auth.de non elig.ſecundo nub. † ſed etiam anima mariti
defuncti contriſtatur,§.ſi autem tutelã, in auth.de nupt.
verum quia dicta limitatio non videtur nimis tuta, cum
de ea dubitet Alexand.in conſi.51.col 3. volu.7. Iaſ.in d.
l.precibus,& contrarium teneat Ripa.in d.l.2. nume.53.
35 in d.l.centurio,num.3. † vbi atteſtatur contra Ange.eſſe
communem.Ideo alio modo realiter reſpondetur,& di-
36 citur,† quòd dicta ſententiã locum non habet vbi aliter
conſtat de voluntate defuncti, quia tunc etiam excludi-
tur mater ex tacita pupillari, l.in teſtamento, C.de teſt.
milit.& per doct.in l.2.in prin.ff.de vulga.& pupil.& in
37 dicta l.precibus. † Sed de coniectura mente teſtatoris
conſtare videtur ex his quæ dicta fuerunt in teſtamen-
to,quia mariti pupilli legata fuerunt ducenta ſcuta a ſub
ſtituto pupilli,cum clauſula,quòd ſit contenta,& plus pe
tere non poſſit de bonis ſuis.quo caſu præſumitur, ꝙ vo-
luerit teſtator ſubſtitutũ matri præferri, vt in terminis,
deci-

deciditur per Bartolum in l.ſecunda, in principio colum. penultima, verſiculo quæro ex quibus præſumatur, ff.de vulgar.& pupillar. nam cum ibi Bart. prius dixerit quòd ex tacita pupillari mater excluditur ex coniecturata mente defuncti, quærit poſteà in dicto verſic. quæ coniecturæ ad hoc ſufficiant. Et ad propoſitū dicit, quòd de coniecturata mente conſtare ex his quæ teſtator dixit in teſtamento, vt quia matri pupilli aliquid reliquit, & iuſſit eam eſſe cōtentam, vt de bonis ſuis petere non poſſet. Nam hoc caſu Gul. dixit, vt refert Bart. quòd ſi quidem talia verba fuerunt adiecta legato relicto ab ipſo pupillo, tunc non præiudicat matri in ſucceſſione quæ venit poſt mortem pupilli. l. Paulo Callimacho, § 1. ff.de lega. tertio. Sed ſi illa verba eſſent adiecta in aliquo legato relicto a ſubſtituto pupilli, & tunc ſecus, quia præſumptio eſt, quod voluerit ſubſtitutum matri præferri. l. peto, in prin. ff.de legatis ſecundo, & Bartol. ſequitur Iaſon in conſilio 132. in penultima columna in fine, volumine primo, vbi refert Baldum, Angelum, Salicetum, & Moder. ita tenere in dicta l. precibus. Ita etiam tenet Deci. in conſilio 332. in fine, dominus meus Ruynus in conſilio 218. numero vigeſimoprimo, volumi. tertio, & in conſilio 68. columna quarta in fin. verſicul ſecundo. idem probatur. volumi. 4. Vnde ex præmiſſis concludendo ſermonem noſtrum arbitror partes domini iudicis fore, & eſſe in declarando dominam Luciam per mortem domini Franciſci eius filij impuberis vigore dictæ ſubſtitutionis compendioſæ, fuiſſe excluſam ab eius ſucceſſione, & dominum Ioannem Henricum vti ſubſtitutum, admittendum eſſe.

Laus DEO.

## *SVMMARIVM.*

1 *Argumentari in rebus claris, & apertis tam ſtultum eſt, quàm ſub clariſſimo ſole mortale lumen offerre.*
2 *Conſulenti conuenit perſtringere rem quantum poteſt.*
3 *Confeſſio procuratoris, tutoris, & curatoris facta per modum contentioſæ iuriſdictionis, præiudicat domino pupillo, & adulto.*
4 *Quod amplia etiam in confeſſione ſyndici.*
5 *Confeſſio facta in iudicio viua voce, & non redacta in ſcriptis, & ſine teſtibus, non valet. Sed contra numero 10. & 16.*
6 *Scriptura tabellionis ſine teſtibus non creditur.*
7 *Acta faciunt rem notoriam.*
8 *Acta ſenatus debent ſcribi per notarium ordinarium.*
9 *Et non per alium.*
11 *Etiam de conſenſu partium.*
12 *Stylus attendendus, & obſeruandus eſt.*
13 *Stylus obtinet vim legis, & pro forma habetur.*
14 *Stylus omnia reddit valida.*
15 *Stylus, ſtatutum, & conſuetudo poſſunt derogare ſolemnitati citationis, quæ in examine teſtium requiritur.*
17 *Senatus uicem præfecti prætorio obtinet.*
18 *Senatus æquiparatur Principi.*
19 *Senatus Principem repreſentat.*
20 *Princeps poteſt iudicare ſecundum, quod Deus iudicaturus eſſet.*
21 *Item ſecundum conſcientiam.*
22 *Et ſola facti ueritate inſpecta.*
23 *Domini de Parlamento poſſunt iudicare ſecundum cōſcientiam, & ſi aliter facerent, peccarent.*
24 *Domini de Parlamento debent attendere principaliter ad ueritatem, potius quàm ad ſubtilitatem.*
25 *Maioribus magiſtratibus propter enormitatem delicti licitum eſt iura tranſgredi, ſecus in minoribus, ut in poteſtatibus terrarum.*
26 *Poteſtas terrarum non poſſunt leges uel ſtatuta tranſgredi.*
27 *Poteſtates terrarum debent ſeruare ſtatuta ad unguem.*
28 *Teſtamentum conditum apud acta maioris iudicis ualet, etſi in eo non eſſent deſcripti teſtes aliqui.*
29 *Arbitrium ſi eſt conceſſum maiori magiſtratui in criminalibus, magiſtratus ipſe poteſt bona confiſcare, & pœnam corporalem imponere, ſecus ſi conceſſum fuerit minori magiſtratui.*
30 *Forma mandati diligenter eſt obſeruanda.*
31 *Procurator habens mandatum limitatum, ſi illud excedit ſciente domino, & non contradicente, ei præiudicat.*
32 *Vniuerſitas congregata ſciens procuratorem ſuum excedere fines mandati, ſi non contradicit conſentire videtur, & obligatur.*

## CONSILIVM LXX.

1 QVoniam † in rebus apertis, & claris tā ſtultum eſt argumentare, quam ſub clariſſimo ſole mortale lumen offerre, vt inquit Quintilianus lib. quinto oratoriam inſtitutionū. Ideo in præſenti caſu omittendo argumen-
2 ta ad partem, † & perſtringendo rem quantum decet (vt conuenit conſulenti) dicendum videtur, quòd confeſſio de qua agitur, facta in iudicio per ſereniſſimum Preciualem Robellinum vti procuratorem vniuerſitatis Riuarolij, quod dominus Antonius de Palamide ſit verus poſſeſſor duarum partium ex tribus ſyluæ, de qua in cauſa præiudicat dictæ vniuerſitatis. Quoniam trita eſt doc.
3 concluſio, † ꝙ confeſsio procuratoris, tutoris, & curatoris facta per modum contentioſæ iuriſdictionis præiudicat domino pupillo, & adulto, vt not. Bart. in l.certum, §. ſed an ipſos col. 2. ff.de confeſſ. in l.non ſolum. in princ. ff. de procuratoribus, Corn in conſi. 144. col. fin. volu. 4. & in conſi. 175. col fi. in princi. volu. eod. Dec. in conſi. 221. col.
4 1. & in conſ. 297. col. fi. † vbi id etiam tradit in confeſſione ſyndici. & Imol. in c. fi. de confeſ. quem ſequitur Iaſ. in conſ. 47. col. fi. vol. 1. vbi inquit quòd ſi procurator nō haberet mandatum ſpeciale ad ſic confitendum, & tamen confiteatur, illa confeſsio præiudicat domino abſenti.
5 Nec obſtat quòd huiuſmodi confeſsio facta fuerit viua voce, & non redacta in ſcriptis, & etiam ſi redacta, non tamen legitimè, quia ſine teſtibus, iuxta not. in auth. de tabel. in prin. & gloſ. ac doct. in l. iuriſgentium, § quòd ferè. in prima gloſſ. ff.de pact. & Alexan. in conſil. 13. colum. 3.
6 vol 1. † vbi ſcripturæ tabellionis nō creditur, niſi habeat teſtes: quia pluribus modis reſpondetur. Et primò, quòd imò confeſsio ipſa in ſcriptis redacta fuit per notarium,
7 † vt acta demonſtrant, quæ faciunt rem notoriam, vt per Innoc. in c. ad inſinuatione, de appellationibus, quem ſequitur Roma. in l. exitus, ff.de acquiren. poſſeſ. Idem Innoc. in c. per tuas, de in integrum reſtitu. quem ſequitur Bald. in ca. primo, §. iudices col. 4. de pace. iur. fir. Marſ. in conſi. 64. nu. 25. Pariſ. in conſi. 98 num. 25. vol. 3. & in con
8 ſil. 11. nume. 7. volum. 4. † & maximè cùm redacta fuerit per notarium ordinarium cauſarum ſacri conſilij, & per quem ſolent, & debent ſcribi omnia quæ expediuntur, & fiunt in ipſo ſacro conſilio, iuxta Bald. in l. præcipimus, §. his autem. C.de appell. per tex. in l. in fraudem, § quo-
9 ties, ff.de iure fiſci. † cum non liceat, quod per alium ſcribantur, vt tradit Bal. in l. 1. in fi. C. de ſpor. Alex in conſi.
10 120. num. tertio, volu. 7. † & etiam de conſenſu partium, vt per Bald. in l. repetita. poſt Cyn. ibi. C. de epiſco. & cleri. & in l. teſtamenta, C. de teſt. quem ſequitur Decius in cap. quoniam contra. de proba. in 10. not. Nec valet obie-
11 ctio, quòd redacta fuerit ſine teſtibus, † quia in iudicialibus actibus non ſunt neceſſarij teſtes propter multitudinem perſonarum, quæ ſemper præſumitur adeſſe, vt eſt tex. quem ibi multum commendat Bar. in l. in donationibus, C. de dona. gloſſ in l. fin C. de re iudic. & inquit Salic. in d. l. in donationibus, quod ita communiter ſeruatur. Idem tradit Dec. in d. c. quoniam contra nu. 19. & dominus meus Ruy. in conſi. 73 col. 2. vol. 5.
Vlterius dicitur, ꝙ de ſtylo ſacri conſilij eſt, ꝙ de confeſsionibus, & alijs quæ in eo geruntur, non fiunt inſtru-
12 menta, minuſq; adhibentur teſtes. † Qui quidem ſtylus attendendus, & obſeruandus eſt, l Labeo ff. de ſtatu liberis, c. quam graui. de crim. falſ. Bart. in l. iuriſperitos, ff.
13 de excuſa. tuto. † cum obtineat vim legis, & pro forma habeatur ſecundum Cy. & Bal. in l. 1. in fi. C. quæ ſit long. conſuetu. & Pariſ. in conſi. 43. col. fi volu. primo. in conſi.
14 107. nu. 87. vol. 3. & in conſ 14. col. 2. volu 4. † Nam ſtylus omnia reddit valida. cap. 2. de tempo. ordin. Pariſ. in conſ. 113. in princ. vol. 4. Pro quo facit, quod voluit Bal. in auth. ſi quis in aliquo, col. pen. & ibi Salic. C. de eden. quem ſequitur Alex. in conſi. 65. in fi. vol. primo, & Ruy. in conſil.
15 150 col. 2. volum 5. † vbi ſtatutum, ſtylus, & conſuetudo poſſunt derogare ſolemnitati citationis, quæ in teſtium examine requiritur.
Secundò reſpondetur, quod etiam poſito, quod huiuſ-
16 modi confeſsio in ſcriptis redacta non fuiſſet, † & tamē, quod iudex poteſt moueri ad iudicandum ex confeſsione viua voce facta, quæ in ſcriptis redacta non fuiſſet, vt notabiliter dixit Bal. in l. 1. C. de manumiſ. vend. per not. in l. quoties, §. 1. ff. de proba. ꝙ dictum tanquam aureum, & me-

& memoriæ ſemper tenendũm tradit Felin. in c.cum ve
nerabilis,col.13.in fi.de excep.in cap.aduerſario tuo.col.
4.eodem tit.Afflic.in deciſ.28.col.2.ver.& maximè.Dec.
17 in conſi.445.nu.55.& Craue in conſi.198.in fin.Et tantò
magis hoc admittẽdum arbitramur in terminis noſtris,
vbi confeſſio ipſa facta fuit in Senatu Ducali, qui vicem
præfecti prætorio obtinet ſecundum Guid. Pap. in q. 29.
18 † & æquiparatur Principi, vt eſt gloſ. ordinaria in l.non
ambigitur,& ibi Bar ff.de legibus.Iaſ.& Rip.in l.quo mi
nus.in ſecundo,& tertio not.ff.de flumi.Craue.in conſil.
19 144.in fi.conſ.168.in fi.& in conſ.198.col.fin.† ac ipſum
Principem repreſentat,vt per Afflict. in deci.120.in fine.
vbi refert ſacrum conſilium Neapolitanum repreſenta-
re perſonam Regiam.Decius in conſi.200. in fi. & Crau.
20 in citato conſi.144.col.fi.& 198.col.fin.† Et qui Princeps
poteſt iudicare ſecundum quod Deus iudicaturus eſſet,
21 vt inquit Bal.in fin.in prin. C. de iure delibe. † & ſecun-
dum conſcientiam. vt per Bartol.in l.1. C.vt quæ deſunt
22 aduo.par.iudex ſuppleat.† Et ſola facti veritate inſpecta,
ſecundum Bar.in l.Æmilius Larianus.in fin.ff.de minor.
Dec.in allegato conſi.200.in fi.Et ita in proprijs terminis
23 dixit Guid.Pap.in citato q.29.† vbi refert, quod domini
de Parlamento Delphinali, qui vicem præfecti prætorio
obtinet,poſſunt iudicare ſecundum conſcientiam, iuxta
doctrinam Bar.in d.l.1. Qui ſi aliter facerent,ſecundum
24 Theologos peccarent,vt refert ibi Barto.† cum debeant
attendere principaliter ad veritatem, potius quàm ad
ſubtilitatem,iuxta not.in clementina paſtoralis.de re iu-
dicata,quod admiratione dignum eſſe non debet,cùm vi
deamus a lege fore conceſſa maiora priuilegia ſupremis
25 magiſtratibus,quàm inferioribus, quod paret. † Nam
propter enormitatem delicti, maioribus magiſtratibus
26 permiſſum eſt iura tranſgredi,† quòd ſecus eſt in mino-
27 ribus, † vt in poteſtatibus terrarum, quia ipſi non poſ-
ſunt leges, vel ſtatuta tranſgredi etiam propter enormi-
tatem delicti, cùm debeant ſeruare ſtatuta ad vnguem,
vt ſingulariter dixit Bal.& ibi Iaſ.in authen.hodie. C.de
iud.quem ſequitur alibi idem Iaſ.in §.ex maleficijs,col.2.
Inſtit.de actio.& Marſ.in ſing.144.

Facit etiam quod not.Iaſ.in l.omnium, C.de teſta.col.
28 5.circa principium.† vbi inquit,quòd quando eſt condi-
tum teſtamẽtum apud acta maioris iudicis, quamuis ibi
non eſſent teſtes aliqui deſcripti, valet teſtamentum,ſe-
cus ſi coram iudicibus minoribus.Accedit vlterius,quod
notabiliter dixit Bald. in l.1. C. ne ſine iuſſu Prin.quem
29 ſequitur Ana.in cap.ſuper his,col.1.de accuſa.† Vbi con
cludit,quòd ſi conceſſum eſt maiori magiſtratui arbitriũ
in criminalibus,quòd poterit bona confiſcare, & pęnam
corporalem imponere, quod ſecus eſt ſi tale arbitrium
conceſſum fuiſſet minori magiſtratui.quo dictum tanquã
ſingulariter notandum tradit Marſil.ſing.397.

Non obſtat quoq; quòd dictus procurator exceſſerit
30 fines mandati in faciendo dictam confeſſionem, † quæ
forma diligenter erat obſeruanda,l.diligenter, ff.manda
ti.Pariſ.in conſil.136.nume.6.volum.4. Quia reſponde-
tur, quòd confeſſioni prædictæ conſenſit vniuerſitas ſu-
prà dicta,ex quo ſciuit confeſſionem huiuſmodi fuiſſe fa
ctam, & ei non contradixit per notata per gloſſ. & ibi
Abb.& Felin.in cap.cum olim.in verbo protinus, de of-
31 fi.deleg. † vbi ſi dominus ſcit procuratorem ſuum exce-
dere fines mandati,& non contradicit, videtur conſenti-
re,& obligatur.Idem dixit Alex.in conſ.179. col.fi.vol.6.
Iaſ.in l.ſi procurator.col.2. verſic.8.limita, C.de procur.
Ruyn.in conſi.59.num.7.volum.5.& Crau.in conſi.226.
colum.pen.volu.ſecundo Et eo maximè hoc non recipit
32 dubitationem † cum ipſa vniuerſitas ſimul congregata,
de ipſo exceſſu ſcientiam habuit,vt per Dec.in conſi.437.
col.1.duplicato in conſi.672.Vnde ex his concludendum
arbitror ordinatum ſacri conſilij Ducalis fundatum ſu-
per prædicta confeſſione rectè latum, & obſeruandum
fore. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Satiſdatio non præſtita per actorem de lite proſequenda, & de re-
ficiendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ vitiat proceſſum.*
2 *Satiſdatio de qua ſuprà,petenda eſt ante litẽ conteſtatam, cùm
ſit dilatoria,& nu.26.*
3 *Satiſdatio omnis iudiciaria ante litem conteſtatam peti debet.*
4 *Proceſſus agitatus cum perſona carente mandato redditur nul-
lus:nã procuratoris poteſtas eſt de ſubſtãtia iudicij, & proceſſus.*
5 *Superior ſi tollit omnem exceptionem cum clauſula ſupplementes
omnem defectum, adhuc poteſt opponi contra perſonam in cuius
fauorem reſcribitur,quòd non ſit legitima aut habilis ad actum
de quo agitur.*
6 *Perſonæ legitimatio in iudicio etiam quantumcunque ſumma-
rio fieri debet.*
7 *Iuramentum calumniæ petitum ſed non præſtitum ſecundum
communem reddit proceſſum nullum,& nu.12.*
8 *Cauti aduocati quando reſpondet libello, & negant narrata
prout narrantur, petunt poſteà in fine iurari de calumnia, nec
vlterius inſiſtunt, quod iuramentum ſi poſtea omittitur,totus
proceſſus redditur nullus.*
9 *Quod amplia etiam procedere in ſummarijs.*
10 *Conſuetudo uel ſtatutum diſponẽs, quod iuramentum calumniæ
poſſit expreſsè remitti, non ualet cùm fuerit inductum fauore
ueritatis,& ad excludendum calumniam hominum.*
11 *Iuramentum calumniæ eſt tantę importantiæ, & effectus, quod
iurare recuſans perdit cauſam.*
13 *Proceſſus factus lite non conteſtata redditur nullus.*
14 *Litis conteſtatio eſt adeo de ſubſtantialibus iudicij, quòd neque
per iudicem, neque de conſenſu partium poteſt tolli.*
15 *Quod amplia etiam procedere ſi iudex in lite ordinaria pronun-
ciaret eſſe pracedendum lite non conteſtata,quia ex tali pronun
ciatione proceſſus non ualidatur.*
16 *Proceſſus ſicut redditur nullus lite non cõteſtata,ita,& ſentẽtia.*
17 *Petens plus debito incidit in pęnam amiſſioni iurium ſuorum.*
18 *Sententia in dubio præſumitur iuſta.*
19 *Satiſdatio de lite proſequenda, & de reficiendis expenſis in caſu
ſuccumbentiæ hodie abijt in diſſuetudinem, & ab aula receſ-
ſit.*
20 *Conſuetudo cum ſit facti,non pręſumitur niſi probetur.*
21 *Doctoribus illuſtribus atteſtantibus de iſta conſuetudine creden-
dum eſt,& nu.24.*
22 *Aſſertio doctoris atteſtantis de conſuetudine inducit talem pre-
ſumptionem,quòd ei ſtandum eſt donec contrarium probetur.*
23 *Communis vſus loquendi probari non debet, quando plures illu-
ſtres doctores de eo atteſtantur.*
25 *Ordo iudicij non conſiſtit propriè in præparatorijs iudiciorum,
unde quicquid omittitur circa pręparatoria pręter libellum,nõ
uitiat proceſſum.*
27 *Mandatum ſi non eſt productum in principio litis ſufficit, quòd
producatur ante concluſionem in cauſa.*
28 *Mandatum ſufficit, quòd producatur actualiter poſt concluſionẽ
in ca ſa quando ante eam verbo fuit exhibitum.*
29 *Exemplum inſtrumenti ſi fuit exhibitum infra terminum perem
ptorium datum ad producendum inſtrumenta, & demum poſt
originale confirmatur productio exempli, & uidetur probatum
intra terminum.*
30 *Teſtis dictum trahitur ad diem iuramenti poſito, quod die iura-
menti teſtis non fuerit examinatus.*
31 *Productio in cauſis ſummarijs poſt terminũ facta ualet,& tenet.*
32 *Iuramentum calumnię inſtante parte poſt concluſionem in cauſa
pręſtari non poteſt.Fallit in ſummarijs, ut nu. 34.*
33 *Iuramentum calumnię poſt concluſionem in cauſa in uita etiam
parte ex officio iudicis pręſtari poteſt.*
35 *Litis conteſtatio omiſſa,etſi uitiet proceſſum,tamen id locum non
habet ubi ex forma ſtatuti proceditur ſimpliciter, & plano ſine
ſtrepitu,& figura iudicij,quia tunc non requiritur litis conte-
ſtatio.*
36 *Actus primus qui fit in cauſis ſummarijs habet uim litis conte-
ſtatæ.*
37 *Libellus non requiritur in cauſis in quibus proceditur ſimplici-
ter,& de plano ſine ſtrepitu,& figura iudicij.*
37 *Excuſſio non requiritur quando proceditur ſimpliciter, & de pla-
no ſine ſtrepitu,& figura iudicij.*
39 *Petens plus debito,ut cadat a iure ſuo,duo requiruntur. Primò,ꝙ
cautionem ſeu obligationem à debitore plus debito exegerit ſe-
cundò,quod plus debito doloſè exegerit.*
40 *Petens plus debito,ut incidat in talem pęnam, opus eſt ut conuin
catur teſtibus uel ſcriptura, ſecus ſi per confeſſionem ſuam quis
fatęatur ſe plus debito petijſſe antequam conuincatur:quia tunc
cum ſit locus pęnitentiæ nõ habet locum ſecundum communem
pœna amiſſionis iurium ſuorum.*
41 *Clauſula paratus deducere eam partem quæ apparebit legitimè
ſoluta appoſita in libello operatur, ut reus in mora conſtituatur
ſi non offert,quod pretendit debere, quam obligationem ſi non
faciat demonſtratur, quòd omnino erat litigaturus etiam re-
ſpectu partis uerè debite.*
42 *Procurator ut poſſit facere incidere dominum in pęnam, requiri-
tur ſpeciale mandatum.*

CON-

## CONSILIVM LXXI.

VIſo proceſſu vnà cum ſententia lata in fauorem magnifici domini Baldaſaris Fontanę, & contra magnificum dominum Franciſcũ de Albertinis, prima facie dicendum videtur proceſſum prædictum in multis peccare, atque ideo ſententiam ipſam nulliter, &
1 inualidè latam fuiſſe.† Quod primò demonſtratur ex defectu ſatiſdationis requiſitæ ab actore per eum de proſequenda lite, & de reficiendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ, iuxta auth. generaliter, C. de epiſ. & cler. † & ante li-
2 tem conteſtatam prout eo tempore petenda eſt cùm ſit dilatoria, vt per Cuman. in conſi. 102. col. pen. in fin. & Alex. in conſi. 37. colum. 1. vol. 2. per text. in l. Pomponius, §. ratihabitionis, ff. de procuratoribus † vbi Paul. de Caſt. no-
3 tat, quod omnis ſatiſdatio iudiciaria ante litem conteſtatam peti debet, & non poſt. Cùm igitur ſatiſdatio ipſa præſtita non fuerit iuxta diſpoſitionem legis, meritò ſequi videtur, quòd proceſſus in hoc capite peccare videtur, & ideo, quòd ſententia ipſa non fuit legitimè lata.
4 Secundò dictus † proceſſus redditur nullus, quia factus reperitur cum perſona minus legitima, & carente mandato, l. licèt. vbi docto. C. de procuratoribus. quia procuratoria poteſtas eſt de ſubſtantialibus iudicij, & proceſſus, vt inquit Innocent. in c. cùm iure peritus, ff de offic. deleg. Guid. Pap. in conſi. 84 colum. 1. Nam in quacunque materia primo quærendum eſt de perſonis, l. ſi quæramus, ff. de teſta. inſti. de iure perſ. in princi. Et adeò hoc
5 eſt verum, † quod ſi ſuperior tolleret communem exceptionem, & apponeret clauſulam, ſupplentes omnem defectum, adhuc poteſt opponi contra perſonam, in cuius fauorem reſcribitur, quod non ſit legitima, aut habilis ad actum de quo agitur, vt tradit Dec. in cap. ex parte, lo ſecondo, ff. de offic. deleg. quem ſequitur Crau. in conſil. 104. in princ. Facit etiam, quod no. gloſſ. & communiter Scrib. in l. 2. C. de edict. diui Adria. tollend. vbi legiti-
6 matio perſonæ etiam fieri † debet in iudicio quantumcunque ſummario. Quod etiam voluit Alexan. in conſil. 59. col. 1. volum. 1. Iaſ. in rubrica. C. qui admit. Petr. G. in ſing. 23. Mar. in l. ſi quis nec quæſt. ff. de quæſt. & Crau. in alleg. conſi. 104. in prin.
Tertio ex alio capite proceſſus ipſe redditur nullus: quoniam per actorem non fuit præſtitum iuramentum calumniæ requiſitum per eum in iudicio, quo caſu ſequi-
7 tur communis doctorum ſententia, † quòd omiſſio huiuſmodi iuramenti reddit proceſſum nullum, & ſententiã, cum tunc dicatur omiſſum vnum de ſubſtantialibus iudicij. Ita Bar. & alij in l. pupillo, §. qui opus, ff. de no. openun. Alexan. & alij in l. qui bona, §. ſi alieno, ff. de damno infec. Iaſ. in l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. qui iuſiu-
8 ran. de iureiu. † vbi inquit, quòd cauti aduocati quando reſpondet libello, & negat narrata prout narrantur, poſteà petunt in fine iurari de calumnia, nec vlterius inſiſtunt, quia ſi poſteà omittatur, redditur totus proceſſus nullus ſecundum Iac. Butr. in l. 2. §. ſed quia veremur, C. de iureiu. propter calum. Pau. de Caſt. in l. vniuerſa, in fin. C. de precibus Imper. offer. Guid. Pap. conſ. 2. & conſ. 84. col. 2. Gomeſ. in §. item ſi quis poſtulante. nu. 32. in fin. de actio. Quod dictum ampliat Alex. in d. §. ſi alieno, nu. 4.
9 † locum habere etiam in ſummarijs. Idem voluit Ro. in deciſ. 620. in antiquis, vbi refert, quòd ita ſeruat ſacrum palatium. Notant etiam docto. in cap. 1. de iuram. calum.
10 in 6. & Cur. iun. in l. 2. § ſed & iudices, C. eod. tit. † Et in tantum iſtud eſt verum, quòd non valet conſuetudo vel ſtatutum, quòd iuramentum calumniæ poſſit expreſsè, remitti, quia eſſent contra publicam vtilitatem, & irrationabilia, cùm hoc fuerit inductum fauore veritatis, & ad excludendam calumniam hominum, dicto §. ſed quia veremur, vt de conſuetudine, vt eſt tex. expreſſus in capit. cęterum. de iuramen. calum. & in cap. conſtitutis de fideiuſſoribus. Pract. Papienſ. in forma actionum realium. in verbo. per ſacramentum calumniæ prope finem. Roman. ſing. 423. Matheſ in ſingu. 65. Guid. Papa in citato conſil. 2. col. 2. Et de ſtatuto not. Iaſ. in d. §. qui iuſiuran. Et de v-
11 troque Soc. iun. in conſi. 59. col. fi. volu. 2. † Imò plus dicitur, quod prædictum iuramentum calumniæ eſt tantæ importantiæ, & effectus, quod ille qui recuſat iurare perdit cauſam, vt ſingulariter dixit Ang. Inſt. de pœna teme. litig. in prin. colum. 2. verſi. aduertas. Quod dicit perpetuò menti tenendum, & quod nunquam exeat mentem tuã. Hoc etiam tenuit Prac. Pap. vbi ſuprà, & Marſi. in ſingul.
12 252. † Et ideo cum dictum iuramentum coram iudice petitum, præſtitum non fuerit, videtur dicendum, quod vitiatur proceſſus, & ſententia tanquam acceſſoria, vt in d. c. 1. in verbo propter omiſſum, de iur. cal. in 6. & Pract. vbi ſupra. ac Iaſ. in d. §. qui iuſiurandum, col. 1. Matheſ. in ſing. 64. & 65. Thom. Ferra. in cautela ſuá 12. & Guido Papa in allegato conſi. 2. col. 2. & Soc. iun. conſ. 59. colum. 2. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem.
13 Quartò redditur † nullus dictus proceſſus, quia factus lite non conteſtata, quæ quidem litis conteſtatio eſt de ſubſtantialibus iudicij, c. primo, & ſecundo, & capi. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt. Bar. in l. prolatam, C. de ſenten. & interlocutio. om. iud. Alex. conſ. 2. col. 3. vol. 3. Socin. conſi. 96. col. 1. vol. 1. vbi inquit de hoc eſſe caſum apertum in cap. vnico, de lite conteſt. vbi Papa pronunciauit proceſſum irritum propter defectum litis non conteſtatæ. Et pariter hanc eſſe communem atteſtatur idem Soc. in conſi. 47. col. 2. in prin. vol. 4. Dec. in conſi. 302. col.
14 ſecunda in fi. & in conſil. 483. colum. 1. † Et adeò de ſubſtantia iudicij eſt ipſa litis conteſtatio, quod neque per iudicem, neq; de conſenſu partium tolli poteſt, vt in auth. offeratur, C. de lit. conteſt. vbi per doct. & in l. 1. ff. de ferijs, ibi, neq; enim Prætoris factum iuri derogare. Alex.
15 in conſi. 82. col. 1. volu. 3. † vbi etiam concludit hoc adeo eſſe verum, quod etiam ſi iudex in lite ordinaria pronunciat eſſe procedendum lite nòn conteſtata, vel pronunciat illam conteſtatam, quòd ex tali pronunciatione pro-
16 ceſſus non validatur. † Vnde cum proceſſus ex cauſa dicti defectus litis non conteſtatæ reddatur nullus, ita etiam ſententia nulla, vt per Soc. in d. conſi. 96 colum. 1. & Affl. deciſ. 283. colum. 2.
Quintò vltra præmiſſa reſpicientia validitatem, vel in-
17 ualiditatem ipſius proceſſus, dicitur, † ꝙ ex quo ipſe dominus actor petijt plus debito ſcuta centũ, quod incidit in pœnam amiſſionis iurium ſuorum, iuxta l. vnicam. C. de plus peti. vel in pęnã de qua in §. plus autẽ, inſt. de act.
Quibus non obſtantibus, contrariam ſententiam de iure in terminis noſtris veriorem eſſe arbitror. Et pro fundamento præmitto vnum, quod eſt in iure veriſſimum,
18 † quod ſententia in dubio præſumitur iuſta, vt in c. cum inter. de re iud. Alex. in conſi. 63. nu. 12. volu. 4. & in conſil. 164. nu. 4. volu. 7.
Qua concluſione ſtante, non obſtant ea quæ ex aduerſo adducta fuerunt, quibus reſpondetur. Et primò non obſtat, quod ſatiſdatio de proſequenda, & lite de reficienda expenſis in caſu ſuccumbentiæ non fuerit præſtita;
19 quia tribus modis reſpondetur, † Et primò, ꝙ talis ſatiſdatio abijt in diſſuetudinem, & ab aula receſsit, vt latè per glo. Bal. Bart. Sal. & Pau. de Ca. in d. auth. generaliter. Pau de Caſt. in rubr. C. de ſatiſda. Angel. in §. ſed hodie. in prin. Inſt. eod. tit. & in §. ſed æquè. col. 6. in prin. verſi. 27. Inſt. de excep. Rapha. Cuma. in conſi 102. colum. 2. in fi. Pau. de Caſt. in conſ. 407. ſecundum antiquam impreſſionem. Alex. in conſi. 37. col. 1. vol. 2. Pract. Pap. in for. reſpon. rei in verbo debite ſatiſdare. Soc. in c. 2. art. 14. concluſione 6. de libel. obla. Crau in conſ. 325. in prin. Et hoc adeo verum eſt, quod dixit Bar. in d. auth. generaliter, ꝙ iam vidit poſtulari iſtam ſatiſdationem, & non potuit obtineri. Idem dixit Spec. in titu. de ſatiſda. §. 1. circa finem. vbi in gloſ. in verbo valente, inquit, quod Tancred. dixit audiuiſſe Azon. ſic dicentem, & ꝙ Pi. & Tancred. dixerunt, quod tempotibus ſuis illas præſtari non viderunt.
20 Nec obſtat, † quod de tali conſuetudine nõ conſtat, & pro qua non præſumitur, niſi probetur, cum conſiſtat in facto, vt per Barto. in l. 2. q. 27. C. quæ ſit long. conſue. quæ multum difficilis eſſe videtur ſecundum Bar. in l. de qui-
21 bus, ff. de legibus, † quia reſpondetur, quod ſatis probata videtur ipſa conſuetudo per aſſertionem tot illuſtrium doctorum, ita eſſe aſſerentium, & dicentium, vt per Pau. de Caſt. in conſi. 458. in fi. volu. 2. & Soc. in conſi. 252. col. 7. volu. 4. Et poſito, ꝙ hæc ſententia dubia videatur, quo
22 ad plenam probationem, † tamen videtur, ꝙ talis aſſertio doctoris ſuper conſuetudine inducat talem præſumptionem, cui ſtandum ſit donec contrarium probet. Ita Bar. in l. de quibus, in 4. q. prin. col. 8. in fin. & Goz conſil. 59. col. 4. in princ. Et hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Cur. iun. in conſ. 60. col. 4. & Crau. in conſi. 166. num. 9. & vbi etiam in aſſertione vnius doctoris tantum dubitari poſſet, tamen ſtante dicto tot excellentiſsimorum

rum patrum res videtur ſine dubio per ea quæ not. Cur.
23 ſen.in conſ.74.col.24. vbi inquit † quod communis vſus loquendi probari non debet, quando plures illuſtres do-
24 ctores de eo atteſtantur.† Et ita in terminis noſtris dixit Craue.in conſil.325.col.2.

Secundo reſpondetur quod omiſſio talis ſatiſdationis, circunſcripta etiam conſuetudine de qua ſuprà non vitiat proceſſum ſecundum Bal.in d.auth.generaliter.ver.
25 quintò quæro. † quia ordo iudicij non conſiſtit propriè in præparatorijs iudiciorum. Vnde quicquid omittitur præparatoria, præter libellum, non vitiat proceſſum. Alegat not.per Spec.in proœ.in tit.de præpar.iud. & id ꝙ not.Bar.in l.ſi quæramus, ff.de teſta. quod dicit menti tenendum. Et Bal.ſequitur Cuma.in conſ.102.ver.ad quartum & Alex.in citato conſi.37.col.1.

Tertiò reſpondetur, quod ipſa ſatiſdatio poſito, quod
26 debuiſſet præſtari non habet vitiare proceſſum, † cùm non fuerit petita ante litis conteſtationem prout eo tempore petenda erat, vt per Pau.de Caſt.in d.§.ratihabitionis.ac Cuma.& Alex.vbi ſuprà.

Non obſtat ſecundum argumentum, quia reſponde-
27 tur † ꝙ licet mandatum non fuerit productum in principio litis, tamen fuit productum ante concluſionem in cauſa, ꝙ ſufficere videtur, cap.cum dilectus de fide inſtru. Fulg.in conſ.139.col.2.Alex.conſ.101.col.fi.vol 2. conſil. 72.in prin.vol.4.& in conſi.101.col.fi.in prin.vol.5.Dec. in c.quoniam contra.col.pen. de probationibus.

28 Secundò reſpondetur, † quod etiam dato, ꝙ mandatũ fuiſſet productum poſt concluſionem in cauſa, tamen ꝙ valeret ipſa productio in caſu de quo agitur, cum illud verbo prius ante concluſionem in cauſa exhibitum fuerit, vt in terminis decidit Pau.de Caſt.in conſi.17. ſecundum antiquam impreſſionem. Pro cuius confirmatione facit quod voluit Bald.in cap.1.in princi.de fide inſtrum.
29 † vbi inquit, quod ſi infra terminum peremptorium datum ad producendum inſtrumenta ſit productum exemplum, & poſt terminum producatur originale, confirmatur productio exempli, & videtur probatum intra terminum, argu.l.donante, §.ſi ſponſus, ff. de don. inter vir.& vxo.quod dicit eſſe notandum. Et Bal.ſententiam ſequitur Feli.in c.licet cauſam, col.12. verſic.limita quintò. de prob.Dec.in conſi.464 colum.3.& in conſil.539. colum. 3.Marſ.in ſing 113. & Pari.in conſ.54. num.16 volum.3. Accedit etiam quod tradunt Bar.& alij in l.damni, §.Sa-
30 bini, ff.de damn.infec.† vbi dictum teſtis trahitur ad diẽ iuramenti, poſito ꝙ die illa teſtis non fuerit examinatus. Quod dictum etiam ſequitur Marſ. in d.ſing. 113.

31 Tertio reſpondetur, † quod ex quo ſumus in cauſis ſummarijs conſiderato reſcripto cauſæ, vt infra dicetur, quòd talis productio, & probatio poſt terminum facta, valet & tenet.

32 Ad tertium reſpondetur, † quòd licet dictum iuramentum calumniæ inſtante parte poſt concluſionem in cauſa non poſſit præſtari ſecundum gloſſ. in capi.ex literis, de iureiuran.& Feli.in cap.cùm dilectus, nu 5.de fide
33 inſtrumen. † licet ſecus ex officio iudici, etiam inuita parte, vt per Bal.in l 1.col.fi.& in l.ij.§.ſed quia veremur, C.de iuramento calumniç, & Capel.Tholo.108.Alexan. in d.§.ſi alieno.nume.14. ac Iaſ.in d.§.qui iuſiurandum,
34 col.1.& Cur.iun.in d.l.2.§.cum & iudices. † tamen illud procedit in cauſis plenarijs, non autem in ſummarijs, in quibus ad inſtantiam partis, etiam poſt concluſionem in cauſa præſtari poteſt prædictum iuramentum calumniç, vt dixit Gemin.in c.j.de iur.calum.in 6. & Capel.Tholo. vbi ſuprà in add.in fi.

Non obſtat pariter quartum argumentum, quia reſpõdetur, ꝙ etſi præmiſſa concluſio ſit vera, quod vitientur proceſſus, & ſententia, quando lis non fuit conteſtata,
35 † tamen, quod ea limitatur non procedere vbi ex forma ſtatuti proceditur ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, prout in caſu de quo agitur, iuxta no.in cle. ſępe.de verbor.ſigni.& in clem.diſpendioſa. de iudi.quia tunc requiritur litis conteſtatio. Bald.in auth. offeratur, C.de lit.conteſt.Alex.in conſi 181.col.2.vol.6.& in conſ. 70.in prin. vol.7. Aret.conſi.30.col.fin. & in conſ.73.col. 2.in fi.Affl.in deciſ.283.col.2.circa fin.Guid.Pap. in q.58. Soci.in allegato conſ.99.col.2. Marſi.in ſing.102. & Ripa in l.naturaliter, §.nihil commune, num.181. ff.de acquir.
36 poſſeſ.† Et ratio eſt, quia in cauſis ſummarijs primus actus qui fit habet vim litis conteſtatæ. Abb.in cap.pen.in fi.de iudic. Alex.in d.§.nihil commune. in vlt.col.& in l. nulla, C.de procur.Feli.in c.inſinuante.in fi. de off.deleg.
37 Nec mirum, quia etiam videmus, † quod in cauſis vbi proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, nõ requiritur libellus, vt per Alex. in conſi.138.col.1.vol.7.& Marſ. in citato ſing.102. Item
38 † nec excuſſio, vt per Marſ.in rubr.ff.de fideiuſſ.num.12.

Non obſtat vltimum argumentum, quia reſpondetur, quod per pluris petitionem actor non dicitur incidiſſe in
39 pœnam amiſſionis iurium, † quia vt quis cadat a iure ſuo ob pluris petitionem, duo copulatiuè requiruntur, Quorum primum eſt, quòd cautionem ſeu obligationem a debitore plus debito exegerit. Secundum quod plus debito doloſè exegerit. Ita Bart.& alij in d.l vnica gloſſ. & doc.in c.vnico.eo.tit.Bar in l.ſi ſeruus, §.bonæ, in fi.ff.de cond.furt.Alex.in conſi.73 col.3..verſi. tertiò principaliter.& in conſi.83.col.2.in princ.vol.6. Soc.in reg. ſua 44. Sed hæc duo minimè probata comperiuntur, licet deducta fuerint, ergo dicere non poſſumus ſtante communi opinione de qua ſuprà, locum habere poſſit pœna amiſſionis iuris propter pluris petitionem, vt etiam confirmat Craue.in conſi.325.col.4.

40 Secundò dicitur, † quòd ad hoc vt quis propter pluris petitionem cadat à iure ſuo, opus eſt vt conuincatur teſtibus vel ſcriptura, ſecus ſi per confeſſionem ſuam quis fateatur ſe plus debito petijſſe antequam conuincatur, quia tunc cùm locus ſit pœnitentiæ, non habet locum pę na amiſſionis iurium ſuorum. Ita Bar.& alij in d.l.j.Soci. in d. reg.44. in 3. fallen. vbi inquit quòd ita communiter tenetur. Sed in terminis noſtris in libellatis ſuis hic actor ſeu eius procurator dixit, quòd petebat ducẽtos aureos,
41 † paratus deducere eam partem, quæ apparebit legitime ſoluta, quæ clauſula operatur, vt reus in mora conſtituatur ſi non offert, quod prætendit debere, quam oblationem ſi nõn facit, animus ipſius demonſtratur, quod omnino erat litigaturus etiam reſpectu partis vere debitæ. Bar.in l.qui ſolidum.& Imo.de lega.2. ac Paul.de Caſtr. Sali.& Alex.ac Iaſ.in l.properandum, §.ſin autem, C.de iudicijs. Pariſ.in conſi.125 nu.8 volu.1.Mod.in l.non poteſt videri improbus, ff.de reg.iur. & Craue.in d.conſilio 325.columna 4.

Vltimò dicitur, quòd cùm dictus dominus actor nunquam comparuerit in iudicio ad petendum dictum debitum, ſed duntaxat eius procurator, quòd non intelligitur habuiſſe mandatum, vt aliquid faciat vel petat, propter quod dominus incidat in pęnam, l.ſi procurator, vbi Bar. & alij.ff.de cond indeb.Et ita in terminis dixit Alexan. in conſi 73.in 2 col. verſi.quinimò, vel ſexto, quem ſequi-
43 tur Craue.vbi ſupra, † quia vt procurator poſſit facere incidere dominum in pęnam, requiritur ſpeciale mandatum, vt per Felin.in c.1.nu.8.vt lite non conteſta.Pariſ.in conſ.100.nu.7. vol.3. Laus DEO.

## SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens quòd uxore decedente in ſecundo matrimonio maritus ſuccedere debeat in uſumfructum dotis toto tempore uitæ ſuæ abſque contradictione filiorum, ualet.*

2 *Cui licet quòd eſt plus, multo magis licere debet quod eſt minus.*

3 *Statutum diſponens quòd maritus lucretur dotem in præiudiciũ filiorum primi matrimonij ſecundum communem, ualet.*

4 *Argumentum de maiori ad minus affirmatiuè ualet.*

5 *Quod procedit nedum in materia fauorabili, ſed etiam odioſa.*

6 *Statutum prædictum loquens de muliere de Caſali quæ tranſiuit ad ſecunda uota, intelligitur de originaria, quod intellige ut in numero 12.*

7 *Peruſinum qui ſe dicit, uel de Peruſio, intelligitur origine.*

8 *Verbum Lombardia, ſiue de Lombardia, denotat originem.*

9 *Statutum ſi diſponit quod Florentini habeantur pro Peruſinis de proprio ſignificatu denotat originem.*

10 *Statutum propriè debet intelligi.*

11 *Statuti uerba cui non conueniunt, minus nec eius diſpoſitio, & numero 25.*

13 *Statutum faciens mentionem de ciue ſimpliciter, comprehendit etiam habentem ibi domicilium, ubi mens, & ratio ſtatuti ita ſuadeat.*

14 *Repreſaliæ ſi concedantur contra Auenionenſes, capi poſſunt, & Itali, ac Hiſpani ibi habitantes.*

15 *Verba ſunt propriè intelligẽda in materia repreſaliarium quæ eſt odioſa.*

16 *Repreſaliæ conceduntur propter delictum populi, uel ius dicentium.*

*Statutum*

37 *Statutum diſponens quod maritus ſuccedere debeat vxori decedenti in ſecundo matrimonio in uſumfructum dotis fauore matrimonij introductum fuit, ut mulieres uiduæ facilius reperiant uiros.*
18 *Statutum diſponens quod maritus lucretur totam dotem extantibus filijs primi matrimonij conditum fuit fauore matrimonij. ut facilius uiduæ maritos reperire poſſint.*
19 *Ratio eadem ubi militat, ita & iuris diſpoſitio.*
20 *Abſurdi euitandi cauſa ſtatutum loquens de muliere de Caſali, habet locum etiam in incola muliere.*
21 *Omnis abſurdus intellectus fugiendus eſt in legibus & ſtatutis.*
22 *Perſona minus dilecta, non debet eſſe melioris conditionis, quàm magis dilecta.*
23 *Statutum extenditur quando aliàs ſequeretur quòd minus dilectus eſſet melioris conditionis, quàm magis dilectus.*
24 *Abſurdi euitandi cauſa receditur a propria ſignificatione uocabuli.*
26 *Statutum prædictum loquens de muliere de Caſali tranſeunte ad ſecunda uota locum non habet ſi ea tranſierit ad tertia uota, & num. 30. ſed contra, nu. 41.*
27 *Matrimonium tertium propriè non dicitur ſecundum, cum ſecundæ nuptiæ dicantur poſt primas.*
28 *Gradus tertius & quartus non poteſt propriè dicit ſecundus, cum ab eo diſtinguatur.*
29 *Statutum admittens maritum ad uſumfructum dotis uxoris decedentis in ſecundo matrimonio eſt correctorium iuris communis & ſtrictè ac propriè intelligendum. & nu. 52. quod declara ut num. 34.*
31 *Nuptiæ omnes poſt primas ſecundum communem appellantur ſecundæ. & nu. 42.*
32 *Subſtitutiones omnes quæ fiunt poſt primam, dicuntur ſecundæ.*
33 *Electio omnis poſt primam dicitur ſecunda.*
35 *Statuti mens dat eſſentiam ſtatuto.*
36 *Statuti uerba ubi deficiunt deficit & ſtatutum.*
37 *Statum exorbitans a iure communi debet extendi ex identitate rationis ad caſus qui ſublata ſignificatione uocabuli poſſent cõprehendi in caſu expreſſo.*
38 *Statutum excludens ſororem propter fratrem, quamuis ex uerbis non comprehendantur ſorores & fratres patrueles tamen ex mente & ratione ſtatuti extenditur ad eos.*
39 *Ea quæ ſunt eiuſdem rationis includuntur ſub diſpoſitione ex ſignificatione, ideſt tanquam expreſſa propriè & non tacitè.*
40 *Caſus idem dicitur quando eſt eadem ratio & mens.*
43 *Mens & ratio eſt anima diſpoſitionis, & illa potius attendenda eſt, quam uerba, quæ ut corpus iudicantur.*
44 *Ratio & mens eſt prima in intentione diſponentis.*
45 *Ratio omnimoda ubi eſt in caſu non expreſſo in ſtatuto, quæ eſt in expreſſo, tunc caſus non expreſſus dicitur uenire ex mente ſtatuti, non autem ex extenſione.*
46 *Ratio eadem ubi eſt non dicitur quis extendendo nouum caſum addere, ſed quod in primo caſu in ratione includebatur ſecundum æquitatem detegere ſiue declarare.*
47 *Lex dicitur omne quod in ratione conſiſtit.*
48 *Lex quando exprimit aliquem caſum ratione frequentoris uſus, non tamen per hoc uidetur excludere alios caſus minus frequentes.*
49 *Glo. in l prima, C. de rap. uirg imponens pœnam uiro rapienti mulierem, habet locum etiam in muliere rapiente uirum, quia caſus de uiro fuit expreſſus ratione frequentioris uſus.*
50 *Statutum de quo ſupra in principio locum non habet ſi mulier tranſiens ad tertia uota moriens condidit teſtamentum.*
51 *Statutum loquens per uerbum ſuccedere importat ſucceſſionem ab inteſtato ſi mulier non fecerit teſtamentum uel ex teſtamento ſi inſtituatur maritus, non autem contra uoluntatem mulieris, & nu. 54. Sed contra nu. 58. 60. 61. & 63.*
52 *Statutum diſponens, quòd moriente uxore ſine liberis maritus lucretur dotem, uel habeat dotem, locum etiam habet condito teſtamento.*
53 *Verbum ſucceſſio prolatum à lege intelligitur de hæreditate proueniente ab inteſtato, non ex teſtamento.*
55 *Statutum diſponens, quod filia dotatam extantibus maſculis nõ ſuccedat, reſtringitur ut non ſuccedat præter uel contra uoluntatem defuncti, ſecus ſi ſecundum eius uoluntatem.*
57 *Statutum reduci debet ad concordiam cum iure communi.*
59 *Verbum ſuccedere de quo in auth. præterea, C. unde uir, & uxor ſecundum communem, intelligitur etiam ex teſtamento.*
62 *Statutum quando deuiat a iure communi non intelligitur ſecundum iùs commune.*
64 *Statutum correctorium iuris communis licet ſtrictè ſit intelligendum, tamen quando ſtatutum eſt fauorabile fit extenſio ex paritate rationis de ſtricta ſignificatione uocabuli ad latam.*
65 *Statutum diſponens, quòd cauſæ inter agnatos debeant compromitti cum ſit fauorabile comprehendit & emancipatos, & natos ex eis, quia largo modo dicuntur agnati.*
66 *Regula quæ habet, quod ſtatuta debent propriè, & ſtrictè interpretari limitatur ut locum non habeat in materia fauorabili.*
67 *Diſpoſitio l. ſi alterius, C. ſi min. ſe maiorem dix. tanqnam fauorabilis ex identitate rationis extenditur.*
68 *Extenſio fit in exorbitantibus de caſu ad caſum in materia fauorabili, etiam ſi in caſu expreſſo ſit potentior ratio, quàm in alio.*

## CONSILIVM LXXII.

STatuto Ciuitatis Caſalis diſponitur, quòd ſi aliqua mulier de Caſali quæ habuerit alium maritum, volens ad ſecunda vota tranſire deceſſerit eo viuente, quòd maritus ſuccedere debeat dictæ vxori in dotem, ſic quod dictam dotem teneat, & vſumfructum dotis toto tempore vitæ ſuæ percipere debeat abſque contradictione filiorum vel parentum ipſius. Quo ſtante accedit, quòd magnifica D.P. mortua eſt, relicto magnifico D.R. eius tertio viro condito prius per eam teſtamento, in quo filios ſecundi, & tertij matrimonij æqualiter vt ſequitur ex ipſo teſtamento, inſtituit. Exinde orta fuit differentia inter D.R. maritum dictæ D.P. & D.B. filium ſecundi matrimonij, quia maritus vigore dicti ſtatuti prætendit pro vita ſua ſuccedere debere in vſufructu bonorum dotalium dictæ D.P. exiſtentium in territorio Caſalenſi. Ex aduerſo vero dicitur ipſum non debere ſuccedere. Primò quia dictum ſtatutum non valet. Item etſi valeat, tamen, quòd locum non habet in præſenti caſu in quo dicta D.P. non erat originaria Caſalis, licet ibi domicilium habuerit per plures annos. Tertiò quia ſtatutum prædictum loquitur de marito accipiente in vxorem mulierem quæ tranſiuit ad ſecunda vota, non autem ad tertia. Item, & vltimò, quòd ceſſantibus omnibus ſupradictis, ſtatutum de quo ſupra locum habere non poteſt quando conditum fuit teſtamentum per mulierem, ſed ſolum quando vxor deceſſit inteſtata, vel inſtituit maritum. Vnde videndum reſtat quis ipſorum iuſtius induat arma. Omiſſo igitur longo apparatu verborum, accedendo ad primum articulũ
1 breuiter dicitur, † quòd huiuſmodi ſtatutum valeat,
2 † quia cui licet, quòd eſt plus, multo magis debet licere,
quod eſt minus. regula, non debet cui plus de reg. iur. ca.
cui licet de regu. iur. in 6. Docto. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, ff. de
verb. obli. Pariſ. conſilio 107. numero 82. volum. 3. Et ideo
videmus, quòd ei qui poteſt agere, fortius datur exceptio, quia plus eſt agere, quàm excipere. Ita Bert. in conſi.
3 119. num. 5. volum. 2. † Sed ſtatutum admittens, quod maritus lucretur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij, valet, vt inquit Bal. & Pau. in l. j. C. de inoff. don.
Bal. in l. hac edictali, C. de ſecundis nup. Brun. in trac. excluſ. fœm. in primo articulo, quęſtio. 4. in fi. Soc. in conſil.
52. col. 1. vol. 3. vbi aſſerit hanc eſſe communem. Par. conſilio 91. nu. 16. volum 3. Ruy. in conſi. 64. num. ij. volum. 3.
& latiſſimè per me in lib. de lucro dotis, q. 26. ergo multò
fortius valere debet ſtatutum de quo agitur, in quo permittitur marito ſuccedere in ſolo vſufructu doti toto tẽpore vitæ ſuæ, arguendo a maiori, & fortiori iuxta auth.
4 multò magis, C. de ſacroſanct. eccle. † nam arguere de
maiori ad minus affirmatiue admittitur, vt eſt gloſſ. in ca.
5 in literis, de reſt. ſpol. † & non ſolum in materia fauorabili, ſed etiam odioſa, vt per Bart. in l. nec in ea. ff. de adulter. Dec. conſi. 76. col. fin. quem ſequitur Gozad. in conſil.
6. num. 52. alibi idem Dec. in conſi. 605. col. fin.
Quod ad ſecundum, prima facie videretur dicendum
6 † quòd ex quo ſtatutum loquitur de muliere de Caſali
quæ tranſiuerit ad ſecunda vota, & ſic de originaria Caſalis, quod ſtatutum prædictum verificari non poteſt in
caſu de quo agitur: quia D.P. nata non eſt in Ciuitate Caſalis, ſed alibi, licet domicilium in ea haberet tempore
quo ad vlteriores nuptias acceſſit, nam verbum de Caſali importat originem, & reſpicit originarios, & non incolas, vt per Barto. in l. j. ff. de tuto. & curato. dat. ab his,
7 † vbi inquit, quòd eo ipſo, quod dico me Peruſinum, vel
de Peruſio, intelligitur ſcilicet origine. Idem dixit Paul.
de Caſt. in l. ſi eadem, in fi. ff. de aſſeſſo. Alex. in conſi. 116.
8 colum. fin. vol. 6. † vbi verbum Lombardus ſiue de Lombardia denotat originem gloſſ. in l. ſed, & reprobari. in
verbo Comaneus. vbi Bald. ff. de excuſa. tuto. Bald. in l. ſi-
9 ue poſſidetis, C. de probatio. colum. 3. † vbi inquit, quòd ſi
ſtatu-

ſtatutum diſponit, quòd Florentini habeantur pro Peru-
ſinis, de proprio ſignificatu denotat originem. Idem vo-
luit, Rip. in rub. ff. ſolu. matri. vbi poſt Aretin. in conſi. 77.
col. 1. dicit tantum eſſe dicere de ciuitate Peruſij, quan-
tum de Peruſio, & vtroque caſu propriè comprehendi-
tur originarius. Cùm ergo D. P. non ſit orta in ciuitate
10 Caſalis, † & ſtatutum propriè debet intelligi de origi-
naria de Caſali, vt not. in l. 3. §. hęc verba, ff. de nego. geſt.
meritò ſequitur, quod maritus non debet conſequi lu-
11 crum vſumfructus dotis toto tempore vitæ ſuæ. † quia
cui non conueniunt verba ſtatuti, minus etiam conuenit
illius diſpoſitio l. 4. §. toties, vbi Barto. & alij, ff. de damno
infec. Soc. conſi. 23. nu. 4. vol. 4.

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium eſt de iu-
re verius, quoniam licet præmiſſa concluſio ſit vera, quod
12 verbum de Caſali proprio denotet originem, † tamen
ea limitatur locum con habere vbi mens, & ratio ſtatuen
tium aliud ſuadeat, quia tunc attenditur mens ipſa, & ra
tio, & non verba, vt probatur in c. ſtatutum, §. cum vero,
in gloſ. in verbo, eiuſdem de reſcrip. in 6. per quam gloſ.
13 dixit ibi Gemini. † quod ſtatutum faciens mentionē de
ciue ſimpliciter, comprehendit etiam ibi habentem ſim-
pliciter domicilium, hac ratione, quia illa gloſſ. loquitur
in caſu illius capituli, vbi materia ſuper qua diſponitur
ex mente vel ratione ſcripta in ea etiam illum compre-
hendit. Fuit enim ratio ne litigantes abſtraherentur a ſe
de propria, & familia cum incommodo, & expenſis, quæ
ita militat in habentibus domicilium, ſicut in ciue. Et cū
Geminiano pertranſit Areti. in allegato conſi. 77. colu. 1.
Hoc etiam vult Ripa. in rubr. ff. de ſolu. mat. ver. præmiſſa
14 inducuntur ad plures quæſtiones. † vbi quærit an conceſ-
ſis repreſalijs contra Auenionenſes, capi poſſint Itali, &
Hiſpani ibi habitantes. Et primo arguit, quod non. quia
Itali, & Hiſpani habitantes non ſunt propriè Auenionen-
15 ſes. † & in materia repreſaliarum odioſa verba ſunt pro-
priè intelligenda, l. 1. §. ſi is qui nauem, ff. de exercito, ta-
men poſtea determinat contrarium cum Bar. Gem. Aret.
16 & Soci. ibi per eum citatis. Et ratio eſt, † quia repreſaliæ
conceduntur propter delictum populi, vel ius dicentium
ſecundum Bartol. in l. prouinciales, ff. de verb. ſignifi. quæ
ratio concedendarum repreſaliarum ita militat contra
incolas tantum quantum contra originarios, cum om-
nes ſint de populo, §. plebem. Inſti. de iure natu. Si ergo
propter rationem receditur à propria ſignificatione, er-
go idem dicendum in terminis quæſtionis noſtræ, cum
ratio quæ militat quando maritus accepit in vxorem mu
lierem de Caſali tranſeūtem ad ſecunda vota, quæ ſit or-
ta Caſali, ita locum habeat quando per virum dicitur
mulier tranſiens ad ſecundas nuptias, quæ non ſit origi-
17 naria Caſalis, ſed incola. † Ratio enim ſtatuti eſt illa, de
qua per Paul. de Caſtr. in l. j. C. de inoff. teſtam. dot. vt fa-
cilius vxores viduę reperiant maritos. Nam dicit Paul.
18 † quod ſtatutum diſponens, quod maritus lucretur totā
dotem extantibus filijs primi matrimonij, valet, & hoc
introductum fuit fauore matrimonij, vt facilius viduæ
reperire poſſint maritum, quod vtilitatem publicam re-
ſpicit, l. j. ff. ſol. matr. quod equidem etiam admittitur per
Dec. in conſi. 19. colum. 4. verſi. primo. Pariſ. conſi. 91. co-
lum. ſecunda, & Alciat. in tract. præſumptio. in j. reg. præ-
ſump. 8. nume. 6. vbi tradit hoc factum fuiſſe iuſta, & ra-
tionabili cauſa, vt viduæ citius reperiant maritos, quas
(vt communiter) propter onera liberorum primi matri-
monij, niſi cum maxima difficultate viri in vxores duce-
19 re volunt. † vnde cum hæc ratio ita militet in caſu in quo
maritus accipit in vxorem incolam Caſalis ſicut origi-
nariam, merito ſequi debet ex præmiſſis, quia eadem eſ-
ſe debet iuris diſpoſitio, l. illud, ff. ad l. Aquil. & ſic, quod
maritus debeat habere vſumfructum dotis toto tempore
vitæ ſuæ.

20 Secundò reſpondetur, † quòd licet non ſit originaria
Caſalis D. P. quæ tranſiuit ad ſecunda vota, tamen, quod
ſtatutum ita militat quando incola mulier tranſit ad ſe-
cundas nuptias ſicut ſi orta fuiſſet in ciuitate Caſalis ra-
tione abſurdi euitandi, l. nam abſurdum, ff. de bon. liber.
21 Clem. ij. de magiſtr. † Nam omnis abſurdus intellectus
fugiendus eſt in legibus, & ſtatutis, vt per Alex. in conſil.
83. colum. 2. volum. 2. per l. ſcire oportet, §. aliud, ff. de ex-
cuſ. tuto. quem ſequitur Marſ. in conſi. 16. nu. 45. Sed ſi ve-
rum eſſet. quod non haberet locum ſtatutum quando ma
ritus accepit in vxorem incolam Caſalis, quæ tranſiret
22 ad ſecunda vota, † ſequeretur, quod eſſet deterioris con-
ditionis, & minus dilecta perſona originaria quæ tranſi-
uiſſet ad ſecundas nuptias ſi eſſet orta Caſali, quam ſi eſ-
ſet incola, quod vtique non eſt dicendum, quia eſſet con-
tra, l. Publius §. fin. ff. de condi. & demon. l. ſi viua matre,
C. de bon. mater. & contra no. per dominum meum Ruy.
23 in conſ. 43. num. 7. vol. 3. † vbi inquit, quod ſtatutum ex-
tenditur, quando alias eſſet irrationabile, vel quando
alias ſequeretur abſurdum, quod minus dilectus eſſet
melioris conditionis, quàm magis dilectus. Quod autem
eſſet deterioris conditionis, probatur: quia ſi non habe-
ret locum ſtatutum prædictum in marito accipiente in-
colam tranſeuntem ad ſecunda vota, ſequeretur, quòd di
cta mulier per mortem ipſius haberet hæredem ab inte-
ſtato, nedum in dote, ſed in vſufructu, quod ſecus eſſet
quando orta in ciuitate Caſalis tranſiret ad ſecundas nu
ptias, quia eo moriente non haberet hæredem niſi in pro-
prietate: & ideo ratione dictæ abſurditatis euitandæ con-
cludendum reſtat, quòd ſtatutum prædictum etiam veri-
ficetur in caſu in quo maritos accepiſſet incolam tranſeū
tem ad ſecunda vota relictis liberis ex primo matrimo-
24 nio. † Et quod ratione abſurdi euitandi recedatur à pro-
pria ſignificatione vocabuli, hoc etiam voluit idem Ruy.
in conſi. 141. nu. 3. vol. 3.

Deuenio ad tertium, in quo primo quidem aſpectu vi-
detur dicendum, quod vigore ipſius ſtatuti maritus ha-
bere non debeat vſumfructum dotis vxoris defunctę, quę
ad vlteriores conuolauit nuptias relictis filijs ex primo
25 matrimonio, † quoniam cui non conueniunt verba ſtatu
ti, minus conuenit eius diſpoſitio, l. 4. §. toties, ff. de damn.
infec. Soci. conſi. 24. nume. 5. volum. 4. Pariſ. conſil. 59. nu-
26 mero 36. vol. 3. & in conſi. 39. nu. 26. volum 4. † Sed ver-
ba ſtatuti loquuntur de marito qui accepit vxorem quæ
tranſiuit ad ſecunda vota, & non de eo qui accepit vxo-
rem quæ tranſiuit ad tertia vota, vt in caſu præſenti, ergo
27 &c. † quia tertium matrimonium propriè non dicitur ſe
cundum, cum ſecundæ nuptiæ dicantur poſt primas, l. 1.
in prin. ff. de grad. & in ſtatutis verba propriè ſunt intelli
genda, l. 1. ſi is qui nauem. vbi Bart. ff. de executio. & Par.
28 conſil. 22. num. 16. volum. ij. Item facit, † nam tertius, &
quartus gradus non poteſt dici propriè ſecundus, quia ſe-
cundo diſtinguitur, vt in titulo, de grad. §. 1. 2. 3. & 4. & in
proæmio ff. vbi dicitur de primo anno, 2. 3. 4. & 5. ac per
29 Dec. in rubri. C. de ſecundis nuptijs, col. ſecunda. † cum
ergo ſtatutum prædictum ſit correctorium iuris commu-
nis, quia ſoluto matrimonio per mortem vxoris dos de-
bet redire ad hæredes vxoris vt in l. fin. C. ſol. mat. & in l.
dos, C. eo. tit. & ſtrictè ac propriè intelligendo merito ve-
nit reſtringendum ad terminos ſecundarum nuptiarum,
de quibus loquitur, & non ad vlteriores nuptias, l. quod
vero, ff. de legibus Docto. in l. ſi conſtante, ff. ſol. matr. & in
terminis de lucro dotis ita voluit Pariſ. in conſilio 62. nu-
mero 25. volum. 4.

30 Quibus non obſtantibus † contraria ſententia eſt de
31 iure verior, † quia omnes nuptiæ poſt primas appellan-
tur ſecundæ, vt in terminis dixit glo. in rubric. C. de ſecū-
dis nuptijs. quam ibi ſequuntur Cyn. Bar. & communiter
alij, gl. in l. ſi quis prioris, §. talem, in verbo ſecundo taro.
vbi Bald. & Salic. C. eodem titu. Rip. in rubr. ff. de vulgar.
32 & pupilla. † vbi etiam inquit, quod omnes ſubſtitutio-
nes quæ fiunt poſt primam dicuntur ſecundæ, adducens
etiam ad hoc text. in c. Cleros, 21. diſtinct. & gloſſ. pen. in
33 ca. cum Vintonenſis. de elect. † vbi omnis electio poſt pri-
mam dicitur ſecunda. Nec obſtat, quod ſtatutum prædi-
ctum tanquam correctorium ſtrictè, & propriè intelligi
debet, & ſic de ſecundis nuptijs, & nō extendi ad tertias:
34 † quoniam id admittitur niſi ratio ſtatuti, & mens eius
35 repugnaret verbis, † quia eo in caſu mens ſtatuti quę dat
eſſentiam ſtatuto, vt per Par. conſi. 22. num. 52. volu. ij. &
ipſius ratio attendi debet, ac illius diſpoſitio extendi ad
alium caſum, qui ſublata ſignificatione vocabuli veni-
ret, vt per Gem. in c. ſtatutum, §. cum vero. de reſcript. in
6. & Areti. in conſi. 77. colu. j. ac dominum meum Ruy. in
36 conſi. 43. nume. 9. volu. 3. † vbi inquit, quod vbi deficiunt
verba ſtatuti, deficit, & ſtatutum, & ad caſus non deciſos
non extenditur, niſi ſublata ſignificatione veniat. Facit ꝙ
dixit Alexan. in conſil. 97. in prin. in verſi. pro hoc etiam,
37 & colu. ij. verſi. non obſtat ſecundum, vol. ij. † vbi tradit,
quod ſtatutum exorbitans a iure communi debet exten
di ex identitate rationis ad caſus ſi ſublata ſignificatio-
ne vocabuli poſſunt comprehendi in caſu expreſſo, l. ſe-
natuſconſulto, ff. de ritu nup. quando in vtroque caſu eſt

eadem

eadem ratio,vt expreſsè dicit Bal.in l.quòd verò, ff.de le-
gib. Accedit,quod voluit Rom.in l.1.C.de ſucceſſio. edic.
38 † vbi inquit, quòd ſi à ſtatuto ſoror excludatur a fratre,
quamuis ex verbis non comprehendatur fratres patrue-
les, tamen quòd ex mente,& ratione ſtatuti quæ videtur
in illis militare extenditur ad eos, quando in eis eſſet ea-
dem ratio: quia vbi ratio legis non repugnat imò eſt ea-
dem in caſu non expreſſo, quæ erat in expreſſo, & verba
legiſlatoris impropriè ſumpta poſſunt importare caſum
non expreſſum. talia verba ſtatuti ſunt latè accipienda,
vt extendantur ad illum caſum non expreſſum. Et Rom.
ſequitur Alexan.in conſi.36.colum. ſecunda, volum. ſex-
to. Pro cuius confirmatione facit, quod voluit Bald. con-
39 ſilio 84.colu.ij.vol.5. † vbi ea quæ ſunt eiuſdem rationis
includuntur ſub diſpoſitione ex ſignificatione, ideſt tan-
quam expreſſa propriè,& non tacitè. Et idem Bal.in cõſi.
40 414.in fi.volum.5. † vbi inquit, quod quando eſt eadem
ratio,& mens,dicitur idem caſus. Et Bald. ſequitur Cra-
ue.multa alia adducens in conſi.183.col.fin. Sed in termi
nis noſtris illa ratio quæ militat, quòd maritus habeat
vſumfructum dotis vxoris quæ tranſitum facit ad ſecun-
da vota,ipſa decedente viuente marito,& quæ eſt vt faci
lius reperiant maritos, vt dixi latè in articulo præceden-
41 ti, † ita locum habet, & fortius in ea quæ tranſiuit ad vl-
teriores nuptias, ergo extendi debet dictum ſtatutum, &
ipſius diſpoſitio ad dictum caſum tam ex ratione ſtatuti,
quamuis impropriè dicantur ſecundæ nuptiæ cum ve-
niant ſublata ſignificatione vocabuli. Et ita in terminis
conſuluit Alexan.in conſi.6.colum.ſecunda,in fi cum ſe-
quen.volum.6.vbi inquit,quòd ſi rubrica ſtatuti dicit, ꝙ
extantibus filijs ex primo matrimonio mulier in alterius
matrimonio non valeat inæqualiter inter eos teſtari,& in
nigro dicatur.& idem in viro intelligatur, & obſeruetur
prout in vxore ſecundo nubente, quod iſtud ſtatutum
etiam habet locum in tertijs nuptijs,quæ etiam dicuntur
ſecundę,iuxta no.per gloſſ. & communiter doc.in rubri-
42 ca C.de ſecundis nuptijs. † vbi omnes nuptiæ poſt pri-
mas appellantur ſecundæ,aliàs ſi aliter diceremus ſeque-
retur abſurdum, quòd etiam ſi vir habuiſſet filios ex ter-
tio matrimonio, & eis reliquiſſet plus quam filij primi
matrimonij, non haberet locum diſpoſitio ipſius ſtatuti,
quod eſſet de directo contra mentem ſtatuti, quæ magis
attendenda eſt,quam verba,l.3.C.de lib.præter.& ſic ibi
patet,quod vbi meus repugnat etiam in materia ſtatuti,
43 tertiæ nuptiæ dicuntur ſecundæ: † nec mirum,quia mẽs
& ratio eſt anima ipſius diſpoſitionis,& illa potius atten-
denda,quam verba,quæ vt corpus iudicantur, vt traditur
44 in l cum pater,§.dulciſſimis.ff.de lega.ij. † nam mens,&
ratio eſt prima in intentione diſponentis,vt per Soc conſ.
59.nu.20.vol.4.& eſt illa quæ declarat,ampliat,& reſtrin
git quamcunque diſpoſitionem,vt per Bar. in d.§ dulciſ-
ſimis & Pariſ.in conſi.32.nu.62.vol.j.& in conſi.85.num.
9.vol.ij conſi.102 nu.6.vol.j.& in conſi.16 nu.28.vol.3.&
conſi.83.nu.13.vol.eo.

Nec obſtat, quod in correctorijs non ſit licita extenſio
ex identitate rationis, iuxta ea quæ habentur in l. præci-
pimus, C.de appellatio. quia reſpondetur, quod talis ca-
ſus non includitur ſub ſtatuto per extenſionem, ſed ex
45 omnimoda mente ſtatuti: † quia vbi in caſu nõ expreſſo
in ſtatuto eſt omnimoda ratio quæ eſt in caſu expreſſo in
ſtatuto, tunc caſus non expreſſus dicitur venire ex men-
te ſtatuti,non autem ex extenſione,vt eſt glo.ordinaria iu
c.ſi poſtquam,de elec.in ſexto cap.j. de temp.ord.in ſex-
to.Bal.expreſsè in l.quod vero.circa prin.ff. de legib.Ro.
in rub.C.de ſucceſ.ed.& Alex.in conſi.36.nu.12.vol.6.
46 Facit,quod voluit Old.in conſi.185.in fin.† vbi inquit,
quod vbi eſt eadem ratio, non dicitur quis extendendo,
nouum caſum addere, ſed quod in primo caſu in ratione
includebatur,ſecundum æquitatem detegere, ſiue decla-
47 rare:† quia lex dicitur omne quod in ratione conſiſtit,c.
conſuetudo prima diſtinct.ergo vbi habet locum ratio le-
gis circa id prodita, dici debet lex. Ita pulchrè tradit
Calder.in c.1.vt lit.pend.quem ſequitur Crauet.in conſi.
183.col.fin.in prin. Idem quod ſupra voluit Par. in conſi.
22.nu.51.vol.2. Vlterius accedit, nam licet ſtatutum fa-
ciat mentionem de muliere tranſeunte ad ſecunda vota,
id facit ratione frequentioris vſus: quia magis continge-
re ſolet,quod mulieres tranſeunt ad ſecunda vota, quam
ad tertia,& ideo dicendum videtur,quod diſpoſitio ipſius
ſtatuti locum habere debeat, quando ſit tranſitus ad ter-
48 tia vota: quia communis concluſio ſe habet,quod † quan
do lex exprimit aliquem caſum ratione frequẽtiori vſus,
non tamen per hoc intelligitur excludere alios caſus mi-
nus frequentes, vt eſt glo.communiter approbata in l.1.
49 C.de raptu.virg.† quæ vult, quod licet in illa lege impo-
natur pœna viro rapienti mulierem, tamen eadem pęna
cenſetur impoſita mulieri, rapit virum,quia caſus de vi-
ro fuit expreſſus ratione frequentioris vſus. Alexand.in
in conſi.65.in fi.volum.6.per glo.no.in Clemen.1. in ver
bo pręſidentes de reſcrip.& gol.in ca.ij.in verbo reus.de
confeſ. Cur.Iun.conſi.107.col.fi.& Socin.Iun.in conſi.8.
nu.5.vol.ij.Barba.conſi j.colum.6.vol.j.conſi.42.col.3. &
conſi.69.col.14.verſ.etſi apponant.vol. eo.conſi.j.colu.6.
vol.eo.ergo.&c. Et tanto magis id admittendum venit,cũ
(vt dixi) eadẽ ſit ratio in tertijs nuptijs, ſicut in ſecundis.

Circa vltimum articulum prima quidem fronte dicen
dum videtur,quod ſtante teſtamento condito per D.P.in
quo inſtituit filios ex ſecũdo,& tertio matrimonio æqua-
50 liter,† quod vigore dicti ſtatuti non poſſit maritus ſucce
51 dere pro vita ſua in vſufructu dotis ipſius D.P.quia præ
dictum ſtatutum loquitur per verbum ſuccedere, quod
importat ſucceſſionem ab inteſtato, ſi mulier non fece-
rit teſtamentum, vel ex teſtamento ſi inſtituatur,non au
tem contra voluntatem mulieris ſi alium inſtituerit, vt
videtur decidere Pau.de Caſt.in l.ſi cum dotẽ.in fi.princ.
ff.ſolu.matr.vbi inquit ſe habuiſſe quæſtionem Florentiæ
in ſtatuto Florentino, quo diſponitur, quod vxore præ-
moriente ſine liberis, maritus lucretur dotem, ſi autem
cum liberis, ſuccedant in dote. Contigit, quod quædam
mulier decedens in matrimonio cum liberis, fratrem in-
ſtituit hæredem vniuerſalem, filijs reliquit legitimam,
dubitatum fuit an hoc potuerit mulier facere. Et refert,
quod magni doctores qui erant Florentiæ dubitabant,
quoniam cum ſtatutum dicat,quod liberi ſuccedant in do
te,videbatur dicendum,quod mater non potuerit eis au-
ferre aliquid de dote cum eam conſequi videantur ex di-
ſpoſitione ſtatuti,arg.l. ſi arrogator, §. ſed an puberi, ff.
de adop. tamen dicit conſuluiſſe contrarium, quia ſtatu-
tum iſtud quo cauetur,quod liberi in dote ſuccedant,de-
bet intelligi iure hæreditario ex teſtamento ſi inſtitua-
tur,vel inteſtato,ſi mater non fecerit teſtamentum, non
autem contra voluntatem ipſius mulieris, quia ſatis eſt,
quod ſtatutum eam grauauerit iſtis duobus caſibus, non
autem quod voluerit ei auferri teſtamenti factionem, &
hoc per dictum verbum ſuccedere,poſitum in dicto ſtatu-
52 to: † ſecus ſi ſtatutum dixiſſet,quod liberi lucrentur,vel
habeant dotem, ſubdens, quod illud conſilium à docto ri-
bus exiſtentibus Paduæ, Bononiæ, Senis, & Peruſij fuit
ſubſcriptum, & quod ita obtentum fuit ſine litigio, & ꝙ
propter hoc factum fuit ſtatutum nouum Florẽtiæ, quod
mulier non poſſit in aliquo teſtari ſi moritur in matrimo-
nio cum liberis,ſed quod ipſi habeant. Et verè dicit Pau.
ſe ita conſuluiſſe,vt in conſi.ſuo 82.vol.j. Quod conſilium
refert,& ſequitur Cuma.in conſi.48.vbi ſimiliter conſul-
uit in eodem caſu.Dec.in conſi.386.col fin. & Iaſ.in con-
ſilio 27 col.pen vol.j.Secundo facit tex.in l.3.§.de illo.ff.
53 pro ſoc.† vbi verbum ſucceſſio intelligitur de hæredita-
te proueniente ab inteſtato,& non ex teſtamento. quem
tex.ad hoc allegat Soc.in conſ.30.num.31.vol.j.vbi etiam
54 ad hoc allegat rubricã cũ nigro, C comm.de ſucce.† vbi
per verbum ſucceſſionis videtur ſolum cõprehendi cau-
ſa ſucceſſionis ab inteſtato, quo fit, vt cauſa teſtati non
comprehendatur, quod fortius dicit procedere in ſtatu-
to. Et Socin.ſequitur Brun.in tractat.excluſ.fœm. in 8.ar
ticulo,q.8.in fi.iſtud idem dixit Camp.in tract.doct.in vlt.
55 par.q.74.† vbi inquit, ꝙ ſtante ſtatuto, quod filia dotata
extantibus maſculis non ſuccedat præter vel contra vo-
luntatem defuncti, ſecus ſi ſecundum eius voluntatem.
Hoc etiam tenuit Corn.conſi.205 nu.11.vol.4. & Iaſ.con-
ſilio 127.col.2 in fin.verſ.quarto moueor,vol.j.
56 Tertiò accedit, † nam iſtud ſtatutum eſt contra ius cõ-
mune,l.j.C.vnde vir,& vxor,& ideo ſtrictè intelligendũ,
vt minus lædat ius cõmune,quàm ſit poſſibile, & ab ipſo
iure cõmuni recipere debet interpretationem, l.2. C. de
noxa.c.cum dilectus.de conſuetu. Doct.in l.fi.§.in compu
tatione,C.de iure delib.Sed intelligendo hoc verbum ſuc
cedat ab inteſtato minus læditur diſpoſitio iuris commu-
nis, quia mulieri non aufertur libera teſtamenti factio,
iuxta l primam,C.de ſacroſan.eccl.l.ſtipulatio hoc modo
57 concepta,ff.de verb ob.† & ſic ſtatutũ reducetur ad con-
cordiam cum iure communi,quod fieri debet, l.vnica, C.
de inof.don.c.cum expediat,de elec.in 6.Ro.in conſi.448

Quibus

Quibus non obſtantibus, altera pars eſt de iure ve-
58 rior, † quod imo maritus debet ſuccedere in dicto vſufructu ad mentem dicti ſtatuti, quod probatur multis
59 modis. † Et primo quia licet ſint nonnulli qui teneant, quod verbum ſuccedat intelligatur ab inteſtato, & non contra teſtamentum, tamen veritas eſt, quod dictum verbum comprehendit tam ſucceſſionem ex teſtamento, & contra voluntatem, quam ab inteſtato, vt eſt tex. expreſſus, quem ad hoc ibi ponderat. Bal. Fulg. Pau. Ale. & Dec. in authen. præterea, C. vnde vir & vxor. in verbo, ſuccedat, vbi quarta in qua debet ſuccedere viro diuiti vxor inops, ita debetur ex teſtamento, & contra voluntatem, ſicut ab inteſtato, vt etiam firmat Corn. in conſil. 4. in 4. vol. & Soc. in conſi. 108. col. j. vol. j. & in conſi. 121. num. 7. & 16. vol. 4. vbi refert hanc eſſe communem opinionem, & ab ea non eſſe recedendum.
60 Secundò idem † decidit dominus meus Ruy. in conſil. 72. nu. 17. vol. 3. vbi allegat Sali. & Alex. in d. authen. præterea, & in conſi. 126. in princ. vol. 1. vbi allegat multa iura, quæ non tranſcribo.
61 Tertio in † terminis vxoris decedentis ſine liberis, ꝙ maritus ſuccedat iam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſtante ſtatuto, quod præmoriente vxore ſine liberis maritus ſuccedat in parte dotis, voluit idem Pau. ſibi contrarius in dicto conſilio 82. colum. fin. volum. 1. Ang. in conſ. 83. Cuma. in conſi. 48. colum. 2. Dec. & Iaſ. in conſilijs ſuprà relatis.

Non obſtant modo adducta in contrarium, & in primis deciſio Pau. de Caſt. in d. l. ſi cum dotem, quia reſpondetur, quod quamuis ſit vera, tamen longè diſtatà termi nis de quibus in caſu noſtro: quia Paul. loquitur in ſtatuto diſponente de ſucceſſ. liberorum in dote, quo caſu, ſatis eſt ſecundum eum ſi ſucceſſio cenſetur reſeruata in duobus prædictis caſibus ex teſtamento ſcilicet, & ſecundum voluntatem, vel ab inteſtato, ſi mater non fecerit teſtamentum, vt per gloſſ. in l. Lucius, la ij. ff. de hæred inſt. Sed caſus noſter eſt de ſucceſſione mariti in vſufructu dotis, cui nullum ius ſucceſſionis competit ab inteſtato, l. j. C. vnde vir & vxor, & qui vocatur tantum ad vſumfructum dotis, ergo &c. Et illo caſu Paul. de Caſtr. in d. conſ. 28. antequam referat ſtatutum Florentinum, ſentit vxorem non poſſe teſtari in præiudicium dicti lucri dotis, ergo multo minus vſufructus, & inquit Ange. in conſil 83. quòd verbum ſuccedat, tunc non poteſt importare ſucceſſionem: & ſic non eſt eadem ratio inter primum caſum & ſecundum. Et ita propriè declaratur dicta Paul. de Caſt. in d. l. ſi cum dotem per eundem in citato conſi. 82. vbi propriè ſtatutum loquitur per verbum ſuccedat, & dicit, quod licet mater poſſit teſtari de dote exiſtentibus filijs, licet ſtatutum dicat, quod filius ſuccedat, tamen ſecus eſt reſpectu portionis quæ debetur marito, quia quo ad filios cenſetur habitus reſpectus ad ius commune, ſecundum, quod eis debetur legitima ſucceſſio quæ non reſeruatur marito. Et loquitur ibi Paul. quando maritus veniebat ad partem dotis tanquam hæres, ſtatuto ſic diſponente. Cum præmiſſa diſtinctione etiam pertranſeunt Cuman. in allegato conſilio 48. colum. fin. Dec. in citato conſilio 386. colum. fin. verſic. non obſtat. & Iaſ. in relato conſi. 127. colum. penul. Et ſic vno ore per omnes concluditur, quòd illa diſtinctio quæ ſit an ſtatutum vtatur verbo ſuccedat, vel lucretur, vel habeat, ſit quo ad portionem quæ reſeruatur filijs quibus debetur ſucceſſio ab inteſtato, non autem quo ad portionem viro reſeruatam, cui non debetur ſucceſſio inteſtatæ coniugis defunctæ, & ſic omnia ſuprà allegata fœdere dictæ diſtinctionis concordantur.

Non obſtat, quod dictum ſtatutum cum ſit correctorium iuris communis ſtrictè debet intelligi, & in ſucceſſione ab inteſtato, quia minus læditur diſpoſitio iuris cō-
62 munis, quoniam pluribus modis reſpondetur. † Et primo quod quando ſtatutum deuiat à iure communi non intelligitur ſecundum ius commune ſed generaliter, vt verba ſonant derogando iuri communi, vt per Bartol. in l. maximum vitium, C. de lib. præter. col. pen. & Dec. qui alios citat in rubr. C. qui admit. col. 2. verſi. ſecundò poteſt reſponderi, Ruy. conſi. 32. nu. 13. vol. 3.
63 Secundo reſpondetur, † quod imò propriè in legibus, & ſtatutis verbum ſuccedat comprehendit tam ſucceſſionem ex teſtamento, quàm ab inteſtato, vt eſt tex. in auth. præterea. & ibi doc. & per dominum meum Ruy. in d. conſi. 72. & 126. ſuprà citatis. Et in terminis noſtri ſtatuti ita voluerunt Paul. Angel. Cuman. Dec. & Iaſ. in locis ſuprà relatis.
64 Tertio reſpondetur, † quod licet verba ſtatuti correctorij iuris communis ſint ſtrictè intelligenda, tamen quando ſtatutum eſt fauorabile, tunc fit extenſio ex paritate rationis deſtricta ſignificatione vocabuli ad latam, vt per Dec. in l. qui ſe patris, num. 24. & 26. C. vnde li. vbi
65 inquit, † quod ſtante ſtatuto, quod cauſæ inter agnatos debeant compromitti, quia hoc ſtatutum eſt fauorabile, emancipati & nati ex eis comprehenduntur, quia largo modo agnati dicuntur ſecundum Paul. Rom. Alexand. & Mod. ibi, & quod ex hoc colligitur limitatio ad regulam,
66 † quæ habet quod ſtatuta debent propriè, & ſtrictè interpretari, vt non habeat locum in materia fauorabili. Idem voluit Ruyn. in conſi. 9. colum. 2. nume. 5. volu. 4. Et quod in materia fauorabili fiat extenſio ex identitate rationis, probat dominus meus Ruyn. in conſil. 195. nume. 10. vo-
67 lu. j. vbi inquit, † ꝙ diſpoſitio, l. ſi alterius, C. ſi min. ſe ma io. dixe. tanquam fauorabilis ratione iuramenti, in cuius obſeruantia verſatur fauor animæ, debet, & poteſt extendi ex identitate rationis ſecundum Barto. in auth. ſacramenta puberum, cum quo alij tranſeunt, C. ſi aduer. vēd. imo fortius dixit idem Ruy. in conſi. 118. nume. decimo,
68 volum. 2. † quod in exorbitantibus fit extenſio de caſu ad caſum in materia fauorabili, etiam ſi in caſu expreſſo ſit petentior ratio, quam in alio. Sed in caſu noſtro ſumus in ſtatuto fauorabili, vt ſuprà latè dictum fuit, ergo extenſio fieri debet ad ſucceſſionem ex teſtamento, quę etſi propriè non dicatur ſucceſſio, ſaltem ſublata ſignificatione vocabuli comprehenditur ſub dicto verbo. Vnde ex his omnibus remanet firma concluſio, quod maritus vigore dicti ſtatuti conſequi debet vſumfructum dotis pro toto tempore vitæ ſuæ, ſiue vxor vendiderit teſtamentum, ſiue non. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Socij criminis in cauſa falſitatis non faciunt indicium ad inquiſitionem.*
2 *Socius criminis ſecundum communem inculpando, vel accuſando ſocios eiuſdem criminis nullum facit indicium, niſi in caſibus exceptis, ſiue ſponte depoſuerit, ſiue à iudice interrogatus fuerit.*
3 *Delicta de quibus ſocius criminis poteſt interrogari ſunt ea, quæ non committuntur principaliter in offenſam, vel iniuriam alterius, ſed ad commodum committentium.*
4 *Socius criminis in cauſa falſitatis non poteſt interrogari de conſocijs.*
5 *Socius criminis regulariter non poteſt interrogari de conſocio.*
6 *Teſtimonium periuri non eſt ſufficiens indicium ad inquiſitionē.*
7 *Inquiſitionem præcedere debet fama, quæ ortum non habuerit à ſuſpectis & maledicis.*
8 *Maledicis non creditur.*
9 *Infames de facto, & de iure licet faciant indicium ad inquiſitionem quando eorum dictum perſeuerauit in tortura, tamen hoc fallit in periuris.*
10 *Criminoſus emendatus de crimine licet ſit idoneus teſtis, tamen ſecus eſt in periuro emendato.*
11 *Socius criminis etſi in aliquibus caſibus faciat indicium ad inquiſitionem, tamen hoc non admittitur in periuro in quibus deficit fides teſtimonij.*
12 *Teſti periuro in vno, non creditur in aliquo.*
13 *Periuri emendati de dilecto ſi in ciuilibus à teſtimonio repellantur, ergo multo fortius in criminalibus.*
14 *Probationes in criminalibus debēt eſſe luce meridiana clariores.*
15 *Mandatarij quamuis poſſint interrogari de mandante, tamen hoc non recipitur in mandatarijs periuris, & nu. 17.*
16 *Mādatarijs pluribus in ciuilibus creditur, ſecus in criminalibus.*
18 *Aſſertio ſocij criminis periuri etiam in caſibus exceptis non facit indicium ad inquirendum.*
19 *Socius criminis licet in caſibus exceptis faciat aliquam præſumptionem ad inquirendum, tamen id procedit quando ille poſſet eſſe teſtis, & accuſare alias ſecus.*
20 *Aſſertio ſocij criminis etiam in caſibus exceptis ſi ſola eſt non facit indicium ſufficiens ad torturam, niſi alia concurrant.*
21 *Quod ampliatur procedere etiam ſi nominatus eſſe malæ vocis conditionis, & famæ.*
22 *Socius criminis in criminibus exceptis in quibus poteſt interrogari de conſocijs, interrogetur, eius dictum non facit indicium niſi in tortura.*
23 *Infames contra aliquem non audiuntur.*
24 *Socius criminis non admittitur in teſtem, vt valeat eius teſtimonium*

*nium quando alias fuit infamatus in alio delicto,*
25 *Socio criminis, vt credatur in criminibus exceptis, vltra alia adminicula requiritur, vel quod ex numero teſtium, vel ex eorum qualitate, vel ex perſona eorum contra quos deponitur, veriſimile ſit eos non mentiri.*
26 *Socius criminis non admittitur contra ſocium, niſi vbi aliter veritas haberi non poteſt, nec actu, nec habitu.*
27 *Minores vigintiquinque annis regulariter non admittuntur in criminalibus.*
28 *Pauperes, & viles perſonæ non admittuntur pro teſtibus in criminalibus.*
29 *Varijs non creditur.*
30 *Primo dicto, & ſecundo confirmatorio primi magis ſtatur, quam vltimo contrario.*
31 *Teſtis ſi pro vtroque eſt examinatus, & ſit periurus ac contrarius, non probat, ſecus ſi prima vice dixit vnum, ſecundo loco contrarium, quia ſtatur primo dicto.*
32 *Primum dictum ſecundum communem attenditur, quando ſecundum non fuit factum in tortura.*
33 *Deponens contrarium eius quod primo loco dixit, præſumitur ſubornatus.*
34 *Primo dicto magis ſtatur quando eſt veriſimile, prout eſt quando fuit ratificatum.*
35 *Fama bona eneruat, & debilitat indicium.*
36 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
37 *Veriſimilia non deponenti non creditur.*
38 *Iudex fidem adhibere non debet non veriſimilibus.*

## CONSILIVM LXXIII.

IN cauſa inquiſitionis formatæ contra Ste
phanum de Oliuo de falſitate, duo te-
ſtes contra eum deponere videntur, vi-
delicet Bernardus de Campanea, & Frā
ciſcus de Albergotis, qui depoſuerunt ſe
precibus & mandato dicti Stephani fal
ſum depoſuiſſe. Quibus ſtantibus quæ-
ritur, an valida fuerit inquiſitio contra eum formata? Itē
poſito, quod ſic, an dicta iſtorum adeo ſufficiat, vt is ſubij-
ciendus ſit quæſtionibus tormentorum? Et omiſſa verbo-
rum pompa, dicendum videtur, quod ex depoſitionibus
ipſorum Bernardi, & Franciſci nulla potuerit contra præ
1 dictum Stephanum formari inquiſitio, † cum ipſi ſint ſo-
cij criminis qui in cauſa falſitatis non faciunt indicium
ad inquiſitionem. Ita in indiuiduo dixit Fulgo. in conſi.
107. col. 3. & in conſi. 136. col. fi. verſ. nouiſſimè vero. quem
refert, & ſequitur Dec. in conſ. 199. nu. 8. & in conſil. 234.
colum. 1. quia talis aſſertio non facit præiudicium tertio,
vt per pulchrè tenet Fulg. in conſi. 173. relato per Dec. in
locis ſupra citatis. Idem tenet Ancha. in conſil. 23. vbi in-
quit, quod in nullo dictis teſtibus eſt danda fides, Alexan.
in conſi. 124. colum. fin. volum. 6. Curt. Iun. in conſil. 107.
colum. 2. Marſi. in conſi. 78. nume. 11. & D. meus Ruyn. in
2 conſi. 147. volum. 5. † vbi dicit, quod ſocius criminis ſe-
cundum communem opinionem in culpando, vel accu-
ſando ſocios eiuſdem criminis, nullum facit indicium, ni
ſi in caſibus exceptis, ſiue ſponte depoſuerit, ſiue a iudice
interrogatus fuerit, cum nen debuerit interrogari, prout
in terminis noſtris, vbi caſus iſte non eſt de caſibus ex-
ceptis, in quibus quis poſſit de cōſocio interrogari, quin,
vt dicit Bart. in l. repeti, ff. de quæſtion. & Marſil. in l. 1. §.
diuus Antonius, ff. eod. titu. & Brun. in tract. de ind. & tor.
3 in verſ. addendo. † delicta de quibus ſocius criminis po-
teſt interrogari de conſocijs, ſunt ea, quæ non committū-
tur principaliter in offenſam, vel iniuriam alterius, ſed ad
commodum committentium. Sed dicta horum teſtium
non tendunt ad eorum commodum, vt ſatis liquet ex pro
ceſſu: quia non apparet, quod per dictum Stephanum
aliquid fuerit datum, vel promiſſum dictis teſtibus vt fal-
4 ſo deponerent, igitur, &c. † Et proprie quod ſocius cri-
minis in cauſa falſitatis non poſſit interrogari de conſo-
cijs, voluit Fulgo. in allegato conſilio 173. vbi inquit non
eſſe credendum teſtibus aſſerentibus ſe falſum dixiſſe
precibus, & conſilio inquiſiti de falſitate, per regulam,
5 quæ habet, † quod ſocius criminis non debet interro-
gari, l. fin. C. de accuſa. l. quoniam liberi C. de teſti & ibi
in 1. col. expreſſè dicit, quod iſte caſus falſitatis non eſt de
caſibus exceptis. Et Fulg. ſententiam amplectitur Dec. in
citato conſi. 189. nu. 8. & latius Ruyn. in conſil. 146. col. 3.
volum. 5. & in conſi. ſequenti eodem volum.
Secundo, ꝙ non faciant indicium ad inquiſitionem for
6 mandam oſtenditur, † nam ſi duo teſtes, vt infrà demon-
ſtrabitur ſunt periuri, & ideo eorum teſtimonium non
eſt ſufficiens indicium ad inquiſitionem, etiam poſt tor-
turam, vt probatur in c. qualiter, & quando de accuſ. vbi
7 dicit tex. † quòd ante inquiſitionem debet procedere fa-
ma quæ ortum non habuerit a ſuſpectis, & à perſonis ma
8 ledicis. † Maledicis autem non creditur ſecundum Salic.
in l. ea quidem, C. de accuſat. quia ex quo conſueuerunt
maledicere, amplius non eſt eis credendum, l. ſi is cui, §.
ijſdem, ff. de accuſ ergo nec periuris: quia ex quo conſue-
uerunt falſum iurare, non debet amplius eis credi. ca. te-
ſtimonium. & ibi doctores de teſt. Sicut ergo fama quæ
procedit à maledicis non facit indicium ad inquiſitione,
ita nec dictum periuri: quia vtroque caſu eſt eadem ra-
tio, ergo idem ius, l. illud, ad l. Aquil. Ita Ruy in conſ. præ-
allegato. 146 in 2. col. vbi etiam iſtquit, quòd licet Bald.
in l. cunctos populos, in 10. col. C. de ſum. trin. & fide cath.
9 dicat, † quòd infames de facto, & de iure faciant indi-
cium ad inquiſitionem quando dictum eorum perſeuera-
runt in tortura quaſi ſentiat, aliàs ſecus, tamen quòd di-
ctum Bald. non procedit in periuris per glo. in c. per tuas.
10 in ver. adulterij, de ſimo. quæ vult, † quod quamuis alias
criminoſus emendatus de crimine ſit idoneus teſtis, ta-
men ſecus eſt in periuro emendato, quia adhuc laborat
contra eum ſuſpicio, ex quo ſemel deierauit, quòd adhuc
credendum eſt eum iterum deieraturum, quam gloſ. ibi
ſummè not. Abb. dicens, quòd ſub generali diſpoſitione
qua habilitatur teſtis criminoſus, non videtur habilitatus
periurus. Nunquam ergo (dicit ipſe) debet admitti periu
rus in teſtem. Pro iſta etiam parte facit, quod voluit Alci.
11 in trac. de præſu. in 2. reg. in 10 præſum. in fin. † vbi in-
quit, quòd licet in caſibus aliquibus ſocius criminis fa-
ciat indicium ad inquiſitionem, tamen hoc fallit in periu
ris, in quibus deficit fides teſtimonij, videlicet fides, quod
inquit ſingulariter notandum. Iſtud quoque prius voluit
Fulg. in allegato conſi. 173. col. 2. Accedit etiam quod vo-
12 luit Alexan. in conſi. 93. col. pen. volum. 5. vbi dicit, † quod
teſti periuro in vno non creditur in aliquo, & in conſilio
114. colum. 2. vol. 4. quia ratione periurij eſt omnino inha-
bilis. Ita dicit Dec. in conſi. 189. colum. 6. verſi. nec obſtat,
quòd infamia, vbi inquit, quòd licet in cauſa ciuili periu-
rium aut infamia teſtis purgetur per torturam, & ſtetur
dicto teſtis in tortura, ſecus tamen in criminalibus, quia
ſi deponit etiam in tortura contra aliquem, ei non credi-
tur, cum ratione periurij ſit omnino inhabilis. Et Dec. ſe-
13 quitur Craue. in conſi 6. colum. 4. † vbi etiam dicit, quod
ſi periuri repelluntur a teſtimonio in ciuilibus etſi emen-
dati de delicto, cap. teſtimonium. de teſtibus. Corne. in
14 conſi. 21. col. fi. vol. 3. † multò fortius in criminalibus, vbi
probationes requiruntur luce meridiana clariores, l. fin.
C. de probationibus.
Nec obſtat, ꝙ ex aduerſo dicitur in inquiſitione, ꝙ di-
cti Bernardus & Franciſcus dicunt de mandato Stepha-
ni falſum depoſuiſſe, prout ita verè in depoſitione cuiuſ-
15 libet ipſorum continetur, † & per conſequens ꝙ potue-
runt interrogari de mandante, & ſic de dicto Stephano,
vt voluit Ang. in l. & ſi certus, ff. ad Silleia. Bru. in tract. de
ind. & tort. in ver, addendo ad ſuprà dicta, & Dec. in conſ.
189. nu. 10 & Pariſ. conſi. 151. col. antepen. ac ſimiliter for
mari inquiſitio contra eum, vt per Bald. in conſi. 429. in 3.
vol. Ang. & Rom. in d. l. etſi certus. Marſi. conſi. 22. nu. 27.
& in §. diligenter, nu. 37. Parit. in d. conſi. 151. col. antepe.
& Ruy. in conſi. 32. col. pen & in conſ 105. in fi. vol. 4. quia
reſpondetur, quòd præmiſſa opinio poſſet procedere, vbi
conſtaret, quòd dictus Stephanus hoc mandaſſet, quod
erat probandum, vt per Dec. in d. conſi. 189. nu. 10. quia in
illicitis ſibi non creditur, cum non fuerit eis licitum ac-
ceptare tale mandatum, vt per Marſ. in d. conſi. 22. nume.
27. & in d. § diligenter.
Secundò reſpondetur, ꝙ data ipſa opinione pro vera,
ꝙ ea locum habere poſſet quando contra tales mandata-
rios non obſtaret periurium de quo conſtat. nam ipſi pri-
mo loco, & ſecundo depoſuerunt cum iuramento in ma-
nibus iudicis præſtito ſe non depoſuiſſe falſum de man-
dato Stephani, licet tertio loco cum iuramento aliter di-
xerint, quo caſu propter tale periurium in nullo eis eſt
credendum per iura, & deciſiones ſuprà citatas.
16 Nec pariter contra facit, † quòd imo quando plures
ſunt mandatarij, quod eis fides adhibenda venit, vt per
Alexan. in conſi. 88. col. pen. vol. 5. & Marſ. in d. §. diligen-
ter, & Par. in iam ſæpius allegato conſi. 151. quia reſpon-
det

det Marſ.& in d.conſi.22.& in citato, §.diligenter, quòd Alex loquitur in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus, in quibus in illicitis non eſt acceptandũ mandatũ.

Secundo reſpondetur, quod contrarium tenuit Ruy.in d.conſi.32.col pen.& in conſ.105.in fi volum.4. & Dec in præallegato conſi.189.nu.10.

Tertio reſpondetur, ꝙ prædicta opinio non poteſt mi-
17 litare, nec locum habere vbi concurrit † periurium in ipſis mandatarijs, vt dictum fuit, prout in caſu iſto, igitur ſequitur ex his, ꝙ nullo modo potuit formari inquiſitio ex depoſitionibus dictorum Bernardi, & Franciſci contra dictum Stephanum, & quod omnia contra eum geſta poſt ipſam inquiſitionem redduntur nulla, vt per Marſil. in §.diligenter, 2.nume.87.in pract.ſua, & in conſil.128. num.octauo.

Secundò principaliter dicitur, ꝙ etiam dato, ſed non conceſſo, ꝙ caſus iſte eſſet de illis, in quibus quis poſſet interrogari de conſocio, ꝙ adhuc dicta iſtorum non videntur ſufficere ad inquiſitionem: quoniam iſta eſt indu-
18 bitata iuris concluſio, † ꝙ aſſertio ſocij criminis periuri etiam in caſibus exceptis non facit indicium ad inquirendum, vt conſuluit Ruyn.in conſil.7.vol.5.in fin.vbi dixit, quod licet ſocius criminis in caſibus exceptis faciat aliquam præſumptionem ad inquirendum iuxta not.in l.fi.
19 C.de accuſ.tamen, † ꝙ id procedit quando ille poſſet eſſe teſtis, & accuſare. Sed quando ab his repellitur, certum eſt, ꝙ non facit aliquod indicium quantum ad aliquem effectum. Sed (vt iam dictum fuit) periurus non poteſt eſſe teſtis, nec ſibi creditur in aliquo, ergo non facit præſumptionem aliquam, nec indicium ad inquiſitionem. Idem voluit Marſil.in conſi.2.nu.38.vbi inquit quòd tale delictum non facit nec plenam nec ſemiplenam probationem, nec etiam quo ad faciendum indicium, & in conſilio 15.nu.5.in conſi.28.nu.17 in conſil.74.nu.8.& Ruy. in conſi.146.col.fin.vol.5.& in conſil.147.col 2. vol.eo. & Gozad.in conſi.2.nu.21.

Sed vltra progrediendo dicitur, ꝙ licet præmiſſa poſſint eſſe ſufficientia ad inquiſitionem, non tamen ad tor-
20 turam; † quia communis doctorum eſt concluſio, quòd aſſertio ſocij criminis etiam in caſibus exceptis, & de ſe ſola, non eſt ſufficiens indicium ad torturam niſi alia concurrant, vt per Sal.in l.fi C.de accuſ.Alex.in conſ.89.col. 2.vol.3.& in conſi.128.col.1.vol.4. & in conſi.124.col.fin. vol.6.Marſi.in l.1.§.diuus Antoninus, ff.de q. & in pract. ſua in §.diligenter, nu.60.in ſing.209.& in conſi.2.nu.38.
21 Ruy.in conſi.147.volu.5.Aymo.in conſi.99.in fin.† Imò plus dicitur, quod etiam ſi dictus Stephanus eſſet malæ conditionis & famæ, quod per talem nominationem factam à dictis Bernardo, & Franciſco non poſſet torqueri. Ita Ange.poſt Ange.in trac malef. in verſi. fama publica verſ quæro an particeps criminis, quem ſequitur Marſil. in d.§.diuus & Pariſ.in conſi.151.col.3.vol 4.Sed in caſu noſtro non adeſt niſi ſimplex dictum ipſorum Bernardi, & Franc.& non concurrit contra dictum Stephanum alia coniectura, ergo depoſitio iſta non erit ſufficiens indiciũ ad torturam.

22 Secundo facit, † nam etiam in criminibus exceptis, & in quibus ſocius criminis poteſt interrogari de conſocio, tale dictum nõ facit indicium niſi in tortura, vt per Fulg. in d.conſilio 173 Marſi.conſi.78 colum.7. conſilio 22.numero 22.in practica ſua, in §.diligenter, nu.61. & in d.§. diuus. Et ratio eſt ſecundum doctores, quia per confeſſionem huiuſmodi delicti per eos commiſſi cum ſocio red-
23 duntur infames, † & infames contra aliquem non audiũtur ſine tortura, vt eſt tex.in c.illi qui. quinta quæſt.5.not. Cæpol.in conſi.61.col.ij.in fi. Sed hic nulla data fuit tortura dictis teſtibus, ergo non creditur.

24 Tertiò accedit, † nam ſocius criminis non admittitur in teſtem, vt valeat eius teſtimonium quando aliàs fuit infamatus de alio delicto. Ita Marſ.in conſil.74 nume.25. quem ſequitur Grammat.in voto ſuo.25. in colu.Sed dictus Bernardus aliàs fuit infamatus de furto, & condemnatus, vt conſtat ex proceſſu aliàs formato contra eum, & in præſenti iudicio exhibito, ergo &c. Item & contra Franciſcum pariter facit, quia etiam ipſe fuit infamatus de alio furto.

25 Quartò in fauorem etiam dicti Stephani facit, † nam ad hoc vt credatur participi criminis, etiam in caſibus exceptis, vltra alia adminicula, & coniecturas requiritur, vel quod ex numero teſtium, vel ex eorum qualitate, vel ex perſona eorum contra quos deponitur veriſimile ſit eos non mentiri. Ita Are.in c.cum P.Manco nella, in ſeptima col.de accuſ. Alexan.in conſi.89.colum.3.in fi.Marſi.in conſi.24.nume.13. Sed cui dubium eſſe poteſt quin iſti mentiantur, & non deponant veriſimilia, cum reperiantur periuri, & ſoliti deierare, & vnus ipſorũ cõdemnatus de furto, & alter infamatus etiam de furto, vt ſuprà dictum fuit. Et ad bene faciunt quæ ſcribit Marſ. in conſ.74.nu.14. quæ multum deſeruiunt caſui noſtro.

Quinto quoque corroboratur hæc ſententia in fauo-
26 rem inquiſiti, † nam ſocius criminis non admittitur contra ſocium, niſi vbi aliter veritas haberi non poſſit, nec actu nec habit. vt per Marſ.in conſilio 61.in fin.& multos alios referens in conſi.189. num.10. Sed in caſu noſtro licet actu non interfuerint alij teſtes, vt ipſimet fatentur, tamen habitu alij poterant adeſſe, cum dicant Stephanũ ſibi hoc mandaſſe eundi de loco Felizani ad locum Fubinarum, in qua via multi frequenter ſolet itinerari: igitur ex iſtis, ita dicendum videtur hoc indicium (ſi indicium dici poteſt) non ſufficere ad torturam, & tanto ma-
27 gis † cum reperiantur dicti Bernardus, & Franciſcus minores 25. annis, qui regulariter non admittuntur in criminalibus, l.teſtimonium, ff.de teſtib. Alex.in conſil.99. col.fi.vol.j. Marſ.conſi 28.num.15.conſi.31.numero 30 &
28 conſi.65.nume.31.† Item & pauperes, & viles perſonæ, quibus etiam fides non præſtatur in criminalibus, vt per Alex.in conſi.15.vol.j Marſ.conſi 78.num.14. Ruy.in conſilio 147 col.2.vol.5.& in conſi.149.col.7.in fi & in conſi. 150.colum.5.vol.eo Item & varij, quoniam in duabus primis ſolemnibus depoſitionibus iuratis dixerunt ſe non fuiſſe ſubornatos ab aliquo, & in tertia poſtea reuocauerunt eorum dictum dicentes ſe fuiſſe inſtructos a dicto Stephano ad deponendum falſum, & de mandato eius
29 falſum depoſuiſſe. † quo caſu varijs non creditur, l.quia falſa, ff.de teſtibus. Alexand.conſil.20.colum.ij. volum.4. Marſ.in conſi.28 nume.6.& in conſi.88.num.3. Ruyn.in conſi.149.col.5.verſ.3.principaliter, volum.5. & in conſi. ſequenti, colum.3. & in propria materia Marſi.in conſil. 78.nume.11.& Ruy.in conſ.147.colum.2.in fin.volum.5. Et facit optima ratio ſecundum Marſ. in dicto conſil.78. nume.21.nam iſti teſtes depoſuerunt falſum indubitanter vt ipſi affirmant & iudicialiter ſponte ſua, quo caſu ſtante eorum depoſitione geminata apparet eos eſſe falſos & periuros, ergo eis non eſt credendum, cum etiam vltimo loco præſumantur dicere falſum, per regulam,
30 ſemel malus. de regulis in ſexto. † Et etiam quia ſecundum diſpoſitionem iuris magis eſt credendum primo eorum dicto & ſecundo confirmatorio primi, quam vltimo contrario, vt per Abba.in cap.cum in tua, in fin. de teſtibus & in cap. veniens el ſecundo. & ibi Cardi. eod. titu. qui allegat not. per Innocen.in cap. præterea de teſtibus
31 cogen.& in clem.2.eodem titu.in q.11. † vbi dixit, quod ſi teſtis pro vtroque eſt examinatus, & ſit periurus, & cõtrarius, non probat, ſecus ſi prima vice dixit vnum, & ſecundo loco contrarium: quia ſtatur primo dicto Idem tenet Areti & Feli.in cap.ſicut nobis.de teſtib. Dec.in con-
32 ſi.175.nu.7. † vbi dicit communem eſſe opinionem quod attendatur primum dictum, quando ſecundum non fuit factum in tortura, Corn.conſi.179.col.fi vol.2. Et bene fa-
33 cit quod voluit Aymo.in conſil.6.col.ij. vbi dicit, † quod quando quis deponit contrarium eius quod primo loco dixit, videtur depoſuiſſe poſtea tanquam ſubornatus. allegat Bal. in conſi.101.colum j. in fi.volum.j. & in conſil. 404.in quarto vol & præſertim hoc dicendum venit quãdo primum dictum eſt magis veriſimile.quia ratificatum vt in terminis noſtris, quia tunc debet præferri vltimo, vt per Dec.in conſilio 189.verſ. ſecundo reſpondetur. & in conſi.175.num.8.cum ſequenti. & per Soc.in conſi.253. col.j vbi dicit limitando Bart in l.eos, ff.de falſ. & in l.ſi poſtulauerit, §.ſed etſi negauerit, ff.ad legem Iul de adulter.qui voluit ꝙ ſecundum dictum in tortura præferatur.
34 Primo. † quod dicta opinio non procedit quando primum dictum eſt veriſimilius, quia confirmatum ratificatum. Vlterius in fauorem dicti inquiſiti etiam concur-
35 rit eius bona fama, † quæ eneruat & debilitat omne indicium exiſtens contra eum, vt per Bal.in l.prima.in princ. col.fi.C.commu.de leg.& Marſ.in conſil.74 nume.25.& Aymo.in conſi.99.in fi.poſt Dec.in conſi.175.colum.pen. Item & omnis veriſimilitudo quia non apparet nec quoquomodo reperitur probatum de aliqua magna amicitia, affinitate, vel familiaritate ipſorum teſtium & prædicti Stephani: & iſta familiaritas vel amicitia magna & in

trinſeca

trinſeca eſt quædā qualitas intrinſeca, quæ non præſumitur, l. ex quacunque, ff. de publica. Si ergo de tali amicitia vel familiaritate non apparet eſſet inter eos, ergo ſequitur, q̄ dicta iſtorum non ſunt veriſimilia, ſcilicet quod Stephanus eos induxerit, & ſibi mandauerit vt deponerent
36 falſum in fauorem alicuius, † nam vt docet experientia, quæ eſt rerum magiſtras, §. ſed hodie, Inſti. de ſatiſda. quādo vnus vult committere aliquod delictum propter quod imponatur pœna infamiæ notabilis, illud non communicat cum aliquo, niſi ſibi ſit intimus amicus fideliſſimus & expers, & hoc quotidie cognoſcitur manifeſte. Quomodo ergo per aliquem ſani capitis poteſt præſumi, quòd ſi Stephanus voluiſſet tale nephandum ſcelus ſubornationis teſtium committere ſeu attentare, confiſus fuiſſet de dictis teſtibus, cum quibus non apparet quoquo modo aliquam ſtrictam amicitiam vel familiaritatem fuiſſe.
37 † Et ideo cum veriſimilia non depoſuerint, meritò non eſt ſtandum nec credendum eis in præiudicium dicti Stephani iuxta not. in l. non eſt veriſimile, ff. quod metus cauſ. & iſto argumen. a veriſimili in caſu falſæ monetæ vtitur Marſ. in conſ 74. num. 14. & ideo dixit Petr. de An-
38 cha. in conſi. 257. in vltima col. † quod non veriſimilibus iudex non debet dare fidem, quia, quòd non eſt veriſimile habet imaginem falſitatis, vt per Bal in l. j. C. de ſer. fugit. in tertia col. quē ſequitur Marſ. in conſ. 32. nu. 37. & in conſi. 49. nu 31. Et ideo concurrentibus omnibus iſtis, videlicet quod iſti ſint periuri, infamati de delicto, & vnus condemnatus, & quod ſunt minores vigintiquinque annis, pauperes, viles perſonæ, varij, non deponentes veriſimilia, interrogati de eo de quo interrogari non potuerūt, & quod ipſe inquiſitus ſit bonæ famæ, vt expreſsè probatum fuit, & pro quo militat omnis præſumptio bonitatis, vt per Craue. in conſi. 6. numero 63. meritò ſequitur quòd dicta Bernardi & Franciſci, nedum non ſufficiunt ad torturam, imò nec ad inquiſitionem, & quòd per dominum iudicem omnino uenit pronunciandum ipſum non fore ſubijciendum quæſtionibus tormentorum, imò abſoluendum ab omnibus, & ſingulis in dicto inquiſitionali proceſſu contentis, prout ex parte tam dicti Stephani, quam eius defenſoris requiritur inſtanter ita fieri. Laus Deo.

## SVMMARIVM.

1 *Spuria ſi matri ſuccedere non poteſt, minus deſcendens ab ea.*
2 *Perſona quando prohibetur ſuccedere, etiam deſcendens ab ea prohibetur.*
3 *Coniugatus cognoſcens carnaliter mulierem ſolutam committit adulterium Sed contra num. 12.*
4 *Viri, & vxoris vna eſt fides, vnum ſacramentum, & vna ſpes.*
5 *Vir in veritate dicitur adulterium commiſiſſe recedendo à fide preſtita ſi aliam mulierem cognoſcat.*
6 *Nati ex adulterio dicuntur nati ex coitu damnato, accuſabili, & punibili de iure ciuili.*
7 *Pœna adulterij in viro ſecundum magis communem, eſt mortis.*
8 *Mulier adultera verberatur, & detruditur in monaſterium.*
9 *Vxoratus habens rem cum ſoluta poteſt accuſari de ſtupro.*
10 *Stupri pœna in perſona humili eſt relegationis cum aliquali coertione corporali & in alia perſona confiſcationis dimidiæ partis bonorum.*
11 *Nati hi dicuntur ex coitu damnato quando coeuntes poſſunt accuſari de ſtupro, adulterio, & inceſtu.*
13 *Acceſſus ad ſolutam non eſt propriè adulterium.*
14 *Adulterium dicitur alieni tori violatio.*
15 *Stuprum non committitur cum meretrice.*
16 *Coitus cum meretrice non eſt punibilis.*
17 *Scholares accedentes ad mulieres quæ vulgo fanteſche appellantur, & quæ ſtant cum ciuibus, & in domibus eorum inhoneſtè viuunt, non poſſunt puniri, licet ſint liberæ.*
18 *Meretricium probatur, quando mulier libidini multorum ſe prebuit.*
19 *Item & quando eius turpitudo erat publicè venalis.*
20 *Mulier dicitur meretrix ſi duos quæſtus cauſa admittit.*
21 *Adulterium largo modo dicitur cum ſoluta.*
22 *Stupri pœna etiam de iure canonico, quo ad pœnam temporalem non punitur habens rem cum meretrice, licet ſecus quo ad ſpiritualem.*
23 *Spuria ſi poteſt ſuccedere eius matri, quia non nata ex coitu damnato, accuſabili, vel punibili de iure ciuili, vt quia ex meretrice, ita & eius deſcendens, vt num 24.*
25 *Mater ſicut filio ſpurio nato ex damnato coitu & accuſabili non poteſt ſuccedere, eadem ratione alij coniuncti per lineam maternam excluduntur.*
27 *Legatum factum filiæ ſpuriæ non valet.*
28 *Spurij ſunt indigni omni ſubſtantia, adeo quòd eis non poteſt à patre aliquid donari, nec relinqui.*
29 *Spurij de iure ciuili non ſunt alendi à patre.*
30 *Spurij reputantur infames infamia facti.*
31 *Spurij non ſunt fortes in bello ſeculari, in fide ſtabiles, nec honorabiles hominibus, ac Deo amabiles.*
32 *Nobilitas patris, vel aui, per ſpurios non conſeruatur.*
33 *Spurij repelluntur à dignitatibus.*
34 *Spurij repelluntur à teſtimonio præſertim in caſu quo teſtes debent eſſe omni exceptione maiores.*
35 *Iuramentum ſuppletiuum non defertur habenti teſtem adulterinum, vel ſimilem.*
36 *Diſpoſitio l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. locum non habet in ſpurijs.*
37 *Frater licet non poſſit querelare teſtamentum fratris niſi turpi perſona inſtituta tamen ſi frater inſtituit adulterum vel ſimilem poterit frater querelare teſtamentum.*
38 *Pater de iure ciuili non tenetur dotare filiam ſpuriam. Sed contra num. 43. quod declara, vt in nu. 45.*
39 *Spurij de iure canonico quod etiam ſeruatur in foro ciuili ſunt alimentandi à patre, & ab eo poſſunt ipſis relinqui alimenta.*
40 *Quod tamen intellige, niſi legatum excedat modum alimentorum.*
41 *Alimenta quæ dantur miſerationis gratia, non debentur ſecundum dignitatem, ſed ſecundum neceſſitatem viuendi.*
42 *Diſpoſitio c. cum haberet, de eo qui dux in vxorem, quam polluit per adulte. habet locum in omnibus ſpurijs ex quocunque coitu damnato natis.*
44 *Cauſa dotis non minus eſt fauorabilis, quàm cauſa alimentorum.*
46 *Dos exceſſiua data filiæ ſpuriæ per hæredes patris repeti poteſt quatenus excedit concurrentem quantitatem alimentorum.*
47 *Diſpoſitio dicti c. cum haberet, ſecundum magis communem locum etiam habet in foro ciuili.*
48 *Dos exceſſiua data marito filiæ ſpuriæ poteſt repeti per hæredes patris in exceſſu & num. 49.*
50 *Quod maxime dicendum videtur quando maritus ignorabat vxorem eſſe ſpuriam, vel illegitimam.*
51 *Dos data filiæ ſpuriæ per mortem eius de iure communi ad hæredes dotantis reuertitur, quod declaratur in num. 66.*
52 *Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*
53 *Maritus ſtante ſtatuto de lucro dotis, lucrabitur dotem datam filiæ ſpuriæ ea decedente ſine liberis, & num 62. quod intelligere, vt num. 65.*
54 *Diſpoſitio generalis debet intelligi ſecundum naturam rei de qua loquitur diſpoſitio.*
55 *Quod procedit etiam in materia ſtricta.*
56 *Et ubi interuenit iuramentum.*
57 *Lex ordinans antecedens videtur etiam permittere conſequens, & num. 68 & 69.*
58 *Lex ubi uult unum, cenſetur & aliud uoluiſſe, ſine quo actus commodè explicari non poteſt.*
59 *Actum faciens cenſetur ſe aſtringere legibus de illo actu loquentibus & num. 71.*
60 *Lucrum dotis ſecundum communem datur propter onera matrimonij.*
61 *Homines redduntur difficiles ad contrahendum matrimonium cum ſpurijs.*
63 *Iure cautum non reperitur, quod pater non poſſit donare marito filiæ ſpuriæ.*
64 *Dos per patrem filiæ ſpuriæ dari poteſt, ita ut poſt mortem eius tranſeat ad eius filios.*
67 *Lucrum dotis debetur marito de legato dotis facto per patrem filiæ ſpuriæ cum onere fideicommiſſi.*
70 *Onera in uniuerſalibus ſemper continentur.*

## CONSILIVM LXXIIII.

CIRCA primum quæſitum an Ioannes natus ex Margarita ſpuria poſſit ſuccedere Agneſinæ eius auiæ. Prima facie dicendum videtur, quòd non, cum nata fuerit ex coitu damnato, accuſabili, & punibili, ſecundum leges ciuiles. † Quia ſicut Margarita ſi vi-
1 ueret nō poſſet matri ſuccedere, vt eſt tex. in § fi. in auth. quib. mo. na. effi. ſui. ita nec ipſe Ioannes debet poſſe ei ſuc-
2 cedere; quoniam regula eſt trita, † quod quando vna perſona prohibetur ſuccedere, etiam deſcendētes ex ea prohibentur tanquam nati ex infecta radice, ex qua ramuſculos non poſſe pullulare ſatis conſtat, §. ex diuerſo. Inſti.
de

de hæred.quæ ab inteſt.Ita Dec. poſt alios in conſil.311.
col.2.in prin.Quod autem Margarita ſit nata ex coitu ac-
cuſabili,& punibili,ſecundum leges ciuiles facit,nam na
ta eſt ex vxorato, & ſoluta, quo caſu de adulterio nata,
3 †quia coniugatus cognoſcens carnaliter mulierem etiam
ſolutam committit adulterium, quod demonſtratur,nam
vir & vxor ad imparia non debent iudicari: vnde ſicut
mulier coniugata cognita ab aliquo coinquinat torum vi-
ri,ſic etiam vir ad ſolutam accedens coinquinat vxorem
ſuam,c.in coniugio,32.q.j.notat Gaufr.in ſum. in titu.de
4 adult.in prin.† nam viri & vxoris vna eſt fides, vnum ſa-
cramentum, & vna ſpes. Fides inquam caſtitatis, ſacra-
mentum inſeparabilitatis, & ſpes prolis habendæ, c.1.de
ſponſa.duo.c.debitum,de bigam. ergo ſi vxor ab alio co-
gnita dicitur adultera,multò magis vir rem habens cum
ſoluta,dicitur adulter: quia prin & prima pars principa-
lis matrimonij contrahendi eſt ipſe vir,c.is qui.de ſponſa.
vbi primò dicunt,accipio te in meam,& muliere dicente
accipio te in meum, & ſic iſto capite vir recedens ab vxo
re, adulteratur magis quàm vxor a viro diuertens. Vnde
5 dicit Hug.in c.fraternitatis 34. diſtinct. †quod vir in ve-
ritate adulteraſſe dicitur recedendo à fide præſtita,ſi aliã
mulierem cognoſcat,c.publico,§.ſi ergo,32.q.1 vbi dici-
tur,quod inter coniuges debet fides ſeruari, & ſacramen
tum,quę cum defuerint,non coniuges,ſed adulteri appel
lantur.Ita formaliter dixit Guid. Papæ.in conſ.159.col.j.
6 & in conſ.153.col.2.†Sed nati ex adulterio,dicuntur nati
ex coitu damnato, accuſabili, & punibili de iure ciuili,
7 †quia in viro adulterium committente eſt pęna mortis,
l.quamuis,la ſecunda,C.de adult.l.quamuis,l.ne quis,C.
de accuſ.vbi dicit Salic.quòd licet in muliere adulterante
hodie ſit correcta pęna iuris antiqui,quia in ea non eſt pę
8 na vltimi ſupplicij, † ſed, vt verberata detrudatur in mo-
naſterium,vt habetur in auth.ſed hodie; C.de adul.tamẽ
in maſculo nihil eſt immutatum,quia punitur pæna capi-
tali.Ita etiam dixit Cuma.in conſ.154. colum.2.Alexan.
in conſi.99.col.j volum.6.& in conſi.229.col.2.volum.eo.
ac in conſil.13.col.2.vol.7. vbi atteſtatur hanc eſſe magis
communem opinionem.Marſ.in conſ.83.col.fi.& 101.col.
2.Decius in cap.noui, §.de adulteris, colum.2. de iudica.
Afflict.in conſtitutionibus Regni,in rub.de adul. & leno.
& in conſtit.legum aſperitate, nu.1. & 7. Cum ergo ipſa
Margarita nata ſit ex adulterio, & ſic coitu accuſabili, &
punibili ſecundum leges ciuiles, igitur dicendum venit,
quòd ſicut ea non poſſet ſuccedere matri,ita nec Ioannes
eius filius auiæ ſuæ.

Secundò facit, nam etiam poſito, quod talis vxoratus
non dicatur commiſiſſe adulteriũ, & de eo accuſari non
poſſit,l.j.C.de adult vbi Salic.& in auth.ex complexu,C.
de inceſt.nupt.& in l.ſi qua illuſtris,C.ad Orfic.& Socin.
in conſ.148.volum.1.cum ſubſcriptione Bald. Nouel. &
9 Alex.in conſi.139 col.fi. volum. † tamen poteſt accuſari
de ſtupro, quod committitur cum virgine, vel vidua, §.
item,l.Iul.Inſtitu.de publ.iudic.l. inter liberas, § j.ff. de
10 adult.l.ſtuprum,ff.eod. tit. † & quæ pæna in perſona hu-
mili eſt relegationis cum aliquali coercione corporali, &
in alia perſona confiſcationis dimidiæ partis bonorum,
vt per Alexand.in citato conſilio 229 colum.penult. & in
conſi.113.colum.2.volum.7.ac in conſil.165. volum eod.
Ita in terminis decidit Salice in l.j.C. de concub. nam in
ea dicitur,quod non licet marito concubinam habere,di-
cit ibi Salic.quod etſi maritus non poſſit accuſari de adul-
terio,dicta l.1. ex quo mulier eſt ſoluta, tamen poteſt ac-
cuſari de ſtupro,ex quo concubina eſſe non poteſt. Quid
etiam voluit Odofred.& Angel.in d.l.1.quem ſequuntur
Ioan.de Ana.in cap.2.de adult.Guido Papæ in conſil. 17.
columna 2.Decius in conſilio 306. columna 2. Gozad.in
conſil.21 nume.23.in fi & Bald.in conſilio 167. volum.1.
11 † vbi inquit, quod nati hi dicuntur ex coitu damnato,
quando coeuntes poſſunt accuſari de ſtupro, adulterio.
& inceſtu.& in conſil.457.colum.3. volum.5. ſed in caſu
de quo agitur, poſſet accuſari vxoratus de ſtupro, & pu-
niri, ergo &c.

Quibus tamen non obſtantibus,contraria ſententia eſt
de iure verior,quoniam indubitata eſt Doctorum ſenten
12 tia, † quod vxoratus qui rem habuit cum ſoluta, non
poteſt accuſari de adulterio,vt etiam voluit vltra ſupra ci
tatos,Angel.in §.nouiſſimè,Inſt.de Orfic.Pau.de Caſtro
in conſilio 277.Dec in conſilio 311. colum.2. & ratio eſt,
13 †quia acceſſus ad ſolutam non eſt propriè adulterium,
14 vt inquit Guido Papæ in allegato conſi.153.col 2. † cum
adulterium dicatur alieni tori violatio, quaſi tranſitus
ad alterius torum, quod non contingit in ſoluta. Ita Sa-
licet.in d.l.1.C.de adult. & in alijs locis de quibus ſuprà,
Socin.in citato conſil.148.col.2.Hoſt.in ſum.de adul.§.j.
Alex.in allegato conſ.139 col.fi.vol.j.

Nec habet obſtare, quod ſaltem poteſt accuſari, & pu-
niri de ſtupro cum virgine commiſſo, per ea quæ ſuprà
15 citata fuerunt. Quia reſpondetur, † quod ſtuprum non
committitur cum meretrice,ſed cum muliere honeſtè vi-
uente,vt eſt tex.in §.item lex Iulia,Inſtit.de publ.iud.vbi
per illum textum in verbo, honeſtè viuentem, dicit ibi
Ange.Nota,quod quælibet mulier ſoluta, quæ inhoneſtè
viuit,non permittit aliquem legum laqueis innodari. Al-
legat l.quæ adulterium,cum gloſ.C.de adult. Facit, quod
voluit Alexan. in conſ.13.col 2.colum.7. vbi inquit, quòd
de coitu non violento habito cum muliere non nupta,quę
16 non retinet nomen honeſtæ mulieris iudicatur, † vt de
coitu habito cum meretrice, qui de iure non eſt punibi-
lis,l.ſi vxor.& ibi Bart.ff.de adult.& in l.verum,in ſecun-
da oppoſitione, ff.de fur. quia coitus cum meretrice eſt
impunitus,l.1 de concu. Et ideo dixit Ange.in d.l.ſi vxor,
17 † quod non debent puniri ſcholares accedentes ad mu-
lieres, quæ vulgo fanteſchæ appellantur, quæ ſtant cum
ciuibus, & in domibus eorum inhoneſtè viuunt,licet ſint
liberæ mulieres. Et Ange.ſequitur Alex.in dicto conſ.13.
colum.2.Socin.in citato conſi.148.colum.2. in fi.& Goza.
in conſi.21.colum.2.in fi.Idem tenuit Alex.in conſi.157.
volum.5. vbi dicit, quòd in meretrice non cadit crimen
ſtupri,per l.ſi ea.C.de adult.& ibi Ange.& Marſi.in ſing.
150.& Bald.in conſ.206.col.2.in fi.vol.3.vbi tradit, quod
cum fanticella, quæ eſt vilis conditionis non cõmittitur
ſtuprum,vt no.Azo.in ſum.de cõcub.Lud. Sard.in tract.
de legitima,in 2.parte,num.157.in fin. vbi propriè dicit,
quòd ſtuprum cum vidua quæ fuit vulgaris, non eſt pu-
nibile, licet coitus ſit illicitus, & damnatus, ex quo non
eſt vxor,nec licita concubina.Idem dixit Afflic. in conſti.
reg.in conſtitutione, ſi quis rapere, verſi. quarto quæro.
Quod autem Margarita fuerit impudica,probatum com
peritur ex teſtibus examinatis, qui optimè deponunt,
18 † ꝙ ea libidini multorum ſe præbuit, ꝙ ſufficere videtur
19 ad meretriciũ probandum,c.vidua,34.diſt. † Item,& ꝙ
eius turpitudo erat publice venalis, quod pariter ſatis eſt
ad probationem vitæ inhoneſtæ,vt in cap.meretrices,32.
q.4.no.Alex.in conſ.99.col.2.vol.6. & in conſi. 157.col.j.
20 vol.eod.Imò innuit tex.in l.pal.ff. de ritu nupt. † mulie-
rem dici meretricem ſi duos cauſa quæſtus admittit. Et
illum text.ad hoc commendat Abb.in ca.cum decorem,
de vita,& honeſt.cler.& in c.inter opera. de ſponſ. Mod.
in rubrica. de donatio. inter virum, & vxorem, §.40. in
princ.& licet ex ſuprà dictis ſatis reſponſum etiam appa-
reat adductis in contrarium, tamen ſpecialiter reſpon-
22 dendo ad primum argumentum dicitur,† quod licet lar-
go modo ſit adulterium acceſſus vxorati ad ſolutam, ta-
men,quod non eſt propriè adulterium,cùm illud ſit alie-
ni tori violatio,quaſi in alterius torum acceſſio, ſecũdum
Decium in dicto capitulo at, ſi clerici, § de adulterijs in
principio. Ad ſecundum de ſtupro pariter reſpondetur,
22 quod cum meretrice non nupta non cadit ſtuprum,†nec
quis poteſt accuſari, & puniri pro ipſo ſtupro, etiam de
iure canonico,quo ad pęnam temporalem,licet ſecus quo
ad ſpiritualem, vt per Goz.in d.conſi.21.colum.2.in fin.
cum prin.ſequentis.

Quibus ſtantibus, quæ cum vera ſint ſuccedere vide-
23 tur,† quòd ſicut Margarita ſi viueret admittere ad hære-
ditatem maternam,per gloſſ.in l.ſi qua illuſtris.C.ad Or
ficia. quam dicit communiter approbatam Ludouic. de
Sard.in tractatu de legitima, in ſecunda parte, num.159.
& per Bart in l.fin.colum.ſecunda, ff. de his quibus vt in-
dign.verſ.quæro an ſuccedat vbi proprie loquitur in na-
to ex coitu meretricali quem ſequitur Dec.in conſi. 306.
colum.prima.Idem tenuit Spec.in tit.de ſucceſſ.ab inte-
ſta.verſ.ſed ſpurius.Salice.in authen.ex complexu, C.de
inceſ.nup.& in l.prima,C.de adulter.Angel.in d.l.ſi qua
illuſtris,Ang.in d.§.nouiſſimè.colum.ſecunda.verſicu ſe-
cundo verò principali caſu. Afflict.in conſtit.regn. in cõ-
ſtitutione,ſicut accepimus,col.ſecunda.ac Matheſ in tra
ctatu de ſucc.ab inteſta.colum.quinta.verſic.ſecundo ca-
24 ſu. † vbi inquit, quod in dicto caſu in quo filij ſunt nati
ex coitu non damnato a lege & in quo nulla pœna tem-
poralis ab aliqua lege temporali imponitur, quod poſ-
ſunt ſuccedere matri, vel alijs aſcendentibus per lineam
ma-

maternam , perinde ac ſi nati eſſent de legitimo matri-
monio , & per conſequens ſuccedere cum alijs legitimis,
& ex legitimo matrimonio procreatis l. hac parte. l. Mo-
deſtinus.ff.vnde cogna. Ita etiam deſcendentes ab ea poſ-
ſunt ſuccedere auiæ maternæ per vnde cognati. dicta l.
Modeſtinus. Ita Ludo.de Sard.vbi ſuprà.nume.160. quia
iſto caſu inter coniunctos ex latere materno niſi ſit illu-
ſtris perſona dicta l.ſi qua illuſtris. datur ſucceſſio l.ſi ſpu-
rius.ff.vnde cogna. Angel.in d.§.nouiſſimè . Et pro iſta
parte facit,quod in ſimilibus terminis voluit Dec.in con-
25 ſi.311.in princ. vbi inquit, † quòd ſicut mater filio ſpu-
rio nato ex coitu damnato , & accuſabili non poteſt ſuc-
cedere, & ab eius ſucceſſione excluditur, eadem ratione
alij coniuncti per lineam maternam excluduntur , cum
veniant ex radice infecta,l. fin.C.de natur.lib.ergo à con-
trario ſenſu ſi mater admittitur , etiam qui veniunt per
lineam maternam debent admitti , vt oppoſitum eadem
ſit ratio . Et propriè in terminis noſtris ita conſuluit So-
cin.in dicto conſil.148. & Bald.Nouel. ibi in ſubſcriptio-
26 ne . † vbi concludunt nepotem eſſe ſucceſſibilem auiæ
maternæ , & conſequenter habere ius rumpendi teſta-
mentum , vel petendi legitimam , vel agendi ad ſupple-
mentum, quod ſuccedit in locum quærelæ. l.omni modo.
C.de inofficio.teſtamen.iuncta l.ſuſpecta.§.fin.ff.eod.tit.
Et ſic ex his remanet expeditum primum caput.
27 Venio ad ſecundum , † in quo primo aſpectu videtur
dicendum , ꝙ legatum factum per dominum Antonium
Helenæ ſuæ ſpuriæ non valeat,vt in §.fin.Inſtit.quib.mo-
dis natu. effic.ſui.& in authentic. ex complexu. C.de in-
28 ceſtuoſo.nup. † vbi ſpurij ſunt indigni omni ſubſtantia,
adeò , quòd eis nihil poteſt donari , nec in teſtamento à
parte relinqui. Alexand. in conſil.202. columm. prima in
fin.volum.ſexto Aretin.in conſi.48.column.prima,& ſe-
cunda.Paul. de Caſtro in l.ſeruus teſtamento C.de lega.
gloſſ.fin.in cap.cum haberet.de eo qui dux.in vxo.quam
pol.per adulter. Azo. in ſum. C.de natur.lib. Alexand.in
conſi.54.in princip.volum.ſeptimo.Guido Papæ in conſi.
17.colum.ſecunda,& in conſi.146.in principio.& colum.
ſecunda, & in quæſtione 280. vbi dicit ita vidiſſe iudicari
29 in curia parlamenti Delphinali. † Hinc etiam videmus,
quod de iure ciuili non ſunt alendi à patre. vt in §. vltra
ſi quidem. ibi nec alendus à parentibus , in authen. qui-
30 bus modis natu.effic.ſui.nec nominandi pro filijs, † quia
reputantur infames infamia facti. Azo in ſum. C.ex qui-
bus cau.infa.irroga. Alexand.conſilio 172.colum. fin.vo-
lum.ſeptimo.Curt.Iun.in conſi.37.column.prima conſil.
81.num.9.Marſil ſingul.272.colum.prima,& Capi.deciſ.
31 32.numer.ſeptimo.† Item quia non ſunt in bello ſecula-
ri fortes, in fide ſtabiles, nec honorabiles hominibus, ac
Deo amabiles, capit. ſi gens Anglorum, 56. diſtinctione,
quem text.allegat Bald.in l.prima. columna tertia.C.de
32 ijs quæ pœn.nomine. † Accedit etiam quia per eos nobi-
litas patris vel aui non conſeruatur l.lex naturæ. ff.de ſta-
tu hom. Alex.in d.conſi.172.col.fin. Felin.in ca. nonnulli.
33 §. ſunt & alij , nume.58. de reſcript. † ac etiam repel-
luntur a dignitatibus. l.ſpurius. ff.de decur. Capi.vbi ſu-
34 prà , † & ſic etiam à teſtimonio ferendo,nam ferre teſti-
monium dignitas eſt cap.præceptum.32. quæſt.5. gloſſ. in
cap.teſtimonium.de teſtibus.& præſertim in caſu in quo
teſtes eſſe debent omni exceptione maiores. vt per Ni-
col.de Vbal. in tracta.de ſucceſ.ab inteſta.char.6. colum.
2.verſic.ſequitur quarta ſpecies.poſt Ro.in l admonendi.
35 ff.de iureiu. † ex quo ipſi inferunt ; quòd habenti vnum
teſtem adulterium vel ſimilem non defertur iuramentum
ſuppletiuum , quod etiam voluit Marſil.in d.ſing.272.in
36 princ. † Hinc etiam videmus quòd diſpoſitio legis cum
acutiſſimi.C.de fideicommiſ. non habet locum in ſpurijs
ſecundum Bald.ibi.colum.2.& in conſil. 456.in 2. colum.
37 vol.5.Reputantur etiam ſpurij turpes perſonæ, † & ideo
licet frater non poſſit querelare teſtamentum fratris ni-
ſi turpi perſona inſtituta.l.fratres. C. de inof. teſtam. ta-
men ſi frater inſtituit adulterium vel ſimilem , poterit
frater quærelare teſtamentum,ſecundum Cyn.& Iaſ.di-
38 cta l.fratres. Videmus etiam pariter † quòd pater non te-
netur dotare filiam ſpuriam de iure ciuili. Bartol. Bald. &
Alex. in l.1.ff.ſoluto matrim.Bal.& Angel. in l. fin. C. de
dot.promiſ. Bald.in capit.1.§.donare.in princip.qui feud.
dar.poſſ.Sal.in auth.res quæ C. communia de leg.Angel.
in conſil.209.

Quibus tamen non obſtantibus , contraria ſententia
eſt de iure verior, & communis , quia licet de iure ciuili
38 filij ſpurij non ſint alimentandi à patre, † tamen de iure
canonico,naturali pietate inſpecta,tenetur eos pater ali-
mentare,& ipſis relinquere poteſt alimenta . Ita Bart.in
l.fin.columna 2.verſic. Quæro vtrum ibi , quis erit ergo
modus ff.de his quibus, vt indign.per text.in cap.cum ha
beret.de eo qui dux.in vxo.quam pol.per adul.idem Bar-
tol.in auth.ex complexu.C.de inceſt.nup.Bald.in d.con-
ſi.456.column.2. Angel.in §.primo de iure naturali,gen-
tium,& ciuili.Alexand.in conſi.74.colum.fin.volum.2.&
in conſil.158.colum.ſecunda,volum.ſeptimo Socin.conſi-
lio 161.column.prima,volum.primo & Pariſ. in conſil.9.
40 in prin.volum ſecundo. † & hoc dummodo legatum non
excedat modum alimentorum ſecundum Bald. in l.eam
quam colum.12. C.de fideicommiſſ.quem ſequitur Soci.
conſi.ſecundo,column.ſecunda.in fin.volum.4. Idem vo-
luit Bald. in conſilio 258. volumine primo. Bald. Nouell.
in tract.dot.in 6. parte priuileg. 16.column.quarta,vbi in
quit, quòd pater poteſt legare filio ſpurio alimenta vſque
ad modum alimentorum,non autem vnum magnum po
dere.Bald.in conſilio.75.volumine tertio, quia ſi daretur
in magna quantitate,ita quod excederet modum, præſu-
meretur fraus ſecundum Bart.in d.l.fin.per l.1. C.de na-
tur.lib.quinimò non valet in eod.quod excederet, ſecun-
dum Baldus.in dicta l.eam, quam.Idem dixit Baldus in
41 l.ſi maritus.ff.ſolut.mat.vbi inquit, † quòd alimenta quæ
dantur miſerationis gratia,non debentur ſecundū digni-
tatem,ſed ſecundum neceſſitatem viuenti. Hoc quidem
tenuit & Dec.in conſ 311 col.2.in conſ.576.in prin.& 611.
colum.1 & ſecunda vbi dicit iſtud procedere in omnibus
42 ſpurijs ex quocunque coitu damnato natis † per æqui-
tatem dicti capit. cum haberet. quæ in omnibus ſpurijs
procedit , quia ipſi non deliquerunt . Si ergo pater pro
43 alimentis poteſt relinquere filio ſpurio , † ita etiam po-
terit relinquere filiæ ſpuriæ pro dote Ita Bartol.in dicta l.
fin columna 2. verſic.idem dico in dote,ſubdens ſe de fa-
cto ita reſpondiſſe Idem Bartol.in dicta auth.ex comple-
xu. Math.in notabili 150 Angel.in §.legari. Inſtit.de leg.
vbi inquit ſe Ferrariæ ita obtinuiſſe , quod dicit memo-
riæ tenendum,& in §.nouiſſimè,Inſtit.ad Orficit.Bald.in
conſ.258.in fi.volum.j. Abb.in conſil.50. columna ſecun-
da,volumi.2.& in conſilio 115.volumi.eodem , & id per
44 ęquitatem,de qua in dicto cap.cum haberet. † cum caſu
dotis non ſit minus fauorabilis , quam cauſa alimento-
rum.Idem tenuit Dec. in citato conſilio.311. columna 2.
45 & 611. colum.j. † dummodo tamen dos non ſit exceſſi-
ua : quia tunc ſimiliter præſumeretur fraus , ſic quando
ſit legatum pro alimentis , quod excederet veram men-
ſuram alimentorum,vt per Bartol.in d.l. fin.quem ſequi-
46 tur.Curt.iun.in conſilio 37.columna fin.vbi inquit,quod
quatenus dos eſt exceſſiua , poteſt repeti per filium legi-
timum, & naturalem . Idem dixit Cacialup. in dicta l.ſi
qua illuſtris,colum.antepen. vbi tradit,quòd pater filiam
ſpuriam dotare poteſt vſque ad concurrentem quantita-
tem alimentorum, ita , quod habeat alimenta perpetua
ſecundum qualitatem ſtatus ſui : quia quod ob cauſam
permittitur,ab eius cauſa limitatur,& moderatur,Bal.cō
ſi.267.col.2.vol.j.& 457.col.2.vol 5.Iaſ.in conſil.26.col.3.
vol.j.Capi.deciſ.181.

Nec habet obſtare,quod diſpoſitio dicti cap.cum habe-
ret,ſecundum Imol.in l.Lucius, §.j.de hæred.inſtit. & in
l.ex facto, §.ſi quis rogatu, lo primo.columna 6. ad Treb.
Alex.in l.j.col.9.ff.ſol.matr. Felin.in cap. quæ in eccleſia-
rum,de conſt col.17.& in cap.eccleſia ſanctę Mariæ,col.7.
eod. tit. & Lud. Sard. in tractatu de legit.in ſecunda par-
te, num.24.cum ſit exorbitans,& correctoria habet tan-
tum locum in foro eccleſiaſtico , & non in temporali :
46 † quia reſpondetur , quod imò etiam ſibi locum vendi-
cat in foro ciuili,vt per Bart.in dicta l. fin. & in d.authen,
ex complexu. Ang.Inſtit.de iure nat.gentium,& ciuili.in
princip.vbi inquit ſe ita conſuluiſſe cum alijs quibuſdam
ampliſſimis Doctoribus , & ita obtinuiſſe, Abb. in d. cap.
cum haberet,Bald.in conſ.457. col.2.vol.5. Abb.in conſi-
lio 60.vol.2. & in conſil. 115.volum.eod. Aret.in conſ.48.
Alex.in conſ.74.col.fina.vol.2.Dec in c.Eccleſia S.Mariæ,
col.15.verſ.ſecundus caſus,de conſt.in l.liberi,col.penul.
C.de bon.poſſ.contra.tab.in conſ.311.col.2.576.in princ.
& 611.col.1.in fin.Ang.in tractatu de teſta.verſ.Item re-
liquit L. filio ſpurio, vbi dicit ita fuiſſe iudicatum in ciui-
tate Regij,Matheſ.in tract. ſucceſ.ab inteſt.in quarta par-
te,verſ.ſequitur quarta ſpecies. Soc. in conſ.161.col.1.in
fin.vbi inquit ita omnes tenere.Curt.iun. in conſ.37.col.

fi.vbi dicit opinionem Canoniſtarum veriorem, & ꝙ ita
iudicaret, Claud.in d.l.j.col.3 Iaſ. in d.conſi.26. colum.2.
vbi aſſerit hanc communem, Cacialup. in l. frater à fra-
tre, col.30. ff. de cond indeb. vbi dicit fuiſſe quæſtionem
de facto an ſpurius cui debentur alimenta de æquitate
canonica, poſſit ea petere coram iudice ſeculari, ꝙ quod
Mar.Soc.& Thomas Dodus conſuluerunt,ꝙ ſic.Idem te-
nuit Pariſ.in conſi.64.col 2.vol.3.referens hãc eſſe magis
communem,licet Alex.ceſpitauerit in d.l.j.ff. ſol.mat.

Verum quia dicitur, qđ dos data marito dictæ Helenæ
eſt exceſſiua, eſtat videre an in caſu de quo agitur per hę-
redes D.Antonij poſſit repeti id in quo dos reperitur ex-
48 ceſſiua. † Et videretur primo congreſſu dicendum,quod
ſic, vt voluit Matheſ.in d.tract. ſucceſſ. ab inteſta.char.7.
col.fin. quia ſi à principio non valuit conſtitutio tanquam
factam in fraudem,vt per Bart.in d.l.ſi col.2.& Bal. in d.
l.eam quam,ſequitur, ꝙ non potuit ex poſt facto conua-
leſcere,regula non firmatur,de reg.iu.in 6.imputare enim
habet ſibi maritus, ſi cum tali contraxit : debuit enim
cautius negotiari,arg.c.nuper,de don.inter vir. & vxor.
49 † tamen in contrarium eſt veritas, ꝙ viuente marito lo-
cum non habeat repetitio, vt in terminis decidit Bartol.
in l.fin.ff.de his,quæ in frau.cred.vbi dicit,quod licet pa-
ter non poſſit donare filio ſpurio,tamen ſi contingat, ꝙ
pater maritauerit filiam ſuam ſpuriam,& dotem ſibi con
ſtituat, quæ apud maritum peruenit, conſanguinei non
poſſunt reuocare poſt mortem donantis dotem à marito,
quia maritus illam habet ex titulo oneroſo,ſed quod poſt-
quam ad mulierem reuerſa fuerit, bene poterunt illam
reuocare,cùm illam tunc habeat titulo lucratiuo [Et Bar-
tol.ibi ſequitur Angel. & in l.ignoti.C.de reuoc. his,quæ
in fraudem cred.Bald. in authen.ex complexu. Angel.in
§.ſi res aliena.colum.2.de leg.& in §.Item ſi quis in frau-
dem.columna.3 de act. Alexan.in conſilio.54. columna.3.
in fi.volum.7.Abb.in conſi.115.colum.2.vol.2 Bertrand.
in conſilio.54. volum.2. vbi firmat hanc eſſe communem
opinionem.& Moder.in repetitione cap.per noſtras §.24.
col.4.de donat.inter virum & vxor. Et tantò fortius hoc
50 dicendum uidetur † ſi maritus quando matrimonium
contraxit ignorabat eam ſpuriam,vel illegitimam,per ea
quæ notant Moder. in dicto capitu. per veſtras. in citato.
§.24.colum.3.

Vltimò videndum reſtat an dos data Magdalenæ alte-
ri filiæ ſpuriæ per mortem ipſius cedat commodo Ioan.
Georgij mariti vigore ſtatuti de lucro dotis vigentis in lo
co Riparolij,cum ea deceſſerit ſine liberis,an vero reuer-
ti debeat ad hæredes dicti domini Antonij,Et prima fron-
51 te dicendum videtur inſpecto iure communi, † quod re-
uerti debeat ad hæredes dotantis per ea quæ voluit Bald.
in conſi.456.volum.5.vbi inquit,quòd legatum factum fi-
lio ſpurio pro alimentis, non tranſit ad hæredes ſpurij
quia non ratione proprietatis in qua non valuit legatum,
nec ratione alimentorum, quia cum vita finiuntur, lege
cum hi.§.ſi vni.ff.de tranſactio. Iſtud etiam fuit de men-
te.Bal.in d.l.eam quam, col.10. quem ſequitur Decius in
conſil.311. column. 2.in fi. Si ergo illud quod pro alimen
tis datur ſpurio finitur cum vita ſua, & non tranſmitti-
tur ad hæredes, ergo nec per conſequens dotem ſibi lo-
52 co alimentorum aſſignatam,†quia ſubrogatum ſapit na-
turam eius in cuius locum ſubratur. l.eum qui.§.iniuria-
rum ff. ſi quis cautio. Moder.in d.§.24.col.3. Iſtud etiam
voluit Abb. in conſil. 50. colum. fin.volum.2. & in conſil.
115.colum fin.volum.eod.Bald.nouel.in tract.dot.in ſexta
parte priuileg.16.

Sed his non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iu-
53 re verior,& amplectenda.Et primo,† nam ex diſpoſitio-
ne legis pater tenetur filiam ſpuriam dotare, vt ſupra la-
tè dictum fuit, ſi ergo dotauit, igitur cenſetur voluiſſe,
quòd dotes conſtituantur ſecundum naturam ipſarum do
tium,& ſecundum materiam ſubiectam, vt lucrum earũ
facere poſſet maritus ſecundum ſtatuta de dotibus lo-
54 quentia, † quia diſpoſitio generalis debet intelligi ſecun-
dum naturam rei de qua loquitur diſpoſitio. l. ſi ſtipula-
55 tus.de vſur.Iaſ.in l.actionem.C.de procu. Et illud adeo
verum eſt, quòd etiam procedit in materia ſtricti iuris,
vt per Bald.in l.ſi.commun.diuid.arg.gl.in l.pacto.ff.fam.
56 erc.† & etiam ſi interuenire iuramentum,vt voluit Cor.
in conſil.129.colum.2.volum.3. Igitur cum lucrum à ſta-
tuto introductum ſuper dotibus inhæreat cum ipſis do-
tibus ex diſpoſitione ipſius ſtatuti,& pro regula in eo tra-
datur vt maritus ſuperueniens vxori decedenti ſine libe-
ris lucretur dotem,ideo eueniẽte caſu de quo ſtatutum
loquitur,maritus dotem ipſam lucrari debet.
57 Secundò facit † nam ibi lex ordinat antecedens, id eſt
conſtitutionem dotium cenſetur, etiam conſequens per-
mittere, id eſt, lucrum, quod ſequitur ex conſtitutione
earum. l.3. §.ſcio. ff.de minor. quia iſtud conſequens eſt
neceſſarium ad antecedens pp ſtatuti diſpoſitionem.Iaſ.
in l.et ſi prætor col.2.de offi. eius cui mand. eſt iuriſd.quia
aliàs niſi eſſet permiſſum tale lucrum,non ita de facili re-
periretur qui talem vxorem ducere vellet renunciãdo ip
58 ſi lucro.l.cum de indebito. ff. de proba. † Ideo ipſa lex
quæ vnum,cenſetur,& aliud voluiſſe,ſine quo actus com-
modè explicari non poſſet,vt per Dec.in c.præterea,col.
4.verſi.ſed contrarium reperio.de offic.deleg.
59 Tertiò accedit,† nam faciens actum cenſetur ſe aſtrin-
gere legibus de illo actu loquentibus. l.exigere dotem.ff.
de iud.l.hæredes mei.§ cum ita.vbi doct.ad Trebel. ergo
pater filiæ ſpuriæ dotans eam cenſetur ſe voluiſſe confor-
mare cum diſpoſitione ſtatuti,vti maritus lucrari debeat
quantum ab ipſo ſtatuto ei conceditur,
60 Quartò etiam facit, † nam ratio onerum propter quæ
conceditur lucrum marito à lege municipali,vt per doct.
in l.ſi donaturus.§.fin.ff.de condi. ob cau. Aret. in l.ante
nuptias.col.fin ff.ſol.matr. vbi atteſtatur hanc eſſe magis
communem.& Pariſ.in conſil.127 in princio volum.j. &
de qua quęſtione abundè diximus in quæſtionibus noſtris
de lucro dotis, in quarta quæſtione,ita militat in mari-
to ſpuriæ vxoris, quàm in non habentibus ſpurias, qui-
bus lucrum datur, ergo eadem eſſe debet iuris diſpoſi-
tio in ipſo marito ſpuriæ.argum. l.illud.ff ad leg. Aquil.&
61 tantò magis cum (vt experientia docet) videamus † quod
reddunt homines difficiles ad contrahenda matrimonia
cum ſpurijs.
62 Quinto, & vltimo hanc quæſtionem † decidit in termi-
nis Bald.Nouel.in trac.dot.part.6.in priuil.17.col.3.ver-
ſi.Sed quid ſi ſtatutum, vbi inquit expreſſe, quod ſi lege
caueatur, quòd vxore decedente in matrimonio ſine fi-
lijs,vir lucretur tertiam partem dotis,vel dimidiam,quod
non improbabiliter dicit poteſt dotem datam filiæ ſpu-
riæ per mortem eius non reuerti ad hæredes patris, cùm
de neceſſitate iuris cauſetur tale lucrum, & ſic in illo pa-
ter nou videtur exercere aliquam liberalitatem in talem
filiam, imò videtur lucrari in recompenſationem one-
rum matrimonij, & dato etiam, quòd eſſet merum lu-
63 crum viri,idem dicendum eſſet. † quia non reperitur iu-
re cautum,quòd pater non poſſit donare marito filiæ ſpu-
riæ, imò etiam potuiſſet facere per pactum ſine ſtatuto
ex quo per tale ſtatutum filiæ nihil quæritur. quod inquit
64 notandum prout etiam in ſimili videmus, † quòd per
patrem filiæ ſpuriæ poteſt dari dos, ita vt poſt mortem
eius tranſeat ad eius filios,;vt per Bartol.in l.ſi.col.ſecun-
da ff. de his quibus,vt indign. & Veronenſ. in cautela 37.
& Abb.in citato conſil.50.colum.ſecunda. Et cum Bald.
Nouel.tenuit Bulga.in l.1.colum.36.ff.ſolut.matr.& Mo-
der.in repetione.cap.per veſtras.§.24.colum quinta verſ.
65 alio item caſu. vbi hoc intelligitur † procedere quando
fundus datus eſſet in dotem, vt in caſu de quo agitur, ſe-
cus ſi fructus ipſius fundi dati fuiſſent in dotem pro ali-
mentis,iux. tex.in l.dotis fructus.§.ſi vſumfructum.ff.de
iure dot.tunc enim quia ius datum in dotem morte perit.
§.finitur, inſtitu.de vſufruct. non poterit maritus lucrari
dotem,l.quod in rerum.§.j.ff de leg.j. & opinionem Bal.
not.approbat Craue.in conſil.186. colum.fi.& eam ſentit
Alex.in conſi.150.volum.2.dum quærit ſi ſtatutum dicit,
quod muliere prædecedente in matrimonio ſine liberis,
tertia pars dotis obueniat proximioribus in gradu,& re-
liquum ſit mariti,an pater filiæ ſpuriæ,quæ deceſſit in ma
trimonio ſine liberis,lucretur illam tertiam partem dotis
à ſe datæ,& reſpectu duarum partium quas debet.lucrari
maritus non facit dubium, ſed reſpectu alterius partis q̃
dicit finaliter eſſe lucrandam per patrem.

Non obſtant quæ ex aduerſo adducta fuerunt, videli-
cet ꝙ dos data filiæ ſpuriæ reuertitur ad hæredes patris,
66 † quia reſpondetur, ꝙ ea procedere poſſunt vbi nullum
extaret ſtatutum de lucro dotis, & ſic in quo eſſemus in
mera diſpoſitione iuris communis, aliàs ſecus, quia (vt
dictum fuit) pater tunc voluit ſe ſtringere legibus de il-
lo actu loquentibus, & ſe conformare cum diſpoſitione
ſtatutaria. Pro eius conformatione accedit,quod voluit
67 Bald in conſi.79.vol.j. † vbi quærit an de legato dotis fa-
cto per patrem filiæ cum onere fideicommiſſi maritus
de-

debeat detrahere partem dotis à ſtatuto marito ordinatã.
Et decidit, quod ſic, & qđ iſta portio ſtatutaria diminuit
fideicommiſſum, quia cùm pater legauerit in cauſam do-
tis, ideo in tali caſu habebunt locum omnia ſtatuta lo-
quentia de lucro dotis, cum tale ſtatutum trahatur ad le-
gatum ex interpretatione paſſiua. l. prima. §. lex Falcid.
68 † Item ex quo pro miſſum eſt principale ſcilicet, dos, ita
& acceſſorium, quod eſt lucrum legis cùm acceſſorium,
intelligatur intereſſe principali l. ex diuerſo. ff de rei ven
69 di. Plus † ex quo lex eiſponit de lucro doris & pater de
dote, quæ eſt quodam ius vniuerſale, diſpoſuit, intelligi-
70 tur etiam de lucro dotis diſpoſuiſſe: † nam in vniuerſali
bus ſemper continetur onera l. 2. C. de hæred. vel actio.
71 vend. Item præſumitur quis velle, † quod leges & con-
ſuetudines habeant locum in ſua diſpoſitione l. quæritur
§. ſi venditor ff. de ædilitio ædicto. Et ſic ex præmiſſis re-
ſultat vera concluſio, quod maritus lucratur dotem da-
tam filiæ ſpuriæ ſtante forma dicti ſtatuti, & alias per me
concluſum fuit in queſtionibus meis De lucro dotis quæ-
ſtione 94. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarius an dicatur cõtractus in foro contentioſo inſpiciatur forma contractus, & nu. 8.*
2 *Vſura non committitur niſi in muto vero vel ficto ex conuentione partium.*
3 *Vſura eſt mutare centum ad rationem ſex pro centenario ſingulo anno.*
4 *Vſura eſt furtum & rapina bonornm eius cui mutatur.*
5 *Iudex ſecularis poteſt inquirere contra uſurarium, & eius punire pœna extraordinaria Sed contrà num.* 13. 17. 29.
6 *Vſurarius committit dolum in exigendo vſuras contra iuris prohibitionem declara vt nu.* 30. *&* 33.
7 *Crimen vſurarum eſt contra Deum, homines, & bonos mores. & nu.* 34. *vbi declaratur.*
9 *Punitus pro crimine vſurarum in foro eccleſiaſtico poteſt etiam puniri in foro ciuili. quod intellige vt nu* 35 38 39.
10 *Reipublicæ intereſſe pro quolibet delicto etiam priuato proceditur ad pœnam extraordinariam, quod declara vt in numero* 23. *&* 40.
11 *Inquiſitio locum habet in crimine vſurarum propter eius deteſtationem, etiam quando ciuiliter proceditur, quod declara vt numero* 41.
12 *Iudex ſi inquirit contra vſurarium quod extorſit à me centum, poßum cumulare, quod extorſit à me bene.*
14 *Crimen vſurarum eſt eccleſiaſticum, & de eo quis puniri non poteſt niſi à iudice eccleſiaſtico & numero* 16.
15 *Vſurarum prohibitio ſumpſit originem à iure diuino & canonico.*
18 *Vſuræ non ſunt prohibitę de iure ciuili.*
19 *Pœnam non meretur qui facit actum lege permittente.*
20 *Ius canonicum in materia prohibitionis vſurarum ſolùm reſpicit ſalutem animæ, & quod fiat reſtitutio malè ablatorum mediante cenſura eccleſiaſtica, & num.* 25.
21 *Vſurarum reſtitutione tollitur peccatum, quod ſolum a iure canonico conſideratur.*
23 *Contractus ex conuentione partium legẽm accipiunt.*
26 *Crimine ſtellionatus in criminalibus ille ſolet teneri, qui in ciuilibus tenetur actione de dolo.*
27 *Dolus non infertur ſcienti & uolenti*
28 *Papæ nedum licitum eſt procedere contra vſurarios per modum inquiſitionis, ſed eius delegatis, non autem epiſcopis, niſi ad imponendam pœnam canonicam.*
31 *Dolus commißus contra aliquem quoties poteſt purgari actione ex contractu in quo dolus interuenit, ceſſat actio de dolo, nec punitur dolus criminaliter.*
32 *Vſurę repeti poſſunt condictione indebiti.*
36 *Declaratio ad textum in cap. poſt miſerabilem, & ad cap. quanto de vſuris.*
37 *Exceptio oppoſita coram iudice ſeculari quòd cauſa ſit vſuraria operatur quòd cauſa ipſa remittitur ad epiſcopum.*
42 *Contractus vſurarius non præſumitur quando frequentatur in loco celebrati contractus, & ideo contrahens puniri non poteſt de vſura.*
43 *Vſurarius non dicitur qui facit actum aliquem qui æſtimatur cõter licitus, quamuis in contrarium ſit veritas, quia vſurarius.*
44 *Emens à Titio pro mille redditum quinque ſcutorum pro centenario annuatim, non dicitur committere vſuram ſi iu regione contractus prædictus frequuntatur, & inter bonos ſeruatur, & apud mercatores.*
45 *Conſuetudo facit eſſe licitum quòd aliàs eſſet illicitum.*
46 *Actus alienationis non poteſt dici in fraudem factus quando authoritate conſuetndinis factus apparet, qui a tunc dicitur & permiſſus.*
47 *Conſuetudo mutandus ad ſex pro centenario quamuis nulla excuſat quo ad pœnam temporalem, licet ſecus quo ad Deum.*
48 *Commiſſio uſurarum facta per Principem ſecularem non valet, tã quam facta ſuper materia ſpectante ad eccleſiam, in qua Principes ſeculares nullam habent poteſtatem.*

## CONSILIVM LXXV.

1 PRIMO quidem aſpectu videtur dicendum
† inſpecta forma præſentis contractus, quæ
inſpici debet ad iudicandum contractum v-
ſurarium in foro contentioſo ca. in ciuitate.
2 de vſur. Craue. in conſi 45. colum. 2. † quòd
cum vſura non committatur niſi in mutuo vero, vel in
ficto ex conuentione partium, vt per Abba. in conſil. 62.
in fin. vol. j. Dec in l. 2 §. creditum, in 3. not. in fin. ff. ſi cer-
tum pet. Ioannem Malabaidam qui mutuo conceſſit ſcu-
ta centum Antonio de paruo paſſu, ad rationem ſex pro
3 centenario ſingulo anno pro intereſſe, † quod eſt vſura,
vt per Baldum in l. rogaſti. §. ſi tibi ff. ſi certum petatur,
4 † & furtum ac rapina bonorum, capit. ſi quis vſuram. 14.
5 quæſt. 4. † potuiſſe inquiri per iudicem ſecularem pro di-
cta vſuraria prauitate, & debere puniri pœua extraordi-
naria, vt in terminis voluit Iacob. de Butr. in l. improbũ,
6 C. ex quibus cau. infa. irroga. † quoniam vſurarius com-
mittit dolum in exigendo vſuras contra iuris prohibi-
tionem, & ideo tenetur crimine ſtellionatus. Et Butr. ſe-
quitnr Cacialup. in repet. l. cnnctos populos, in decima
char. col 2. C. de ſumma trinit. & fide catho. vbi admira-
tur de alijs doctoribus antiquis & modernis, qui de ipſa
quæſtione nihil dixerint, & qui confirmat opinionem Ia-
7 co. Butr. ratione infra ſcripta: † quia crimen vſurarum
eſt contra Deum, & homines, & contra bonos mores, ca.
quia in omnibus. capit. ſuper eod. de vſur. Et ideo tale cri-
men committens debet puniri ſaltem extraordinariè.
8 † Hanc quoque partem amplectitur Corn. in conſilio 19.
col. 3. vol. 3. per text. capit. cùm in tua. de vſuris. vbi pro
crimine vſurarum accuſatio fieri poteſt. Idem Corn. in
conſil 158 vol. eod. col. 3. Afflict. in conſt. reg in conſtitu-
tione ſtatuimus. Et iſtam opinionem magis communem
dixit Alciat. in cap. pernicioſam, num. 80. de offic. ord Pro
qua ſententia faciunt not. per docto. in capit. primo, de v-
9 ſur. in ſexto, eum ibi concludunt † quòd punitur pro ta-
li crimine, in foro eccleſiaſtico, poteſt etiam puniri in fo-
ro ſeculari: ergo volunt, quod etiam in foro ciuili deli-
ctum ſit punibile. Adducitur & tex. in capit. poſt miſerabi
lem, in verbo, per principes & poteſtates ſeculares, & in
capitulo quanto de vſur. Facit etiam regula communis,
10 quæ habet † vt pro quolibet delicto etiam priuato ratio
ne intereſſe reipublicæ ad pœnam extraordinariam pro-
ceditur, l. ſi de extraordin. crim. l. citatio, §. quòd illicitè, ff.
de publica ibi dum dicitur, quòd rigor publicæ diſciplinæ
ita poſtulat.
11 † Vltimò facit nam in crimine vſurarum propter eius
deteſtationem habet locum inquiſitio, etiam quando ci-
uiliter proceditur, ſecundum Bald. in c. j. §. ſi tres, de pace
tenen. Bald. in l. ea quidem, col. 12. ad fi. de accuſa. Allegat
Innoc. in c. ad noſtram de iureiur. Idem Bald. in conſ. 133.
12 vol. 1. † Vnde ſi iudex inquirit contra vſurarium, quod
extorſit à me centum, poſſum cumulare, quod extorſit a
me bene, ſecundum Bald. in l. edita col. 23. verſi. item du-
bitatur ſi iudex. C. de edendo.
Sed præmiſſis non obſtantibus, contraria ſententia eſt
13 de iure verior, † vt in ſpecie decidit Bald. in d. l. impro-
bum, vbi tenet contra Butr. dicens, quòd vſurarius non
venit aliqua pœna criminaliter puniendus, quia nulla
lex hoc dictat: & ideo infert, quòd vſurarius non poteſt
pnniri pęna quę imponitur pro crimine ſtellionatus: quia
ipſe agit ex conuentione & conſenſu partis. Et Baldus ibi
ſequitur Salicet. & Anan. in capit. prrnicioſum, de vſur.
Idem tenet Bertr. in conſil. 215. columna prima volum 2.
14 † vbi expreſsè inquit, quod crimen vſurarum eſt eccle-
ſiaſticum, & quòd de eo quis puniri non poteſt niſi a iu-
15 dice eccleſiaſtico, † quia vſurarum prohibitio ſumpſit
originem à iure diuino & canonico, & quia vſura non eſt
16 prohibita de iure ciuili. † Et quod ſit crimen eccleſiaſti-

cum,voluit glo.in capit. cum generaliter, de foro comp.
Clem diſpen.de iud.Fulgoſ. conſil.146. Alexan.in conſil.
18.colum 3.vol.6. Abb.in rubrica,de vſur.in fin. Corn.in
conſi.159.col.pen.in princip.volum.3.& Dec.in conſ.18.
17 col.2.† & Bald.& Salicet.vbi ſuprà ſequitur Iaſ.in conſil.
153.in ſecnndo dubio,vol.4.Crau.in couſil.6.nume.101.
Maranta in ſuo Specul. aur. in tit. de ord. iuriſd. char.50.
columm.2.& Decius in conſi.170.col 2.cum ſeq.quem ſe-
quitur Ripa.in ca.decernimus, col.3 circa fin.de iud.vbi
dicit Dec.opinionem Bald. verio em per rationem Bald.
quia hoc iure cautum nen reperitur,ergo hoc non eſt di-
cendum,c.illa,ne ſede vacan. ibi cùm nuſquam reperia-
18 tur cautum in iure. † Pro cuius confirmatiune ſecundũ
eum facit, quia de iure ciuili vſuræ non ſunt prohibitæ,
vt per Bart poſt Iacob.Butrig.in l.1.C.de ſumma trinit.
& fide cathoi.Corn.in allegato conſi.159. colum pen.ſed
prohibitæ fuerunt a iure canonico,cap. primo capit. quia
in omnibus capitis.ſuper eod.de vſur.in ſexto: ergo iure
19 ciuili non venit puniendus vſurarius, † quia quod fit le-
ge permittere pænam non mæretur, l. Gracchus, C.de
20 adulte. † vnde ſolum attenditur in tali prohibitione eius
canonicum, quod ſolum reſpicit ſalutem animæ, vt per
glo.in cap.cum contingat.de iureiur. Et ideo vt euitetur
peccatum, aſtringitur vſurarius ad reſtitutionem male
ablatorum cenſura eccleſiaſtica, capit. debitores, in fin.
de iuteiur.in c.2 cap tuas,de vſur. Sed vltra reſtitutionem
21 vſurarius ſimpliciter alia pœna non punitur, † quia per
reſtitutionem tollitur peccatum, quod ſolum à iure ca-
nonico conſideratur.Et ad hoc allegat tex.in cap. cum tu.
22 §.illi,de vſur. † vbi etiam excuſatur ille, qui vſuras cau-
ſa paupertatis reſtituere non poteſt. Si ergo cauſa pau-
pertatis eſt ſufficiens ad excuſationem, & aliter puniri
non debeat, multò magis qui reſtituit vſuras alia pœna
vel mulcta afficiendus non venit. Suadent etiam alia ra-
tione,nam ius canonicum vlterius procedit imponendo
pęnas manifeſtis vſurarijs,cap.quia in omnibus, de vſur.
ergo in vſurarijs ſimpliciter alia pęna locum habere non
videtur,vt in dicto.capit. cùm hi & inquit Dec.hoc velle
etiam Card. in capit.3. de foro compet. quia vſurarij per
pœnas eccleſiaſticas, & non ſeculares aſtringuntur, d.c.
quia in omnibus.Et ideo ratio Bald.bene verificatur, q̄d
iure cautum non reperitur, quòd vſurarius criminaliter
23 aliqua pęna puniatur. † & eſt ſpetiale in crimine vſura-
rum, vt iudex procedere poſſit ad priuatam vtilitatem,
uidelicet quo ad reſtitutionem, ſecus eſt in iudice ſecula-
ri, qui ad perſecutionem ciuilem criminaliter procedere
non poteſt,vt not.Bal.in cap.j.§.ſimiliter colum.2.verſi.
extra not.de contro.inueſt.ſed ad publicam vtilitatem de
iure ciuili nullo modo inquiri criminaliter poteſt.cùm ta
le crimen non ſit de iure ciuili prohibitum & reſpublica
24 non offenditur, quæ permittit, quòd † contractus ex
conuentione partium legem accipiat. l.j. §.ſi conuenerit
ff.depo. imò propter ipſam publicam vtilitatem ius ciuile
vſuras p̄mittit. vt declarat Bal.in l.1.in fi.C.de vſ.Similiter
de iure canonico criminaliter ad penam extraordinariam
25 inquiri non poteſt, †quia in tali crimine ius canonic. ſo-
lum conſiderare videtur ſalutem animæ vt tollatur pec-
catum,quod pro reſtitutione tollitur,vt etiam inquit Ay-
mo.Craue.in d.conſi.6.nu.101.
26 Vlterius facit † nam in criminalibus ille ſolet teneri
crimine ſtellionatus, qui in ciuilibus tenetur actione de
dolo l.3.§.j. ff. de crim. ſtellio. ſed vſurarius non tenetur
ciuiliter de dolo propter conuentionem ex conſenſu
27 partis, † quia ſcienti & volenti non fit dolus l. cùm do-
nationis. C. de tranſac. & quando dolus committitur in
ſcientem, quis non poteſt puniri crimine ſtellionatus, vt
voluit Bald.in conſi.240.vol.2.
Item accedit quod magiſtraliter tenet Innoc. in capit.
28 ad noſtram de iureiur.el ij.vbi dicit † quòd Papę nedum
licitum eſt procedere contra vſurarios per modum inqui-
ſitionis, ſed etiam eius delegatis, licet in hoc ſecundo ali-
qui contra dicant, ſed non epiſcopis niſi ad imponendum
eis pœnam Canonicam dicto capit.quia in omnibus quia
tunc ad iſtum effectum poſſent inquirere contra aliquem
ſuſpectum de vſura, & ſic ſolum ad correctionem pec-
cati & pœnitentiam peragendam poteſt in crimine vſu-
rarum formari inquiſitio, vt per Aymo.in dicto conſi-
lio ſexto.
29 Non obſtant modò adducta in contrarium, † & in pri-
mis deciſio Iacob.Butr. & ſequacium quia reſpondetur,
quòd contra eum ſtat communis opinio, nam ipſe repro-
batur per Bal.Sal.Card.Iaſ.Bertr.Ripam,Dec. Aymo.&
Marantam,vbi ſupra. Et licet Alcia.in d.ca.pernicioſam.
dicat magis communem in contrarium, in ſuo ſenſu de-
cipitur, quia ſi enunerentur doctores, apparebit clarè
contra eum eſſe magis communem.
30 Secundò non obſtat ratio Iacobi Butr. † quòd vſura-
rius ideo punitur crimine ſtellionatus, quia commiſit
dolum in exigendo vſuras contra iuris prohibitionem,
quia duobus modis reſpondotur. Et primò,quod de iure
ciuili non poteſt dici, quòd vſurarius commiſerit dolum
propter conuentionem & cōſenſum partis, & etiam quia
de iure ciuili vſuræ non prohibentur, ſed permittuntur,
quo caſu quod fit lege permittente pœnam non meretur
d.l.Gracchus.
Secundo reſpondetur, † quod quoties dolus commiſ-
ſus contra aliquem purgari poteſt actione ex contractu
in quo dolus interuenit,ceſſat, actio de dolo,nec punitur
dolus criminaliter l. eleganter. in prin. ff. de dol. Baldus
in conſi.15.ad euidentiam.vol j.Pau.de Caſ. in conſi.411.
col.2.circa medium.vol.j †Sed vſuræ repeti poſſunt con-
32 dictione indebiti,vt in cap.Michael de vſur.tradit Abb.in
conſi.34.in fi vol.j.& in conſi.81.in fin.vol.2.Pau.de Caſt.
in l.Neratius.ff de condit indeb & in l. ſi non ſortem. in
princ.nu.3.ff.eod.tit. † vel poteſt agi ex contractu vt de-
33 claratur nullus.& vſurarius, & ſic competat aliud reme-
dium a iure canonico introductum, ob id actio de dolo
videtur ceſſare. Ita Aymo. in d conſil.6. colum.22.vbi di-
cit hoc fundamentum eſſe efficaciſſimum contra Corn.in
locis de quibus ſupra.
Non obſtat tertiò,quòd cùm crimen vſurarum ſit con-
tra bonos mores, extraordinariè puniri debet illud con-
mittens, † quia reſpondetur, quod ratio iſta de iure ciui-
34 li non procedit per ſupradicta, quia vſuræ de iure ciuili
non reperiuntur prohibitæ,imò permiſſę,ideo quod fit le
ge permittente,non meretur pœnam d.l Gracchus. Ita
Dec.Iaſ.& Aymo.vbi ſupra. Nec etiam de iure Canoni-
co videtur habere locum, quia talis prohibitio ſolum vi-
detur fieri pro ſalute animæ,vt tollatur peccatum, & alia
pœna facta reſtitutione, non imponitur.capit.cum tu. §.
illi.de vſuris.
Quartò non obſtat,quòd pro vſuris, quis accuſari poſ-
ſit d.c.cum in tua.quia reſpondent Dec. & Iaſ. vbi ſuprà-
quod ille tex.loquitur in vſurarijs manifeſtis,ſecũdum pæ
nam in Lateranenſi concilio conſtitutam, prout expreſ-
sè ibi dicit textus. De qua pœna habetur in c.quia in om
nibus.non autem ibi abſolutè accuſatio conceditur, vt
ad pœnam extraordinariam procedi poſſit, ſed nos lo-
quimur in vſurario ſimpliciter,igitur &c. Et eodem mo-
do loquimur Sign.de Homod.in d. conſil.259. vbi allegat
tex.in cap.3.& 4. d vſuris.quę iura loquuntur in vſurarijs
manifeſtis, & in pęnis ibi expreſſis, non autem ibi infer-
tur ad pęnam extraordinariam.
Quintò etiam non obſtat, quòd punitus pro crimine
vſurarum in foro eccleſiaſtico poteſt etiam puniri in fo-
35 ro ciuili,vt in d.c.j.de vſur.in ſexto. † quia illud proce-
dit in caſu in quo delictum eſſet punibile de iure ciuili ex
aliqua conſtitutione approbata a Summo Pontifice aliàs
illud dictum non poſſet eſſe verum,nec Docto. ibi princi-
paliter hoc dicunt,ſed loquitur ſecundum notata in ca.j.
de offic.ordin.ad quod dom.ibi ſe remittit.
Sextò nihil facit tex.in d.cap. poſt miſerabilem in ver-
ſic. Principes & poteſtates ſerulares.in capit.quanto.de.
36 vſur. † quia ad illa iura reſpondet dupliciter Alexan.in l
Titia in j.col.ff.ſol.mat.quem ſequitur Iaſ.vbi ſupra,col.
fi.quòd illa iura loquuntur quando non vertebatur quæ-
ſtio iuris, ſed facti, quo caſu quando quæſtio eſt facti poſ-
ſunt procedere adducta in contrarium, ſecus quando eſt
37 quæſtio iuris. Et ideo videmus † quod ſi opponitur coram
iudice ſeculari quod cauſa ſit vſuraria,remiſſio fit ad epi-
ſcopum,vt per Bart. in l.quoties C.de iud.ſed in caſu no-
ſtro iſta quęſtio,an contractus celebratus ſit vſurarius vel
ne,eſt iuris,quo caſu concludunt cnmmuniter Doct.in d.
l.Titia & Dec. in d.conſil.170. ac Card in conſil.120. in
prin. per ſolum iudicem eccleſiaſticum huiuſmodi etiam
eſſe cognoſcendam & dicendam.
38 Secundò reſpondetur † ſecundum Petr. de Ancha.
in repetitione cap.ea quæ in.5 q.de reg.iur.in ſexto,quod
ille iura procedunt quando quæſtio vertebatur inter Iu-
dæos vel infideles,quia tunc iudex laicus poteſt cognoſce
re, quia de his quæ foris ſunt, nihil ad eccleſiam perti-
net cognoſcere, per iura ibi per eum allegata. quod di-

ctum

ctum tanquam commendabile reputat memoriæ tenendum: Alexand ibi.

39 Vel † & tertiò reſponderi poteſt ſecundum Fel. in ca. cum ſit generale.col.3. ver.3. oppono,de for.comp.quòd ibi additur ſecularis in ſubſidium, ſicut etiam in decimis. cap.poſtulaſti,de homicid.quę tantum modò ſunt ſpiritua les, vt in capitulo vt inquiſitionis. §.prohibemus.de hæret.in ſexto.

40 Septimò pariter † non obſtat quod pro quolibet delicto agitur criminaliter pro intereſſe publico,quia ſecundum Dec.in d.conſi.170.hoc non habet locum in iſto caſu de iure ciuili,in quo hoc delictum non reputatur,nec de iure iure Canonico,quòd ſolum illud prohibet pro ſalute animæ, & à quo alia pœna extraordinaria non imponitur,vt in dicto capitolo tùm tu. §.illi.& in alijs locis ſupra citatis.

41 Non obſtat vltimo, † quod pro crimine vſurarum etiam quando proceditur ciuiliter propter eius deteſtationem locum habet inquiſitio. Quia reſpondetur, quòd id quod dicit Bald. in dicto §.ſi tres in d.l.ea quidem.& in citato conſilio 133. procedit quoad imponendam pœnam Canonicam,& ſic ad correctionem peccati, & pœnitentiam peragendam,vt per Innocen.in d.capit.ad noſtram.quem allegat Sald.in locis ſuprà citatis,aliàs ſecus. Ita Bald. declarat Socin. in conſil.219. vbi etiam dicit ita tenere Canoniſtas in d.cap.ad noſtram. Et ita etiam declarat Iaſ.in citato conſi.153. colum.penul. & Maran.vbi ſuprà. char.102. col.j.

42 Vlterius etiam dicitur † quòd poſito, ſed non conceſſo, quòd poſſet puniri aliqua pœna vſurarius, quod id poſſet procedere vbi contractus qui præſumitur vſurarius non paſſim frequentaretur in loco celebrati contractus, aliàs ſecus, quia tunc talis conſuetudo excuſat a crimine & pœna vt probatur ex his quæ in terminis tradit Bartol.in l.quis ſit,in §.apud Labeonem ff.de æd.edic. per illum text. ibi qui id facit, quod publicè facere licet

43 arbitratur.† vbi inquit,quod ſi quis facit actum aliquem qui æſtimatur communiter licitus, contrarium tamen eſt in veritate, quia ſapit vſurariam prauitatem quòd ex hoc non dicitur vſurarius. Et Bartolus ibi ſequuntur Decius in dicto conſil.170.colum.penult.in fin. Iaſon & Aymo.vbi ſuprà. Pro cuius confirmatione facit quod voluit Bald.in l.j.in 6. column.in fine verſicul. & hoc facit ad q.

44 C.de his quæ pœn.nom. † vbi quærit, emo à Titio nomen ſuum hoc modo, quia emo à Titio pro mille redditum quinque ſcutorum pro centenario annuatim, an ſit vſura? Et poſt multa verba concludit, quod iſte contractus non debet iudicari funeratitius,ſi in regione communiter hic redditus frequentatur,& inter bonos ſeruatur, & apud mercatores: nam quia veriſimile, ideo permiſſum,argumento.l.3.§.fin.cum ſua gloſſ.ff.de eo, quod certo lo.Et Bald.ſequitur Iaſon.in l.j.colum.9.verſic.quid autem de pecunia.C.de ſum. tri.& fide catho. Bertan.in conſilio 62.colum.j.volum.2.Idem voluit Oldr.in conſil. 207.in fin.Abb.in conſil.15.colum.j.ad fi.verſi.quid vltra. vol.j.vbi ad excludendum prǽſumptionem vſurarum,cõ. ſuetudinem allegat regionis.

Vlterius accedit, quòd tradit Roman.in l. certi con-

45 ditio.§.ſi nũmmos.ff.ſi cer.petatur,† vbi dicit quod conſuetudo facit eſſe licitum,quod aliàs eſſet illicitum.Quod etiam voluit ibi Iaſon colum. 6. in fin. dicens pro hoc facere text.ſingularem in l. ſi pignore. §.fin. ff.de pign.act. per quem textus not.ibi Bartol. quòd nedum eſt in dolo, imò nec in aliqua culpa qui facit illud, quod eſt fieri ſolitum,quamuis illicitum. Et cum Iaſon concordat Marſil. in conſil.ſuo 90.colum.4. & in conſil.100. colum.3.Ruin. conſil.139 in fi.vol.4.& conſil.65.nu.8.vol.5. Idem in terminis noſtris dixit Craue conſi.48. in fin.& in conſil.145. colum.3.in fi. Corroboratur hæc ſententia ex his quæ vo-

46 luit Par.in conſi.13.col.6.vol.j.verſic.actus igitur. † vbi inquit,quòd actus alienationis non poteſt dici fraudulentus ſed licitus & premiſſus quando authoritate conſuetudinis factus apparet,l.Gracchus, C.de adult.

47 Nec habet obſtare ſi dicatur † quòd talis conſuetudo valere non debeat tanquam contra ius Canonicum & diuinum, quia reſpondetur, quod non valet quo ad hoc vt quis excuſetur apud Deum,ſed tamen,quòd valida eſt re ſpectu pœnæ temporalis ne puniatur quis in hoc mundo. Ita declarat Iaſon in l.3.§.iurari,columna penult.de iureiuran.quem ſequitur Aymo.in citato conſil.9. colum.22. verſi.præterea.in fin.Et ideo concludendo ſermonem noſtrum dicitur, quòd hic Ioannes Malabayla nullo modo potuit inquiri per iudicem ſecularem, nec puniri extra ordinem, ſed ſolùm cogendum eſſe per iudicem eccleſiaſticum ad reſtitutionem malè ablatorum,& ad pœnitentiam peragendam. Et poſito, quòd potuiſſet etiam per iudicem ſecularem cognoſci quæſtio vſuraria, quod vigore conſuetudinis excuſatur ab omni pœna criminali.

48 Et ideo dixit Decius in citato conſilio 170. in fi. † quod commiſſio vſurarum facta per Principem ſecularem,non valet, quia in tali materia ſpectante ad Eccleſiam Principes ſeculares nullam habent poteſtatem, capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſt.vbi Abb.in tertia nota.

Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Poteſtas,& voluntas requiritur in quocunque actu.*
2 *Compromiſſum ſi eſt nullum, ita & laudum quod dependet à compromiſſo.*
3 *Principale ſi non valet,minus nec acceſſorium.*
4 *Tutrix licet poſſit facere compromiſſum de re dubia pupilli, tamen id eſt verum quando eſt legitima tutrix.*
5 *Tutela non legitimè ſuſcepta nihil prodeſt.*
6 *Tutrix debet renunciare ſecundis nuptijs ſenatuſconſulto Velleiano,& omnis iuris,& legum auxilio,alias tutela ipſo iure redditur nulla.*
7 *Renunciatio ſecundarum nuptiarum Senatuſconſulti Velleiani, & omnis iuris,& legum auxilij non eſt leuis ſolemnitatis.*
8 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
9 *Dubitandum non eſt de inſtruamento,ſicut nec de caſu legis.*
10 *Renunciationes de quibus ſupra, facta per tutricem ſub diuerſo die non valent.*
11 *Mater ſi vna die accepit tutelam, & alia die iuret, tutela non valet.*
12 *Compromiſſum factum per tutricem ſine pupillo cum facultate arbitrandi de iure,& de facto non valet.*
13 *Quod ampliatur procedere etiam ſi tutor habuerit authoritatem à iudice ita compromittendi.*
14 *Iudex non poteſt dare curatorem ad donandum,vel cum poteſtate interponendi authoritatem in donatione.*
15 *Decretum debet interponi cum cauſa.*
16 *Tutores & curatores ſicut non poſſunt ſine decreto tranſigere,ita nec compromiſſum facere.*
17 *Solemnitas eadem quæ requiritur & in alienatione bonorum minoris requiritur,& in compromiſſo.*
18 *Bona minorum & pupillorum non poſſunt alienari ſine decreto iudicis.*
19 *Bona minorum non poſſunt obligari ſine decreto iudicis.*
20 *Exceptio nullitatis laudi nunquàm cenſetur excluſa per ſtatutũ, quod tollit nullitatem.*
21 *Nullum quod eſt,non poteſt producere effectum.*
22 *Sicut dicitur ſi à nõ competenti iudice iudicatum eſſe dicatur, ita poteſt dici,ſi à non competenti arbitro,& arbitratore iudicatum eſſe dicatur.*
23 *Laudum latum eodem die quo compromiſſum factum fuit redditur nullum.*
24 *Maximè ſi latum fuit parte abſente.*
25 *Et non emologatum fuerit per partem.*
26 *Laudum latum contra expreſſam voluntatem teſtatoris eſt nullum.*
27 *Laudum continens enormem læſionem & euidentiſſimã iniuſtitiam,non eſt confirmandum,ſed nullum declarandum.*
28 *Manifeſta & euidens iuſtitia ſicut reddi diffinitiuam nullam, ita & laudum.*
29 *Voluntas teſtatoris legitima dicitur eſſe lex.*
30 *Voluntas teſtatoris eſt in omnibus obſeruanda.*
31 *Arbiter & moderator eſt quilibet in re ſua,etiam in abutendo.*
32 *Laudum latum contra diſpoſitionem iuris,errore iuris expreſſo eſt nullum.*
33 *Reductio ad arbitrium boni viri ſecundum communem debet examinari,& definiri coram ordinario rei.*
34 *Vel coram ſuperiore arbitratoris.*
35 *Cauſa miſerabilium perſonarum relicto iudice ordinario poteſt examinari apud principem,vel eius Senatum.*
36 *Senatus repreſentat principem.*
37 *Princeps eſt mediatus protector miſerabilium perſonarum.*
38 *Pupilli,vt gaudeant beneficio l.vnicæ.C.quando imp.int.pup.& vid.debent eſſe pauperes,aliàs ſecus Sed contra nu.45.*
39 *Orphanus reputatur inter miſerabiles perſonas quando eſt pauper.*
40 *Vidua, vt gaudeat priuilegio d.l.vnica, debet eſſe pauper,& non diues.*

*cadit à iure ſuo,& non ante ſi iurat ſoluere ſingulo anno ceſſando à ſolutione vnius anni ſecuudum cõmunem cadit à iure ſuo.*

19 *Mora quæ aliàs non committitur ſine interpellatione ſi in contractu eſt appoſitum iuramentum,interpellatio non requiritur ſecũdum magis communem.*

20 *Donatio excedens ſummam quingentorum aureorum,carens inſinuatione.ſi confirmata iuramento reperitur,valet in exceſſu.*

25 *Donatio inter patrem & filium cum iuramento facta confertur.*

26 *Vxor bona mariti dicitur detinere iure familiaritatis.*

27 *Vxor mortuo marito habet retentionem bonorum pro dote.*

28 *Vxor licet mortuo marito poſſit mutare cauſam poſſeſſionis,iuxta cauſa extrinſeca accedente,hoc tamen procedit, dummodo animo conſtituat velle ex dicta cauſa poſſidere, & de quo animo conſtet.*

29 *Heres qui efficitur ſola animi deſtinatione,dummodo de tali animo conſtet.*

30 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*

31 *Animus declaratur nedum verbis,ſed etiam facto.*

32 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*

33 *Animus talis eſſe præſumitur in futurum qualis fuit de præterito, vel de præſenti declaratus.*

34 *Mulier etſi mortuo uiro poſſit retinere,vel ingredi poßeſſionem bonorum mariti pro dotibus ſuis tamen id locum non habet adita hæreditate per hæredem,niſi eo citato.*

35 *Mulier mortuo marito poteſt poſſidere bona mariti pro dotibus quando vacua poſſeſſio ſine uitio ad eam peruenit.*

36 *Dominium rei dotalis licet poſt mortem mariti ipſo iure ad vxorem reuertatur,ſecus tamen eſt in poſeſſione.*

37 *Multa permittuntur fieri ante aditam hæreditatem vel apprehenſam poſſeſſionem,quæ poſteà non permittuntur.*

38 *Pœna l.non dubium.C.de leg.locum non habet quando legatarius apprehendit poſſeſſionem rei legatæ ante aditam hæreditatem, uel apprehenſam poſſeſſionem,talis ſecus.*

39 *Pœna d.l non dubium, ita locum habet in fideicommiſſario ſicut in legatario.*

## CONSILIVM LXXVII.

PRAESVPPOSITA communi opinioue
1 pro vera, † quod ſicut donatio iuramento
firmata inter patrem & filium valet, ita etiã
& donatio iurata inter vxorem, & virum
ſit valida, vt de primo capite voluit Alexan.
in conſi.8.in 2.col.vol.2.& in conſi.6.num.8. vol 6.Soc.in
conſil.91.col.4.in verſic. ſed pro certo, vol.1.vbi aſſerit illam
eſſe communem.Cor.in conſil.306.col.3.volu.3.Bertr.
in conſi.39 col.1.volum.1.vbi inquit,non eſſe tuum ab
hac communi doctorum ſententia in conſulendo, & iudicando
recedere, & in conſil.175.col.2. & in conſil.144.
in princ.volum.eod.Rip.in reſponſo 6.nume.8. in 3.parte.
Par.in conſil.53. nume.11.volum.3.& Ruin. in conſil.
2 179.in prin.vol.1,& 69 colum.2.vol.3. † Et de ſecundò,
vt per Bart.& Cuma.in l.ſi quis pro eo. ff.de fideiuſſ.Pau.
& alios communiter in l.pacta quæ contra. C. de pact.&
Alexan.in l.Seins.& Augerius.ff.ad l.Falcid.vbi etiam firmat
hanc eſſe communem, & ita pluries conſuluiſſe, vt
patet in conſil.ſuo 8.in 2.col.volum.2. plus dicit hanc eſſe
magis receptam ſententiam doctorum in conſil. 175. col.
fin.volum.eod.& in conſi.6.col.2.vol.6.Dec.in conſil.202
colum.2.& 240.vbi ſimiliter fatetur hanc magis communem
Bertr.in conſi.165 nume.3.volu.1. Ripa in reſponſo
6.in 3. parte,& reſponſo 17. Paril.in conſil.81.nume.46.
vol.3.Rub.Alex.in conſi.25.nume.5.& in conſi.130.num.
8.& Soc.Iun.in conſilio 44.nume.34.volum.1.cum prędictę
donationes ęquiparentur, vt in l. donationes quas.C.
de donatio inter virum & vxorem Bald.in repetitione legis
ſecundę,verſic.iuxta prædicta ff.de iureiuran.quem ſequitur
Alexan.in citato conſi.8.in 2.colum. Dec.in conſi.
3 659 in fin.Ripa in reſponſo.6.nume.8.in 3 parte, † & valet
argumentum de vna donatione ad aliam,vt per Segur.
in repetitione legis primę §.ſi vir.ff.de acquir. poſſeſſ.

4 Dubium inſurgere videtur † an donatio facta per dominam
Geneueram de graſſis domino Guidoni eius viro,
reſoluta fuerit per mortem donatarij,qui donanti prędeceſſit.
Et primo aſpectu dicendum videtur, quod ſic,
5 † quia vbi habemus caſum expreſſum legis, ibi nulla cadit
dubitatio.l.ancillæ,C.de fur. Sed de hoc eſt caſu,l.expreſſus
in l.à marito.C.de don.int.vir.& vxo. l.ſi inter virum,
ff.de rebus dubijs, l.quod de bonis §.ex donationibus,
& ibi Paul.de Caſt.ff.ad legem Falcid.Paul.de Caſtr.
in conſil.355. col.2.Decius in l.non omnis, nume.8. in
fin.ff.ſi cer.pet.Mod.in repet. rubricę de don.inter vir. &
vxor.§.88.in princip. Nec.iuuat dicere,quòd lex ipſa non
loquitur in donatione iurata, quia etiam ſtante iuramento
per dictam legem.Ita conſuluit Bald.in conſil.294 vol.
6 3.† vbi inquit,quod quemadmodum donatio cauſa mortis
in cauſam caduci conuertitur,quando donatarius prę
moritur donanti, l.1. in fin.C.de caducis toll.etiam ſi donatio
ipſa ſit iuramento firmata, per l.fin. C.de non num.
pec. ita etiam donatio inter virum & vxorem ſimili modo
vadit, quia ſi pręmoritur donatarius, lex illam reuocat,
& in cauſam caduci conuertit. Allegat dictam l à marito.
idem Bald.in conſil.29.in 1.vol. Dec.in conſil.240.col.
2.& in conſi.536.colum.3.quem ſequitur Par.in conſi.86.
num 47.vol.3. vbi expreſsè concludit, quod quamuis donatio
ipſa inſtrumento roborata ſit valida,tamen quod iuramentum
in ea appoſitum recipit illam tacitam conditionem
niſi donatarius præmoriatur donanti: quia tunc
7 ea reſoluitur,& vitiatur, † quia iuramentum debet intelligi
ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur per
d.l.fi.C.de non nu.pec.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contraria ſententia eſt
de iure verior, quæ ex infrà ſcriptis probatur. Et primo.
8 Nam certiſſimi iuris eſt, † quod donatio inter viuos quæ
a principio eſt valida, eſt irreuocabilis, §.alię. Inſtit de
don.l.perfecta,C.de donat. quæ ſub mod.Bald. conſi.381.
in 4.volum.Bert.in conſil.12.in fin volum.1.in conſil.138.
num.12.vol.2.Iaſ.in conſi.6.colum.2.vol.2.Affl.deciſ.275.
9 nu.2.† Sed donatio inter virum & vxorem quæ iuramento
corroborata fuit à principio eſt valida, vt ſuprà dictum
fuit,& irreuocabilis,vt per Ripam in reſponſo 4.colum.fi.
par.3.ergo vitiari, & reſolui non poteſt ex cauſa mortis
ſuperuenientis donatario ante donantem,& ſic ante vxo-
10 rem. † Nam licet in multis caſibus ex diſpoſitione legis
vitietur donatio,vt in l.fin. C.de reuocan. don.tamen
inter illos caſus de quibus ibi, non reperitur,quo donatio
11 prædicta reuocetur. Pro cuius confirmatione facit † nam
donatio cauſa mortis reuocatur a lege, quãdo donatarius
præmoritur donantis l.ſi vir vxori,§. vxor viro, ff.de don.
int.vir.vxor.§.j.in fin. Inſt.de don.l.non omnis,vbi doct.
ff.ſi cer.pet.& tamen ſi fiat donatio cauſa mortis cum iuramento,
& cum pacto de eam non reuocando, ea adeo efficitur
irreuocabilis quod pręmoriente donatario nõ reuocatur,
l.vbi ita donatur,ff.de don.cauſa mor.Ita Bertr.conſi.78.
in prin.vol.j.& Guido Papæ in conſi 23.nu 4.in fin.

12 Secundò accedit † donatio inter viuos tranſmiſſibilis
eſt ad hæredes donatarij,l.ſi quis argentum, §.fi.C.de do
nat.Bert.in conſi.156.in prin.vol.j.Iaſ.in cõſi.6.col.2.ver.
confirmatur,vol.3.Si tranſmiſſibilis,igitur ſequitur,quod
morte donatarij non reſoluitur,quia ſi ita eſſet non tranſmitteretur,
vt probatur ex dictis Baldi in conſil.194 vol.
13 4.vbi inquit,† quod donatio facta per ſororẽ fratri de bonis
paternis, & maternis eſt valida, & ꝙ non reuocatur,
licet donatarius frater mortuus fuerit, & eius hæreditas
ad extraneos deuenerit, per l.ſi auia. C.de donationibus.
Idem voluit Bertr.conſil.223.col. fin.vol.2.

Tertiò pro hac parte ita conſuluit Federic. de Sen. in
14 conſi.135.Bertran.conſi.175.nume.3 volum.j. † vbi expreſsè
determinat donationem factam per maritum vxori
cum iuramento eſſe validam, & non reſolui per mortem
vxoris pręmorientis donanti: ſed illam deberi hæredibus
vxoris. Idem tenuit Bertr. loquens in donatione
iurata facta per patrem filio in conſi.233.col fin.volum.2.
Hoc etiam ſentit & Barb.in conſi.59.col.penu.in ult.dub.
vol.2.& Alcia.in ca cum contingat nume.297.de iureiur.
& latius contra Dec.reſpondendo eius fundamentis. Ita
tenuit Craue.in conſi.102. vbi de prædictis conſulentibus
nullam penitus fecit mentionem.

15 Non obſtant modò adducta in contrarium. † Et primo,
text.in d.l.à marito quia reſpondetur ſecundum Crauetam,
vbi ſupra, & bene, qđ non licet arguere ex illa lege,
ad caſum noſtrum,quia text. in d. l.à marito. loquitur
in ſimplici donatione facta inter coniuges, quæ à principio
fuit nulla, l.j. ff. de dona.inter vir. & vxor. quia non
uallata iuramento, nec confirmata morte donatoris, ſed
quæ ad arbitrium donãtis poterat reuocari.Sed in terminis
de quibus agitur, nos loquimur de donatione iurata,
quę ab initio fuit valida, & quæ nulla confirmatione
indigebat,& in qua non erat opus expectare mortem donantis,
vt pręmoreretur, & ideo de vno caſu ad alium nõ
bene infertur,l.ſi.ff.de calum.cum ſim.

16 Secundò non obſtat fundamentum Decij,† ꝙ licet iuramen-

ramentum validet donationem,de qua ſupra, tamen illud iuramentum, ꝙ regulatur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur debet intelligi niſi donatarius prę
17 moriatur;quia reſpondetur pluribus modis. † Et primò, quòd iuramentum non reſtringitur ſecundum naturam ipſius,ſed ꝙ ſemper aliquid addit ipſi actui,vt patet pri-
18 mò ex not.per Bal.in c.quærelam.de iureiur. † vbi dicit, ꝙ ſi emphyteota priuati qui nõ ſolet canonem per triennium cadat a iure ſuo,& non ante.l.2.C.de iure emphy. & emphyteota eccleſiæ qui non ſoluit per biennium, tamen quod id ſibi locum vendicat,niſi emphytheota iurauerit ſoluere ſingulo anno cum iuramento, quia ceſſando a ſolutione vnius anni cadit a iure ſuo,& Bald. ſequitur Alex.in conſil.85.vol.1.duplicato in conſil. 126. volu. eod.Iaſ.in l.quod te,colum.8.verſ.iuxta prædicta.ff.ſi cer. pet.in l.ſi quis maior,col.3.ver.nota bene, C.de tranſact. & in l.2.q.9.C.de iure emphy.Bru.conſ. 46.& 48.Corſe. in tract.iuramenti q.11.Marſil.ſing.226.Gozad.in conſil. 69.nu.9.& in conſi.57.col pen.ver.non obſtant.vbi atteſtatur hanc eſſe communem, ergo ſequitur ꝙ iuramentum non reſtringitur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur,ſed quod addit ipſi actui.

19 Secundò facit,† nam mora non committitur interpellatione l.mora.ff.de vſur. doct.in l.ſi ex legati cauſa, ff. de verborum obligatio.& in l.ſi inſulam, eodem titu.& tamen ſi in contractu eſt appoſitum iuramentum, non requiritur interpellatio.capitulo breui.vbi doc. de iureiur.Iaſ.in leg.quod te,columna 8.ſi cer. pet. Cur. Iunio. conſil.74.col.4 in Goz.in conſ.31.nu.7.& conſ.57.colum. 3.Ripa in reſponſo 7. in 3.par. Et hanc eſſe communem dixerunt Rip.in l.3.in §.Cato.nu. 59.ff.de verb.obl.& in reſponſo 2.col.fi.in 1.par.Goz.in conſil.27.nu.10. Craue. in conſ.64.col.2.& magis communem. Comeſ.in §.item ſi quis poſtulante, nu.10 de actio.ergo non eſt verum, ꝙ reſtringatur ſecundum naturam actus iuramentum.

20 Tertiò† donatio excedens ſummam quingentorem aureorum carens inſinuatione non valet.leg.ſancimus,§.1. C.de donat.& tamen ſi confirmata comperitur iuramento valet in exceſſu.Ita Ioan. Andr.in add.ad Spec. in tit. Inſtr.edit.§.porrò,col.pen.verſ.quid ſi renuntians,quem ſequitur Dec.multos alios citans in conſil. 432. num. 17. vbi firmat hanc eſſe communem,& in conſil.488.nu.6.& Par.in conſi.33.nu.45.volu.3.quod tamen eſſe non poſſet niſi iuramentum adderet actui, quia ſi deberet regulari ſecundum naturã actus ſuper quo eſſet intepoſitum iuramentum, non firmaret donationem ipſam in exceſſu niſi mediante inſinuatione.

Quarto accedit, quod voluit Iaſ.in l.ſi conuenerit, col. 2.ff.de iuriſ.om.iud. vbi demonſtrat multis medijs regu-
21 lam eſſe in contrarium,quod iuramentum non debet reſtringi ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur, ſed quod ſemper addit actui.Idem tradit ipſe Iaſ.in l.pecuniam, ff.de cond.cau.da col.pen.in prin.vbi inquit regulam illam eſſe falſam, quod.iuramentum reſtringatur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur: quia regula eſt in cõtrarium,quòd imò ſemper addit,robur,& maiorem efficaciam præter, & vltra naturam actus, ſuper quo interponitur. Hoc etiam voluit Marſ.ſing. 226. Goz.conſil.57.col.pen.in fi. & Crau. in citato conſil.102. col.pen Marſ.in conſil.125. nume.6. Rub.Alex.in conſil. 146.num.5.

22 Secundò principaliter reſpondetur, †ꝙ illud quod dicitur iuramẽtum reſtringendum eſſe ſecundum naturam actus &c.,procedit quo ad hoc vt iurans in plus non obligetur,vt per Goz.in conſ.57.col pen.in fi.quem ſequitur Craue.in d.conſi.102.col.3.Sed ex dicto iuramẽto de quo in caſu noſtro in plus non obligatur donans ergo &c.

23 Tertiò reſpõdetur,†ꝙ illud dictum limitatur procedere vbi deficeret cõſenſus donantis. Ita Goz.in d.cõſ.57. in pen.col.in fin.per not.per Barto.in l.ſi quis pro eo.col. pen.in 8.membro.ff.de fideiuſſ.quem ſequitur Craue.vbi ſup.Et ita etiam dixit Rui.in conſil.137.nu.16.vol.2.ſed in donatione præſenti non deficit conſenſus,igitur ad propoſitum non facit d.l.fin.C.de non nu. pecu. Multis etiã alijs medijs reſpõdetur per Crauettam,vbi ſuprà,ad quæ me refero,cum videri poſſit.

24 Non obſtat, † Bal.in citato conſi.29.&294.teneat oppoſitum.quia aduertendum eſt,quod ipſe mouetur ad ſic dicendum præſupponendo, quòd donatio prædicta iuramento non firmetur, & qđ ſit reuocabilis ſicuti vltima voluntas, quod tamen eſt falſum. quia ſecundum magis cõmunem donatio ipſa validatur iuramento, & propter eius validitatem efficitur irreuocabilis, vt patet in principio conſultationis, & in primo argumento huius partis affirmatiuę, nec eſt verum, quòd habeat vim relicti.
25 quia ſi hoc eſſet verum ſequeretur,quòd† donatio inter patrem & filium facta cum iuramento non confertur,ꝙ tamen eſt falſum eo quoniam à principio valet, nec habet vim relicti, vt per Soci in conſilio.91.colum.4.volu. 1. quem ſequitur Decius in authentic. ex teſtamento, columna 4.C.de coll.& Ripa in repe.l.ſi vnquam. quæſtio.15.in fi.de reuo don.Et ita ex his remanet abſolutum primum dubium.

Circa ſecundum articulum videtur primo motu dicẽ-
26 dum, † quòd licet domina Geneuera de Graſſis dicatur bona q.domini Guidonis eius viri, eo viuente poſſediſſe iure familiaritatis,per ea quæ notantur. in l qui iure familiaritatis.ff.de acqui. poſſeſ. per quam legem dicit ibi Bart.deccidi caſum quotidie occurrentem. Pone, quod mater & filius ſtent ſimul,& filius vadit ad fundum matris poſt modum deuenerunt ad diuiſionem, & dicit filius,ego tanto tempore poſſedi fundum, an iſtud debeat ſibi prodeſſe?Et inquit Bart. ꝙ non in dubio pręſumitur acceſſiſſe ad fundum cauſa familiaritatis, & amicitiæ, non vt poſſideat. Et idem dicit in fratre,& ſorore ſimul habitantibus,& habentibus patrimonium indiuiſum, ſi frater vadit ſolus ad locandas poſſeſſiones, & ſolus fructus colligit,quod in dubio cenſetur facere cauſa cõiunctionis & familiaritatis:quod dicit bene notandum. Et ideo infert quod ſi ad vxorem pertinet aliqua res, dicitur poſſidere,licet nunquam vadat & poſſideat cũ viro. Et ideo infert quod ſi ad vxorem pertinet aliqua res, dicitur poſſidere, licet nũquam vadat & poſſideat cum vino. Et idem de vxore dñt ibi Imo.Rom.Alex. & Dec. in conſ.400.col.2.& Moder.in rubr.de don.int.vir.& vxor. §.77.col.1.tamen, ꝙ mortuo marito potuit retinere dicta bona, quæ iure familiaritatis detinebat pro dotibus
27 ſuis,vt per Bald.in l.pen.C.de pigno. actio. † nam vxor mortuo marito habet retentionem bonorum mariti pro dote ſua.Ita Bart.in l.ſi filio la j.ff.ſol.matr.Bald.in l.cũm tibi.C.qui potio.in pigno.habeantur in l.pen. C. de non numerata pecun.in l.1.in fi.C. de ſeruo pigno.dat.man. Iaſ.in l.ſi non ſortem.§.ſi centum.col.fin.ff.de cond. fur. vbi inquit hoc menti tenendũ,quia valde quotidianũ.& in §.item ſi Seruiana.col.17.de actio.Soc.conſil.131.col. 2.vol.1.Dec.in conſi.231.col 1.conſi.400.col.2.& in conſil.671.col.fi.Bal.Nouel.in trac.dot.priuil.6.in 13.limit. verſi.limita ſecundò. Tamen prædictis non obſtantibus contrarium eſt de iure verius, ꝙ imò vxor dicatur bona ipſa detinere iure familiaritatis, prout antea faciebat:
28 quoniam clara eſt hęc concluſio, † ꝙ licet vxor mortuo marito poſſit mutare cauſã poſſeſſionis, iuxta cauſa extrinſeca accedente, prout eſt pro retentione dotium ſuarum.l.cum nemo.C.de acquiren.poſſ.doct.in l.3.§.ſi rẽ. in fi.ff.de acq.poſſeſ.hoc tamen procedit dũmodò animo conſtituat velle poſſidere ex dicta noua cauſa. l. qua ratione.§.interdum. de acquirendo rerũ dom. de quo ani-
29 mo cõſtare debet,ſicut dicimus, † ꝙ quis ſola deſtinatione animi efficitur hæres.l.ſi auia. C.de iure delib. dũmodo de tali animo conſtet,vt not. in l.pro hærede.in princ.
30 ff.de acq.hæred.& per Bart.& alios in l.gerit eo.tit.† Voluntas enim in mente retenta nihil operatur.l.ſi repetendi,C.de cond.ob cau.Sed in caſu de quo agitur, non con-
31 ſtat de tali animo, † qui poterat verbis declarari, vt per Pariſium in conſ.131.nu.20.vol.1.cõſi.15.num.10.vol.2. vel verbis,& facto, vt per eundem Par.in cõſil 14.nu.30. ꝙ voluerit perſiſtere in detinendo illa bona iure familia-
32 ritatis, † cùm mutatio voluntatis non præſumatur, ca. maiores, circa fi.de baptiſ.l.tertia §.in amittẽdo, de acqui.poſſ.Bertr.conſil.34 col.fi.vol.2.Par.conſ.67.num.25.
33 volu.3.conſi.172. nu.6.vol.4.Rui.conſ.2. nu.2. volu. † 2. nam animus talis eſſe pręſumitur in futurum,qualis fuit de præterito vel de præſenti declaratus.Ita Bertr.in conſil.39.vol.1 nu. 11. Et in terminis noſtris ita dixit Soc. in conſi.131.col.2.quẽ ſequitur Dec.in conſi.232.col.2.& in conſi.400.col.2.& in leg.dotis.C.de coll.Alciat in tra. de pręſump.in 2 reg.pręſump.23.& Cur. Iun.in conſil. 168. nu.36.& in conſil.110 nume.21.in fi.verſi. nec obſtat.

34 Secundò reſpondetur, † ꝙ dicta concluſio locum non habet vbi adita eſſet hæreditas & appręhenſa poſſeſſio p hæredẽ,vt in caſu præſenti: tunc enim mulier non poteſt retinere nec ingredi poſſeſſionẽ bonorum iure dotium

ſuarum

ſuarum niſi citato poſſeſſore, aliàs diceretur poſſidere cũ vitio, ita dixit Bald. in dicta l. pen. C. de non nume. pecun.
35 † vbi inquit mulierem poſſe mortuo marito poſſidere bona mariti pro dote, quando vacua poſſeſſio ſine vitio ad eam peruenit, vt quando poſſeſſio non eſt apud alium, aliàs ſecus. Quod etiam latiùs voluit idem Bal. in l. 1. C. de ſeru. pigno. dat. ma. vbi concludit, quod mulier mortuo marito poteſt apprehendere poſſeſſionem bonorum ipſius mariti, ſi vacat, vt quia hæres nondum eam apprehendit, aliàs quod non. Et ita etiam tenuit Soci. in conſil. 131. col. 3. Dec. in d. l. dotis, C. de collat. per text. in l. dotis actione, C. ſolu. mat. vbi dicitur. dotis actione ſucceſſores mariti ſuper eo, quod ei dotis nomine fuerat datum conuenire debes, ingrediendi enim poſſeſſionem rerum dotalium hæredibus mariti non conſentientibus ſine authoritate iudicis competentis nullam habes facultatem. Et
36 ideo dixit ibi Ange. † quòd licet poſt mortem mariti dominũ rei dotalis ipſo iure ad vxorem reuertatur l. in reb. C. de iure dot. ſecus tamen eſt in poſſeſſione, l. cum hæredes, in priu. ff. de acquiren. poſſeſſione. Et idem per illum tex dixit Bal. in conſ. 35. in 3. volum. quem ſequitur Dec. in dicto conſi. 232. colum. 1 in fin. cum principio ſeq. & in
37 conſil. 400. colum. 2. † Nam multa permittuntur fieri ante aditam hæreditatem, vel apprehẽſam poſſeſſionem, quæ poſteà non permittuntur, vt per docto in l. non du-
38 bium, C. de legat. † vbi dicunt, quod pęna illius legis locum non habet quando legatarius apprehendit poſſeſſionem rei legatæ ante aditam hæreditatem, vel apprehenſam poſſeſſionem, quia tunc vacans dicitur poſſeſsio, aliàs ſecus ſi poſtea, quia tunc diceretur apprehendere cum vitio, & ideo priuatur legato. Ripa in l. 1. col. 3. in fin. ff. quo. legat. Et idem de fideicommiſſario dixit Deci. in conſi 243. colum. 3. conſi. 424. colum. fina. in princip. & in
39 conſi 438. in fi. & Gozad. in conſi. 93. † nu. 14. vbi dicunt pęnam ipſius legis non dubium. ita locum habere in fideicommiſſario apprehendere poſſeſsionem rei ſubiectæ fideicommiſſo poſt aditam hæreditatem, vel apprehenſam poſſeſsionem per hæredem, ſicut in legatario, ſecus ſi ante. Vnde cum in caſu noſtro dominus Ioannes adiuerit hæreditatem, & apprehendiderit poſſeſsionem bonorũ hæreditariorum domini Guidonis eius patrui, meritò cõcludendum venit dominam Geneueram minimè potuiſſe retinere dicta bona iure dotium ſuarum, ſed quod hęredes mariti conuenire debet coram ſuo iudice competenti pro conſecutione dotium ſuarum iuxta d. l. dotis actione. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Filius grauatus onere fideicommiſſi poteſt teſtari de legitima ſibi debita iure naturæ in bonis paternis.*
2 *Legitimæ onus, & grauamen aliquod apponi non poteſt.*
3 *Etſi appoſitum fuit, de ea illud reijcitur, & pro non adiectio habetur.*
4 *Legitima detrahitur per filium grauatum, etiam ſi fideicommiſſum piæ cauſæ deberetur.*
5 *Quod amplia procedere etiam ſi filius approbaſſet teſtamentum patris, declara tamen, vt in nu. 14.*
6 *Ius petendi ſupplementum legitimæ tranſit ad hæredes quamuis extraneos.*
7 *Et in ea non computabuntur fructus medio tempore percepti per filium.*
8 *Trebellianica tranſmittitur etiam ad hæredes, etſi extraneos.*
9 *Legitima, & Trebellianica per filium detrahitur quando diuerſo tempore debentur.*
10 *Diſpoſitio legis iubemus, C. ad Trebell. locum etiam habet quando reſtitutio eſt facienda extraneo. Sed contrà ſecundum magis communem nu. 11.*
12 *Diſcordia faciliter oritur inter fratres.*
13 *Trebellianica detrahi non poteſt per filium, vbi prohibita in teſtamento, & prohibitio expreſsè acceptata.*
15 *Legitimam non poteſt eligere filius in vna, vel duabus rebus propria authoritate, ſed arbitrio iudicis.*
16 *Legitimæ ſupplementum debet aſſignari in rebus hæreditarijs, & non in deterioribus.*
17 *Filijs adeò fauendum non eſt, vt fideicommiſſarij, vel hæredis commoda defraudentur.*
17 *Filius non habet hypothecam in bonis hæreditarijs in ſolidum, ita ut poſſit pro ſua legitima eligere quæ velit, ſicut poteſt creditor habens hypothecam in bonis debitoris.*
19 *Corpora hæreditaria alienata per filium grauatum imputantur in legitimam, maximè quando non fuerint alienata meliora.*
20 *Iudex qui poteſt in una reſſignare legitimam, debet etiam ex æquitate ratam habere alienationẽ factam per filium ex neceſſitate.*
21 *Alienatio ſi facta fuit in plus quàm importat legitima à poßeſſoribus poterit uendicari per fideicommiſſarios, quod plus uenditum reperietur ultra legitimam.*
22 *Libertus quando alienat in fraudem legitimæ patroni, reuocatur alienatio quatenus tetigit legitimam pro reſiduo ualet.*

## CONSILIVM LXXVIII.

CIRCA primum articulum concludendum
1 videtur, omiſsis non neceſsarijs, † quod dominus Niella grauatus onere fideicommiſſi ad reſtituẽdum bona hæreditaria patris, ſi deceſſerit ſine liberis, potuerit teſtari de
2 legitima ſibi debita iure naturæ in bonis paternis, † quia in ea aliquod grauamen, nec onus apponi potuit, vt eſt tex. in c. Raynaldus, §. dilectus filius, de teſta Bald. in l. filium quem habentem, col. 10. verſic. vlterius quæritur, in
3 fin. C. fam. herciſcun. † & eſto quod fuerit appoſitum, illud reijci debet, & pro non adiecto haberi, l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtamen. Ange. in conſi. 121. Alex. conſi 68. colum. 1. vol. 4. duplicato, & in conſi. 3. volum. 7. Dec. in conſil. 81. in princip. in conſi. 218. colum. 2. in fin. in conſi. 243. colum. 2 in principio, in conſi. 495. columna 5. in fin. & in conſilio 513. columna penulti. Par. conſi. 26.
4 col. 3. vol. 2. & in conſi. 55. col. pen. volu. eo. † Quod etiam procedit ſi fideicommiſsum piæ cauſæ deberetur, vt conſuluit Paul. de Caſt. in conſil. 111. colum. 3. verſicu. nunc ergo. quem ſequitur Dec. in conſil. 236. col. 3. & in conſil. 238. columna ſecunda, conſil. 269. colum. penultima, conſilio 299. colum. 1. conſi. 320. columna ſecunda, & in plu-
5 ribus conſilijs, † Et ſimiliter etiam ſi filius approbaſſet teſtamentum patris, quia talis approbatio non præiudicat quin filius integram legitimam petere poſsit, vt decidit Petr. de Anchar. in conſi. 51. colum. 4. quem ſequitur Dec. in citato conſi. 81. columna prima, conſi. 218 colum. 2. in princip. Curt. iun. conſilio 21. columna 2. & Pariſ. in conſi. 45. colum. 2. vol 2. & in conſilio 46. columna prima, & conſil. 47. colum. 2. volumi. eod. Et ideo ſicut dominus Philippus ſi viueret potuiſſet de tali fideicommiſſo legitimam deducere, ita & pariter id facere poſſit domina Helena, quæ ex teſtamento ei ſucceſſit, & in quam hoc ius
6 tranſmitti potuit, † cùm legitima, & ius petendi ipſius ſupplementum ad hæredes, quamuis extraneos, tranſmittatur, vt inquit Salic. in l. ſcimus, in princ. verſ. quæro. cum gloſſ. 1. C. de inoffic teſtam. Alexan. conſil. 188. volu. 6. Dec. in d. conſi. 81. colum. 1. Pariſ. conſilio 9. colum. 1. in fi. volum. 2. & in conſi. 17. colum. 3. in fin. volum. eodem,
7 † & in qua non computabuntur fructus percepti per dictum dominum Philippum medio tempore ex quo illi cedunt eius lucro, cum ſit de liberis primi gradus, l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoffic. teſtam. l. iubemus, C. ad Trebellia. doctores in l. in fideicommiſſariam, ff. ad Trebell. Pariſ. in conſ. 9 ſupra citato, col. 1. & in conſi. 45. colum. 2. volumine eodem.

Quo verò ad Trebellianicam an illam etiam potuerit tranſmittere dominus Philippus in dominam Helenam eius hæredem, prima facie videretur dicendum, quòd
8 ſic; † quia ſi illa etiam tranſmittitur ad hæredes etſi extraneos, vt in l. omnimodo, vbi doctores, C. de inoffic. teſtam. l. quamquam, C. ad leg. Falci. & per Pariſ in citato
9 conſi. 45. colum. 3. volum. ſecundo, ergo ei debetur. † Et tantò magis hoc dicendum venit, cùm dictæ quartæ diuerſo tempore veniant detrahendæ l. iubemus, C. ad Trebellian. capitu. Raynaldus, de teſtamen. & in capitu. Raynutius eodem titulo, vbi doctor. Bartol. in l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inofficioſ. teſtamen. vbi Angel dicit hanc opinionem communiter approbari in ſcholis. Alex. in conſ. 26. colum. fi. volum. 1. Pariſ. d. conſil. 45. col. 3. volum. 2. Dec. conſi. 55. colum. penul. & in conſi. 202. colum. pen. & in conſ. 203. colum. 1. vbi etiam firmat hanc opinionem approbatam in iudicijs, & ſcholis. Nec habet obſtare ſi dicatur, quòd imò Trebellianicam deducere non poſſit, ſed in ea imputare debeat fructus perceptos per hęredem; quia filius fuit grauatus reſtituere extraneo hæreditatem ſi deceſſerit ſine liberis, quo caſu non videtur habere locum diſpoſitio. l. iubemus, C. ad Trebel. quando reſtitutio debet fieri extraneo, vt vo-
10 luerunt Cyn. & Rayn. in d. l. iubemus, † quia reſpondetur,

tür, quòd imò diſpoſitio eiuſdem l.iubemus, etiam pro-
cedit quando debet fieri reſtitutio extraneo, vt voluit
Pau.de Caſt.in d.l.iubemus, vbi inquit, quòd ſi aduer-
ſus proprios fratres vel liberos filij habent hoc priuile-
gium, ꝙ poſſint detrahere etiam Trebellianicam, mul-
tò magis illud habere debent aduerſus extraneos. Et
ſubdit, ꝙ miratur, quod doct. nec glo. hoc tangat. Idem
tenuit Imol.in l.quod de bonis, §.quod auus, ff.ad legem
Falcid. vbi dicit, quod iſta opinio eſt rationabilis, & ibi
Alex.colum.pen. tradit hanc opinionem ſibi placere,
præſertim cùm ſit benignior, & æquior, Id etiam voluit
Salic.in d.l.iubemus, quia ſecundum eum, maior eſt ra-
tio, quòd fructus non computentur in quartam liberis
primi gradus, ſed eos lucrentur vltra quantam, quando
grauantur reſtituere extraneo magis quàm cum grauati
reperiuntur reſtituere deſcendentib. teſtatoris.
His tamen non obſtantibus, contrarium eſt de iure
11 verius, † quòd imò Trebellianica ei non debeatur.
quia non eſt verum, quòd d.l. iubemus, habeat locum
quando per liberos primi gradus eſt fienda reſtitutio
extraneo, vt voluerunt, ibi Cynus, Raynutius, Franc.
de Ramp. Fulgoſ. Corne. Ioan. de monte Sperel. per d.l.
iubemus, in prin. iuncto. fine, dum ibi dicitur, quod & ma
gis comunem, & ꝙ pro ea ipſe conſuluit, cui conſ. 50. ſub
ſcripſerunt plures eximij doctores Papienſes, & ita Ro-
mæ fuiſſe iudicatum, quando duæ quartæ veniunt detra-
hendæ. atteſtatur Cor.in conſil. 321. col. 4. verſic. Item de
reſiduo, vol. 3. Hanc quoque ſententiam vti magis cõmu-
nem amplectitur Par.in conſi 25. in 6. difficultate, in fin.
vol. 2. & eam etiam magis communem dicit alibi idẽ Pa-
riſ.in conſ. 93. nu. 55. vol. eo. & in conſ 21. in fin. vol. 3. & in
conſ. 27. col. 4. vol. eo.
Non obſtat ratio Sal. de qua ſup. quia ad illã reſpondet
Ray.in d.l iubemus quem ſequitur Alex.in d. l.in fidei-
commiſſaria colum 3. in prin. quod Imperator conſide
rauit, quod quando filius grauatur reſtituere fratri com-
modum fructuum, non ita debet inter eos conſiderari,
quia maior fides quo ad teſtatorem videtur ſeruari quan
do filius reſtituit alteri filio teſtatoris, quam extraneo, &
ſi det modicum quod ipſorum. fructuum voluit, lex in
12 quartam fratri computari, † ne inter eos ſuboriretur
diſcordia, quæ facillimè inter eos aſperrimè naſciturl cũ
oportet, poſt medium, ibi parum ante. §. cum autem. C.
de bonis quæ lib. Et hanc diſcordiam magis quęrit. lex ſe
dare. l.cum pater §.dulciſſimis. ff. de l. 2. Item & alio mo-
do ſeſpondetur per Ale.in d.l.in fideicommiſſaria, quam
13 reſponſionem non tranſcribo videri poſſit.
Sed vlterius dicit̃, † ꝙ talis Trebellianica detrahi non
põt ꝑ dictã do. Helenã, quia ipſa fuit prohibita per teſta-
torẽ, & illa prohibitio approbata per dictũ Dominũ Phi
lippum, quo caſu ſicut ipſe non poſſet venire contra ta-
lem approbationem, minus debet poſſe venire dicta do-
mina Helena, iuxta not. in l. cum à matre. C de rei vend.
Ita decidit Petr. de Ancha. in cõſ. 151. col. 4 ver. ergo dico
q̃a ꝑ talem approbationẽ videt̃ remiſiſſe ius, qđ ſibi cõ-
petebat in ipſa Trebel. l q̃ Romæ. §. duo fratres. ff. de ver
bo. oblig. Nec habet obſtare ſi dicat̃, ꝙ Cur. Se in cõſ. 75.
quẽ ſequit̃ Dec. in cõſ. 275. col. fi. & Pariſ. cõſ 43. n. 38. vo.
14 3. videant̃ dictũ Ancha. impugnare, † quia aduertẽdũ eſt
ꝙ ipſi nõ loquũtur q̃n pater expreſsè ꝓhibuit Trebellia-
nicã, & filius eã expreſsè acceptauit, vt in caſu noſtro, vt
colligitur ex eorũ dictis & impugnationibus Et ideo deci
ſio Ancharani bene procedit q̃n pater expreſſè illã pro-
hibuit, & filius expreſsè illam acceptauit, vt declarat Pa
riſ.in cõſ. 9. per totũ vol. 2. in conſi. 16. n 60. & in conſ. 17.
nu. 19. & in cõſ. 18. nu. 99. & in conſ. 26. n. 32. vol. eo. Et ita
ẽt ſentit idẽ Par. in d. cõſ. 43. n. 30. dũ. dicit: & eo magis ꝓ
cedũt iſta, quoniã in d. teſtamento nullum fit verbum de
Trebellianica. Idem etiam voluit Goza. in conſ. 97. in pri.
& col. fin. Et ideo ex his reſultat, clarè Trebellianicã ip-
ſam per dictam dominam Helenam peti non poſſe, ſed
ſolam legitimam conſequi debere.
Quo verò ad Dominum Antonium. qui alienauit duo
corpora hæreditaria ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſi,
& q̃a deceſſit ſine liberis, prima fronte videtur. dicen-
dum, quod ipſæ alienationes fuerint nullæ, & quod im-
15 putandæ non veniant in ſuam legitimam. † Quoniam
filius non poteſt propria authoritate in vna vel duabus
rebus eligere legitimam, ſed arbitrio iudicis hoc fieri
debet. Ita lex in l. Marcellus, §. res quæ colum. penul. ff.
ad Trebellia. & in conſil. 117. volu. 6. duplicato in conſil.
154. vol. 7. vbi inquit, ꝙ electio legitimæ non pertinet ad
16 filios, † ſed ꝙ ipſis erit aſſignãdũ ſupplementũ legitimæ
in ræbus hæreditarijs, iuxta l. ſcimus §. repletionẽ. C. de
inof. teſtamen. & nõ in deteriorib. vt in. §. 1. auth. de triẽ-
te & ſemiſ & debet aſſignari in vna re vel duabus hære-
ditarijs arbitrio boni viri, non autem poteſt dicere filius
velle partem in qualibet re ſubdens, ꝙ filius non poteſt
17 eligere meliorem rem pro legitima, † quia nedum filio
adeo fauendum eſt, vt fideicommiſſarij vel hæredis con-
moda defraudentur, argumento l. fi. §. ſed etſi quis. C. cõ
18 munia de lega. † quia, vt dicit Bald. in l. filium. quem ha-
bentem. in 13. col. C. famil. herciſ. non reperitur, quod fi-
lius habeat hypothecata bona hæreditaria in ſolidum,
vt ſic poſſit pro ſua legitima eligere quæ velit, ſicut po
teſt creditor habens bona debieoris hypothecata. l. cre-
ditori. ff. de diſtract. pign. Et hanc eſſe communem opi-
nionẽ atteſtatur Dec in conſ. ſuo 86. in 7. dubio. & in cõ-
ſi. 229. col. peuul. in prin.
Tamen his non obſtantibus contrarium in terminis
19 noſtris concludendum arbitror, † ꝙ imò ipſa corpora
alenata computãda veniant in dicta legitima, vt eſt tex.
in l. Marcellus. in §. res quę, vbi Bart. & alij, & præſertim
Alex. col. fi. ad Trebel. Soc. conſi. 39. col. 2. vol. 3. Alex. con
ſil. 178. col. 2. vol. 5. Pariſ. conſil. 17.. in fi. vol. 2. & in conſil.
18. in fin vol. eod. & in conſ. 93. col. fi. & in conſi. 27. col. 3.
vol. 3. Et tantò magis hæc dicenda veniunt, cùm non alie-
nauerit de bouis melioribus, quæ eligere non potuiſſet.
vt per Ale. in citato conſi. 117. vol 6. ſed de mediocrib⁹,
& ex neceſſitate, pro ſoluendo ære alieno, & cum autho-
ritate iudicis, vt per Salicet. in d.l. filium quem habentẽ
col. 5. C. famil. hercif. vbi inpuit, ꝙ multpties filij graua-
ti reſtituere hæreditatem poſt mortẽ eorum aliqua alie-
nant in eorum vita, & inſtrumento alienationis faciunt
ſcribi, quod illam rem eligunt pro ſua legitima: nam hoc
facere nõ poſſunt à ſe ipſis, ſed demum iudicis æquitate
approbante. Idem voluit Bald. in d.l. iubemus, col. 1. verſ.
20 item fallit C. ad. Treb. dicens, † quod iudex qui poteſt in
vna re aſſignare legitimã etiam debet ex æquitate ratam
habere alienationẽ factam ex neceſſitate. & Sali. ac. Bal.
ſequitur Dec. in conſil. 236. col. 2. vbi inquit verum eſſe,
ꝙ iudex poteſt & debet æquitate ſuadente habere ratum
alienationem factam ex iuſta cauſa, & ꝙ hoc modo pro
cedit dictum Bal. in l. filium quem habentẽ. col. 20. verſi.
vlterius quæritur. C. famil. herciſ. qui ſimpliciter dixit
filium grauatum rectituere hęreditatem, ſi deceſſerit ſi-
ne liberis, poſſe alienare vnam domum, vel aliam rem
pro ſua legitima. Idem etiam voluit ipſe Dec. in cõſ. 202.
col. pen. in fi. Non obſtant modò aducta. in contrarium,
quia illa procedunt, vt conſtat ex ſupra deductis, vbi alie
natio facta fuiſſet ſine neceſſitate, & iudicis authoritate
aliàs ſecus, vt in caſu iſto. Et ideo videtur ex his conclu-
dendum, ꝙ ipſa duo corpora alienata cõputanda erunt
in ſuam legitimam, nec per fideicommiſſarios poterunt
vendicari. Et. ſi quid erit ſupplendum pro legitima hære
di dicti domini Antoij, ad quem tranſmiſſa fuit, iuxta
37 miniſt. tut. † vbi ſicut adminiſtratio tutelæ poteſt diuidi inter contutores, quamuis ius tutelæ competens pluribus tutoribus ſit indiuiduum, cùm ſit apud quemlibet inſolidum, ita, & adminiſtratio feudi comitatus poteſt diuidi, quamuis comitatus ſit indiuiduum. Et ſubdit ibi Barto. prędicta eſſe multum diligenter notanda, quia habuit in quæſtione de facto: nam cuidam comiti fuit conceſſum feudum de pluribus caſtris, filij poſtea diuiſerunt, conſultus reſpondit, quod non erat diuiſa iuriſdictio, quæ non poteſt diuidi, d. §. præterea, ſed quod erat diuiſa adminiſtratio, & exercitium iuriſdictionis, quæ valebat.

38 Vltimo † hanc partem vltra Bar. tenuerunt Anto. de Butr. in d. c. prudentiam, circa 10. colum. Felin. colum. 2. ac Dec. num. 11. de officio deleg. Bal. & Aluar. in d. §. præterea, Alex. in conſi. 18. col. 2. volum. 2. conſ. 7. colum. 1. in princ. volum. 5. & in citato conſ. 25. col. 2. Fel. in ca. quæ in eccleſiarum, col. pen. verſic. cæterum, de conſt. Soci. in allegato conſi. 67. col. 8. verſ. ſecundo principaliter, in conſilio 272. col. j. verſi. primum, & verſiculum ſecundum eſt & in conſi. 278. col. 2. verſi. ſecundo etiam dico, Curt. ſen. conſi. 69. col. 10. verſi. 5. Iaſ. in l. ſtipulationes non diuidun tur, col. 3. & 19. in fin. ff. de verb. oblig. dominus Ioannes Baptiſta de ſancto Blaſio in dicto conſilio 66. col. 5. verſic. ſupereſt, & Pariſ. in citato conſi. 10. colum. 3. volum. 1.

39 Quæ concluſio adeò vera eſt, † vt procedere etiam videatur inuitis illis qui nolunt adminiſtrationem diuidi, vt probatur ex nota. per Barto. in l. 3. §. fi. ff. de admin. tut. vos ſcitis (vt ſupra dixi) quod adminiſtratio tutelæ poteſt diuidi, licet ipſa tutela non diuidatur, d. l. inter tutores. Quęrit modo ibi Barto. anc hoc etiam ſit verum, ſi quidã ex tutoribus volunt, quòd diuidatur adminiſtratio, & quidam nolunt. Et determinat, quod fiat diuiſio officio iudicis etiam illius inuitis. Alleg. & l. puto, ff. fam. herciſc. ergo idem dicendum venit, quando petitur diuiſio adminiſtrationis bonorum feudalium comitatus, cum de vno ad aliud arguatur ex ſimilitudine rationis. Ita dixit Alex. in conſi. citato 25. col. 3. in princ. ver. confirmatur, quem ſequitur Ruyn. in conſi. 19. col. fin. volum. 1. & in d. conſi. 29. in vltimo dubio, & dominus Baptiſta de Sancto Blaſio vbi ſuprà, col. 6. verſ. ſed poſſet quiſpiam. Et ideo ex præmiſſis concluditur dictam diuiſionem modo prædicto fieri poſſe & debere, nullo etiam accedente conſenſu ſubditorum, vt per Alex. in d. conſi. 25. col. 6. verſic. circa aliud dubium, Brun. conſi. 93. col. fin. & Pariſ. in conſ. 22. num. 92. vol. 1. ac Ruy. in conſi. 19. nume. 18. vol. 1. & in iam ſæpius allegato conſi. 29. col. fin. in princ.

Deuenio ad ſecundum articulum, in quo prima quidem fronte dicendum videtur, quòd licet caſtrum Mota

40 gnæ & Ligullię ſint feuda inferiora a comitatu, in † quibus ſecundum conſuetudines feudales admittitur diuiſio, vt in d. c. omnes filij, & in c. 1. §. item ſi duo. & ibi Iſer. quibus modis feud. amit. & Cald. in conſi. 12. tamen quod contradicente domino Ioanne Baptiſta huic diuiſioni, ea fieri non poſſit per textum in d. ca. 1. §. præterea ducatus, in ſecundo reſponſo, vbi text. dicit aliud autem feudum (ſi conſortes voluerint) diuidatur, ergo a contrario ſenſu probat ille text. quod ſi conſortes noluerint, quod feudũ non diuidatur, quod argumentum de iure validiſſimum eſt, l. 1. vbi omnes not. ff. de offic. eius, cui manda. eſt iure. Præterea facit, nam illa verba ibi, & conſortes voluerint

41 ſunt indefinita. † quæ æquipollent vniuerſali, l. ſi pluribus, in princ. ff. de lega. 2. ergo omnes conſentire debent. Et ita tenet Abb. in conſi. 82. colum. 5. verſic. ego tamen, volum. 1. per d. §. præterea, quem dicit ab alijs non ponderatum, vbi inquit, quod licet in diuiſione aliorum bo-

42 norum ſufficiat vnum ex ſocijs prouocare, † quia nemo compellitur ſtare in communione, vt toto tit. ff. & C. com muni diuidundo, attamen in diuiſione bonorum feudalium debent omnes vaſalli conuenire, & concordare, alias non poteſt fieri diuiſio per d. §. præterea. Et iſtam partem ſequendo Abb. tenuerunt Fel. in ca. quæ in eccleſiarum, col. penult. verſic. ſecundo limitatur, de conſti. & in cap. prudentiam, col. 2. verſi. & ꝙ liceat, de offic. deleg. dominus Baptiſta de Sancto Blaſio in d. conſil. 66. col. 3. verſicu. venio ad ſecundum caſum, Afflict. in d. §. præterea ducatus, Marſil. in ſingu. 9. Gozad. in conſi. 62. colum. 2. verſicu. ſecundo licet, quæ concluſio videtur comprobari, quia ſi alias diceremus, quod altero tantum volente poſſet fieri diuiſio, ſeu vno volente, fruſtratoriè fuiſſent appoſita illa verba in d. §. præterea, contra l. ſi quando, ff. de leg. 1. igitur ad hoc, vt aliquid operentur intelligi debent, ꝙ ad hoc vt feudum diuidatur omnes debeant

43 velle, & conſentire, quia † valet argumentum a contrario ſenſu, etiam ad correctionem iurium, quando alias lex nihil operetur, vt per Bart. & alios in l. ſi cum dotem, in princ. ff ſoluto matrimonio, l. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pact. dot.

Quibus non obſtantibus, altera pars eſt de iure ve-

44 rior. † quòd imo huiuſmodi feudum, & caſtra non habentia

benria dignitatem regalem annexam diuidi poſſunt, vt
in dicto cap omnes filij, & in d.§. item ſi duo. vbi Iſern.
& Soci.in conſil.67.colum.7.& 278.in 3.colum. in princ.
Curt.Sen.conſi.69.colum.1.ver.ſed præmiſſis,Ruy.con-
ſil.34.nu.9 vol.1. etiam non obſtante contradictione ali-
cuius ex conſortibus in ipſo feudo, quod probatur,
45 † nam à pari procedunt feudum & emphyteoſis vbi non
reperitur aliter deciſum, & ſeu vbi non ſit diuerſa ra-
tio,vt no.glo.in ca.1.in verſic. vtrumque in titulo an agn.
vel fil.Bar.& alij in l.ſi mihi & Titio,ff.de verbor.obliga.
Alex conſil.5.in princ.volum.5.conſi.7.colum.1. vol.eod.
Brun.conſ.81.col 1.in fi.Ruy.conſ 109 num.14.volum.3.
46 ſed in emphyteoſi iſtud eſt clarum, † q; prædia emphy-
teotica hæreditaria poſſunt diuidi inter emphyteotas per
actionem familiæ herciſcundæ, quæ datur contra inui-
tum & prouocatum pro quibuſcunque bonis, l. bona, ff.
fam.herc.item prædia,ff.eo titu.iuncta l.1.ff.ſi ager vect.
vel emphyteuticarius petatur, ergo & idem in feudo.
47 † Et propriè in diuiſione, quod idem ſit in feudo, quod
in emphyteoſi, tenet Alexan.in conſi.7.colum.1. volu.5.
per not.per Bart.in l.qui Romæ,§.duo fratres, in decima
quæſt.ff de verb.oblig. vbi concludit emphyteoſim irre-
quiſito domino poſſe diuidi per d.§.prẹterea ducatus,qui
loquitur in feudo. Idem tenet Cur.Sen.in conſi.69.col.3.
per not.per Barto.vb ſuprà. cuius opinio communiter ap
probatur, vt per Alex.in conſi.176. volum.6. in fi.vbi in-
quit hanc eſſe magis communem.& Dec.in conſilio 263.
colum pen.Ruy.in conſi 9.vol.1.& Iaſ.in l.fin.C. de iure
emphy.nu.35.verſ.ſexto quæro.

Secundò hoc probatur authoritate Iſern.in dicto,§.prẹ
48 terea.vbi expreſsè dicit † quòd alienatio neceſſaria,quẹ
fit per diuiſionem neceſſariam & per coactionem iudicia
lem permittitur in feudis, irrequiſito domino: quia ne-
mo cogitur ſtare in communione,l.ſi com.diuid. l.ſi non
ſortem,§.ſi centum,ff.de condi.indebiti.

Tertiò hoc probatur authoritate Alex.conſ.6.in princ,
vol.5.& in d.conſ.7 col.1.& fi.& in conſ.25.col.4.in prin,
verſ.non obſtat,quod alia.Cur.Sen.in conſi.69. colum.2,
& 3.& in 4.in verſic. & pro iſta parte vbi dicit hanc eſſe
communem. Iſern.in d.§.ducatus. Iaſ. in l. ſtipulationes
non diuiduntur colum.20.verſic ſed aduerte pro magna
limitatione,de verb.oblig.vbi reprobat Abb.in d.conſil.
82. Et ſubdit hoc notandum, quia vtile Socin. conſil.67.
colum.pen.verſi.quibus, & conſil 278.colum.3.in princ.
Dec.in dicto ca.prudentiam nu.16.Ruy. in conſi.19. col.
fin.vol.1.& 34.nume 9.volum.eod verſi.& non obſtat d.
§.præterea,Cur.Iun.in tract.feud.in quarta parte, q.30.
& Brun.in conſi.93.in fine. vbi inquit hanc eſſe commu-
nem,quidquid dixerit Abb.in dicto ſuo conſi.82.

Non obſtat modo textum in d.§. præterea ducatus,
quia reſpondetur, quod illa verba ſi conſortes volue-
rint, reſolui debent in ſingularitates, ſi ille, vel ille vo-
luerint,argumento l.falſa, §.ſi ff.de conditio.demonſtra-
tionibus, cum ſub ſit eadem ratio in vno ſicut in omni-
bus. Item licet text. ibi dicat ſi conſortes voluerint, ta-
men ibi doctores non diſtinguunt an conſocius ſine con-
feudatarius voluerit, vel non, ergo indiſtinctè debet in-
telligi,l.1.§.& generaliter,ff.de lega.præſt.ſi enim docto-
res hoc voluiſſent vtique expreſſiſſent, l vnica, §.ſin au-
tem ad deficiendis, C.de cad.tol.Ita Cur.Sen.in d.conſil.
69 colum 3.in prin.& Socin.in conſ.67.col.pen. verſ.qui-
bus ſolutis, vbi inquit Soci.quòd non ſine cauſa doctores
diſſenſerunt in hoc, quia prædicta inductio à contrario
ſenſu non eſt de intentione illius text. ſed verus intelle-
ctus eſt, quia in primo reſponſo dixit, quòd feuda comi-
tatus, &c. non diuiduntur, aduerſatiuè ſubdit, aliud
autem feudum (ſi conſortes voluerint) diuidatur, & ſic
aduerſatur primo reſponſo,quod loquitur de feudo duca
tus, quod non poteſt diuidi, etiam conſortibus volenti-
bus, quaſi dicat,quòd aliud feudum eis volentibus diui-
ditur. Et quod text. ibi non requirat, quod omnes con-
ſortes velint diuidere, ſed ſatis ſit quod aliqui velint, ita
dixit Alexan in d.conſi.25.colum.4.verſic.nec obſtat Vl-
terius dicitur, quod ex quo ille tex.non ſe fundat in ali-
qua ſingularitate, ſed ſolum ſe remittit ad ius commune,
quod illa verba (ſi conſortes voluerint) ſimpliciter pro-
lata, referenda ſunt ad iuris intellectum, vt not.in l.gal-
lus, in §.1.in vlt.not.de lib. & poſthu. & ſic ad regulares
conſuetudines feudorum d.c.omnes, videlicet, quod fieri
poſſit diuiſio ad inſtantiam vniuſcuiuſque illam petentis.
Ita Cur.vbi ſupra.

Secundò reſpondetur quod ſi aliquo modo ille text in-
nuit,quod omnes conſortes velint diuidere,quod id pro-
cedit ex vi argumenti à contrario ſenſu, quod ſumi non
debet quando ex hoc reſultaret correctio iuris commu-
nis,l.conuenticula,cum ibi no.C.de epiſcopis & clericis,
49 † Quæ correctio iuris communis fieri non debet,niſi vbi
reperitur expreſsè facta, l.præcipimus, C.de appellatio-
nibus, ſed arguendo à contrario ſenſu non eſt expreſſa
prouiſio, ſed tacita & ſubintellecta ac coniecturata, vt
no.gloſſ.in l.2.C.de cond.in ſer.& ibi Bald.glo.& Barto.
in l.iuriſgentium, §.dolo.ff.de pact.per quos tacitos & ſu
bauditos intellectus non debet induci correctio iuris, gl.
no.in ca.cupientes,§ quod ſi per viginti, in verbo præte-
50 rea de elec.in 6.Præterea facit,† nam in cauſis feudalibus
debet ſeruari ius commune, niſi in caſibus in quibus re-
peritur expreſsè ſtatutum contrarium per conſtitutiones
feudales,c.1.de feu.cog.c.1.de grad.ſuc.in feud. Ita Bald.
per dicta iura in l.cum oportet.in fine principij, C.de bo.
quæ lib.& in l.2.C.de ſuis & legit,hæred.Iaſ.in l.1.col.12.
ver.pro iſta etiam parte,C.de iur.emphyt. ſed illud quod
reſultat à contrario ſenſu non dicitur expreſsè cautum,
ergo non debet à contrario ſenſu illius,§.præterea,corigi
ius commune, volens quod non requiratur,quod omnes
conſortes conſentiant ad hoc vt poſſit ad diuiſionem pro-
cedi, l.etſi non omnes, in princ.ff. communi diuidundo.
Ita Alexand.in citato conſil.25.colum 4.verſi. præterea,
Cur.Sen.d.conſi.69.col.4.verſi.ſecundo principaliter re-
ſpondetur,& Soc.in allegato conſi.67.col.pen.& fi. & in
conſi.278.col.3.

Non obſtat, q; indefinita legis debet æquipollere vni-
51 uerſali, † quia reſpondetur ſecundum Soc.in conſi.278.
col.3.verſi. & ad illud: q; illud verum non eſt de proprie-
tate, ſed ex interpretatione, l.ſi ſeruitus, ff. de ſeruituti-
bus vrbanorum prædiorum. Barto.in d.l. ſi pluribus, &
ideo,quòd in materia ſtricta prout eſt materia feudalis ſe
cundum Bal.& Alua.in c 1.de feud.cogn. non debet æqui
pollere vniuerſali,cum in ea non habeat locum interpre-
tatio,l.quicquid aſtringendæ,ff.de verborum oblig. Bar,
& in omnes in l.omnes populi, in 6.quæſt. princ. ff.de iu-
ſtitia & iure.

Præterea in materia feudali non eſt argumentis legali-
bus vtendum,ſed debet attendi conſuetudo,prout eſt ſcri
pta,non recedendo à proprietate, vt per Baldum in ca.1.
& alios de feud.cogni igitur non debet æquipollere vni-
uerſali,ſed ſatis eſt,quod plures velint diuidere,& per cō
ſequens pluralitas reſoluitur in ſingularitates.

Sed poſito, quod indefinita æquipolleret vniuerſali,
quod tamen non videtur verum in materia feudali adhuc
non obſtaret,quia ſenſus illius textus eſſet,quod ſi omnes
conſortes vellent diuidere, ſcilicet quod omnes conſortes
qui voluerint diuidere,diuidant Ita exponit Bart. indefi-
nita in d.l.ſi pluribus, & Socin. in dicto conſil 278. col 3.
verſ.præterea.Ex quibus concluditur, quod diuiſio peti-
ta per Comitem Nicolaum omnino concedi debet, non
obſtante diſſenſu Comitis Baptiſtẹ,qui eius contradictio-
ne nullum penitus ius habet. Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Teſtamentum factum tempore peſtis, cum numero quinque te-ſtium non ualet.& numeso 13. ubi eſt magis communis. Sed contra num.14.47.57.& 60. ubi eſt magis communis, & magis æqua,& humana,*

2 *Teſtes ſeptem regulariter requiruntur in teſtamentis.*

3 *Fallit in duobus caſibus, uidelicet in ruſticis in rure habitantibus, & exiſtentibus in loco hoſtili, qui poſſunt coram quinque teſtibus teſtari.*

4 *Regulẹ eſt ſtandum,& illi inhẹrendum,ut Bononienſes carrotio.*

5 *Fundanti ſe in aliquo caſu ſpeciali incumbit onus probandi.*

6 *Exceptionem allegans illam probare tenetur.*

7 *Solemnitas iuris communis propter neceſſitatem morbi ſuperuenientis non relaxatur,ſed ſuſpenditur.Sed contra num.50.*

8 *Teſtamentum conditum ſine numero ſeptem teſtium, non ualet, quamuis quis nō habuiſſet facultatem illū numerū adhibendi.*

9 *Leges multum ſuſpicantur falſitates in teſtamentis, & num.52.*

10 *Periculum ubi eſt maius,ibi cautius eſt agendum.*

11 *Remiſſio emptori gabellarum uel conductori non ſit tempore peſtis quod declaratur num.54.*

12 *Inquilinus non poteſt remittere domum conductum locatori propter peſtem ſuperuenientem Sed contra num.54.& 55.*

13 *Tempus belli,& mortalitatis æquiparantur.*

*Teſta-*

16 *Teſtamentum conditum in loco hoſtili, & per perſonas non militantes, quæ alias teſtari non poterant ſine numero ſeptem teſtiũ, valet ſi interuenit numerus teſtium requiſitus in teſtamento militis.*

17 *Extenſio non eſt licita in priuilegijs etiam ex maiori rationis. Fallit vt num. 19.*

18 *Extenſio de caſu ad caſum eſt licita in limitatorijs, & nu. 49.*

19 *Priuilegium inſertum in corpore iuris regulatur ſecundum ius commune.*

21 *Teſtamentum debet fieri vnico contextu.*

22 *Teſtamentum vt valeat pro forma requiritur, quòd teſtes viderint teſtatorem.*

23 *Quod amplia procedere etiam ſi muro intermedio, ſeu cortina teſtes non videntes teſtatorem, ſed audientes deponerent de tenore teſtamenti, & haberent notam vocem teſtatoris: qui per eos non probatur tenor ipſius teſtamenti.*

24 *Teſtamentum licet pro ſolemnitate, & forma ipſius requirat, quòd teſtes viderint teſtatorem, tamen dicta ſolemnitas relaxatur quando teſtamentum fuiſſet conditum à perſona infecta peſte in loco contagioſo, vbi perſona recluſa erat, quæ videri non poterat.*

25 *Solemnitas ex forma non ſeruata non vitiat actum, quando ille qui debebat illam ſeruare fuit impeditus impedimento facti.*

26 *Statuto ſi caueatur, quòd teſtamentum non poſſit confici niſi ſcribatur per notarium matriculatum, tamen ſi fiat teſtamentum tempore peſtis, valebit, etiam quòd non fuerit ſcriptum a notario matriculato.*

27 *Declaratio ad l. conficiuntur, §. codicilli, ff. de iure codicil. & num. 51.*

28 *Statutum diſponens, quòd mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu duorum conſanguineorum, locum non habebit ſi teſtata fuit tempore peſtis.*

29 *Statutum, quòd contractus minorum, vel mulierum non ualeat niſi duo notarij interueniant rogati, & ſubſcripti, locum habere non poterit, ſi propter peſtem nõ potuit haberi niſi unus notarius.*

30 *Neceſſitas non habet legem, & eius cauſa multa inducta reperiuntur contra communes regulas.*

31 *Citatus in loco peſtifero, qui non dicitur tutus non tenetur comparere.*

32 *Citatus ad locum ubi eſt malus aer, & corruptus, habet iuſtam cauſam non comparendi.*

33 *Abſens à ciuitate propter peſtem, dicitur abſens ex iuſtiſſima cauſa.*

35 *Peſtis eſt fugienda.*

36 *Peſtilentia eſt morbus acutiſſimus, & contagioſus.*

37 *Homo laborare debet quantum poteſt, vt mortem fugiat, & demũ ſe committere miſericordiæ Dei.*

38 *Peſtis ſuperueniens interrumpit præſcriptionem.*

39 *Solemnitas ſeu forma in caſu neceſſitatis adimpleri poteſt in caſu æquipollenti.*

40 *Teſtamentum valet ſi teſtator impeditus propter receſſum teſtis non potuit illud publicare.*

41 *Beneficiatis in loco ubi aer eſt peſtiferus poteſt ſe abſentare à beneficio, nec eo priuari poteſt, ſed expectandus eſt donec ceſſauerit impedimentum peſtis.*

42 *Opinio fauens teſtamento in dubio tenenda eſt, & num. 48.*

43 *Cauſa conſeruationis teſtamenti concernit publicam utilitatem.*

44 *Teſtamentum tempore peſtis conditum ſecundum aliquos ualet, etiam cum minori numero quinque teſtium, & nu. 45. & 46.*

53 *Culpa tunc demum culpoſo imputatur, quando talis cauſa ad caſum fuiſſet ordinata alias ſecus.*

56 *Declaratio ad Bar. in l. 1. ff. de bono. poſſeſſio. ex teſtam. mili. ibi, quòd eſſet bonum prouidere.*

58 *Teſtes quinque qui requiruntur in teſtamento condito tempore peſtis, debent eſſe idonei.*

59 *Cauſa teſtamenti eſt fauorabilis.*

## CONSILIVM LXXXI.

1 PRima facie multa obſtare videtur, propter quæ videtur dicendum, † quòd teſtamentum factum per Baptiſtam Ferabonum contagioſum peſte cum interuentu quinque te-
2 ſtium valere non poſſit. Et primo, † quia in teſtamentis regulariter ſeptem teſtes requiruntur, l. ſi vnus, l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, C. de teſtam. l. fin. C. de fideicom. Alex. in conſil. 177. col. 2. vol. 2.
3 † quæ regula licet limitata reperiatur in duobus caſibus, videlicet in ruſticis in iure habitantibus, vt coram quinque teſtibus teſtari poſſint, vt in l. fin. C. de teſtam. & per Doct. in l. 3. §. cõficiuntur, ff. de iure codic. & exiſtentibus in loco hoſtili, vt cauſa ſimili numero teſtium poſſint teſtamenta condere, ſi in tali loco reperiantur, licet alias non poſſent iure militari teſtamentum facere, l. fin. ff. de milit. teſtam. tamen limita. non reperitur tempore peſtis: quia nulla lege cauetur. Cum igitur iſta exceptio de tem-
4 pore peſtis nulla lege probetur. † ideo ſtandum eſt regulæ, & illi inhærendum, vt Bononienſes carrotio, ſecun-
5 dum gl. in c. omnis, diſt. de reg. iur. in 6. † Nam fundanti ſe in aliquo caſu ſpeciali incumbit onus probandi ſecundum gloſ. & Doct. in l. quoties, ff. ſi quis cautio. Scriben.
6 in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. † quia non ſufficit ſimpliciter dicere, & allegare caſum exceptuatum, ſed neceſſaria eſt illius probatio ca. dilecti. ibi, appoſita & probata, de except. l. 1. in princ. iuncta gloſ. ff. ſi quod pauperi feciſſe dicatur, Curt. ſen. in conſi. 11. col. 1. & Par. conſi. 11. num. 17. vol. 2.
7 Secundò hoc probatur in l. caſus, C. de teſta. † vbi propter neceſſitatem caſus morbi ſuperuenientis ſolemnitas iuris communis non relaxatur, ſed ſuſpenditur, & per illum text. in terminis noſtris concludit, vbi Paulus de Caſtr. quòd propter peſtem, relaxatur ſolemnitas teſtium in conficiendis teſtamentis.

Tertiò confirmatur hæc ſententia per textum, vbi videtur eſſe caſus in l. conficiuntur, §. codicilli, ff. de iu. codicil. quem ibi ad hoc ponderat Ange. & Fulgoſ. in l. fi. C. de teſtam. & Roman. in authen. ſimiliter ſpeciali 34. C. ad leg.
8 Falci. & Soc. conſi. 85. col. 2. vol. 4. † vbi non valet teſtamentum ſine numero ſeptem teſtium, quamuis quis non haberet facultatem illum numerum adhibendi.
9 Quartò accedit. † Nam leges multum ſuſpicantur falſitates in teſtamentis, l. iubemus, C. de teſtamen. l. hac conſultiſſima, C. qui teſtam. fa. poſſ. Doctor. in l. fin. C. de fideicomm. quæ ſuſcipio tempore peſtis magis viget, cum
10 apud infirmos pauci reperiantur. † Vnde cum maius tunc ſit periculum, cautius eſt. agendum, cap. vbi periculum, de electio. in 6. Ideo non videtur, quòd eo tempore numerus ſeptem teſtium requiſitus, relaxari debeat, & maximè cum imputandum ſit ei quare prius ſanus exiſtens & in loco ſano non condiderit teſtamentũ, cum peſte imminente talem caſum veriſimiliter poterat cogitare, argumento l. ſi quis domum, §. hic ſubiungi. ff. locati. Soc. d. conſ. 85. in fi.
11 Quintò facit, † nam ſicut videmus quòd tempore peſtis emptori gabellarum, vel conductori non fit remiſſio, vt per Baldum in l. licet in 3. quæſt. C. loca. & Modern. in
12 tractatu de gabellis. in 2. par. quæſt. 24. in princ. † & quod locatori propter peſtem ſuperuenientem non poteſt inquilinus remittere domum conductam, quia non reperitur in hoc priuilegiatis, vt per Barbatiam in c. propter ſterilitatem, col. 3. C. loca ita nec dicendum videtur, vt priuilegiatus quis eſſe debeat à te relaxatione numeri ſeptẽ teſtium requiſitorum in teſtamentis.
13 Sextò iſta † opinio probatur authoritate Bartoli in l. 1. ff. de bono. poſſeſſione ex teſtamento militis, vbi inquit, quod bonum eſſet, quod vltimæ voluntates etiam non ſolemniter factæ tempore mortalitatis valerent, quia nec teſtes, nec notarij tali tempore reperiuntur, & ſic præſupponit tale teſtamentum ſine numero teſtium, qui de iure requiritur non valere. Quam opinionem etiam ſequuntur Rapha. Fulg. Paul. Aretin. & Alex. in l. fin. C. de teſtam. Ang. in d. § conficiuntur, & Rom. in dicta authentica ſimiliter, ſpeciali. 34. Cuman. in l. fin. ff. de teſtamento militis Socin. conſi. 85. col. 2. volum. 4. vbi atteſtatur hanc communem, vt etiam facit Alex in conſi. 70. col. 2. vol. 2. & conſi. 179. colum. 2. volum. eod. Barbatius in conſil. 58. colum. 9. volum. 1. Bellam. in conſi. 1. colum. 26. ver. quarto quæri poteſt. Bertran. in conſi. 54. in fi. volum. 1. vbi refert hanc eſſe magis communem. Corn. in conſilio 77. columna penul. volum. quarto. cum loquitur de peſtiferato ducto ad ſcalam. Moderni in tractatu de gabellis. in ſecunda parte, quæſtio. 23. Afflict. in deciſio. 25. colum. 2. vbi inquit ita communiter teneri, & notatum fuiſſe in ſacro conſilio & in deciſio. 134. numero 1. Corn. in conſilio 170. in fin. volum. 3. Barbatias in rubrica de teſtamento. numero 39. Iacobus de Beluiſio in §. primo, in authentica, quibus modis nat. eff. ſui. Luc. de Pen. in l. 1. C. de his qui in exilium, libro 10. Areti. in l. hæredes palam, in §. primo, ff. de teſtament. Gulielmus Benedictus in repetitione capituli Raynutius. fol. decimoſeptimo, columna 1, verſicul. quarto fallit. de teſtament. & dominus Baptiſta de ſancto Seuerino in dicta l. fin. C. de teſtamen. Ruy-

nus in conſi.110.col.3.in princ.vol.5. vbi refert doctores
communiter ita tenere in d.l.fin.C.de teſtamentis.

14 Sed præmiſſis non obſtantibus, † contraria ſententia
tanquam æquior, & magis fauens teſtamento amplectē-
15 da eſt. Quod probatur, † nam tempus belli vigentis in-
ter homines, & tempus mortalitatis, ſeu peſtis æquipa-
rantur, quia tunc cenſentur eſſe bellum inter Deum &
homines Barto.in l naturaliter, colum pen.ff. de vſucap.
Calcan.in conſi.3.colum.17.Bologni. in conſil.33.colum.
pen.verſ.quod autem.Abb.& alij in ca. ex tranſmiſſa.de
præſcrip. Afflict.in conſtitut.regn.in conſtitutione hac le-
ge,§.honorem, numero 4. & Dec.in conſil. 284.colum.2.
16 † Sed propter guerram in loco hoſtili conceditur, quòd
omnes perſonæ exiſtentes in libello, & non militantes
quæ aliter teſtari non poterant, poſſint condere teſta-
mentum, prout milites & iſtud hac ratione: quoniam
licet conditio eorum differat à militibus, tamen quia
verſantur in loco hoſtili, & in procinctu, & in illo tunc
ſubeunt eadem pericula, iura diſponentia de militi-
bus, locum etiam ſibi vendicant in iſtis, qui loco hoſti-
li reperiuntur, l.1 ff. de bon. poſſeſſione ex teſtamento
militis, l.fin.ff. de teſtamento militis, ergo idem videtur
in peſtiferato, qui tempore peſtis in loco multum conta-
gioſo reperitur, & hoc non alia ratione, niſi propter ne-
ceſſitatem teſtium, qui non reperiuntur ſimilibus tem-
poribus. Nec obſtat reſponſio Alexandro in dicta lege
finali, quot illud procedit in præliantibus pro republica,
dato quòd non ſint milites, & hoc propter fauorem
publicum quæ ratio ceſſat in priuatis hominibus tem-
pore peſtis, quia replicatur, quod illa iura loquuntur
vniuerſaliter de omnibus qui reperiuntur in loco hoſti-
li, licet non eſſent apti ad publicam vtilitatem. Ita De-
cius in conſilio 284.colum. ſeconda in fi. & Pariſ.in con-
ſilio 32. numero 25. volum. ſecondo & moderni in tracta,
de peſte, in ſecunda parte, ſecundæ partis principalis,
fol.22.& ſequenti.

17 Nec obſtat, † quòd in priuilegijs non ſit licita exten-
ſio etiam ex maioritate rationis, l. a diuo. Pio. in prin-
cipio, ff. de re iudica. notat. in l. prima de conſtitut. prin-
cipium, & in authenti. quas actiones, C. de ſacroſan-
ctis eccleſijs. Quoniam hic non ſumus in materia ex-
tenſiua, ſed comprehenſiua, & in caſu in quo ſub ea-
dem ratione expreſſa comprehenditur, quo caſu ſequi-
tur communis concluſio doctorum, quæ habet, quod
in materia correctoria ex ratione expreſſa deciduntur
omnes caſus in illa comprehenſi, cum iſtud non fiat per
viam extenſionis, ſed ex vi comprehenſionis, gloſſa in
verbo eligatur. an in clemen. 1. de electione. Soci. &
alij in l. ſecunda, ff. legat. primo. Decius in conſilio
227. numero 7 cum ſequenti, & Pariſ. in citato conſil.
32. num.20.& 25.

Item dicta l. finalis, C. de teſtamentis. limitat regu-
lam communem, & formam, vt in ruſticanis teſtamen-
tis in iure, in quo non eſt copia teſtium poſſit teſtamen-
18 tum celebrari cum numero quinque teſtium. † ſed in
materia limitatoria licita eſt extenſio de caſu ad caſum
ſimilem, cap.cum dilecti. vbi Abbas & alij de confirma-
tione vtili. vel inutili Pariſ. in d. conſi.32. numero 24. &
Dec.in citato. conſi.284.col.3.

19 Vlterius, vt inquit ibi Pariſ.nu.27. † non ſumus in pri-
uilegio conceſſo perſonæ, ſed loco & neceſſitati ac impe-
dimento quo fit, vt dato impedimento ſemper procedat
& locum habeat iuxta ea quæ traduntur in regula priui-
legium, per gloſſ. & doctores de priuilegijs in ſexto. ac
20 Dec.conſilio 48.& 292.nu. 7. & etiam, † quia tale priui-
legium eſt inſertum in corpore iuris, & ideo regulatur
ſecundum ius commune, vt per Felinum in cap. cum or-
dinem, col.pen.verſ.vltimo de priuilegijs & in cap. non-
nulli, col.10.verſ.amplia 1.de reſcriptis.

Secundò principaliter facit textus ſit dicta lege caſus.
vbi alij eum ponderant in contrarium, nam in teſtamen-
tis inter alias ſolemnitates duæ requiruntur. Primò nu-
merus ſeptem teſtium, dicta l.fin. & l.ſi vnus. Secundò re
21 quiritur, † quod teſtamentum fiat vnico contextu. Pone,
enim quod propter neceſſitatem, puta contagionem re-
moueantur aliqui teſtes, certè nil diſpenſatur in nu-
mero teſtium, eo quia alij poſſunt haberi & ſubrogari,
ſed bene diſpenſatur in alia ſolemnitate, quòd teſtamen-
tum fiat vnico contextu, dicta l. caſus. ex quo neceſſitas
quæ ſuperuenit impediuit contextum. Vbi ergo neceſſi-
tatis prouideri poteſt, non diſpenſatur, ſecus quando
prouideri non poteſt veriſimiliter. vt in caſu noſtro. Ita
arguit Iaſ.in dicta l.finali, colum. pen.verſic.pro iſta ſen-
tentia moueor. Nec facit ſecundum eum ſi dicatur pro-
pter neceſſitatem non tollitur ſolemnitas, ſed ſolum ſu-
ſpenditur ad tempus, quia reſpondetur quòd imo tolli-
tur ex quo teſtamentum non eſt factum eodem cõtextu.
prout requiritur, etſi etiam dicatur ibi non tollitur ſed
aliquid relaxatur de ſolemnitate. Replicari poteſt, quod
etiam in caſu noſtro non in totum tollitur ſolemnitas nu
meri teſtium, ſed aliquid diminuitur de neceſſitate.

22 Tertiò accedit. † Nam licet pro forma ſeu ſolemnita-
te teſtamenti ad eius validitatem requiratur, quòd te-
ſtes viderint teſtatorem, vt euitetur fraus & falſitas, quæ
de facili potuiſſent committi, ſi ſolum teſtes audirent te-
ſtatorem loquentem, & non viderent, cum de facili alius
potuiſſent ſupponi, qui vocem teſtatoris ſingulare & fin-
gere poſſet, vt in l.ſi ſpeciali, C.de teſtamentis, vbi Doct.
& Dec.in conſilio 354.in prin.& Iaſ.in conſ.26. colum.2.
23 vol.1.& in conſi.82.col.2.volum.3. † Et hoc adeò verum
ſit, quod ſi muro intermedio, ſeu cortina, teſtes non vi-
dentes teſtatorem, ſed audientes deponerent de tenore
teſtamenti, etiam ſi aſſerant ſe habere notam vocem te-
ſtatoris, per eos non probatur tenor ipſius teſtamenti,
24 vt in d.l. ſi ſpeciali, † tamen dicta ſolemnitas relaxatur,
quando teſtamentum fuiſſet conditum à perſona infe-
cta peſte in loco contagioſo, vbi erat perſona in caſono
incluſa, quæ videri non poterat, & ad quam nemo acce-
dere audebat propter ipſam peſtem: quia tunc valet tale
teſtamentum, etſi teſtes non viderint teſtatorem, ſed cũ
audiuerint, & de eius tenore depoſuerint. Ita determi-
nat ad ſaturitatem Pariſ.in conſi.33. per totum, vol.3 er-
go idem dicendum venit in terminis, de quibus agitur,
cum militet eadem ratio neceſſitatis, ergo idem ius, l.il-
lud, ff. ad legem Aquil.

25 Quartò facit, † ſolemnitas & forma non ſeruata actũ
non vitiat, quando ille qui debebat illam ſeruare fuit im-
peditus impedimento facti, vt probatur propriè de im-
pedimento peſtis, per Angel. in l.ſi vacantia, C. de bonis
26 vacan † vbi inquit, quod ſi ſtatuto caueatur, quod teſta-
mentum non poſſit confici niſi ſcribatur per notarium
matriculatum, tamen ſi fit teſtamentum tempore peſtis,
valebit, eſto quod non ſit ſcriptum à matriculato. Et ſic
patet ſecundum Ang.ibi, ꝙ ſolemnitas requiſita in teſta-
mento propter peſtem remittitur, ergo ita in propoſito
dicendum. Et Angelum ſequuntur Dec. in dicto conſilio
284.colum.2.Pariſ.in conſi.32.colum.3 volum.2.& conſi.
33.colum.pen in princ.volum.eod.& Albertus Brunus in
tract.de forma, & ſolem.fol.64.colum.1. verſicu. ſecundo
caſu, & Iaſ in l.fin.C.de teſtamentis, col.pen.verſi quin-
to moueor, in fi & Moderni in tract.de gabel. in 2. parte,
q.24.verſic.item ſufficit. Nec obſtat quod Alex.in d.l.fin.
videatur reprobare illud dictum per textum in l. confi-
27 ciuntur, §.codicilli, ff.de iure codic. † quia reſpondetur,
quod ille textus parum facit, quia licet ibi non eſſent te-
ſtes requiſiti in teſtamento, illud accidentaliter ibi con-
tigit, & etiam non ſuberat neceſſitas propter quam te-
ſtes requiſiti adhiberi non poſſent. Ita Dec & Iaſ. vbi ſu
pra. Similiter etiam non obſtat dum Alex. dicit quòd in
caſu Angel. erat prouiſum, quod deficiente illo publico
officiali, poſſet recurri ad alium, qui loco eius repræſen-
tabatur in defectum illius, quod eſt ſecus in quæſtione
noſtra, quia reſpondet Dec. vbi ſupra, quòd iſta diuerſi-
tas non tollit argumentum, quoniam a ſtatuto require-
batur notarius matriculatus, & a tali ſtatuto receditur
propter peſtem ſecundum Angelum: ergo pariter idem
dicendum videtur in caſu noſtro. Pro cuius confirmatio-
ne facit quod voluit Angelus in §. prouinciarum, in au-
thent.vt no.conſt.quem ſequitur Corn.in conſi.53. vol.4.
28 & Pariſ.in citato conſ.33.col.pen.in principio, † vbi cõ-
cludit, quod ſi ſtatuto caueтur, quod mulier non poſſit te-
ſtari ſine conſenſu duorum proximorum conſanguineo-
rum, tamen ſi teſtatur tempore peſtis, ſine tali conſenſu
teſtamentum valebit, eſto quod dicta teſtatrix euaſerit
periculum, & ſuperuixerit per plures annos, & tale te-
ſtamentum non mutauerit, & iſtud ea ratione, quia tem
pore dicti teſtamenti propter impedimentum peſtis, ta-
lis ſolemnitas a ſtatuto requiſita non poterat interueni-
re. Bene facit etiam quod dixit Angelus in §. quod autẽ,
in authentica, de non alien. quem ſequitur Dec. in dicto
conſilio 284.colum.2.verſic. & ad idem, & Brunus in di-
cto tractatu de forma, char. 64. col.1. verſiculo ſecundo
caſu,

caſu,& Moderni in tracta.de gabell.in 2. parte, quæſt:24.
29 vbi tradunt,† quòd ſtatuto diſponente,quòd contractus
minorum,vel mulierum non valeat, niſi duo notarij in-
terueniat rogati & ſubſcripti, ſi propter peſtem non po-
tuit haberi niſi vnus notarius, valeat contractus cum
vno ſolo, & ſic propter peſtem receditur à diſpoſitione
ſtatuti.

30 Quinto facit,† nam neceſſitas non habet legem,& eius
cauſa multa inducta reperiuntur contra communes re-
gulas,& concluſiones, ac formas, de quibus per Roma.
in l.ſi vero, § de viro, ff. ſoluto matrimonio, ac Felinum
31 in cap.2.in fine, de conſtitutio. † Nam primo nos vide-
mus, quòd locus peſtiferus non eſt tutus ad comparen-
dum, & ideo citatus non tenetur comparere,cap.ex par-
te, vbi Abb.& alij, de appellat. Moderni in tracta. de ga-
bel.in 2.parte, quæſt.24.Pariſ. in conſilio 33. colum.2. ſu-
perius citato, & in conſilio 28.in princip.volum.4.Idem
32 dixit Barto.in l.recuſare,§ ſi quis alio, ff.ad Treb. † quod
citatus ad locum vbi eſt malus aer, & corruptus, non te-
netur illuc ire, & poteſt excipere aduerſus talem cita-
tionem, & habet iuſtam cauſam non comparendi, per
textum in cap. ad ſupplicationem, & ibi gloſſ. de renun-
33 ciatio, Boer quæſtione 228.num.11.† Item abſens a ciui-
tate propter peſtem, dicitur abſens ex iuſtiſſima cauſa,
34 vt per Roma.in conſilio 263.colum.1 † Plus peſtis eſt iu-
ſta cauſa recedendi de domo conducta ante tempus, ita
vt ad penſionem pro reſiduo temporis non teneatur cõ-
ductor. Bartolus in l.ſi in lege,§.ſi domus,ff.locati, l.1.§.ſi
penſio.ff.de migrando.Franch.in cap.ex parte,de appel-
lationibus,in 6.Alexand in apoſtill.ad Barto.in l.inquili-
no,ff.de damno infecto, Abb.in ca. propter loca. & Guid.
35 Pap.quæſt 630.circa finem.Nec mirum, † quia peſtis fu
gienda eſt,vt per Bart. & alios in l.de ætate,ff.ad Trebell.
Bal.& Pau.de Caſt.in l.2. C.de ſumma Trin.& fide cath.
Alexan.in l.caſus,C.de teſtamentis,Dec.d.conſil.284 co-
36 lum.2.& Pariſ.in citato conſi.32.colum.2. in fi. † Quia
peſtilentia eſt morbus acutiſſimus, & contagioſus, qui
37 omnes alios ſuperat,cap ſicut,el 1.de ſimo. † & homo ha
bet laborare quantum in ſe eſt, vt mortem fugiat, & de-
mum ſe committere miſericordiæ Dei,23 q.8.ca.ſi nulla.
38 † Item peſtis ſuperueniens interrumpit præſcriptionẽ,
Bart.in d.l.naturaliter,col.fin.de vſuca. Calca. in conſi.3.
39 nume.17.Doct.in c.ex tranſmiſſa,de præſcriptio.† Facit
etiam, in caſu neceſſitatis poteſt ſolemnitas, ſeu forma
adimpleri in æquipollenti, Alex. & Iaſ.in l.1.ff. de libe.&
poſthum.Pariſ.conſil.32.col.3. vol.2. Accedit quod dixit
40 Ancha.in conſ.337.† vbi concludit valere teſtamentum,
ſi teſtator impeditus propter receſſum teſtis non potuit
illud duplicare. Facit etiam, quod dixit Henr. Boich in c.
41 quoniam frequenter, vt lite non conteſt. † vbi inquit,
quod vbi aer eſt infirmus, & peſtifer, poteſt beneficiatus
ſe abſentare a beneficio, nec debet procedi ad priuatio-
nem, ſed debet expectari quouſque ceſſauerit impedimẽ
tum peſtis,ſequitur Boer.vbi ſupra,num.11.

42 Penultimo facit: † nam in dubijs tenenda eſt illa opi-
nio, quæ magis fauet teſtamento, l.ſi pars, in princ. ff.de
43 inoffic.teſtam.† eo quia cauſa conſeruationis teſtamenti
concernit publicam vtilitatem, l.vel negare,ff. quemad-
modum teſtamen. aper.gloſſ.in l.Gallus, §. quod ſi is, ff.
de lib.& poſthum.Pariſ.in conſ.32 num.29.vol.2.& Dec.
d.conſi.284.col.3.

44 Vltimo accedit, † nam etiam multi Doctores tenent,
quòd nedum quinque teſtes tantum requirantur in teſta
mento condito tempore peſtis, imò quòd minor nume-
rus ſufficiat, vt videtur voluiſſe Flor. de ſancto Petro in
l.milites,C.de teſtamen.milit & in l.fin.C.de teſtament.
vbi inquit teſtamentum conditum à peſtiferato coram
duobus teſtibus, etiam non rogatis valere. Et Porcus in
§.1.colum.4.verſic.quid autem ſi quis,Inſtit. de milit.te-
45 ſtamen.Guido Papæ in quæſtio.543.in fi.† vbi dicit ſe vi-
diſſe ita ſeruari in teſtamento in iure, vel tempore peſtis
condito, vbi non reperitur copia teſtium, quibus caſi-
bus multa teſtamenta coram curato, & duobus teſtibus
facta vidit in iudicijs tolerari, & iudicari iuxta diſpoſi-
tionem c cum eſſes,de teſtam.& ſecundum hanc partem
fuiſſe iudicatum inquit Boer. in deciſione 218. nume.11.
Facit quod voluit Bel.& Petrus de Peruſio in conſ.31.in-
46 ter conſilia Cor.volum.2.† vbi tenet valere teſtamentum
tempore peſtis factum probatũ per duos teſtes, & preſ-
biterum parrochialem.Quod etiam voluit Card. in con-
ſilio 73.& Fulgo.in conſi.209.Alex. in l.ſcriniarios, C.de
teſtam.milit. in fin. Verum quia iſta opinio non eſt com-
muniter approbata, vt tradit Pariſ. in allegato conſil.32.
col.antepenult.in fin.& Dec.in dicta l. ſcriniarios,in fi.ac
47 in d.conſ.284.colum. penult. † Ideo hæc pars noſtra au-
thoritate multorum etiam Doctorum iuuatur, & eam
tenuerunt Nic.de Matheſ.Bal.Salicet.Ioan.Petr.in dicta
l.fin.C.de teſtamentis,& Corn.vbi aſſerit hanc ſententiã
magis æquam,& humanam,& Iaſ.æquiorem & veriorẽ,
& quòd ſi caſus ſibi contingeret pro iſta parte conſule-
ret. Ange. Aret in §.fin.Inſtitut.de teſtamentis,vbi dicit,
quòd habuit de facto. Ange.in tract.de teſtamentis,in ver
bo nuncupatiuum,in fi.vbi dicit hanc æquam, Barto. ſibi
contrarius in c.cum eſſes,col 7.de teſtamentis, in conſi-
lio 87.colum.2.volum.4.Corn. ſibi quoque contrarius in
conſi.298.col.penult. & fin.volum.3. & in conſil. 174.col.
pen.volum.2.Alex.ſibi etiam aduerſans in l.1. colum.fin.
de liberis,& poſthum.& in l.ſcriniarios, C.de teſtamen-
to milit.& in addit.ad Bar.in l.1.ff.de bon.poſſeſſione ex
teſtamento mili.Flor.de ſancto Petr.in d.l.milites, & l.fi.
C de teſtamentis,Soc.conſi 83.col.1 verſic. & hoc maxi-
mè,volum.1. Albertus Brun.in tract. de forma & ſolemn.
char.64. verſic. ſecundo caſu, vbi inquit pluries pro hac
parte ſe conſuluiſſe, & char.75. verſicu. tertiò fallit, vbi
dicit pro hac parte ſe conſuluiſſe, & quòd in contingen-
tia facti ita obtinuit Dec.in conſ.284.vbi eam fundat plu
ribus medijs, & negat partem contrariam eſſe commu-
nem Et iſtam vt magis veram ſequitur Socin.iun.in conſi
lio 129.nume.14.volum.1 Rub.Alex.in conſ.165. per to-
tum,Marſi.in l.1.§.præterea,col.18.de q.& in l.diuus,eo.
tit.Et hanc eſſe magis communem, & fulcitam meliori-
bus rationibus teſtatur Pariſ.in conſi.32 colum.2. in fin.
& in conſi 33. col.3. volum.2. ſecundum quam ita fuiſſe
iudicatum in ſacro conſilio Burdegalenſi aſſerit Boer. in
deciſ.218.num.11.verſicu.& ſecundum iſtam, & colum.
antepen. in princ.verſ & ſecundum hanc tertiam, Pariſ.
conſi.46.nume.44. volum.3. Et ideò cum iſta pars ſit ve-
rior,humanior magis æqua,magiſq; communis, & ſecũ-
dum quam ſæpius fuit iudicatum obtentum,& quæ fauet
48 teſtamento, † ideo ſequenda eſt,& amplectenda,ca.ſi.
de re iudica d.l.ſiue pars, de inoffic.teſtam. Iaſ. conſi.26.
col.1.in fi.volum.1.

Non obſtant modo, quæ in contrarium allegata fue-
runt,& primò,quod regula l.hac conſultiſſima, §. per nũ-
cupationem,& aliorum iurium de quibus ſupra, non re-
peritur limitata tempore peſtis, quia reſpondetur, quod
videtur limitata in ruſticanis propter neceſſitatem, vt
in l.fin.C.de teſtamen. Quæ limitatio facta a regula por-
49 rigitur ad caſum peſtis,qui eſt neceſſitatis, † quia in limi
tatorijs licita eſt extenſio de caſu ad caſum ſimilem, cap.
cum dilecta, vbi Abb.& alij de confirmat. vtil. vel inutil.
Ita reſpondet Dec.in citato conſilio 284. colum.3. & Pa-
riſ.in dicto conſilio 32.nume.24.& eo maximè hoc dicen-
dum videtur in caſu noſtro, in quo ratio eſt ſcripta, &
expreſſa in lege.

Nec obſtat tex.in l.caſus, quia duobus modis reſponde
tur, & primò,quòd ille text.torquetur in contrarium, vt
ſupra dictum fuit in verſ.ſecundo principaliter. Item &
50 ſecundo, quod imo † talis ſolemnitas nedũ ſuſpenditur,
imò in pluribus caſibus relaxatur ex cauſa, vt in l.fin. C.
de teſtam.& in caſu hoſtili,vt ſupra in princ. conſultatio-
nis dictum etiam fuit,ergo idem & in iſto.

51 Tertiò † non obſtat text. in l.conficiuntur, §. codicilli,
quia reſpondet Dec.in citato conſ.284 col.2.& 3.quod il-
le tex.parum facit,quia ibi non aderat neceſſitas propter
quam teſtes plures adhiberi non potuiſſent.

Quartò ſimiliter non obſtat, quòd numerus ſeptem
teſtium in teſtamentis pro forma requiritur,vt remoueã
tur falſitates, quæ in teſtamentis adhiberi poſſunt, quæ
ſuſpicio magis viget tempore peſtis, vnde eo tempore
52 numerus requiſitus non debet relaxari, † quia reſponde
tur,quod dictum argumentũ procedit regulariter quan-
do nullum datur impedimentum, & nulla adeſt neceſſi-
tas,aliàs ſecus, quia tempore impedimenti, & neceſſita-
tis forma tradita a iure remittitur, vt expreſsè proba-
tur in dicta l.fin.C.de teſtamentis, & in l.fin. ff.de milit,
teſt.in quibus legibus etiam habetur ratio falſitatis, &
viget ratio Soci. & tamen ea non obſtante relaxatur nu-
merus teſtium, & remittitur forma ratione impedimen-
ti, & neceſſitatis, & ſuſpicio falſitatis, & tollitur ex in-
teruentu quinque teſtium idoneorum, vt per Doct.in di-
cta l.fin. Ita reſpondet Pariſ. in conſil. allegato 32. col.5.

verſic.& ex iſtis tollitur. Nec quoque obeſt ratio Soci. ꝙ
imputandum ſit teſtandi, quare prius ſanus exiſtens, &
in loco non contagioſo non condiderit teſtamētum: quia
reſpondetur, quòd ſi ratio iſta procederet, ceſſaret di-
ſpoſitio dictæ l.fin.C.de teſtamentis, & dictæ l.1. de bon.
poſſeſſione ex teſtamento militis, ex quo prædictis perſo-
nis poſſet imputari quare prius ante impedimentum nō
condiderint teſtamenta ſolemniter, & tamen hoc non
obſtante ipſius ita impeditis nihil imputatur, & remitti-
tur ſolemnitas & forma tradita à iure, vt in dictis legi-
53 bus. † Præterea culpa tunc demum culpoſo imputatur,
ita ꝙ impedimentum poſtmodum ſequens illi non pro-
ſit, quando talis culpa fuiſſet ad caſum ordinata. aliàs ſe-
cus. Ita gloſ.in verſic. ſuſpenſus, in ca.quia diuerſitatem,
vbi Doct.de conceſſ.præb. Feli.in ca.cum inter. ver.limi-
ta tertio, de except. Ita Pariſius in iam ſæpius allegato
conſ.32.col.antepen.in princ.

54 Non obſtat & quintum argumentum, † quia dicitur.
ꝙ illud procedit in eo qui emerit, vel conduxerit gabel-
las pro vno anno tantum, ſiue pro pluribus, dum tamen
vnica ſolutio pretij ſit facienda, vt quia quis eas condu-
xerit pro decem annis, vel quinque pro mille ducatis, vel
pro vno anno pro centum, vt per Bartol. in l. cotem fer-
ro, §.qui maximos, ff. de pub.in 2.& 3.q.& in ſua quæſtio.
incipiente, Publicanus. Et ratio eſt ſecundum eum, quia
tunc emptus videtur futurus euentus, & ſic ius percipiē-
di commoditatem, l.ſi iactum, ff.de action.empt.& ſic eſt
periculum emptoris, Bald.in l.ſi ea. C.de vſuris, ſecus ſi
res corporalis vel incorporalis conducta vel empta fuiſ-
ſet pro penſione, vel pretio ſoluendo ſingulo anno, quia
tunc debet fieri remiſſio tempore peſtis ſicut tempore bel
li, vt per Modernos in tract.de gabellis, in 2.par.quæſt.23.
55 cum ſequenti. Gaſpar. Cald.in conſil.5.tit. de loca. † Nec
obſtat, quod inquilinus non poteſt tempore peſtis recede
re à domo conducta, & illam remittere, quia reſponde-
tur, quòd in contrarium eſt veritas, vt dictum fuit ſupra
in 5.arg.affirmatiuo.

56 † Vltimo non obſtat, quòd Barto in l.1.ff.de bon.poſſ.
ex teſtam.mil. teneat contrarium, dum inquit, quod eſſet
bonum prouidere, quòd vltimæ voluntates etiam non ſo-
lemniter factæ tempore mortalitatis valerent, quia reſpō
det Dec.in d.conſi.284.colum.3.quòd illud dictum Barto.
intelligitur ad maiorem declarationem, vt tollatur omnis
dubitatio. Sed per hoc non infertur, quòd abſque proui-
ſione non valeat teſtamentum. Item non obſtat, quod
Alex. Barb. & Cor. aliter ſenſerint, quia ſibi ipſis aduer-
57 ſantes ſunt, vt patet in locis ſupra citatis. † Et licet Ale.
dicat communem eſſe in contrarium, tamen in hoc deci-
pitur, quia ſi bene enumerentur Doctores, luce clarius
apparebit hanc eſſe magis communem vt atteſtatur Pa-
riſ.in d.conſi.32.colum.2.& conſi.33.colum.3.& Ruyn.ſi
bene videatur in d.conſil.120. non videtur firmare ſe ſu-
per opinione contraria, & loquitur in caſu, in quo peſtis
non valde vrgebat, in quo caſu verum eſt ſolemnitatem
numeri teſtium non eſſe relaxatam, vt per Boer.latè vbi
ſupra. Et ideo cum hæc vltima opinio ſit fulcita & robo-
rata melioribus rationibus & authoritatibus, & altera
confundatur, vt tradit idem Pariſ.in d.conſi.32.colum.2.
meritò concludendum videtur, quòd teſtamentum præ-
58 dictum, in quo adeſt numerus quinque teſtiū, † qui ſunt
idonei, & tales prout requiruntur in teſtamentis, vt per
doctores in d.l.fin.C.de teſt.& Alexand.in conſi.70. vol.
ij.per tex.in cap.cum eſſes.de teſtam. Pariſ.in citato conſ.
32.colum antepen.in fi.& Ruyn.in conſ.120.col.fi.vol.5.
quod iudicandum eſt illud valere debere & obſeruandū
fore, cum contineat æquitatem, per ea quæ inquit Dec.in
59 ca.canonum in vltimis verbis de conſtit. † & cauſa teſta-
menti fauorabilis ſit, l.in teſtamentis, ff.de regulis iuris,
Dec.in l.nemo, nu.10.C.de teſtam. & hoc etiam non ob-
60 ſtante † quòd teſtator ipſe ſuperuixerit, & periculum pe
ſtis euaſerit, ac teſtamentum non refecerit cum numero
ſeptem teſtium ſed in eadem voluntate permanſerit, vt
per Cor.in conſi.53.vol 4. Ripam in tract. de peſt.fol.25.
col.1.verſ.quæro quarto. Pariſ.in conſi.citato 33.colum.
pen.in princ. & Boer. d.deciſ.218. col.antepen. in princ.
Laus Deo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Forma requiſita in teſtamento ſi non ſeruatur, teſtamentum red-
ditur nullum.*

2 *Hæredis inſtitutio in teſtamento cæci pro forma debet præcedere le
gata, ſed in contrarium eſt magis communis, vt nu.7.*

8 *Hæredis inſtitutio olim in teſtamentis præcedere debebat licet ho-
die communiter ſequi ſoleat.*

4 *Ablatiui abſoluti reſoluuntur in condictionem, quod declara vt
num.15.& 16.*

5 *Condictio importat formam.*

6 *Formæ nihil addi vel detrahi poteſt.*

8 *Hæredis nomen licet ponatur in fine teſtamenti, tamen dicitur
eſſe caput teſtamenti & in capite.*

9 *Omiſſio leuis ſolemnitatis non vitiat actum.*

10 *Omiſſio ſigni crucis inuentarium non reddit inuentarium nul-
lum & nu.13.*

11 *Speculator dicitur magiſter practicæ notariorum.*

12 *Declaratio ad l.hac conſultiſſima, C. qui teſtamēta facere poſſunt
vel non.*

14 *Statutum requirens plura ad actum pro forma non refertur ad le
ues ſolemnitates, ſed intelligi debet ſecundum diſpoſitionem iu-
ris communis.*

17 *Opinio illa ſumenda eſt, quæ magis fauet teſtamento.*

18 *Diſpoſitio d.l hac conſultiſſima locum non habet in teſtamento
cæci condito a patre inter liberos.*

19 *Teſtamentum conditum à patre inter libros coram duobus teſti-
bus valet.*

20 *Solemnitas de qua in d.l. hac conſultiſſima, non habet locum in
donatione cauſa mortis, nec etiam ſecundum communem in co-
dicillis.*

21 *Donatio cauſa mortis quo ad ſui confectionem magis accedit con
tractui ſecundum communem, quam vltimæ voluntati.*

22 *Statutum loquens de contractibus locum habet in donatione cau
ſa mortis.*

23 *Paries vel cortina intermedia inter teſtatorem & teſtes licet vi-
tiet teſtamentum, tamen ſecus & in donatione cauſa mortis.*

24 *Quod amplia procedere etiam ſi facta fuiſſet donatio in teſtamen
to, dummodo interuenerit ſtipulatio, & nu.26. vel pactum nu-
dum, vt num.28.*

25 *Donatio cauſa mortis facta ſimpliciter in teſtamento habet vim
fideicommiſſi.*

27 *Donatio cauſa mortis in teſtamentis per filium familias cum cō-
ſenſu patris fieri non poteſt niſi notario præſente & nomine dona
tarij recipiente.*

## CONSILIVM LXXXII.

PRima facie videretur dicendum teſtamentū
Antonij Baueriæ Ianuenſis cæci non a natiui
tate, ſed ex accidenti, non valere, eo quoniā
1 trita eſt regula, † quod vbi non ſeruatur in
teſtamento forma requiſita à iure, reddit vt
nullum, l.ſi vnus, C.de teſtam. l. hac conſultiſſima, §. per
2 nuncupationem, eodem titu. † Sed in teſtamento cæci
pro forma requiritur quod procedat hæredis inſtitutio
antequàm fiant legata, l.hac conſultiſſima, C.qui teſtam.
facere poſſ. ibi ante latæ formæ. & in §. cæcus. in verbo,
per obſeruationem. Inſtitu. quibus non eſt permiſſum fa
cere teſtamentum, notant Richard. Malumb. Cyn. Bart.
Fulgoſ & Decius in dicta l. hac conſultiſſima, & Cæpol.
in cautela 91. incipiente, in teſtamentis. vbi inquit,
3 † quòd in teſtamentis debebat olim hæredis inſtitutio
præcedere, vt in §. ante hæredis. Inſtitu. de lega. licet
hodie communiter ſoleat ſequi, præterquam in teſtamen
to cæci: quia etiam hodie requiritur, quòd præcedat ipſa
hæredis inſtitutio, & niſi præcedat, quòd non valet teſta-
mentum, dicta l.hac conſultiſſima. vbi ponitur forma te-
ſtandi, & imperator ibi mandat, quod illa forma ibi tra-
dita obſeruetur. Idem voluit Ange. in § ante hæredis In-
ſtit.de lega.& in § cæcus, quibus non eſt permiſſum fa-
cere teſtamen. vbi dicit, quod in practica obſeruaretur
opinio Bart. a qua non recederet, licet Bal. teneat contra,
cum ille text. ponat regulam negatiuam in cæco, quod
non poſſit teſtari niſi obſeruet dictam legem hac con-
ſultiſſima, quæ hoc requirit, quod dicit perpetuò notan-
dum, quia illo anno vidit teſtamentum vnius cæci He-
bræi, in quo hæc ſolemnitas deficiebat, & male. Et quod
iſta præpoſteratio, vt prius fiat hæredis inſtitutio, quam
4 præcedant legata, ſit de forma, etiam probatur, † quia
modus traditus ibi in d.l. hac conſultiſſima ponitur per
ablatiuos abſolutos, qui reſoluuntur in conditionem,
5 l.à teſtatore, ff.de condi.& demonſtr. † quæ cond. impor-
tat formam. Bald. in auth. matri & auiæ, C. quando mu-
li. tu. of. fun. poteſt, doct. in l.2.§.quod ſi in patris, ff. ſolu-

to matrimon. Modern. in cap. cum dilecta. de reſcriptis,
Deci. in conſil. 77 in princ. & in conſi. 466 col. pen. in fin.
6 & Gozad. in conſi. 73. col 1. † cui formæ nihil addi vel de-
trahi poteſt ſecundum Bal. in l. fi. colum. 2. C. de ſuis & le-
7 git. † Sed præmiſſis non obſtantibus contraria ſententia
tanquam magis fauens teſtamento, & communior te-
nenda eſt. Nam primò hoc voluit Bald. in dicta l. hac con-
ſultiſſima. vbi dicit, quòd ille text. non continet cauſam
formalem, ſed ſolitum modum teſtandi apud veteres,
qui ſemper præponebant nomen hæredis, quo hodie cor-
8 rigitur vt in dicto §. ante hæredis. † Et ideò cum etiam
ponendo in fine hæredis nomen dicatur caput teſtamen-
ti & in capite, l. penultima, C. de inſtitut. & ſubſtitut.
9 † & omiſſio talis ſolemnitatis ſit leuis, non debet vitiare
10 teſtamentum, † vt dicimus de omiſſione ſigni crucis in
inuentario, l. finali, §. primo, C. de iure delib. vbi idem
dicit ſi in principio etiam teſtamenti cæci nomen hære-
dis non apponatur. Idem volunt ibi Paul. de Caſtr. Ro-
ma. Alex. & Iaſ. & idem Iaſ. in conſi. 26 col. 1. vol. 1. vbi di
cit, quod ad ita tenendum vltra præallegatas authorita-
tes, multum etiam cum mouit authoritas Speculatoris,
11 † qui eſt magiſter practicæ notariorum, in titulo de in-
ſtrumenti edit. in §. vt autem, ver. illud quoque qui dū po
nit formam & practicā, quam debet ſeruare notarius in
teſtamento cæci, iuxta formam dicta l. hac conſultiſſima,
primò ponit legata ante inſtitutionem hæredum. Hanc
quippe ſententiam amplectitur Brun. in tract. de forma,
& ſolen. in articu. quando aliq. cenſea. trad. pro for. in 8.
concluſione, ver. & præpoſteratio, & in dicto articulo, in
vndecima, ver. prædicta concluſio. vbi dicit hanc partem,
magis communem.

Non obſtant modò adducta in cōtrarium, quia primò
12 reſpondetur, † quia omnia tradita in d. l. hac conſultiſſi-
ma non ſunt de ſubſtantia, eſto quòd dicta lex in fin. dicat
hoc tradere pro forma, quia dicta verba debent intelligi,
quod ſint de forma ea quæ ſunt magnæ ſolemnitatis, non
autem quæ ſunt modicæ & leuis, vt in ſimili probatur in
l. fi. §. etſi præfatam, cum gl. C. de iure deliber. vbi videtur
probari, quod niſi omnia, & ſingula ibi enumerata obſer
uentur, vitiatur inuentarium, & tamen illa verba referū-
13 tur ad ea, quæ non ſunt leuis ſolemnitatis, & † ſic ad ſi-
gnū crucis, quod dicitur eſſe leuis ſolemnitatis. Ita tenet
Imo. & Alex. in l. 2. §. prius, colum. 2. ff. de vulg. & pup. &
in l. fi. in princip. col. fi. C. de iure delib. Et ita in terminis
noſtris reſpondet ad dictam legem hac cōſultiſſima, Bru.
in dicta octaua concluſione, verſic. etſi lex pluribus, & in
concluſione 12. col. 10 in prin. verſ. & facit. Et ideo ſubdit
14 ibi Brun. quod Sign. de Homo. in conſ 87. in 5. col. † hoc
inducit ad ſtatuta requirentia plura ad actum, & poſt ſu-
bijcit, quod illud tradit pro forma, vt illa clauſula non re-
feratur ad leues ſolemnitates, nec ad omnia, ſed intelliga
tur ſecundum iuris communis diſpoſitionem: & ideo cū
iſta ſolemnitas, vt præponatur inſtitutio hæredum lega-
tis, ſic leuis ſolemnitatis, & non magnæ, quia talis præpo-
ſteratio nihil inferre poteſt ad euitandum falſitatem pro-
pter quam ſolemnitates de quibus ibi, introductæ fuerūt
igitur videtur dicendum, quòd omiſſio talis ſolemnitatis
non habeat vitiare dictum teſtamentum.

15 Non obſtat denique aliud fundamentum, † quòd abla-
tiui abſoluti importunt conditionem, quæ importat for-
mam, quia reſpondet Alex. in d §. prius, col. 2. quòd talis
conditio refertur ad ſolemnitates, quæ non ſunt leues, &
Brun. in d. arti. quando aliq. cenſe. trad. pro form. in vn-
decima concluſione, in verſicu. prædicta concluſio. dicit,
16 reſpondendo in terminis noſtris, † quòd prædicta con-
cluſio locum non habent quando ablatiui abſoluti cadūt
ſuper eo, quòd eſt a iure certum, quia tunc non impor-
tant conditionem, vt per Bar. in repetitione l. j. in 11. op-
po. de leg. 2. & ſecundum Bar. in l. cum ſtipulatus, in prin.
ff. de verb. obliga. & ideo ex his concludendum videtur
huiuſmodi teſtamentum prædicti cæci validum eſſe, &
omnino obſeruandum, & præſertim cum ſimus in arti-
culo in quo adeſt communis pro nobis, & in quo etiam
17 ſi caſus eſſe dubius, † ſumenda eſſet illa pars quæ magis
fauet teſtamento, & per quam teſtamentum ſaluatur, vt
in princ. l. ſi pars, ff. de inoff. teſtam. Dec. in conſil. 284. col.
3. & Pariſ. in conſil. 32. nu. 29. vol. 2. & in terminis noſtris
Iaſ. in d. conſi. 26. col. 1. in fi.

Secundo dicitur, q̄ licet prædicta opinio non eſſet ſu-
ſtentabilis, quamuis (vt dixi) cum ſit magis communis
18 amplectenda veniat, tamen quod † diſpoſitio dictæ l. hac
conſultiſſima, locum non habet in teſtamento cæci con-
19 dito a patre inter liberos, † quia ſi valet cum duobus te-
ſtibus abſque, vt ſeruetur forma dictæ l. hac conſultiſſi-
ma, prout ibi concludunt Bal. Ang. Salic. Paul. & Alex. ac
Iaſ. & Dec. firmantes hanc eſſe communem, ergo multo
fortius vbi adſunt ſeptem teſtes, & notarius, auth. mul-
tum magis, C. de ſacroſanctis eccleſ. Et ratio eſt, quia
quando pater teſtatur inter liberos ceſſat ſuſpicio falſi-
tatis propter quam fuit adinuenta ſolemnitatis, de qua
in d. l. hanc conſultiſſima, quia etiam ſi non feciſſet teſta-
mentum, liberi eſſent omnino ab inteſtato ſucceſſuri,
nec curandum eſt ſecundū Pau. ibi an eos inſtituat æqua-
liter, vel inæqualiter, poſt quam non immiſcet extraneos,
argum. l. 2. C. de ſecundis nuptijs. Et hanc partem eſſe ſe-
quendam in iudicando ibi dicit Rom. liceat teneat con-
trarium. Idem etiam vult Ang. in §. cæcus Inſt. quib. non
eſt permiſ. fac. teſta. Iaſ. in conſ. 26. col. 2. in princ. vbi fir-
mat hanc communem, & reprobat Fulgoſ. ibi aliter tenē
tem, de cuius cauiloſo opinione dicit non eſſe curandum,
ſed inhærendum communi opinioni, à qua ſubdit non
eſſe recedendum in iudicando ſecundum Bal. in l. j. in fi.
ff. de Senat. Roma conſil. 179. in 5 col. Et hanc eſſe magis
communem fatetur Soc. in conſ. 163 colum. 2. in princ. &
Bru. in tract. de for. & ſolen. in articulo de correctione &
relaxa. ſolen. in verſi. quinto quæro, vbi in tribus locis aſ-
ſerit hanc communem.

Tertio etiam dicitur, quod ſaltem iſta diſpoſitio pote-
rit valere in vim donationis cauſa mortis propter clau-
ſulam codicillarem appoſitam in teſtamento, videlicet,
quòd tale teſtamentum, & omnia ac ſingula in eo deſcri-
pta valeant iure teſtamenti, aut iure codicillorum, vel
donationis cauſa mortis, vel cuiuſque alterius volunta-
20 tis: † quia in donatione cauſa mortis facta per cęcū non
requiritur ſolemnitas dictæ l. hac conſultiſſima, prout
nec in codicillis, ſecundum communem ibi, & Bru. in di-
cto tractatu, de form. & in ſolu. in articulo quas res perſo-
nas, & quos caſus, colum. 15. verſic. ad idem facit, vbi dicit
hanc communem: quia cum donatio cauſa mortis non
ſit merè vltima voluntas, ideo ſtare debemus iuri com-
muni, & ſic ſolemnitati introductæ in donatione cauſa
21 mortis, per l. fi. C. de donatio. cauſa mortis. † Nam do-
natio cauſa mortis, quo ad ſui confectionem magis ac-
cedit contractui, quàm vltimæ voluntati, gloſſ. in l. 2. in
princ. ff. de dot. præleg. Doct. communiter in l. 2. de leg. 1.
Ruyn. in conſi. 52. colum. 4. volum. 1. Soci. in conſilio 112,
nume. 6. & in conſilio 130. num. 8. volum. 1. Pariſ. in conſi
lio 97. columna 2. volum. 3. vbi inquit, quòd donatio cau-
ſa mortis, licet contineat mixturam contractus, & vlti-
mæ voluntatis, tamen quo ad ſui ordinationem, & ini-
22 tium æquiparatur contractibus, † ita vt ſtatutum loquēs
de contractibus, locum habeat in donatione cauſa mor-
tis. Allegat Anchara. in conſil. 384. cuius opinionem, atte-
ſtante ibi Par. totus mundus ſequitur tanquam commu-
nem, vt per Aret. Soci. Alex. & Iaſonem, in l. ij. ff. de leg. ij.
Bru. in tractatu de forma & ſolemn. & quod non habet lo
cum diſpoſitio d. l. hac conſultiſſima, in donat. cauſ. mor-
tis, firmant ibi Bald. & alij. Idem Bal. in conſi. 248. & 249.
in 5. volum. Iaſ. in d. conſi. 26. col. ij. vbi inquit ab hac de-
ciſione neminem diſcrepare, & in conſi. 82. col. ij. & Bru.
in tractatu de forma, & ſolemnita. in articulo prædicto,
quas res, perſo. & quos caſ. & c colum. 14. verſic. an autem
ſolemnitas, circa finem. Pro cuius opinione facit, quod
voluit Matheſ. in notabili 115. nota, quod licet, vbi con-
23 cludit, † quòd etſi paries, vel cortina intermedia inter te
ſtatorem, & teſtes vitiet teſtamentum, vt per Doctores
in l. ſi non ſpeciali. poſt gloſ. ibi C. de teſtamen. & Barto-
lum, & alios in l. 2. §. Idem Labeo, el ij ff. de aqua pluuia
arcenda, tamen ſecus eſt in donatione cauſa mortis, quia
paries, vel cortina media inter donantem, & teſtes non
vitiaret donationem cauſa mortis, eo quia iura loquun-
tur in teſtamento, in quo maior ſolemnitas requiritur.
Et Matheſ. ſequitur Alexan. in l. ſi non ſpeciali, in vltima
col. C. de teſta. Soc. in conſ. 130. col. pen. in fin. vol. 1. & Iaſ.
in citato conſ. 26. col. ij & 82 col. ij.

Nec habet obſtare, quòd dictum Baldi poſſet proce-
dere vbi eſſemus in caſu, in quo ipſe loquitur quando
ſola donatio cauſa mortis facta fuiſſet, ſecus quando fa-
cta in teſtamento, & in vltima voluntate. Ita diſtinguen-
do dixit Hoſtienſis in ſumma, de donat. cauſa mortis, in
princ. verſicu. tertia eſt, & Pau. de Eleaz. Lapus Abbas, &
Ioannes de Imol. quos refert, & ſequitur Dominicus in

cap.quamquam,§.fin.in gloſ.fin. in princ. de vſuris, in 6.
& Dec.in conſil.245.colum.4.in fi.vbi etiam allegat Ab-
batem idem tenentem in conſilio 40.in primo dubio, vo-
lum.2.Soc.in l.2 colum.2 ff. de legatis 1. Quia reſponde-
tur, quòd talis differentia poſſet habere locum quando
fuiſſet donatio cauſa mortis facta ſimpliciter in teſtamen
24 to, † & non interueniente ſtipulatione. Et ita videntur
25 loqui Doctores in locis ſupra allegatis, † quia tunc talis
donatio habet vim fideicommiſſi, vt notat Bartol. in l.1.
circa finem,ff.de donatio.cauſa mortis,cuius opinio com-
muniter tenetur,vt dicit ibi Imol. quem ſequuntur Paul.
de Caſtr.& Roma. Dec.in conſilio 184. colum.4. in fine,
26 Crauet. in conſilio 139. in fine. † Secus ſi ſit facta in te-
ſtamento cum ſtipulatione, prout in caſu noſtro, quia
tunc perinde habetur, ac ſi ſeparatim ab ipſo teſtamen-
to facta fuiſſet propter ipſam ſtipulationem, quæ atten-
ditur. Ita declarat Dec. in conſilio 196. colum. 2. in fine,
vbi ad hoc allegat Salicet.in l.1 .C. de donationibus cau-
ſa morti, vbi dicit, quòd donatio cauſa mortis facta in
27 teſtamento habet vim fideicommiſſi, † & ideo quòd fi-
liusfamilias non poſſet talem donationem facere in teſta-
mento, etiam patre conſentiente, niſi notario præſente,
& nomine donatarij recipiente, quia tunc eſt vera dona-
tio cauſa mortis per not.per Bartolum, in l.tam is, §.1.ff.
de donationibus cauſa mortis. Et ſic expreſsè ibi vult
Salic. quod donatio cauſa mortis facta in teſtamento in-
teruenientc ſtipulatione, reputetur contractus ſimpli-
citer propter ipſam ſtipulationem. Et ſubdit idem etiam
velle Imol.in l.vt hæredibus,verſi.item attende. de lega-
tis 2. Idem etiam tenet Iaſ.in citato conſilio 82. colum.2.
verſicu.Sed hoc non obſtante, vbi concludit relicta in te-
ſtamento cæci, non valere iure donationis cauſa mortis
appoſita in teſtamento cæci, quia non interuenerat præ-
ſentia donatariorum,prout de neceſſitate requiritur in do
natione cauſa mortis, l. inter mortis, de donationibus
cauſa mortis, Barto.in l.1.& in l.tam is, §.1. eod.titul.vel
ſtipulatio donatariorum, quæ ſimiliter requiritur,l.inter
28 mortis & l.mortis cauſa, Barto.in d.l.1. † vel ſaltem pa-
ctum nudum, quod hodie ſufficit, iuxta gloſſ. reputatam
ſingularem in l.cum pater.§.Meuio,ff.de legatis 2 & glo.
communiter approbatam in l.2. C.de iure dotium. ergo
a contrario ſenſu, quod ſi interueniret ſtipulatio, vel pa-
ctum.nudum, quod ſufficeret in tali donatione, cauſa
mortis, quamuis facta in teſtamento. Hoc etiam tradit
Socin.in conſi.112.colum.3.verſi.aliquando, & ſecundo.
Laus Deo.

## SVMMARIVM.

1 *Tutela eſt munus publicum authoritate, & vtilitate priuatum.*
2 *Inuitus ignorans, & abſens cogitur ad ſuſcipiendum tutelam.*
3 *Excuſari quis poteſt à tutela munere multis ex cauſis.*
4 *Creditor pupilli nominatus in eius tutorem ſi iuret de credulitate ſe creditorem ipſius, vel habere res ſuas ſibi obligatas, excuſatur a tutela, quando quantitas eſt magna, & non parua, quod relinquitur arbitrio iudicis, inſpecta qualitate perſonæ.*
5 *Summa ſcutorum centum dicitur magna.*
6 *Diſpoſitio auth. minoris, C. qui dare tut poſſ. quæ loquitur in curatore ſecundum communem, etiam locum habet in tutore.*
7 *Paria ſunt, iurare, vel per ſe non ſtare quo minus iuretur.*
8 *Iuramentum credulitatis debet deferri per iudicem.*
9 *Iuratoria cautio quando admittitur, debet deferri per iudicem.*
10 *Verba non ſufficiunt, vbi opus eſt facto.*
11 *Iudex non tenetur impartiri officium ſuum, niſi parte inſtante, etiam in materia iuramenti.*
12 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, pro veritate habetur.*
13 *Et facit ius inter partes.*
14 *Et pro ea præſumitur, nedum quo ad iuſtitiam, ſed etiam quo ad proceſſum, etiam ſi lata eſſet ſententia contra abſentem, & contumacem ex contumacia vera vel ficta.*
15 *Et tali ſententia facit de albe nigrum, & de nigro album, & naturalia vincula ſanguinis mutat.*
16 *Appellari licet non poſſit à ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, tamen poteſt dici de nullitate. Quod fallit quando nullitas etiam eſt notoria ſtante forma decreti præfigentis tempus decem dierum ad appellandum, & dicendum de nullitate tam per viam agendi, quàm excipiendi.*
17 *Nominatus in tutorem poteſt cogi ad ſuſcipiendam tutelam mulcta indicta, vel captis pignoribus quam ſi gerere noluerit, ceſſabit periculo ſuo.*

## CONSILIVM LXXXIII.

VIDETVR prima facie dicendum in præ-
ſenti conſultatione legitimam fuiſſe excu-
ſationem tutelæ, allegatam per Antonium
de Belingerijs, atque ideo malè per iudicẽ
fuiſſe declaratum ipſum teneri, & obliga-
tum eſſe ad ſuſcipiendam tutelam ſuorum nepotum.
1 † Quoniam etſi tutela ſit munus publicum authoritate,
& vtilitate priuatum,vt in §.1.ibi Angel.Inſti.de excuſa.
2 tuto.& Decius in conſilio 297.colum 2. † Et ad eam ſu-
ſcipiendam inuitus ignorans, & abſens cogatur, vt deci-
dit Bartol.in l.illud, ff.de tuto. & curat.dat. ab his, & per
3 Alex.in conſi.26 colum.2.vol.3 † Tamen multæ permit-
tuntur cauſæ à lege, propter quas à tali munere quis ex-
4 cuſa.tuto.& in l.item propter litem, ff.eodem titu. † in-
ter quas vna eſt nominatus in tutorem legitimum credi-
tor reperiatur pupilli, & iuret de credulitate ſe pupilli
creditorem,vel res eius ſibi obligatas,vt in auth.minoris,
C.qui dar.tut.poſ.& in corpore vnde ſumitur, & ibi per
docto.communiter,& Ange.in § fin.de auth.tuto & in §.
actionem,colum.5.& de act.& Paul.de Caſtr.in l.pater fi
lio,ff.de procuratoribus, ac Roma.in conſilio 120.in 2.du
bio vbi tradit hanc eſſe clariſſimam doctorum concluſio-
nem. Item etſi quantitas ſit magna & non parua, vt per
Bald.in l.cum in eo.ff.de procuratoribus & doct. commu-
niter in dicta authen. minoris, & de cuius quantitate an
ſit modica, vel magna, ſtatur arbitrio iudicis inſpecta con
ditione perſonarum, argum.l.etſi ſuſceperit, §.1. de iud.
& per Bartol. & alios in d.authen. minoris, ac Angel. &
Bald. in locis ſupra citatis, & ideo cum dictus Antonius
5 allegauerit ſe creditorem, † & de ſumma ſcutorum cen
tum, quæ dicitur magna, vt per Iaſ.in conſilio 43.colum.
fin. in princ. volum 1. meritò videtur dicendum iniquè
contra eum fuiſſe declaratum.
6 Nec habet obſtare ſi dicatur, † ꝙ diſpoſitio dictæ auth.
minoris, loquatur in curatore, & non in tutore,quia re-
ſpondetur, ꝙ etiam in tutore locum ſibi vendicat, vt vult
gloſſ.in authen.vt hi qui obligat &c. & per Cyn. Odofr.
ac alios communiter in ipſa authen. minoris, & per Ang.
in d §.actionem, colum. 5. verſic. quæro qui poſſunt eſſe
tutores,& in §.fi.col.2.de excuſa.tuto.vbi aſſerit hanc eſ-
ſe communem opinionem. Et ratio eſt ſecundum gloſſ.
de qua ſupra,quia eadem eſt ratio in tutore, quæ eſt in cu
ratore, ergo & idem ius, l.a Titio, §.1. ff. de verborum
obligationibus Imò dicit Cy in d.auth.minoris, col.2. ꝙ
ſi hæc ratio non eſſet expreſſa,multo fortius idẽ eſſet di-
cendum, quia maius periculum eſt in tutore, cum mi-
nus ſibi poſſet prouidere pupillus,quam adultus.
His tamen non obſtantibus, contraria ſententia de
iure eſt verior, quoniam indubitata eſt iuris concluſio,
ꝙ à munere tutelæ ratione crediti quis non excuſatur,
niſi præbeat ad ſancta eloquia iuſiurandum, quod ex ve-
ritate credit ſe obligatum habere pupillum, vt vult text.
in §.vt autem,in dicta auth.vt hi qui obliga. ſe prohibent
res mi.& ibi Angelus in ſecundo no.vbi dicit, nota quod
vocatus ad tutelam, vel curam, ſi iurat ſe credere mino-
rem obligatũ ſibi vel eius res, quòd ſine alia probatione
ab eius tutela, vel cura repellitur, ſed hic Antonius ne-
que iuramentum credulitatis, de quo ſuprà præſtitit, ne-
que per alium modum creditum ſuum probauit, nimi-
rum ergo ſi contra eum declaratum fuit, & non admiſ-
ſa eius excuſatio;quia dixit Bart. in l. athletæ, §.amplius,
in lectura Nico.de Neap.ff.de excuſ.tut.quòd ſi quis tace-
ret,vel diceret ſe debitorem, vel creditorem pupilli, ad
hoc vt habeat excuſationem ab onere tutelæ, vel curæ, ꝙ
non excuſatur,niſi bona fide hoc faciat, ſecundum Iaco-
bus de Aret. ſed hic non apparet de bona fide volentis ſe
excuſare, & igitur &c.
Nec obſtat quod ſatis dicatur iuraſſe dictus Antonius
ex quo obtulit ſe iuraturum, & ſic per eum non ſte-
7 tit, † cum paria ſint iurare, vel per ſe non ſtare quo mi-
8 nus iuretur.l.remittit,ff.de iure dot.† Quia reſpondetur,
quod iuramentum credulitatis debet deferri per iudicẽ,
vt expreſsè dixit Soci. in conſi.120. colum.3.in fin. vol.1.
9 vbi inquit, † quòd quando iuratoria cautio admittitur.
vt puta quando obligatus ſatiſdare iurauit ſe credere fi-
deiuſſorem dare non poſſe, vt per Odofr. & Cyn. in l.1.
ff. qui ſatiſdare cogantur, quod talem iuramentum de-
bet deferri per iudicem. Se in caſu præſenti non repe-

ritur

ritur delatum fuiſſe per iudicem iuramentum creduli-
tatis requiſitum a iure, ergo & cętera. Imò plus voluit
ibi ipſe Soc. quod ſi creditor motu proprio iuraſſet, tale iu
ramentum non ſufficeret per l. videamus, §. deferre, ff. de
in litem iur. quod etiam voluit Bar. in conſi. 97. in fi. dicẽs,
quod iuramentum non releuat niſi deferatur a iudice,
veel à parte, per dictum §§. deferre, quamuis in dictis So
cin. & Barto. in hoc non faciam magnam vim, per ea quę
conſulit Bal. in conſi. 345. in ſecundo dubio in 2. volu. vbi
inquit, quòd ſi iudex acceptat, iuramentum partis, quod
perinde habetur, ac ſi ipſe detuliſſet, argu. l. cum oſtendi-
mus, §. fi. de fideiuſſ. tut. quia acceptare idem eſt, quod ap
probare. Et licet iudex non dicatur deferre, ſufficit æqui-
pollens. Subdit tamen cautius eſſe deſeruire verbis legis,
quæ dicit conditione delata iurauerit. l. 3. in prin. ff. de iu-
reiur. Nec eſt verum, ſufficere quòd obtulerit Antonius
10 ſe iurare, † quia vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt,
vt not. in l. acceptam, C de vſur. Et quia nullibi in proceſ-
ſu apparet, quod requiſiuerit iudicem ad præſtandum ſi-
bi dictum iuramentum credulitatis, ſed ſolum in ſcriptu-
ris dictum comperitur, quòd paratus erat iurare ſe credi-
torem ſuorum nepotum, quo caſu cum a iudice non pe-
tierit deferri iuramentum, ſibi imputandum venit, ſi nõ
ſciuit melius ſibi conſulere, & cautius ambulare, iuxta l.
11 veteribus, ff. de par. Nam trita eſt regula, † quod iudex
non tenetur impartiri officium ſuum niſi parte inſtante,
l. 4. §. hoc autem, ff. de damn. infect. quæ etiam ampliatur
procedere in materia iuramenti, vt per Rip. ibi in 2. col.
in 2. ampliatione. vbi inquit, quod licet in l. bonæ fidei, C.
de re. cred. requiratur etiam per verba præciſa, videlicet
per verbum oportet, quod iuramentum in ſupplementũ
probationis deferatur per iudicem tamen, quod ipſe non
tenetur illud deferre, niſi petatur, ſecundum Bar. & alios
communiter in d. l. admonendi, ff. de iureiur.

Secundo principaliter contra dictum Antonium facit,
nam ſententia contra eum lata tranſitum fecit in rem iu
dicatam per lapſum temporis dati ad appellandum tam
12 ex forma iuris, quàm ex forma decretorum, † quo caſu
pro veritate habetur, l. in genuum, ff. de ſta. hom. l. res iu
13 dicata, ff. de reg. iur. † & inter partes facit ius, c. cum in-
ter. de re iudic. Alexan. conſi. 39. colum. 2. volum. 6. conſi.
93. colum. 2. volum. eodem. & in conſi. 94. col. fi. volum. 7.
Dec. in conſi. 445. colum. 5. Pari. in conſi. 117. col. 1. vol. 4.
14 † & pro ea pręſumitur nedum, quo ad iuſtitiam, ſed etiã
15 quo ad proceſſum, † etiam ſi eſſet lata contra abſentem,
& contumacem ex contumacia, vera vel ficta ſecundum
Abb. Imol. & Moder. in cap. quoniam contra. de proba.
quos ſequitur Alcia. in tract. de præſump. in 3. regu. præ-
ſump. 9. num. 17. Et adeò hoc verum eſt, & tantæ autho-
ritatis, & potentiæ, quòd dixit Curtius iun. in conſil. 277.
colum. 5. in fin. Iaſ. in l. Iulianus, colum. 2. de cond. indeb.
& Crau. in conſi. 79. col. 2. poſt Bal. in locis per eum cita-
15 tis, † quod huiuſmodi ſententia facit de albo nigrum,
& de nigro album, & naturalia vincula ſanguinis mutat,
vt no. ff. de pac. l. ius agnationis, & falſum in verum, non
eſſentialiter, ſed quo ad effectum: ex quo ſequitur, quòd
ea omnino obſeruanda venit.

16 Nec etiam obſtat, † quod licet ab ea non potuerit ap-
pellari, tamen poteſt dici de nullitate, vt per Spec. in tit.
de appellatione §. iuxta, in fi. & Socin. in conſi. 10. colum.
fi. volu. 4. Quia reſpondetur, quòd de nullitate dic non po
teſt, quoniam ex tenore decreti Mediolanenſis ſtatutum
eſt tempus decem dierum ad appellandum, dicẽdum de
nullitate, tam per viam agendi, quàm per viam excipien
di a tempore latæ ſententiæ, & habitæ notitiæ. Quo caſu
cum appareat de intimatione ſententiæ legitime facta,
& in tempore a decreto limitato, non fuerit per ipſum
Antonium appellatum ab ea, nec de eius nullitate dictũ,
vlterius de ipſa nullitate amplius cognoſci non poteſt, vt
per Alex. in conſ. 105. vol. 5. col. 2.

Nec pariter obſtare poteſt ſi dicatur, quod diſpoſitio ip
ſius decreti locũ non habeat in nullitate notoria, de qua
poſſit conſtare ex actis, quia reſpondetur duob. modis. Et
primo, quod in caſu de quo agitur non conſtat de aliqua
nullitate notoria, nec euidenti, igitur &c.

Secundo reſpondetur, quod etiam dato, ſed non con-
ceſſo, quod conſtaret de notoria, & euidenti nullitate,
etiam hoc non obſtante non deberet admitti ipſa nullitas
euidens, quoniam licet, vbi ex toto reijcitur nullitas per
ſtatutum non intelligitur reiecta nullitas euidens, & no-
toria, de qua poſſit ex actis conſtare, tamen ſecus eſt vbi
non reijcitur omnino nullitas, ſed admittatur ſi infra cer
tum tempus proponatur: quia tunc per hunc modum,
omnis nullitas poteſt denegari ei qui infra tempus pro-
miſſum de ea non dixit. Ita Alex. in d. conſil. ſuo 105. col.
fin. volum. 5. quem refert. & ſequitur Cur. iun. in conſilio
119. colum. 3. in princ. & in conſi. vltimo. colum. 3. vbi lo-
quitur propriè in decreto noſtro. Idem Alex. in conſilio
225. colum. 3. verſic. Item reſpondeo, volu. 6. Pau. de Caſt.
in conſi. 329. colum. ſecunda in fi. Practica Papien. in for
ma execut. ſenten. in verbo ſapiens, Gozad. in conſil. 103.
col. 3. verſic. 9. Pariſ in conſ. 95. col. 4. in fi. vol. 1. & Calca.
in conſil. 16. col. 10. verſi. ſed omittens, quia permittendo
qui ſententiam contra ſe reportauit labi ſibi tempus da-
tum a ſtatuto, dicitur renũciare nedum tacitè, ſed etiam
expreſsè iudicio nullitatis, & eius allegationi. Et ita alias
iudicatum fuit in hoc ampliſſimo Senatu Montisferrati.
Vnde ex his quæ ſupra allegata fuerunt, concludo bene
fuiſſe per d. iudicem declaratum cõtra dictum Antoniũ,
17 † & per eum cogendum eſſe multa indicta, vel captis pi-
gnoribus ad ſuſcipiendum ipſam tutelam, iuxta gloſſ. in
§. pen. Inſtit. de ſatiſda. tuto & Barto. in l. 1. in princi. ff. de
admin. tut. quam ſi exinde gerere noluerit, ea ceſſabit pe
riculo ſuo, vt diſponit legislator in d. l. 1. de admniſt. tuto.

Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Conuentio de perpetuò non diuidendo non valet.*
2 *Etiam ſi ſit iurata.*
3 *Nec ex ea oritur obligatio naturalis.*
4 *Præceptum teſtatoris factum hæredibus de non diuidendo non ualet.*
5 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates ualet.*
6 *Verbum in æternum de quo in l. 1. ff. pro ſocio quomodo exponatur.*
7 *Societas non tranſit ad hæredes.*
8 *Verbum perpetuo exponitur, id eſt, vſque ad mortem.*
9 *Probibitio de non diuidendo ſi facta eſt ad tempus certum ualet.*
10 *Vel ſi ad tempus incertum, videlicet, non fiat diuiſio donec quis viuat.*
11 *Verbum in perpetuum relatum ad perſoaas, intelligitur vſque ad uitam.*
12 *Conuentio facta inter fratres de ſtando ſemper, perpetuò, & in perpetuum in communione, & nunquam ſe diuidere ex quo relata eſt ad perſonas intelligitur pro uita ipſorum fratrum, & numero 25.*
13 *Præceptum teſtatoris factum vni ex hæredibus inſtitutis, quòd ſemper ſtaret in communione & vnione omnium bonorum cum fratribus intelligitur durante vita ipſius hæredis.*
14 *Prohibitio diuiſionis facta ſub pęna priuationis hæreditatis ad commodum aliorum cohęredum ſine alia expreſſione cauſę valet.*
15 *Prohibitio alienationis facta ſub pœna priuationis ſine alia cauſa valet.*
16 *Prohibitio diuiſionis, dicitur prohibitio alienationis, & num. 18.*
17 *Præceptum teſtatoris ex cauſa de non diuidendo in perpetuum ualet, ſicut prohibitio teſtatoris cum cauſa de non alienando in perpetuum.*
19 *Declaratio ad l. in hoc iudicio, § ſi conueniat, ff. communi diuidundo, ut locum habeat quando per uiam diſpoſitionis inducitur communio & perpetuò prohibetur diuiſio, id eſt, ſine fine ſecus quando per uiam conditionis, quia illa poteſt prohiberi.*
20 *Teſtator licet non poſſit per uiam percepti diſponere quòd in funus apponantur ueſtes, uel ſimilia inepta, poteſt talia ponere in conditione.*
21 *Prohibitio alienationis nuda, & ſine cauſa facta in ultima uoluntate, etſi non ualeat, tamen ſi ſit in conditione poſita ualet tunc per indirectum, & ſine cauſa.*
22 *Declaratio alia ad dictum §§. ſi conueniat, ut intelligi debeat in pacto de non diuidendo poſt mortem, nec in ęternum.*
23 *Dictio omnino habet naturam præciſam.*
24 *Verbum omnino exponitur, id eſt totaliter, & indiſtinctè.*
26 *Reprobatur Cy. in add. dictum §§. ſi conueniat.*
27 *Summarium intelligitur ſecundum legem qua ſummatur.*
28 *Declaratio ad Soc. in conſi. 268. col. pen.*
29 *Locatio ſi eſt permiſſa uſque ad certum tempus, uel uſque ad certam generationem, ſi fiat pro maiori tempore uitiatur in totum.*
30 *Bona prohibita diuidi ueniunt in confiſcatione bonorum, quia per dictam prohibitionem ſolum intelligitur prohibita diuiſio hominis, & non diuiſio quæ inſurgit ex diſpoſitione legis, ſicut eſt illa quæ fit mediante publicatione, & numero 33. & 34. Sed contrà,*

*contrà, ut numero 35.*

31 *Præceptum teſtatoris factum inſtituto, ſicut morte ipſius ceſſaret, & ad hæredes non tranſiret, ita etiam debet ceſſare per mortem ciuilem, quæ habet effectum mortis naturalis, quo ad id de quo agitur.*

32 *Prohibita alienatione extra familiam non prohibetur ſuccedere ab inteſtato prohibito proximior qui ſit extra familiam, quia alienatio quæ fit in illum mediante ſucceſſione ab inteſtato, immediate fit à lege, & non ab homine.*

36 *Diuiſio, & alienatio quæ fit ex confiſcatione, ex quo cauſantur à facto voluntario, venit ſub prohibitione diuiſionis, & alienationis.*

37 *Prohibitus alienare, intelligitur etiam prohibitus aliquid facere per quod ſequi poſſet alienatio legalis.*

## CONSILIVM LXXXIV.

IN præſenti conſultatione prima facie videretur dicendum dominum Franciſcum nō excluſum fuiſſe ab hæreditate aui, etſi adimpleuerit conditionem, ſub qua fuit inſtitutus, videlicet, ſi & caſu quo ipſe dominus Franciſcus perpetuò ſtaret in communione, & vnione bonorum omnium cum fratribus ſuis, ſimul cum eo inſtitutis. & in euentum in quem nollet ipſe dominus Franciſcus cum effectu ſtare, & non ſtaret in prædicta communione cum dictis hæredibus tunc eo caſu, teſtator in omnibus ſuis bonis hæredes vniuerſales inſtituit in totū dominos Ioan. & Baptiſtam fratres dicti D. Franciſci, eo in totum excluſo a ſua hæreditate. Quoniam clariſſimi
1 iuris eſt, † quòd ſicut conuentio de perpetuò non diuidendo nō valet, l. in hoc iudicio, §. ſi conueniat, ff. comm.
diui. l. fi. C. eod. tit. Alex. & Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum. ff. de cond. indeb. Roma. conſil. 13. Alex. in conſi. 13.
colum. 1. volu. 2. Prac. Pap. in forma libelli pro hæreditate, vel re ſingulari diuid. in ver. domum. Curt. ſen. in conſil. 52. colum. 2. cum ſeq. Dec. in conſ. 265. col. 1. & in conſ.
282. col. 2. & Marſi in ſingu. 9. Iaſ. in §. quædam, col. 8. In-
2 ſtitu. de actio. † etiam ſi ſit iurata, vt per Alex. & Dec. vbi ſupra, & Cur. iun. in conſi. 114. col. 4. ac Ruyn. in conſilio
54. col. 3. verſi. non obſtat etiam iuramentum, volu. 1. licet aliter, & malè ſentiat Albe. de Roſa. in d. l. fin. Iaſ. in cita-
3 to §. ſi centum, & Par. in conſi. 127. vol. 4. † Nam etiam ex ea oriatur naturalis obligatio, vt per Ang. in conſil. 225.
colum. 1. quem ſequitur Cur. ſen. vbi ſupra, & Dec. in al-
4 legato conſi. 265. † Ita etiam non debet valere præceptū
5 teſtatoris factum de non perpetuò diuidendo, † quia valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, l. ſeruum filij, §. eum qui. ff. de leg. 1. Ita Alexan. & Iaſ. in d. §. ſi centum. Alex. in conſi. 110. colum. 2. volum. 3. quem ſequitur Dec. in conſ. 442. colum. 6. Idem tenuit Bertran. in conſi. 25. col. 1. Ruyn. in conſi. 23. col. 2. volu. 5. Et ratio eſt ſecundum Alex. quia ſi per contractum non poteſt fieri, nec etiam per quaſi contractum aditionis hæreditatis, cum obligatio, quia aſtringuntur hæredes ad obſeruantiam contentorum in teſtamento, procedat a quaſi contractu aditionis hæreditatis, l. ex maleficijs, §. hæres, ff. de act. & obligat. l. apud. Iulianum, §. fi. ff. ex quibus cau. in poſ. ea. Nec obſtat ſi dicatur, quòd imò valet tale præce-
6 ptum, † quia tex. in d. § ſi conueniat, loquitur vbi prohibetur ne in æternum, id eſt, ſine fine fiat diuiſio, ſecus ſi in perpetuum, quod verbum exponitur, id eſt, quandiu viuant hæredes, cùm ſit prolatum in actu non tranſitorio
7 ad hæredes, † vt eſt ſocietas, l. in hæredem. ff. pro ſocio. vt declarat Flor. in d. §. ſi conueniat, quem ſequitur Iaſ. in d. §. ſi centum, & in §. quædam, col. 8. de actio. & Dec. in præallegato conſi. 265. colum. 1. per textum, iuncta glo. in l. nulla, ff. pro ſocio, & gloſſ. in l. prima. eodem tit. quia reſponderi poteſt, quòd Floria. malè ſentit, & contrariū tenet Cy. in addit. ad dictum §§. ſi conueniat. vbi dicit, ꝙ non poteſt excedere metas triginta annorum. Et idem vult Barto. & Alber. qui ſumant illum tex. quòd pactum
8 ne perpetuò diuidatur, non valet, † & tamen verbum perpetuò ſecundum Flor. exponitur, id eſt, vſq; ad mortem. Et idem tenet ibi Odofred. vt refert ibi Alb. Idem Albe. in d. l. fi. & contra Flor. eſſe communem atteſtatur. Socin. in conſi. 277. col. penul. quem ſequitur Ruyn. in conſi. 23. colum. 2. quia ſecundum Soci. attenta iſta ratione ſequeretur, quòd ſicut valeret tale pactum quod non tranſit ad hæredes, & quòd non poteſt durare niſi vſque ad vitam, ita etiam valeret pactum, quod nullo tempore diuidatur, quia tunc etiam ſocietas non tranſit ad hæredes. l. nemo. l. adeò, ff. pro ſocio, & tamen hoc eſt falſum, dicto §. ſi conueniat.

Sed tamen his non obſtantibus contrarium de iure dicendum videtur, quod imò talis prohibitio valeat. Nam
9 indubitati iuris eſt, quod † prohibitio teſtatoris de non diuidendo, ſi eſt facta ad tempus certum, valet vt eſt tex. & ibi no. Bald. & Ang. in l. 4. in princi. ff. de cond. inſt. vbi Ange. dicit de facto ſæpius de hoc interrogatum fuiſſe, & ſæpius ita reſpondiſſe. Ad idem eſt tex. in d. §. ſi cōueniat. Alex. & Iaſ. in d. §. ſi centum. Soc. in d. conſ. 268. colum. 5. verſi. aliquando, & ſecundo. Bert. vbi ſuprà. Dec. in conſ. 265. col. 2. & in conſ. 442. col. 4. Ruyn. conſi. 34. colum. 4. in princip. volum. 1. & in conſi. 212. colum. 1. & ſequen. vo-
10 lum. eod. & in conſ. 23. colum. 2. volum. 5. † Vel ſi eſt facta ad tempus incertum, videlicet, vt non fiat diuiſio donec quis viuat, vt per Flor. in d. §. ſi conueniat. & Alex. ibi in addit. ad Bar. dicentem ſe de facto ita reſpondiſſe, & verè loquitur, quia in conſil. ſuo 59. colum. 1. volu. 5. dicit, quod partes poſſunt ad inuicem conuenire, vt communio, & ſocietas duret toto tempore ſociorum. quem ſequitur Dec. in iam ſæpius citato conſi. 265. col. 1. Iaſ. in d. §. ſi centum, & in allegato §. quædam, colum. 8. Dec. conſilio 442. colum. 4. Bertr. vbi ſuprà. Io. Dilec. in tract. de arte teſtandi, in titul. de varijs teſta. præcep. cautela 8. Ruyn. in conſ. 134. col. 4. in prin. verſ. præterea, vol. 2. & in conſilio 135. col. 4. vol. eo. Sed iſta prohibitio de qua agitur (vt apparebit) eſt facta pro vita hæredum, igitur dicendum videtur, quod ſit valida. Et quod ſit verum demonſtratur, nam teſtator in dicto ſuo teſtamento præcepit hæredibus
11 ne in perpetuum diuiderent bona ſua. † quod verum in perpetuum intelligitur ad vitam, cum ſit relatum ad perſonas, vt per Floria. in d. §. ſi conueniat. quem ſequitur Iaſ. vbi ſupra, & Dec. in d. conſi. 265. colum. 1. & Ruyn. in conſ. 134. col. 4. in princ. verſ. prætereà. volum. 2. & in conſilio 135. colum. 4. vol. eod. & in fortioribus terminis con-
12 ſuluit Dec. in ipſo conſil. 265. † Nam ibi fuerat conuentū inter fratres, quòd ſemper perpetuò, & in perpetuum deberent ſtare ſimul in communione, & nunquam ſe diuidere. & tamen ibi concludit non obſtantibus illis verbis, ſemper, perpetuò, & in perpetuū, & nunquàm ſe diuidere, illam cōuentionem, ex quo relata eſt ad perſonas fratrum valere, & intelligendum fore pro vita ipſorum fratrum. Ita etiam concludit Ruy. in citato conſilio 135.
13 † vbi teſtator præceperat, quòd dominus Antonius vnus ex hæredibus inſtitutis ſemper ſtaret in communione, & vnione omnium bonorum ſuorum cum fratribus ipſius Antonij, prout in terminis noſtris, & tamen ibi determinat Ruyn. quod tale præceptum debet intelligi durante vita domini Antonij, & non poſt mortem, quia talia verba dirigebantur ad perſonas fratrum. Hoc etiam voluit in conſilio 54. col. 3. in fi. vol. 1.

14 Secundo principaliter facit, † nam dicta prohibitio facta fuit ſub pęna priuationis hæreditatis ad commodum aliorum cohæredum, quæ ſufficit ad validitatem prohibi-
15 tionis abſque expreſſione alterius cauſę, † ſicut valet prohibitio alienationis ſub pœna priuationis ſine alia cauſa l. 1. C. de ijs quæ nomine, glo. in verbo reſpectu. in l. filius famil. §. diui, ff. de leg. 1. Ruy. in conſ. 76. colum. 2. volu. 1. conſil. 228. col. 2. volu. eod. in conſi. 135. colum. 3. in prin.
16 volum. 2. & in conſi. 23. colum. 9. vol. 5. † quia prohibitio diuiſionis dicitur prohibitio alienationis, l. ſi pupillorum, ff. de rebus eorum. Ruy. in conſi. 117. volum. 3. & inquit Ruy. in citato conſil. 23. quod ita in ſpecie concludit
17 Alex. in d. §. ſi centum, dicens, † quod præceptum teſtatoris ex cauſa de non diuidendo in perpetuum, valet, ſicut valet prohibitio teſtatoris cum cauſa de non alienā-
18 do in perpetuum, vt in dicto §. diui. † quia prohibitio diuiſionis (vt dictum fuit) dicitur prohibitio alienationis. Et Alex. ſequitur Dec. in citato conſi. 265. col. 2. Bertr. vbi ſuprà. & Ruy. in conſ. 135. col. 2. volu. 2. ergo eodem ratione debet valere præceptem ſub pęna, licet non ſit expreſſa cauſa, ſicut valet prohibitio de non alienando cum pęna, licet ſine cauſa.

19 Tertio accedit, † nam illud, quod diſponitur in d. §. ſi conueniat. locum habet & procedit quando per viam diſpoſitionis inducitur communio, & perpetuo prohibetur diuiſio, id eſt, ſine fine: ſecus quando per viam conditionis, quia illam poteſt prohibere, & ſic per indirectum, vt in caſu præſentis conſultationis, quia teſtator inſtituit dominum Franciſcum, ſi ſtaret in perpetuum in communione

nione

nione cum fratribus ſuis, & vbi nollet in ea permanere, & illum excludit,& priuauit,vt probatur in l ſeruo alie-
20 no,§.fin.ff.de lega.1.† vbi habetur,quod licet non poſſit per viã præcepti teſtator diſponere, quod in funus apponantur veſtes,vel ſimilia inepta,poteſt tamen talia ponere in conditione. Ita Ruyn.in citato conſi.135.colum.3. vbi dicit,quòd iſtud præſupponit expreſsè Bar.in conſil. 4.vbi vult quod onus de ſtando perpetuò in communione impoſitum hæredi inſtituto in vim modi,vel conditionis ſub pœna priuationis hæreditatis debet impleri, & ſecundum eum non obſtat tex.in d.l.4.ff.de cond.inſti. vbi teſtator inſtituit hæredes ſi in ſocietate perſiſtent vſque ad certum tempus,& ſic ipſa ſocietas in conditione ponitur,& non in diſpoſitione, & tamen loquitur de ſocietate ad certum tempus. Innuere ergo videtur,quod reijceretur conditio,ſi in illa fuiſſet ſocietas perpetua,quia reſpondetur ſecundum Ruyn.colum.4. in princ.quod licet ibi per viam conditionis inducatur communio ad tempus,non tamen negatur, quin etiam poſſit eo modo induci perpetuo,id eſt,vſque ad mortem. Et ad hoc bene facit,quod voluit idem Ruy.in conſ.78.colum.5.volum.2.
21 † vbi dixit,quòd licet prohibitio alienationis nuda,& ſine cauſa facta in vltima voluntate non valet, d.§.diui.tamen ſi ſit in conditione poſita valet tunc prohibitio per indirectum,quod ſine cauſa l.ſi ita quis, §.fi.ff.de condit. inſtitu.ſecundum Alex.in d.§ diui. verſi.ſecundò limita.
22 Non obſtat tex.in §.ſi conueniat,† quia ille tex.debet intelligi de pacto de non diuidendo poſt mortem, nec in æternum. Et iſtud ſatis probatur ibi dum dicitur, ſi conueniat ne omnino diuiſio fiat quæ verba in rem prolata
23 † cum illa dictione omnino, quæ habent naturam præciſam important,quod diuiſio erat ſimpliciter, & omni tē-
24 pore prohibita, † quia verbum omnino exponitur, id eſt,totaliter,& indiſtinctè,vt no.per gloſſ.& Bartol.in l.ſi cum exceptione,§.quatenus,ff.quod metus cau. in cap.ſi iudex.de off.deleg.in fi.Dec in citato conſi.265.colum.j. Ioan.Dilec.vbi ſuprà,& Ruy.in allegato conſi.135. col. 4.& Bertran.vbi ſuprà,& quamuis Socin.in d.conſi.278. dicat, quòd opinio Flor. non eſt vera.loquitur tamen qñ pactum ſapiens perpetuitatem erat conceptum in rem, quia actum erat,quod diuiſio duraret perpetuò,vel erat prohibita diuiſio ſimpliciter ſine præfinitione temporis
25 certi,vel incerti. † Sed vbi illud verbum profertur perſonaliter, & ad perſonam refertur, ita quòd non ſignificat tempus poſt mortem, vt in caſu de quo agitur, tunc verior eſt opinio Floria. Ita reſpondet Ruy. in d.conſi.135. col.4.ver.ex his.

Non obſtat denique dictum Cy.in additio. §.ſi conueniat,dum vult,quod dictum pactum non debet excedere
26 metas triginta annorum,† quia dicitur,quòd Cyn.male loquitur, cum videamus illam valere vſque ad centum annos,vt expreſsè decidit Albe.ibi poſt Odof.

Nec ſimiliter obſtat,quòd Bar. & Alb.in ſummario dicti §.ſi conueniat,dicant quod pactum ne perpetuò diui-
27 ſio fiat,non valeat, † quia ſummarium intelligitur ſecundum legem,quæ ſummatur.argum. § fina.de fil.natis ex matri.ad morg.contracto.& per not.per Bart.in l.non ſolùm,§.liberationis verba,ff.de liberatio.lega.& ſic quando prohibitio perrigebatur etiam poſt mortem,prout de tali loquitur ille tex.Ita Ruy. ſibi contrarius in d.conſil. 135.columna quarta,verſi.ex his,& in verſic. & non obſtat,quod Bar. ſed in caſu noſtro prohibitio erat reſtricta ad vitam, igitur, &c.
28 Item non obſtat,† dum Soc.dicit,quòd ſi valeret prohibitio diuiſionis in perpetuum ex natura actus ſocietatis quæ non finitur morte,l.1.ff.pro ſoc. valeret etiam quã do dictum fuiſſet,quòd nullo tempore fieri poſſet,quia ſecundum Ruy.vbi ſuprà,col.5. in prin.iſta ratio contraria poſſet procedere quando ad tempus indeterminatum ex proprietate verborum facta fuiſſet prohibitio,ſecus quã do reſtrictum ad vitam, vt in terminis noſtris.

Præterea ſecundum Ruy.primo caſu, ſalua ratione recti ſermonis poteſt ad vitam reſtringi, vt dicit Floria. ſed alio caſu verba non patiuntur hoc, & propterea licet per pactum fieri non poſſit, vt tranſeat ad hæredes, vt dicit Soc.per l.adeò.l.nemo, ff.pro ſoc. quia tamen prohibitio diuiſionis extenditur vltra tempus permiſſum, non valet vſque ad vitam,vt valere potuit,ſed vitiatur in totum
29 † ſicut quando eſt permiſſa locatio vſque ad certum tempus,vel vſque in certam generationem, puta tertiam, ſi fiat pro maiori tempore, vitiatur in totum, & non valet vſque ad tempus permiſſum ſecundum Bart.in auth.qui cum,C.de ſacroſanct.eccle. Angel.in §.emphyteoſim, in auth.de non alienand.& in his terminis iſta opinio eſt cõmunis,vt traditur per Mod.& per ipſum Soci.in l.j.§.ſed ſi mihi,ff.de verb.oblig.

Stante igitur hac concluſione pro vera, & communi, quod valeat dicta prohibitio ſuccedit ſecundum dubium, an dicta bona prohibita diuidi veniant in publicatione bonorum dicti domini Franciſci. Et prima fronte videtur
20 dicendum, quod ſic, † quia per dictum præceptum ſolũ intelligitur prohibita diuiſio hominis, & quando ab homine peteretur, non autem diuiſio quæ contingit ex diſpoſitione legis, ſicut eſt illa quæ fit mediante publicatione,quia tunc per legem,& non per hominem fit publicatio,& alienatio,l.actione, § publicatione, ff.pro ſocio, §.publicatione Inſtitu.eod. quia cum alius loco ſui ſucce-
31 dat habetur pro mortuo. † & ideo ſicut morte naturali domini Franciſci præceptum teſtatoris ceſſaret,& ad hęredes non tranſiret. l.adeò. in princ. l.nemo ff. pro ſocio. ita debet etiam per mortem ciuilem ceſſare quæ habet effectum mortis naturalis,quo ad id de quo agitur.l.ex ea parte.§.inſulam,ff.de verborum obligation.& ibi doct. Imol.& Alexan.in l.ex facto,§.ex facto ff.ad Trebellian.
31 † & ſicut etiam prohibita alienatione extra certum genus perſonarum, puta extra familiam, non prohibetur ſuccedere ab inteſtato ipſi prohibito proximior qui ſit extra familiam.l.cum pater.§.cum inter.ſecundum communem intellectum.de lega.ſecundo per glo & Barto.in l peto,§ fratre,ff.eod.tit.& hoc non alia ratione,niſi quia alienatio quæ fit in illum mediante ſucceſſione ab inteſtato,immediatè fit à lege,& non ab homine prohibitio,l.3. §.de illo,ff.pro ſocio. & de qua legali alienatione non intelligitur prohibitio ſecundum Areti.qui hanc rationem aſſignat in l.Pantonius, §.rei per duellionis, ff.de acquir. hæredit. & ante eum ita dixit Butr.in conſilio 35.dicens,
33 † quòd prohibitio alienationis facta à ſtatuto,vel à teſtatore comprehendit ſolum alienationem hominis, & non legalem,per not per doct.in l.ſi ita quis, §.ea lege, ff.de verborum obliga. & præſertim quia verba prohibitionis diuiſionis iſto caſu concepta ſunt in perſonam, (vt ſupra dictum fuit) ideo reſtringuntur ad diuiſionem hominis,
34 & non legis, † quia nec ſub prohibitione concepta perſonam comprehenditur alienatio quæ fit à lege, ſecundum Petrum de Ancha in conſi.382.& Paul.de Caſt. in conſi. 61.in nouis.per no.per Bar.in l.peto,§ fratre.dum apponit de l.cum pater. §.quindecim, ff.de leg.2.

Quibus non obſtantibus, contrarium eſt tenendum,
35 † quia non eſt verum, quòd in dicta prohibitione bonorum veniant bona prohibita diuidi per teſtatorem,quoniam licet ſub prohibitione non veniat diuiſio, quæ fit per mortem, illud eſt quia illa cauſatur à facto magis neceſſario,hoc eſt à morte quæ non poteſt euitari, & hac ratione per prohibitionem alienationis extra familiam, nõ prohibetur ſuccedere ab inteſtato ille qui eſt extra fami-
36 liam,l.cum inter.de lega 2.† Sed diuiſio,& alienatio quę fit ex confiſcatione procedit,& cauſatur à facto voluntario,ideo venit ſub prohibitione.d.l.Imperator. Et ita reſpondet Imo.in d.l.ſi ita quis,§.ea l ff.de verb.obl.& in c. in præſentia,extra de prob poſt Anton. de Butr.per not.
37 per glo.in d.§.ea l.quæ vult quod prohibitus alienare, intelligitur prohibitus etiam aliquid facere per quod ēt alienatio legalis ſequi non poſſit. Ita etiam reſpondet Alex.in l.ſi finita,§.ſi de vectigalibus,ff.de dam.inf.c.in illa quæſtione, vtrum in publicatione bonorum veniat emphyteoſis eccleſiaſtica.Ita etiam declarat Ruy in conſi. 23.col.10.in fi.vol.5. Et ideo ex his concluditur dicta bona prohibita diuidi, & ſic alienari, non comprehendi in dicta publicatione bonorum. Laus DEO.

## SVMMARIVM.

1 *Filia dotem ſibi conſtituere poteſt in bonis ſubiectis fideicommiſſo.*

2 *Quod amplia procedere nedum in filia quæ fuit maritata viuo patre,ſed etiam eo mortuo.*

3 *Et hoc in filia cuius legitima,& Trebellianica non ſufficeret ad dotem,inſpecta dignitate perſonæ,ſecus è contra,vt nu.15.*

4 *Mulier quæ honeſtè nubere non poteſt niſi omnia bona ſubiecta fideicommiſſo conſtituat in dotem,illa dare poteſt.*

5 *Diſpoſitio authentica,res quæ.C.communia de leg.locum non habet vbi teſtator expreſsè prohibuit bona ſua alienari. Sed contra*

trà ſecundum communem, vt num. 7.
6 Diſpoſitio dictæ auth cùm ſit exorbitans a regulis iuris communis, non debet extendi extra caſum ſuum. Sed contrà nu. 8.
9 Diſpoſitio dicta locum ſibi non vendicat ſecundum communem, quando filia habet vnde ſe poſſit congruè dotare de bonis ſuis.
10 Filia in bonis patris debet habere legitimam, quæ eſt tertia pars bonorum.
11 Item & Trebellianicam.
12 Si tamen ſit grauata reſtituere ſub conditione ſecundum communem canoniſtarum, quæ etiam ſeruatur in foro Cæſaris.
13 Legitima debetur detracto ære alieno, & funeris expenſa.
14 Et tempore mortis patris, præmiſſa æſtimatione bonorum paternorum.
16 Dos congrua dicitur ſecundum mores ciuitatis, qui mos attendi debet.
17 Dos trium nullum aureorum dicitur competens inſpectis facultatibus patris non excedentibus ſex millia.
17 Bona ſubiecta reſtitutum fideicommiſſi poſſunt vendicari ab emptore per fideicommiſſarium purificata conditione fideicommiſſi. in cuius facultate non erit ſoluere æſtimationem ſi alienatio facta fuerit ſcienter, ſecus ſi ignoranter quod amplia procedere etiam ſi ſcientia ſola eſſet in alienante, vt nu. 22.
19 Hæres inſtitutus præſumitur habere notitiam fideicommiſſi relicti in teſtamento.
20 Hæres etiam ſuus poſt facti immixtionem præſumitur ſcire teſtamentum, & illud vidiſſe.
21 Item etſi ſoluerit legata in teſtamento deſcripta.
23 Diſpoſitio authenticæ, res quæ. ſecundum communem locum non habet quando teſtator expreſſe prohibuit alienationem bonorum ſuorum, etiam ex cauſa dotis.
24 Authentica, res quæ, locum non habet, quando cauſa fideicommiſſi præceſſit cauſam dotis. Sed contra, num. 29. & 32. ſecundũ communem, & nu. 34.
25 Pater quando uiui tenetur obligare eius bona pro reſtitutione dotis receptæ à filio, & nu. 36. vbi etiam bona patris poſt mortem obligari poſſunt.
26 Authentica res quæ non procedit in dote confeſſata, & nume. 37. etiam ſi eſſent decurſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis. Sed contra nu. 41.
27 Confeſſio mariti de dote recepta licet præiudicet marito, non tamen creditori, etiam ſi decurſa eſſent tẽpora opponendi exceptionem non numeratæ dotis. Sed contrà nu. 41.
28 Diſpoſitio authent. res quæ locum non habet quando teſtator reliquit legitimam, & Trebellianicam eius liberis, qui illam conſumpſerunt Sed contrà num. 44.
30 Authentica prædicta locum habet nedum in reſtitutione dotis, ſed etiam, & in ipſius conſtitutione.
31 Exceptio eſſe debet de regula.
33 Mulier pro dote ſua conſequenda habet hypothecam in bonis fideicommiſſo ſubiectis, quod ius competit nedum ſibi, ſed etiam hæredibus ſuis extraneis.
35 Declaratio ad §. hic igitur in authen. de reſtitutionibus, & ea quæ parit in vndecimo menſe poſt mortem mariti.
37 Inſtrumentum eſt probatio probata, & veritas apparens.
39 Inſtrumentum inducit euidentiſſimam probationem.
40 Item & probationem realem.
42 Confeſſio mariti de dotis receptione tantum debet operari in præiudicium mariti, & quorumcunque creditorum quando ſunt lapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis. ſecundum communem. ſicut vera, & realis ſolutio, præſertim ſi fuerit facta ante contractum matrimonium.
43 Inſtrumentum confeſſionis dotis probat quando apparent indicia numeratæ dotis.
45 Authentica res, quæ etiam locum habet quando filius poſt iniunctum grauamen mortuo patre conſumpſit legitimam, & Trebellianicam, & demum recipit dotem, quia mortuo marito, uxor poterit repetere dotem in bonis fideicommiſſo ſubiectis.

## CONSILIVM LXXXV.

DOminus Georgius, & Baptiſta fratres de Spinoletis ſua condiderunt teſtamenta, & in ſuo teſtamento Dominus Georgius carens filijs maſculis ſuam inſtituit hæredem vniuerſalem dominam Luciam eius filiam legitimam, & naturalem, & caſu quo ab humanis decederet filijs maſculis legitimis, & naturalibus, ac ex legitimo matrimonio procreatis, ſubſtituit dominum Thomam eius conſanguineum, & eo non exiſtente in rerum natura tempore purificatæ conditionis euenientis dominum Franciſcum filium dicti domini Thomæ, Dominus autem Baptiſta inſtituit hæredem dominum Vincẽtium de Spinoletis eius filium, cum conditione quod ipſo præmoriente ſine filijs ſubſtituebat Dominum Ioannem de Spinoletis.

De duobus modò contingit dubitari, quorum primum eſt, an dicta domina Lucia potuerit ſe dotare de bonis ſubiectis fideicommiſſo paterno.

Secundum eſt, an dictus dominus Vincentius qui accepit vxorem poſt mortem domini Baptiſtæ, & ſic poſt iniunctum fideicommiſſum, potuerit obligare bona ſubiecta reſtitutione fideicommiſſi pro reſtitutione dotis dominæ Brigidæ eius vxoris, quæ nunc petit dotem ſuam in dictis bonis cùm mortuus ſit eius maritus ſine filijs.

1 Quo ad primum videretur dicendum, † quòd domi-
na Lucia potuerit dotem ſibi conſtituere, ne dum ſi ma-
ritata fuit mortuo patre, an authen. res quæ. C. commu-
nia de leg. ibi doctores, & per Alex. conſil. 56. col. 2. volu.
1. Pariſ. conſi. 52. col. pen. vol. 2. & in conſi. 81. col. antepe.
verſi. tertiò ceſſat. volum. eod. & Gozad. conſi. 97. col. an-
2 tepenul. in fine. † Sed etiam quando fuiſſet matrimonio
copulata viuo patre, ſecũdum Bartolum, & alios in dicta
authen. res quæ. & Pariſ. in conſi. 63. nu. 34. vol. ſecundo.
3 † & hoc quando legitima, & Trebellianica non ſufficerẽt
ad dotem, inſpecta dignitate perſonæ, ſecundum Pau. de
Caſtr. in dicta authen. res quæ, & ibi Iaſ col. 3. verſ. Adde
& in l. mulieres, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. Alex.
in l. filius famil. § diui, ff. de legatis 1. & in citato conſi. 56.
col. 2. & Pariſ. in allegato conſ. 63. colum penul. Imò plus
volunt Bald. Pau. & Iaſ. in d authen. res quæ, & Fulgo. in
4 conſi. 32 col. 1. in fine. † quod ſi mulier honeſtè non poſſet
nubere niſi omnia bona ſubiecta fideicommiſſo conſti-
tueret in dotem, quod illa dare poſſet. Sed ipſa domina
non habet bona quæ ſufficiant ad conſtitutionem dotis
ſuæ, inſpecta dignitate perſonæ, ergo &c.
Nec habet obſtare, quod teſtator prohibuit expreſsè in
5 teſtamento ſua bona alienari. † Quo caſu quando adeſt
expreſſa prohibitio, locum non habet diſpoſitio authen.
res quæ, vt per Bald. in c. primo, §. donare. qualiter feudũ
6 olim poterat alienari, † quia cum dicta auth ſit exorbitãs
a regulis iuris cõmunis, non debet extendi extra caſum
ſuum. Cuius ſententiam comprobat Cur. ſen. in conſilio
66. colum. 19 & Iaſ. in d. auth. res quæ. colum. 6. & in d. §.
diui. col. 8. verſic. ſecundò quærit Bar. & in ſecunda lect.
7 col. 14. verſic. ſecundò quærit Barto. † Quia reſpondetur
communem doctorum ſententiam eſſe in contrarium, vt
dicunt Bar. & communiter alij in d. §. diui. Pau. de Caſ. in
conſi. 13. col. 2. Alex. in citato conſi. 56. col. 2. Soc. in fallen.
regula 397. in prima fallen. Dec. in conſilio 529. col. 2. vbi
inquit ab hac communi non eſſe recedendum in conſu-
lendo, & iudicando. Pariſ. in conſi. 63. col. 6. verſi. 1. volu.
2. & in conſi. 81. col. 7. vol. eod. vbi etiam aſſerit eam com-
munem Gozadin. in conſi. 97. col. 2. Et licet Iaſon arguat
contra in dicta authentica res quæ, tamen in d. §. diui. in
quatuor locis firmat hanc eſſe communem, & inquit du-
rum eſſe in conſulendo, & iudicando recedere a commu-
ni, quamuis poſtea arguat contrarium. Non obſtat ratio
Baldus in d. §. donare. quam ſequitur Curtius vbi ſuprà.
Quia ad ipſam reſpondet Alex. in d. §. diui col. 4. quem
ſequuntur Cur. ſen. in conſi. 27. col. 6. & Soci. in fall. ſuis.
reg. 27. in ampliatione 18. in verſicu. primò fallit. in fine.
8 † quod imo debet extendi d. auth. res quæ. ad ſimiles ca-
ſus: cùm diſpoſitio illa contineat cauſam fauorabilem, vt
colligitur ex no. per Bart. poſt gloſſ. in l. ſi conſtante, in 9.
quæſtione primæ par. princi ff. ſoluto matrimonio, & per
Barto. & alios in dicta authen. res quæ. dum allegant not.
in l. ob æs. C. de præd. min. Et hanc ſimiliter eſſe commu-
nem opinionem dicit Cur ſen. ſibi contrarius in d. conſ.
27. columna 7.
Quibus tamen non obſtantibus, contraria ſententia in
caſu de quo agitur eſt verior. quoniam clariſſimi iuris eſt,
9 † quod quando filia habet vnde ſe poſſit congruè dotare
de bonis ſuis, tunc non habet locum diſpoſitio authenti-
cæ, res quæ, vt eſt text in §. ſi verò. in authentica. de reſti-
tut. & ea quæ par. ibi aliam non habens ſubſtantiam do-
ctores in dicta authen. res quæ, in dicto §. diui & Pariſ. in
citato conſi. 63. colum pen. circa finem, & eſt communis
10 opinio. † Sed dicta domina Lucia cùm ſit filia domini
Georgij, debet habere in bonis ſuis legitimam, quæ eſt
tertia pars bonorum patris teſtatoris, vt in authen. nouiſ-
ſima, & ibi doctores, C. de inoff. teſtamen. & per Decium
11 in conſi. 19. col. fi. & in conſi. 89. col. fi. † Item, & Trebel-
liani-

lianicam, quæ faciunt dimidiam partem totius hæredi-
tatis.† cum ſit grauata reſtituere ipſam hęreditatem ſub
12 conditione ſecundum communem opinionem canoni-
ſtarum in c. Raynutius, & in c. Raynaldus de teſtamen.
quæ etiam ſecundum communem opinionem ſeruatur
in foro Cæſaris, vt eam communem inquit Iaſ. in d.au-
then.res quæ.colum.3 Alex.conſi.43.col.fin.volu.2. & in
conſi.250.colum.1.volum.6. vbi tradit in conſulendo, &
iudicando non eſſe recedendum ab hac ſententia. Dec.
conſil.55 colum.5. verſicul. quo ad ſecundum dubium.in
conſi.218.colum.2.236 colum.4.238.col.1. & 255.colum.
2.vbi poſt Bal.dicit ita tenere totum mundum.Gozadin.
conſi.104. colum.6. † quæ quidem legitima detracto ære
13 alieno,& funeris expenſa, iuxta l.Papinianus, §. quarta,
ff. de inoffic. teſtam. † cùm fuerit æſtimata bona paterna
14 tempore mortis patris,vt æſtimari debebant iuxta l.quæ
ritur, C.de inoffic.teſtamen. & Decium in citato conſilio
19.colum.fi.& in conſil.89.& in conſi.231. colum.fina.ad
ſcuta ſex millia,aſcendit ad duo millia ſcuta, & Trebel-
lianica ad alia mille,quæ in totum capiunt tria millia ſcu-
ta,† & ideo ſequitur,quod cum habuerint congruam do
15 tem excedentem legitimam iuxta not.per Salic. in auth.
res quæ.& Alex.in conſil.69.volumi.1. & Dec.in conſilio
276.colum.ſecunda.379.col.pen. & 611.colum.fi.& con-
gruam moribus ſuæ ciuitatis Albeghæ, in qua primarijs
non conſueuit tanta dos dari,† & qui mos attendi debet,
16 vt per Corn.in conſi.3.volum 3. & Decium conſi.276.col.
3.ac Pariſium in conſi 62.col.fin.in prin. volum.ſecundo,
† & ſimiliter competentem, ſi conſiderentur facultates
17 patris,& parentelæ ipſius,vt per Cor in conſi.40. & 290.
litera con & ron.volu.3. & Pariſium in præallegato conſ.
63 col.pen.in fi.quod non fuit in facultate ſua conſtitue-
re ſibi dotem exceſſiuam,et ſubuertere fideicommiſſum,
ſed quod ipſa bona venire debent ad dominum Franci-
ſcum,cuius cauſa fideicommiſſum factum fuit iuxta, no.
per doctores in dicto §.diui.& in l.qui Romæ, §.cohære-
des,ff.de verb.obl.& Pariſ.conſi.92.colum.8.in fi.volum.
2.& quæ per ipſum poterunt vendicari a marito dictæ q.
dominæ Luciæ,iuxta tex.in l.fi.§.ſed quia. C.com. de le-
18 gatis, & Alex. in conſi.178. volum.4.† in cuius facultate
etiam non erit ſoluere æſtimationem ipſorum bonorum,
cum fuerit facta alienatio per dominam Luciam non
ignoranter,ſed ſcienter,iuxta l fi.§.fin. ff.de lega.2. & ibi
doctores ac Bar.& alios in d.l.fi. C.com.de leg.vbi Ang.
admonet aduocatum actoris, vt ſit cautus, vt deducat
ſcientiam alienantis.& Alex.in conſil.184. colum fi vol.
2.& 186 col fi. volum.5.† & de qua ſcientia præſumitur
19 notitiam habuiſſe,cùm tale fideicōmiſſum relictum fue-
rit in teſtamento,in quo ipſa fuit inſtituta hæres, l.nō eſt
ferendus,ff.de tranſac. Alexan.in conſil.3.vol.3.colum.2.
& Dec.in conſi 136 col.5 verſi.& in iſto caſu,ipſa ſe im-
miſcuerit hæreditati paternę,iuxta no.per Bald in l.eius
20 qui in prouincia.colum.pen. ff ſi certum petat.† vbi in-
quit,quod veritas eſt,quod quilibet hęres etiam ſuus poſt
facti immixtionem præſumitur ſcire teſtamentum,& ip
ſum vidiſſe.Et Bald ſequitur Dec. in conſil. 267. colum 1.
287.col.fi.& 303.col.2. Necnon,& ſoluerit legata,de qui
21 bus in ipſo teſtamento,† quæ ſolutio arguit notitiam te-
ſtamenti,vt per Bal.in conſi.117.vol.5 & Alex.in d.conſi.
3.ac Decium vbi ſupra.& Cur.iun. in conſ.49. colum pe.
& Par.conſ.46.col 3.vol.2.ac Crau.conſi.193. col.3. Nec
habuerit ignorantiam ipſius fideicommiſſi,atque ideo,ꝙ
ſaltem poterit ſoluere æſtimationem ipſorum bonorum,
22 vt in d.l.fi.§.fi. † quia reſpondetur, quòd ſufficit ſcientia
alienantis,& ſic ipſius dominæ Luciæ, licet maritus fue-
rit ignorans,vt in ſpecie decidit Corneus in conſilio 294.
vol 3.& Crauet.in conſi.75.nu.18.

23 Secundò principaliter facit † Nam diſpoſitio authen-
ticæ res.locum non habet quando teſtator expreſsè pro-
hibuit alienationem bonorum ſuorum, etiā ex cauſa do-
tis,vt in caſu præſenti. Ita Alexan.in citato conſi 56. col.
2.volu.1.Iaſ.in d.§.diui.in 1.& ſecunda lectura, in col.8.
verſ.ſecundò quęrit Bar.& ibi repetentes, col.2. verſi.ſe-
cundò fallit.vbi reprobant Pau.aliter ſentientem in con-
ſilio 13. Pariſ.in conſi.52.colum.pen. volum 2. & in con-
ſilio 63.colum.6.in fin.verſicu. ſecundo ſuadetur iſta opi-
nio,volum.eod.& Cur.ſen.in conſi.64.col.penul.verſicu.
ſexto dubitari videtur. Et licet Iaſ.in d.auth.res, col.fin.
verſic.decimotertio limita.aliter tenere videatur, tamen
in dicto ipſius vis non eſt facienda, cum ipſe in d. §. diui.
dicat opinionem Alexan. veriſſimam, & contra eum ſit
communis opinio. Et ſic ex his concludendum arbitror
dictam quondam dominam Luciam non potuiſſe aliena-
re bona ipſa fideicommiſſo ſubiecta in cauſam dotis,
cum aliunde, & congruè potuerit ſe dotare, vt demon-
ſtratum fuit.

Deuenio ad ſecundum caput, in quo primo aſpectu
videretur dicendum, quòd non potuerit dominus Vin-
centius obligare bona reſtitutioni fideicommiſſi ſubie-
cta, pro reſtitutione dotis dominę Brigidę eius vxoris,
24 † quia cauſa fideicommiſſi pręceſſit cauſam dotis, quo
caſu locum non habet prouiſio authenticę res quę, & in
corpore vnde ſumitur, quę procedit quando cauſa dotis
pręceſſit grauamen fideicommiſſi. Ita voluit Ange.in au-
thent.de reſtitu. & ea quę par.argumento gloſ quæ inci-
pit, Sed nonne, dum dicitur iam accepit, & ſic patet ex
dictione,iam,quòd ad hoc,vt de dote danda,vel reſtituē
da res ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſi poſſit alienari,
neceſſe eſt,quòd obligatio dotis, vel donationis propter
nuptias præceſſerit fideicommiſſum,aliàs ſecus, quod di-
cit probari in §.hęc igitur, in dicta authenti.de reſti.in d.
authen. quæ res, quæ iura dicit ita eſſe intelligenda. Et
Ang.ſequitur Iaſ. in d.auth.res quę,colum.8. verſicul.ex
ſecunda habetis,& in conſi.231.colum.3.in prin. volum.
2. vbi inquit hanc eſſe veritatem, quidquid aliter dixerit
25 Ioan. de Anan. in conſil. 61. † Et rationem ibi adducit
Iaſ. quia quando pater viuit tenetur obligare eius bona
pro reſtitutione dotis receptæ a filio, vt notatur in l.ſi cū
dotem,§ tranſgrediamur,ff.ſoluto matrimon. quæ ratio
ceſſat mortuo patre, quia bona patris non poſſunt dici
obligata pro dote poſt mortem patris a filio recepta. Et
ita etiam voluit Pariſ.in citato conſil.52.nu.34 volum 2.
& in conſil.63.nu.46.volum eo.Et hoc videtur poſſe con-
firmari alia ratione, quia fideicommiſſario videtur ius
quæſitum ſpe probabili,vt no.Bar.in l.is poteſt, ff.de acq.
hæredi.vnde non videtur,quod quis quęſitum tolli poſſit
per receptionem dotis poſtea factam.

Secundò principaliter facit, nam vt conſtat ex inſtru-
mento dotali dictæ dominæ Brigidæ non fuit dos verè da
ta, ſed confeſſata,quo caſu illa reſtitui non debet ſuper
bonis prohibitis alienari, & reſtitutioni fideicommiſſi
ſubiectis. Ita Angel.in authen.de reſtitu. & ea quæ par.
col.1.& 2.Bal.Nouel.in tracta.de dot.in 6.par.priuilegio
13. vbi ſubdit ita alias conſuluiſſe in ciuitate Florentiæ,
dum ibi legeret. Pariſ conſil.52.colum. fin.volum.ij. &
in conſi.63.col.fin.vol.eod.Socin.in l.1.verſi. circa ſecun-
dam quæſtionem.in 3.concluſione ff. ſol.matr. & Gozad.
in conſi.28.col.3.verſic.quibus non obſtantibus. Ruin.in
conſi.132.col.fi.vol.4.& in conſi.199.num.5.vol.ij. Et in-
quit Par.in conſi.citato 52.col.fi.quod licet Iaſ. in d.auth.
res quæ,in 9. limit. in fin. dicat eſſe cogitandum,an iſtud
debeat limitari ſecundum ea quæ ponit Bart.in l. aſſiduis.
C. qui potiores in pignore hab. & de veritate ſe remit-
tat ad ea quę not. Alexan.in l j.ff.ſol.mat.tamen ita ſe re-
mittendo comprobare videtur, ꝙ dixit Alex.in d.l.j.co-
lu 12.verſ.in eodem gl.vbi impugnat dicta Bart.in d.l aſ-
26 ſiduis.volens contra eum,†quod confeſſio mariti de dote
recepta licet præiudicet marito, non tamen creditori, e-
tiam ſi eſſent decurſa tempora opponendi exceptionem
non numeratæ,& clarius ibi vult Bulg.ergo nec fideicom
miſſario, quia non debet eſſe facultate mariti ſubuertere
fideicommiſſum ex diſpoſitione dictę authenticæ res quę.
quæ ſolum in dote vera procedit.

Tertiò diſpoſitio auth.res quæ. †locum non habet quā
28 do teſtator reliquit legitimam, & Trebellianicam eius li-
beris,nam ſi illam conſumpſerunt, non poterunt ex cauſa
dotis vel eius reſtitutionis alienare res ſubiectas reſtitu-
tionis fideicommiſſi,quia ad aliud non tenebatur, etſi ip-
ſi conſumpſerunt, imputandum eſt eis ſecundum Bar.in
d.§.tranſgrediamur.Ita Soc.in l. Marcellus §.res quę.col.
2.& 3.verſ.ſed ſi tempore mortis.ff.ad Treb.quem ſequi-
tur Par.in allegato conſi.73.col.antepe in fi ſed in caſu de
quo ad præſens agitur,tempore obligationis factæ per do
minum Vincentium de reſtituendo dotem dominæ Brigi-
dæ eius vxori in omnem caſum, & c ipſe habebat legiti-
mam, & Trebellianicam in bonis paternis, quæ ſufficiē-
bant pro reſtitutione dotis, igitur ceſſat diſpoſitio dictæ
auth.res quæ,vt per Rom.in conſi 232.in prin.cum illa lo-
cum habeat in ſubſidium,vt ibi per doct.& Cur.ſe. in con
ſil.63.col.pe.verſ.ſexto dubitari videtur in fine.

Quibus non obſtantibus altera pars eſt de iure verior,
quod imò pro reſtitutione dotis bona ſubiecta fideicōmiſ-
ſo obli-

29 ſo obligata ſunt,& alienari poſſunt,† licet dotis obliga
tio ſit facta poſt fideicõmiſſum iniunctum,vt probatur in
dicta authen res quæ. vbi in rebus ſubiectis fideicommiſ-
ſo filius grauatus poteſt conſtituere dotem pro filia,& in
§.quamobrem,in auth.de reſtit. & ea quæ par. cum igi-
tur hæc iure velint, & permittant huiuſmodi dotis con-
ſtitutionem fieri poſſe,non obſtãte,quod bona ſint ſubie-
cta fideicommiſſo, clarè datur intelligi, quod loquantur
quando grauamen fideicommiſſi iam erat iniunctum, &
præcedebat dotis conſtitutionem,quia ſi ipſa dotis conſti
tutio præcederet grauamen, non diceretur filius obliga-
re res fideicommiſſo ſubiectas ex quo tempore obliga-
tionis non erat fideicommiſſum. Et cum hoc locum ha-
beat in conſtitutione dotis,idem dicendum eſt, vt ſimili-
30 liter id procedat in reſtitutione dotis, cum † diſpoſitio ip
ſius authen. procedat, tam in reſtitutione dotis, quam in
ipſius conſtitutione,vt per gl.Bar.& alios in d.auth.Par.
in d.conſi.52 nu 33.volu,2.& in conſi 81.col 7. vol.eo.

Secundò hoc confirmatur,quia tex. in auth.de reſti.&
ea, quæ par.in 2.col. dicit, quod mulieres fraudabantur
ignorantia fideicommiſſi, & ideo in §. quamobrem fuit
facta prouiſione fraudentur. Vnde,& hoc,quod de igno-
rantia fideicommiſſi ibi dicitur, infertur. quod tempore
quo dos dabatur,erat iam fideicõmiſsũ, & ſic poſt mortẽ
31 patris probat ille tex.in excipiendo,† quia exceptio eſſe
debet de regula. Et ita hunc text. in terminis addducit
Ana.in conſil.ſuo 61. quod etiam reperitur inſertum in-
ter conſilia Alexandri,in conſi.67.volu 4. Soci.conſil.23.
col.pen.vol 3.& Dec,in conſi.376 col.1.& 519.col.1.

32 Tertiò hanc partem † videtur tenere Bar.in d.authen.
de reſt.& ea quæ par.col.3 in fi.ver.quæro pro declaratio
ne.vbi ſimpliciter tenet, quod ille text. procedit in dote
conſtituenda, & exigenda à grauato.

Quartò idem voluit Angel. in d. authen. res quæ. poſt
principium, vbi etiam ſimpliciter tenet, quod ille text.
locum habeat in dote tam reſtituenda per filium graua-
tum,quàm in conſtituenda,& in ver.concludo igitur.vbi
inquit, quod filius grauatus in euentum conditionis po-
teſt alienare bona fideicommiſſo ſubiecta pro dote dan-
da,vel reſtituenda ad quàm compelli poteſt.

Quintò hanc partem ſequitur vti communem Soci.in
conſil.23.colum.2.volum.3 dum inquit,quod hæc opinio
eſt clara de mẽte omnium in dicta auth.res quæ, & quod
communiter docto.ita tenent Dec.in conſil.376. col.1.&
ſeq & in conſi.519.colum 2. Curt.iun.in conſil.59.col.1.
& Gozad.in conſi.97 colum.3. vbi refert ita etiam tene-
re Cro.in rep.l filiusfamil.§.diui.eccl.49.ver.octauo quę
33 ritur,vbi late defendit hanc communem,& † concludit
mulierem pro dote ſua conſequenda habere hypotheca-
riam in dictis bonis fideicõmiſſo ſubiectis, & quod iſtud
ius competit nedum mulieri, ſed etiam hæredibus eius
etiam extraneis,ſecundum Bald. Pau. & Mod.in d.auth.
res quæ.arg no.per Bar.in l.j. ff.ſol.mat. Idem vult Paul.
de Caſt.in conſil.13. ſecundum impreſſionem antiquam.

34 Non obſtant modo not. in contrarium, † & in primis
dictum Ang.in d.auth.de reſt.& ea quæ par.quia reſpon
detur,quod communis eſt in contrarium,& inquit Soc.
in alleg.conſ 23.colum 2. quod mirandum eſt de Ang.&
Mod.Pap qui tenuerint contrarium,& quod contra ipsũ
Ang. fuit conſultum per genitorem ſuum, & per omnes
aduocatos Florentinos.

Nec obſtat tex in §.hęc igitur,allegatus per Angelum,
35 † quia reſpondent Soc.& Dec.vbi ſupra,quod ille loqui-
tur de augmento dotis quod fieret in fraudem fideicom-
miſſi,quæ ratio ceſſat in caſu iſto, in quo agitur de reſtitu
tione dotis abſque aliqua fraude.

Non obſtat etiam ratio Iaſ. in d.authen res quæ. & in
conſilio 231.dum inquit, quod bona poſt mortem patris
36 non poſſunt obligari, † quia reſpondetur, quod malè
loquitur,quia vt dicit Pau.de Caſt. in d.authen.res quæ,
col.pen.quod pater erat facturus in vita, cenſetur voluiſ-
ſe,quod filius faciat poſt mortem eius, argum.l.cum ſer-
uus, §.nam etſi viuus. ibi,quod ipſe viuus facturus ſit,ab
hæredibus ſuis fieri voluiſſe intelligitur, ff. de condictio.
& demonſtr. Idem inquit in l.mulier, §.cum proponere-
tur,ff.ad Trebel.& in d.conſ.13.colum.2. vbi dicit,quod
ratio dictæ authen,res quæ quæ fundata eſt in obligatio-
ne, qua pater tenetur eius bona obligare pro reſtitutio-
ne dotis, in d §.tranſgrediamur. pater dictæ obligationi
non poteſt derogare ſubijciendo eius bona fideicommiſ-
ſo, quo minus ob dictam cauſam dotis reſtituendæ dimi-
nutio fideicommiſſi fieri poſſit,& ſubdit ibi hoc eſſe,quia
illa obligatio qua pater tenetur inhæret eius bonis, & trã
ſit cum illis in quemcunque vadant. Vnde ſicut pater ſi
obligaſſet bona pro reſtitutione dotis, non poſſet illam
obligationem tollere, ita etiam ſi non obligauit dicendũ
eſt, quia pro obligatis habentur ex eo, quod pater de ne-
ceſſitate tenebatur ſe obligare,arg.l.ſi finita,§.eleganter,
ff.de dam.infec. ita ſequendo rationem Pauli concludunt
Soc.in citato conſ.23.col.2.Dec.in allegato conſi.376.col.
2.& conſi.519.col.2.Cur.ſen.conſi.27.col 6. & Cur.iun.
in conſ.59.col.2. circa finem.

Pariter non obſtat, quod in fideicommiſſo facto ante
receptionem dotis videtur eſſe quæſitum ius fideicom-
miſſario,quod tolli non poteſt, quia reſpondetur duobus
modis ſecundum Dec.vbi ſupra. Primò,quod ex quo pa-
ter tenebatur ſe obligare,& illa obligatio inhæret bonis,
(vt ſupra dictum fuit) ideo quantum ad dotis reſtitutio-
nem non videtur ius quæſitum fideicommiſſario.

Secundò reſpondetur,quòd dato,quod quæſitum fuiſ-
ſet, poſt tolli fauore dotis, quæ reſpicit publicam vtilita-
tem,l.1.ff.ſolu.mat.& vt patet in d auth.res quæ.

37 Secundò principaliter non obſtat, † quod in dote con-
feſſata non procedit diſpoſitio auth. res quæ. etiam ſi la-
pſa eſſent tempora opponendi exceptionem non nume-
ratæ dotis, quia reſponderi poteſt, quod in caſu præſenti
conſtat de numeratione ſummæ ſcutorum duorum mil-
38 lium per publicum inſtrumentum, † quod eſt probatio
probata,& veritas apparens, vt per Bald.in l.Imperator,
la prima colum.2 ff.de ſta.ho. & in l.2. C quando fiſcus,
39 vel priui. † & inducit euidentiſſimam probationem c. li-
cet cauſam,de probatio.in verbo expreſſus,& ibi ſcribẽ-
tes. Par.in conſil.104.num.64. cum ſequen.volu.1. Bald.
in l.quoties,in fi. C.de iud. & Soc.in conſilio 59.colum.2.
40 volum.3. † vbi inducit probationem realem. & Pariſ. in
conſ.77.colum.1.volum.3. Et ideo reſpectu dictæ ſummæ
non videtur hæſitandum quin habeat locum diſpoſitio ip
ſius authenticæ res quę.quamuis etiam idem dicendum
veniat reſpectu aliorum ſcutorum trecentum confeſſa-
41 torum, † quia cum ſint lapſa tempora opponendi exce-
42 ptionem non numeratæ dotis, † tantum debet operari
confeſſio mariti de dotis receptione,non ſolum in præiu-
dicium mariti, ſed etiam quorumcunque creditorum,
quantum operatur vera,& realis ſolutio dotis, quæ præ-
iudicat marito, & omnibus creditoribus. & hanc eſſe
communem atteſtatur Afflict. in deciſione 402 colum.4.
in fine,verſiculo item vera concluſio.vbi alios adducit,&
maximè Andream Iſerniam ſummum feudiſtam in con-
ſti.regni,cauſas,libro 1.quod etiam voluit Gozadin.con-
ſilio 42.columna tertia, verſiculo quinto licet inſtrumen
tum. Alexand. in conſilio 123. volumine 6. & in conſilio
90.columna 2.volumine tertio, ergo, & idem dicendum
venit, vt lapſus dicti temporis habeat præiudicare dicto
fideicommiſſario, & tantò fortius cum iſta confeſſio fue-
rit facta ante contractum matrimonium, per ea quæ di-
cunt Alex.& alij,in l.prima, ff.ſoluto matrim. & exinde
factum fuerit aliud inſtrumentum numerationis ſcuto-
rum duorum millium, ex quo poteſt aſſumi veriſimilis
coniectura,quòd fuerint verè ſoluta alia trecentum,per
ea quæ not.Soc.in conſi.82.colum.2. volum.3. poſt Bald,
43 in rub.C.de priuilegijs cred. † vbi inquit, quod inſtru-
mentum confeſſionis probat quando apparent indicia
numeratę dotis,& quod ſi vir poſt confeſſionem exhibuit
alimenta vxori,tanquam dotatæ, & dote ſoluta, proba-
tur numeratio ex tali confeſſione,prout factum fuit in ca
ſu præſenti. Et ſubdit ibi Soci. quod licet alias diſputati-
uè tenuerit contrarium in l.1.ff.ſolut.matrimo.tamen in
iudicando non eſt recedendum a communibus opinio-
nibus doctiſſimorum virorum. Et Bal.vbi ſuprà etiam ſe-
quitur idem Soc.in conſi.122.col.4. verſic 3. & in fallen-
tijs ſuis in regula 147.in 4.fall. & Deci.in conſil 536 col.
pen.& Gozad.in conſi.42.col 3.verſi. quartò inſtrumen-
tum. vbi firmat hanc eſſe communem,licet contrarium
tenuerit in conſ.28.col.4.ver.7.licet malè.Et cum hac ſen
tentia etiam pertranſit Crau.in conſi.40.col.2. in fi.& in
conſ.98.col.2.in fi.

44 Vltimò non obſtat, † quod quando teſtator reliquit li-
beris eius legitimam,& Trebellianicam, ſi ipſi conſum-
pſerunt illam, non poterit alienare bona ſubiecta fidei-
commiſſo ex cauſa dotis, vel reſtitutionis, & ſic non ha-
bebit locum diſpoſitio authen. res quæ. quia reſponde-
tur, quòd licet in caſu noſtro dominus Vincentius tem-

pore

pore matrimonij,& obligationis haberet bona ſufficientia reſtitutioni dotis, tamen ex quo demum ea alienauit, quòd illud non habet impedire quin ea , ſecuta morte mariti grauati , poſſit conſequi dotes ſuas in bonis ipſi fideicommiſſo ſubiectis, vt voluit Pau.de Caſt.in d.conſi. 13.incipiente, Circa ea quæ ſuperius,in 2.colum.vbi inquit diſpoſitionem authen.res quæ.procedere ſi tempore dotis datæ fuiſſet grauamen iniunctum, & etiam ſi tunc temporis dotis dotæ legitima,erat ſufficiens, ſed tempore reſtitutionis non : quia inſpicitur, non tempus dotis datæ,ſed tempus reſtitutionis,quoniam prouiſio illius authenticę quantum ad dotem reſtituendam , facta eſt in fauorem mulierum,ne ſuis dotibus defraudentur,igitur, vt hoc euitetur non debet inſpici tempus dotis datæ, vt ſciatur an legitima ſufficiat, ſed tempus reſtitutionis eius,alias enim eſſet eluſoria legis prouiſio , quod non eſt dicendum, l.fin.ne quid in publico. Quid enim prodeſſet mulieri ſi legitima , & Trebellianica ſufficiens eſt ad reſtitutionem dotis conſtante matrimonio, ſi eo ſoluto cùm reſtitutio fienda eſt , non eſt ſufficiens ? Certè nihil. Ideo ſubdit Pau. tempus reſtitutionis eſſe inſpiciendum ad hoc, vt prouiſio legis effectum habeat. Et Paul. ſequuntur Dec.in dicto conſilio 376 colnm fin. & in conſilio 519 columna fin.ac Gozadin.in conſilio 97. colum.3. in princip.& Cur.iun.in conſil.59 vbi inquit in j.colum. quod in iſto caſu ſolent iudices in fauorem mulierum intrepidè iudicare,nec inter conſulentes eſt diſcrepantia, quia ſecundum communem attenditur tempus reſtitu-
45 tionis dotis, non autem tempus datæ dotis. † Imò plus voluit, quod etiam ſi filius poſt iniunctum grauamen mortuo patre conſumpſiſſet legitimam , & Trebellianicam,& poſtea recepit dotem ab vxore,quod mortuo marito poſſit mulier petere reſtitutionem dotis in alijs bonis ſubiectis fideicommiſſo per iura , & rationes ibi per eum citatas,quæ videri poſſunt, & ſic ex his remanet clara cõcluſio in fauorem dictę dominę Brigidę, quod ea conſequi debeat dotes ſuas in bonis prædictis fideicommiſſo ſubiectis. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

*1 Decretum conditum a Comite non dicitur ius ciuile , nec perpetuum,ſed prætorium, & temporale,etiam ſi ſit confirmatum à vicario generali Imperatores, & numero 11. ac 24. vbi declaratur, & 37.*

*2 Hæreditas ſi deferatur alicui ex conſtitutione ducis comitis,marchionis,vel inferioris à Principe,neceſſaria eſt bonorum poßeſſio, quia ipſa conſtitutio eſt ius prætorium,& agnitio ipſa eſt fienda infra,centum dies,& coram iudice.*

*3 Ius prætorium dicitur viua vox iuris ciuilis.*

*4 Prætor non habebat poteſtatem legis condendæ per prius , prout principi,plebi,ſenatui,vel iureconſultis conceſſum eſt.ſed per poſterius, vt redderet ius inter partes ſecundum leges ſcriptas , & in his in quibus illæ deficiebant ſecundum quod ſibi videtur iuſtum,& equum.*

*5 Statutum Marchionis Marchiæ vel Ferrariæ , vel ducis Venetorum,vel Ianuæ,vel decretum domini Paduani,quia æquiparãtur præſidi prouinciæ,eſt ius prætorium , & non ciuile nec perpetuum, ſecus ſi fieret à prioribus locorum ſtatuentibus vice , & nomine totius populi cum præſidis authoritate, quia eſt ius ciuile.*

*6 Actiones deſcendentes ex ſtatutis ducum, marchionum , & epiſcoporum, ſecundum communem ſunt prætoriæ , ex quo ſtatuta huiuſmodi ſunt prætoria , quod amplia procedere etiam ſi ſint perſecutoriæ, & contra ius ciuile,vt nu.8.*

*7 Statuto marchionis ſi caueatur , quòd agnati excludant matrem, vel ſorores,tales agnati excluduntur à ſucceſſione per annum, licet de iure ciuili aditio hæreditatis duret triginta annis.*

*9 Actio reſciſcoria prętoria eſt.*

*10 Prætores condere non poſſunt ſtatuta contra ius ciuile.*

*12 Decretum conditum à comite vel marchione habente dignitatem perpetuam iure proprio, & ad ſuos deſcendentes tranſmiſſibilem,dicitur ius ciuile, & pro lege perpetua obſeruandum eſt.*

*13 Comes in ſuo comitatu magis aſſimilatur principi, quàm præſidi, & ideo eius ſtatutum dicitur ius ciuile,& non prætorium.*

*14 Duces,Comites,& Marchiones habentis dignitatem perpetuam, æquiparantur maioribus iudicibus,adeo quod contractus per eos celebrati habent vim legis , ſicut contractus celebratus cum Imperatore.*

*15 Duces,marchiones,ac comites habentes iura imperij, & ius perpetuum in eorum dominio , non ligantur legibus in eorum territorio,ſicut nec Imperator in vniuerſo orbe.*

*16 Appellationem ſicut tollere poteſt Papa , & Imperator , & alij non recognoſcentes ſuperiorem , ita & inferiores qui recognoſcunt ſuperiorem quando iure proprio , & in perpetuum habent dignitatem , & adminiſtrationem.*

*17 Rex in ſuo regno dicitur habere ſupremam poteſtatem.*

*18 Appellari non poteſt à ſententia Regis.*

*19 Dux Mediolani poteſt omnia in ſuo ducatu, quæ Imperator in vniuerſo orbe,& nu.21.ſecundum communem.*

*20 Reſeruata principi licet non veniant in generali conceſſione , hoc tamen non intelligitur in conceſſione facta magiſtratui perpetuo,qui conſtituitur princeps , & dominus , ſed in magiſtratu temporali.*

*22 Marchio Montisferrati in terris ſuis,& quo ad ſubditos eius poteſt omnia,quæ Imperator in vniuerſo orbe.*

*23 De legis naturalitate eſt,quòd ab habentibus poteſtatem ſit condita, & de virtute , & obligatione ipſius , quòd ſit publicè diuulgata.*

*25 Decretum comitis ſuper quo fuit interpoſita authoritas nomine imperij, & per eius vicarium generalem potius eſt cenſendum decretum,& lex imperialis,quàm comitis & nu 71.*

*26 Omnia noſtra facimus , quibus noſtram impartimur authoritatem.*

*27 Authoritas præſtita in ſpecie id operatur,quòd aliàs non operaretur præſtita in generali confirmatione ſtatutorum.*

*28 Papa ſi confirmat aliqua ſtatuta inualida , dicuntur ſtatuta papalia.*

*29 Statutum factum ab hominibus caſtri,quòd non valet ſine confirmatione domini,ſi interueniat confirmatio dicitur ſtatutum domini,& non ſtatuentium.*

*30 Excommunicatio ſi eſt confirmata per papam , ab ea quis non poteſt abſolui per inferiorem.*

*31 Papa vbi confirmauit monacho prioratum,abbas non poteſt iltum remouere.*

*32 Notario atteſtanti coram teſtibus de interpoſitione decreti , quòd tempore celebrati contractus potuit interuenire,creditu.*

*33 Vicarius generalis imperij poteſt vigore ſui vicariatus authoritatem,& decretum nomine imperij interponere.*

*34 Vicarius generalis imperij poteſt in alienationibus rerum feudalium quæ dependent ab imperio præſtare conſenſum.*

*36 Imperator conſtituendo vicarium generalem videtur voluiſſe, quod omnia tranſeant in eum.*

*36 Imperator in creando vicarium generalem non debet decipere ſubiectos,ex quo loco ſui poſuit.*

*38 Statuta comitum non ligant filias nec ſorores,& nu.71.*

*39 Conditor legis non ligatur lege ſua,quod declaratur num 68.*

*40 Epiſcopus propria conſtitutione non ligatur.*

*41 Domini duo habentes dominum in caſtro in quo vigeat ſtatutum imponens pęnam cuicunque extrahenti bladum ex illo territorio,ſi vnus dominorum extrahat,non incidit in pęnam ſtatuti, ſi illud fuit conditum ab eis,ſecus ſi à ſuperiore.*

*42 Perſona loquens non includitur in generali ſermone.*

*43 Venditio facta per dominum Plumbini non ſeruata ſolemnitate conſtitutionis ab eo editæ , non reddit venditionam nullam.*

*44 Cedens ſicut non intelligitur cedere contra ſe , ita præſumendum eſt quem nolle ſtatuere contra ſeipſum.*

*45 Nemo ſecundum humanitatis officium odio habet carnem ſuam , & num 69.*

*46 Fiſcus qui uectigal impoſuit ad illius ſolutionem non tenetur.*

*47 Auguſta uxor Imperatoris lege mariti non ligatur , & num.70. vbi declaratur.*

*48 Lex debet eſſe de dubitabili.*

*49 Conſtitutione generali non venit id de quo ſi ueriſimiliter fuiſſet interrogatus conditor legis ſpecialiter noliſſet comprehendere , & numero 73.*

*50 Prefationes legis declarant illius mentem, & nu.74.*

*51 Princeps ſolus ſolutus eſt legibus ex propria perſona.*

*52 Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*

*53 Vxor illuſtratur radijs mariti.*

*54 Princeps poteſt exercere actum in filios, tanquam filios , & tanquam in ſubiectos.*

*55 Princeps poteſt cum filijs proprijs diſpenſare ſicut cum alijs ſubiectis,non tanquam pater , ſed tanquam princeps cum ſubiectis.*

*56 Actus celebrati per Principem cum quocunque ſubiacent diſpoſitioni legis ſuæ.*

*57 Rex ſi donat filio in poteſtate niſi expreſſerit , quòd donationem facit ex ſuprema,& regia poteſtate,habet locum lex inualidans donationem inter patrem,& filium in poteſtate.*

*58 Princeps in dubio non præſumitur uelle uti ſuprema poteſtate.*

Textus

59 *Textus ubi eſt dubius , declaratur , & reſtringitur per rubrum.*
60 *Intellectus quando in lege eſt dubius , ille tenetur qui applaudit rubro.*
61 *Rubrica quando eſt generalis textus enim debet eſſe generale.*
62 *Bella ut plurimum oriuntur ex diſcordijs.*
63 *Publica utilitas præfertur priuatæ.*
64 *Damna remitti poſſunt ratione publicæ utilitatis ſingularib perſonis per ſyndicos generales pacis.*
65 *Et bona ciuium concedi.*
66 *Mens reſtringitur, & ampliatur ex ratione legis uel decreti.*
67 *Ratio quare dotata à patre uel a matre excludatur eſt, ut bona conſeruentur in agnatione, quæ per maſculos conſeruatur.*
68 *Princeps licet non ligetur lege ſua, id tamen procedit eo uolente, ſecus ſi uelit uti beneficio ſtatuti uel commodum ex eo conſequi, quia tunc ligatur ſtatuto, & etiam eccleſia.*
69 *Ordinata charitas incipit à ſeipſo.*
72 *Declaratio ad l ſi ff. de rer. diuiſ.*
75 *Statutum loquens in genere , & non faciens mentionem nominatiuè de certa perſona comprehendit omnes illos qui ſub illo genere ex identitate rationis poſſunt comprehendi.*

## CONSILIVM LXXXVI.

ILLVSTRIS Domine, vidi iura ad me
tranſmiſſa, vna copia decreti illuſtrium
Comitum de A. quod effectu conforme
eſt decreto Marchionali Montisferrati
ſub numero 73. & diligenter omnibus
conſideratis ex his duo eliciuntur du-
bia, quorum primum eſt, an huiuſmodi
decretum ſit perpetuum, & ius ciuile, an verò prętoriũ,
& temporale. Secundum, an tale decretum, poſito, quod
ſit perpetuum, liget filias, & ſorores dictorum comitum
de A. Libenter me abſtinuiſſem ab hoc munere ſcriben-
di, cum nomina perſonarum non exprimantur, ſed ſub li
teris, a. b. c. & d. ponantur, tamen deuictus precibus do-
minationes ſuæ, & pro qua multò maiora facturus eſſem,
prouinciam ipſam non recuſanda duxi, ſed omninò voto
ſatis facere ſuo.

Deueniendo igitur ad primum dubium , dicendum
videtur dictum decretum cùm conditum fuerit a comi-
1 te B. non eſſe ius ciuile , nec perpetuum , † ſed ius præ-
torium, & temporale, & ſic duraſſe ſpatio vnius anni tan
tùm poſtquam conditum fuit , l. ius autem ciuile, ff. de
iuſtitia , & iure. Bartol. in l. 5. in fine, principij, ff. de ver-
borum obligation. in l. fina. ff. de pœn. & in l prima, in fi-
2 ne, ff. de bonorum poſſeſ. in fin. † vbi dicit , quòd ſi ex
conſtitutione Ducis, Marchionis, Comitis, vel inferioris,
à principe hæreditas deferatur , neceſſaria eſt bonorum
poſſeſſio, quia ipſa conſtitutio eſt ius prætorium, & agni-
tio eſt fienda infra centum dies, & coram iudice. not. etiã
3 Iuſtitutio. de perpe. & temp. act. † Nam ius prætorium
dicitur viua vox iuris ciuilis l. nam , & ipſum , ff. de iu-
4 reiurando , & temporale eſt , † nam prætor non habe-
bat poteſtatem legis condendæ per prius , prout prin-
cipi , plebi, ſenatui, vel iureconſultis conceſſum eſt , ſed
poſterius , vt redderet ius inter partes , ſecundum leges
ſcriptas, & in his in quibus illæ deficiebant, ſecundum,
quod ſibi videbatur iuſtum, & æquum . Et ideo prætores
in caſibus a iure ciuili non prouiſis ad hoc, vt quilibet ſci
ret quale ius erant reddituri, faciebant, edictum, & il-
lud ponebant in albo in loco publico , & illa edicta po-
ſtea acciebantur per populum pro legibus, ſi populo pla-
cebant, & ſic erat lex per poſterius ſecuto conſenſu po-
puli, non per prius, vt in l. ſecunda, §. eodem tempore, ff.
de origin. iur. & ideo talia remedia erant annalia , quo-
niam eorum officium non durabat niſi anno , & iſta edi-
cta quæ recipiebantur per populum pro legibus , poſteà
interpretabantur per iuriſconſultos, & per hoc auctum
fuit ius ciuile in plus, quàm per legem duodecim tabula-
rum, vt inquit Paul. ve Caſtro in rubric. C. qui admittit.
Et pro iſta parte accedit quod voluit Bald. in d. rubrica,
in quinta colum. in verſicu. item ſi ſtatutum. quem ſequi-
tur Socin. in conſilio 153. columna ſexta, circa finem, vbi
5 inquit , † quod ſtatutum Marchionis Marchiæ, vel Fer-
rariæ , vel Ducis Venetorum , vel Ianuæ , vel decretum
domini Paduani. quia æquiparantur præſidi prouinciæ ,
eſt ius prætorium, & non poteſt dici ius ciuile , & ſic tale
ſtatutum non eſt perpetuum. ſecus ſi fieret a prioribus lo
corum ſtatuentibus vice & nomine totius populi , cum
præſidis authoritate, quia eſſet ius ciuile. Idem Bald. in l.
ſiue pars, C. de dilat. & cleri. Alexand. in l. optimum, co-
lumna prima, C. de dolo. Confirmatur etiam hæc ſenten-
tia ex no per Gomeſ. in §. ſed iſte, numero 23. Inſtituta de
actionibus. vbi concludit communem eſſe ſententiam,
6 † quod actiones deſcendentes ex ſtatutis Ducum , Mar-
chionum, & Epiſcoporum, ſunt prætoriæ, ex quo talia ſta
tuta ſunt prætoria Idem voluit Alex. in l. more, colum. 4.
ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & vtilitas eſt maxi-
ma ſecundum Aretinum in d. §. ſed iſte. quia ſi ſunt præ-
toriæ finiuntur anno , ſecus ſi ciuiles . Et ideo concludit
7 ibi Aretinus. † quòd ex forma ſtatuti Marchionis Fer-
rariæ diſponatur, quod agnati excludant matrem , & ſo-
rores, tunc tales agnati excludentur a tali ſucceſſione per
annum , licet de iure ciuili additio hæreditatis duret tri-
ginta annis, l. licet, C. de iure deliber. & licet Iaſon ibi di
cat, quod mediocriter erret Angel. quia licet tales actio-
nes finiantur anno, illud eſt verum ſi ſunt pœnales, ſecus
ſi perſecutoriæ, quia durant perpetuo. l. in honorarijs, ff.
de actionibus, & obligationibus. & ibi Bart. tamen opi-
nio Angelus eſt vera , & fallitur Iaſon, quia licet verum
8 ſit † quòd actiones perſecutoriæ inductæ à prętore ſint
perpetuæ, tamen ſi ſunt contra ius ciuile, ſunt etiam an-
nales, vt eſt caſus expreſſus in d. l. in honorarijs in verſi.
Sed cũ reſciſoria actio prętoria eſt , verùm quia datur ad
reſcindendum vſucapionem , quę eſt remedium indu-
ctum a iure ciuili, vt in l. 1. ff. de vſuca. durat anno. d. l. in
honorarijs, & ideo cùm ſtatutum per quod admittantur
agnati, & excluditur mater & ſoror ſit contra ius ciuile ,
vt in §. noſtra. in authen. de hęred. quę ab inteſt. vbi pro-
batur , quod ſorores & mater pręferuntur alijs maſcu-
lis vlterioris gradus , & admittuntur ſimul cum agnatis
in pari gradu propter æquitatem, l. maximum vitium, C.
de lib. pręt. ergo tales actiones erunt annales, & non per-
petuę. Et hanc opinionem ſimpliciter dicit firmare Cro-
tum in repetitione l. omnes populi. in 7. columna in verſ.
prima concluſio , ff. de iuſtitia, & iure. Hanc etiam ſen-
tentiam amplectitur idem Gomeſ. in §. primo , numero
42. Inſtit. de actionibus . Vnde ex his videtur dicendum
quòd cum prædictus comes B. qui condidit dictum ſtatu-
tum excluſiuum fœminarum, ęquiparetur præſidi, quod
non potuit facere ſtatutum, ita vt dicatur ius ciuile & per
10 petuum in eius territorio. † Imò plus dicitur, quòd tale
decretum cum ſit contra ius commune, non valeat, cum
communiter concludant doct. in rub. C. qui admit. quòd
prætoris non poſſit condere ſtatuta contra ius ciuile ergo
nec ipſe comes, vt dicit Gomeſ. in d. §. ſed iſte, colum. 13.
verſi. imo etiam.

Nec habet obſtare ſi dicatur, quòd imò decretum prę-
11 dictum dicitur eſſe ius ciuile, & perpetunm, † quia con-
firmatum per vicarium generalem Imperatoris : quia
confirmatio non egreditur terminos confirmati , vt ha-
betur in l. more , C. in l. quia , ff. de iuriſdictione om-
nium iudicum.

Quibus non obſtantibus , contraria ſententia in caſu
de quo agitur, ſtantibus veris narratis in themate, eſt de
iure verior , quod imò decretum huiuſmodi quamuis
conditum a Comite , ſit ius ciuile ac perpetuum , & in
dicto comitatu habeat vim legis generalis. l. prima, ff. de
conſtit. princi. quod probatur. Nam iſta eſt indubitata do
12 ctorum ſententia, † quòd vbi Dux, Marchio, vel comes
habet dignitatem perpetuam iure proprio, & ad ſuos de-
ſcendentes tranſmiſſibilem, tunc eius decretum ſiue ſta-
tutum dicitur ius ciuile , & pro lege perpetua obſeruan-
uandum eſt, vt per Bar. in d. l. omnes populi. in 7 q. princi-
pali, in verſicu. quarto quęro. Angel. & alij in l. quinta, in
principio, ff. de verborum obligationibus. Sed huiuſmo-
di Comites habent talem comitatum cum dignitate , &
perpetua adminiſtratione tranſmiſſibili ad deſcenden-
tes ſuos , vt dicitur conſtare ex conceſſionibus ſuis , igi-
tur &c. Et hanc ſententiam tanquam veram ſequitur
Bald. in l. 1 ff. quod quiſque iur. verſic. tertia eſt diſtinctio.
& in l. repetit a. columna 1. C de conſtituta pecunia, vbi
13 dicit, † quòd Comes in ſuo comitatu magis aſſimilatur
Principi, quâm Preſidi , & ideo, quòd ius ſtatutum dici-
tur ius ciuile , & non prætorium. quem ſequitur Afflict.
in conſtitutio. regn. in prima q 3 colum. 2. & idem Bald.
in l. pen. C. de donationibus inter virum, & vxorem. qué
14 ſequitur Curt. iunior in conſilio 174. numero 19. † vbi
dicit, quòd tales duces , & comites ęquiparantur maio-

ribus,

ribus, adeo vt contratus celebratus habeant vim legis, ſicut contractus celebratus cum Imperatore. Et ſubdit
15 Bartolum ita conſuluiſſe. † quia tales habentes iura Imperij & ius perpetuum in eorum dominio non ligantur legibus in eorum territorio, ſicut nec Imperator in vniuerſo orbe. per l. princeps. ff. de leg bus.

Adducitur & Natta in tract. excuſ. fœm. in prima quæſtione, verſiculo ſecundo quæro. & Decius. in capit. paſtoralis colum. 2. de appellationibus. verſic. imò quod eſt
16 plus. † vbi inquit, quòd ſicut Papa, & Imperator poteſt tollere appellationem, & non recognoſcentes ſuperiorem, ita etiam inferiores, qui recognoſcunt ſuperiorem, quando iure proprio perpetuum habent dignitatem & adminiſtrationem, vt ſunt duces, comites, & marchiones: quia plus poſſumus in eo quod iure proprio habemus, quàm in eo quod iure commiſſionis. Baldus & alij in l. more. ff. de iuriſdict. omn. iud. notat Baldus in proœmio forum, columna tertia verſic. item not. vbi loquitur in re-
17 ge † qui dicitur in ſuo regno ſupremam habere poteſta-
18 tem, † & ideo à ſententia ipſius non appellatur, licet ſuperiorem recognoſcat, vt Bal. dicit in l. prima in fine ff. de offi. præfect. præto. Pariſ. conſi. 118. colum. prima, volum. 1. Idem voluit Paulus de Caſt. in conſi. 225. circa finem,
19 † vbi concludit de Duce Mediolani, quod ipſe poteſt om-
20 nia in ſuo ducatu, quæ Imperator, † & quod licet in generali conceſſione non veniant reſeruata principi capit. quo ad tranſlationem. de offic. leg. id intelligitur in conceſſione facta magiſtratui temporali, ſecus perpetuo, qui conſtituitur princeps & dominus, & ideo comites, marchiones, & reges videtur eſſe prineps in terris corum, & quo ad ſubditos omnia poſſunt quæ Imperator ipſe poteſt, Bald. in § pen. verſic. 4. quæro. Inſtit. de iur. natu. gen. & ciuil. Idem tenet Abbas in conſil vlti colum. prima volum. 1. Et ideo cùm iſti comites ſint perpetuo inueſtiti, & poſſint omnia in eorum terris, quæ Imperaror in vniuerſo orbe, vt per Iaſ. in conſi. 101. coium. 3. volum 4. & Pariſ. in conſi. 69. colum. 2. vol. 1. & Curt. Iun. in conſil. 1. nu. 29.
21 conſi. 61. num. 9. & conſi. 101. num. 3. † vbi atteſtatur hanc eſſe communem, & Iaſ. in conſil 235. colum. fin. volum. 2.
22 † vbi loquitur de Marchione Montisferrati, domino meo illuſtriſſimo & Ruin. conſi. 134. col. 3. volum. 5. Sequitur, quod ſicut lex imperialis eſt generalis ac perpetua, ita & ipſius comitis, & quod eius decretum ſit perpetuũ & generale & dicitur ins ciuile, & hẽt vim legis generalis in tota patria ſua ex poteſtate l. concedẽtis, qui in eius territorio poteſt legem concedere, & cuius decretum erit lex, vt per Bald. in authen omnes peregrini. c. communia de ſucceſ.
23 † quia de naturalitate legis eſt, quod ab habentibus poteſtatem ſit condita, & de virtute & obligatione ipſius, ꝙ ſit publicè diuulgata, prout in themate narratur, quod hoc decretum fuit publicatum tempore quo editum fuit.
24 Non obſtant modò adducta in contrarium, † quia reſpondetur, quòd ea procedunt in ducibus, marchionibus, & comitibus non habentibus dignitatem perpetuam, cũ adminiſtratione, nec tranſitoriam ad deſcendentes, vt ſatis conſtat ex deciſionibus citatis.
25 Vel & ſecundò reſpondetur, † quod decretum de quo agitur potiùs eſt cenſendum lex imperialis, quàm comitis, cùm fuerit ſuper eo interpoſita authoritas nomine imperij per eius vicarium generalem, vt in narratione
26 caſus ponitur per regulam tritam, † quod omnia noſtra facimus, quibus noſtram impertimur authoritate, l. 2. C. de vet. iure enucleando. capit. ſi apoſtolicæ de præben. in ſexto. & ideo, quod decretum ipſum eſt ius ciui-
27 le in dicto comitatu † cùm id operetur præſtatio authoritatis in ſpecie, quod alias non operaretur ſi ea præſtita fuiſſet in confirmatione generali ſtatutorum, vt per Bald. eleganter in l. ex placito colum. 5. C. de rer. permut.
28 † vbi inquit, quòd ſi Papa confirmat aliqua ſtatuta inualida, ea dicuntur ſtatuta papalia. Et Bald. ſequitur Ruin.
29 in conſi. 130. col. 3. verſi. nec obſtat. vol. 5. † vbi dicit, quod ſtatutum factum ab hominibus caſtri non valet ſine confirmatione domini, ſi confirmatur dicitur ſtatutum domini, & non ſtatuentium. Allegat Bart. & docto. in l. & quia. ff. de iuriſd. om. iu. dum dicunt, quòd ille qui confirmat actum imperfectum dicitur de nouo daræ. Iaſ in conſilio 122. colum. prima. vnlumine quarto. Pro cuius confirmatione facit not. gloſſ. in ca. ex frequentibus. de inſti-
30 tu. † quæ vult. ꝙ inferior non poſſit abſoluere excommunicatum confirmatum à Papa. & Geminia. in cap. in præ-
31 ſenti. de offi. ord. in ſexto. † vbi tenet, quòd ſi Papa confirmauit monacho prioratum, quòd Abbas non poteſt illum remouere.

Nec de poteſtate huiuſmodi vicarij imperialis dubi-
32 tandum videtur, tum ob longiſſimum tempus † tum ẽt quod (vt narratur) notarius ſic fuiſſe atteſtatur præſentibus teſtibus, ergo illi credendum, cùm de ipſo actu, ſeu decreti interpoſitione, ac authoritate ſeu ſolemnitate extrinſeca faciat mentionem, quæ tempore celebrati actus potuit interuenire iuxta tradita per Innocentium, & alios in capitulo, quoniam contra. de probatio. gloſſa & docto. in lege 1. C. de fide inſtrum. lib. 10. & docto. in
33 lege ſciendum. ff. de verbo. obligatio. † Minuſque hæſitandum eſt, quòd talis vicarius non poterit vigore ſui vicariatus dictam authoritatem interponere nomine imperij, quoniam vicarius poteſt regulariter omnia quæ poteſt is cuius vices gerit ſecundum Gofre in capit. dilecto. de præben. & Archi. & Ioan. Andr. ac Gem. in c. fin. de officio vic. in ſexto. Accedit quod voluit Alexan. in l. centurio. num. 26 de vulg. & pupil. vbi inquit poſt Oldr. ꝙ ſicut donatione facta ab Imperatore, non requiritur inſinuatio, ita nec in donatione Regis, ſeu alterius domini tenentis locum Imperatoris in terris ſuis. Facit etiam quod in fortioribus terminis dixit Iſer. in capit. imperialem. in princ. in 8. col. verſic. Sed an vicarius de proh. feu.
34 alie. per Feder. vbi inquit † quod talis vicarius generalis poteſt præſtare conſenſum in alienationibus feudorum, quæ dependent ab imperio, & mouetur optimis ra-
35 tionibus. † Primò quia conſtituendo cum vicarium generalem, videtur voluiſſe quod omnia tranſeant in eum, argumento legis, ſi quis pro eo. §. ſi nummos. ff. de fideiuſ. Habet enim ſibi imputare, quòd Imperator non excepit ea quæ voluit concedere, argumento l. veteribus
36 ff. de pactis, l. Labeo. ff. de contrahen. emp. † Secundò quia Imperator in creando talem vicarium generalem non debet decipere ſubiectos, ex quo talem vicarium poſuit loco ſui argumento l. primæ, C. de his quæ veniam ætatis. Et ideo ſufficit quod tales ſubditi adeant talem vicarium generalem, nec habet exire territorium pro inueniendo imperatorem. Idem tenet Affl. in dicto cap. imperialem. & in conſtitu regn. in conſtitutione conſtitutum. num. 22. dum ſe remittit ad Iſern. vbi ſuprà. Iaco. de ſan. Giorg. in inueſtitu. ſua char. ſeptima.

Nec obſtat, quòd confirmatio non excedit terminos
36 confirmati, quia reſpondetur † quòd imò talis confirmatio ſuperioris facit quod illud quòd eſt tẽporale, efficitur perpetuum vt dicit Ioan. Andreas in c. de elec. Pet. de Anch. in clem. quia regulares. de ſuppl. negl. præla. Archi. in capitu. præſenti de offi. ord. in ſexto. Bald. in capitulo illud de maio. & obed. Abb. in capitu. ad audientiam de conſir. vtil. vel. inutil.

Venio ad ſecunduм dubium, in quo prima facie vide-
38 tur dicendum, † quod filię & ſorores dictorum domi-
39 norum Comitum non ligatur tali decreto, † quia conditor legis non ligatur ſua lege. l. princeps. ff. de legibus. l. digna vox. ff. eodem titulo. Ioan. And. poſt Archi. in capitulo. vt animarum. de conſtitu. in ſexto. & plenius in re-
40 gula cui licet. in Mercur. † vbi determinat epiſcopum propria conſtitutione non ligari. Idem voluit Scribentes in lege 1. ff. quod quiſque iuris. in principio. Secundo facit, quod volunt Baldus, Alexander & alij, in lege cæte-
41 tera. in §. penultimo ff. de lega. 1. vbi concludunt † quòd ſi ſunt duo domini qui habeant dominum vnius caſtri, in quo vigebat ſtatutum imponens pœnam cuicunque extrahenti bladum ex illo territorio. & alter illorum dominorum extrahat bladum de illo territorio cauſa transferendi ad aliud caſtrum, quod erat ipſius extrahentis proprium, quod non incurrit in pœnam, ſi illud ſtatutum pęnale eſſet conditum ab ipſis dominis, quod non ligat ipſos ſtatuentes, cum ſibi ipſis impetrare non poſſint l. penul. de arbitris. ſecus ſi fuiſſet conditum ab alio ſuperiore dictorum dominorum.
42 Tertiò facit, † nam in generali ſermone non includitur perſona loquentis. lege inquiſitio. C. de ſolut. capitulo petitio. & ibi gloſſ. de iureiurand. Et ideo dixit Roma.
43 in conſil. 444. in vltimo dubio † quod venditio facta per d. Plumbini contra ſolemnitatem requiſitam in conſtitutionibus, ſuis, non redditur nulla: quia illa conſtitutio cenſetur imponere neceſſitatem eius ſolemnitatis obſer-
44 uandæ ſubditis, & non ipſi ſtatuenti. † Accedit etiam nam cedens non intelligitur contra ſeipſum credere. l ſi peculium. §. j. ff. de pecul. lega. Baldus in l. 2. C. an ſeruus

ex ſuo facto, ibi dicit hoc eſſe notandum. quem ſequitur Alex.in conſil.149.col.2.verſi.denique.volum.2.Ergo nec præſumendum eſt quem velle ſtatuere contra ſe, aut
45 ſuos deſcendentes, † cùm nemo odio habiat carnem ſuam,ſecundum humanitatis officium,capitulo non æſtimatus in 13.quæſt.2.gloſſ.in lege 2.ff.in ius vocati vt eant. Alibi etiam dicitur,proximos ſeminis tui ne deſpexeris.c. non ſatis octauageſima diſtinctione.

Quartò facit etiam quod not. Dy. in l.licitatio §.fiſcus,
46 ff.de publica.per illum text.vbi fiſcus qui vectigal impoſuit non tenetur ad illius ſolutionem, ergo nec comes, nec eius ſucceſſores erũt huiuſmodi decreto ligati,ſucceſſori.n.poſſunt ſtatuta prædeceſſorum intimari,ſod eos nõ aſtringere,cap.fin.de reſcript.l.digna vox. C.de legibus.
47 Quintò nam † Auguſta vxor imperatoris lege ſua non ligatur.l.princeps.ff.de legibus,ergo multò magis dicendum eſt, ꝙ non ligentur filij, cùm maior ratio ſit in filijs quam in vxore.l.illi quidem ꝙ metus cauſ.l.fi.C.de cu.fu.
48 Sextò facit a ceſſante ratione dubitandi, † nam lex debet eſſe de dubitabili.l. quod Labeo. ff. de Carb. edicto. Sed fuit dubium an lex condita per principem liget & fratrem, lege finali, ff.de rerum diuiſioue.vbi de Romulo & Remo. Si ergo legaret filium,quod dubium fuiſſet, ꝙ multò magis de fratre idem eſſet dicendum. Nec ergo dicamus,ꝙ illa lex fuerit ſine ratione dubitandi,quod eſſet inconueniens,dicendum eſt,quod ratio dubitandi fuit quia filij principis non ligantur lege condita per patrem, & ideo videbatur quòd idem dicendum de fratre, cũ ſit eodem ſanguine & genere.
49 Septimò confirmatur: † nam in conſtitutione generali non venit id de quo ſi veriſimiliter fuiſſet interrogatus conditor legi ſpecialiter noluiſſet[illud comprehendere], argumento legis obligatione generali. in princip. ff.[de pignoribus. gloſſ. in lege, tale pactum. §. ſi à contrario, ff.de pactis. Sed ſi princeps qui fuit conditor decreti fuiſſet interrogatus ſi intelligebat illud porrigere vires ſuas ad filias, certè dixiſſet, quod non: quia ſi non vult vxorem, quam minùs diligit quàm filium, ligari lege ſua, multo magis dixiſſet nolle ligare filium propter maiorem affectionem & amorem.authen.multo magis.C.de ſacro ſanct. eccl.

Octauò & vltimo videtur facere principium decreti, dum dicitur,vt tollantur diſcordiæ per totum comitatum
50 † nam præfatione legis declarant illius mentem. lege finali.ff.de hæredibus inſtituendis. Alexander.in conſil.75. colum.prima,vol 6.Paliſ.conſi.14.nu.34.vol.2.& in conſ. 33.num.17.vol.tertio,ergo apparet quòd intellexerit cõditor legis decretũ debere obſeruari inter ſubditos ſuos, & non per propria filio, & de domo propria.

Quibus non obſtantibus, tenenda eſt ſententia con-
51 traria,& ſic affirmatiua. † Et primò nam ſpeciale eſt in ſolo principe, vt ipſe ſit ſolutus legibus ex propria perſona. dict. l. princeps ergo ipſo excepto in contrarium erit ius commune in alijs. l.fin.ff.ad municipial. l.ius ſingulare.ff.de legibus.
52 Secundò † exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis, l. nam quod liquidè. §.fin.ff.de penu. legat.l.in his.vbi docto.ff.de legibus Alexander in conſil.36.nume. 20.volumine ſexto.in conſilio 100. in fine volum.eodem. Pariſius in conſil.33.nume.59.volum.tertio. Sed a regula generali, quæ omnes generaliter ligat exceptuata eſt
53 perſona condentis legem ex proprio iure, † & exceptuatur Auguſta vxor ipſius principis, nõ eſt perſona propria, ſed mariti, cuius radijs & priuilegijs illuſtratur dicta l. princeps.& l. fœminæ. ff. de ſenat.ergo in omnibus alijs ſtabit regula firma,& ſic cum non reperiantur exceptuati filij principis, erunt ſub regula generali, quæ oẽs ligat,
54 Tertiò,† nam princeps poteſt actum exercere in filios tanquam in filios,& tanquam in ſubditos.capi.per venerabilem.qui filij ſint leg. & ibi per Abbatem in 3. colum.
55 verſi.item nota ſingulariter, † vbi dicit quod princeps poteſt cum filijs proprijs diſpenſare ſicut cum alijs ſubiectis, non tanquam pater, ſed tanquam princeps cum ſubiectis. Faciunt notata in l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſdictione omniũ iudicũ.Sed condendo princeps legẽ generalem in eius territorio, non exceptuatis filijs videtur voluiſſe cum ipſis ſicut cum alijs ſubiectis tanquẽ princeps,& non tanquam pater ordinare,& ſic ipſos ligare,ergo &c.
56 Quartò facit † nam actus celebrati per principem cũ quocunque ſubiacent diſpoſitioni legis ſuæ, Clementina paſtoralis,de re iudicata.Bald.in lege princeps ff.de legib.

Quintò accedit, quod voluit Baldus in capitulo 1.§.ſi vaſallus.de pace iuramento firmanda.& ibi eſt bonus tex
57 tus. † vbi ſi rex donat filio in poteſtate,niſi expreſſerit, qđ facit illam donationem ex ſuprema & regia poteſtate, habet locum lex inualidan donationem inter patrem
58 & filium in poteſtate, nec † in dubio contrahendo præſumitur velle vti regia poteſtate, & ſic vult,quod contractus celebratus inter patrem & filiũ in poteſtate ſubiaceat diſpoſitioni legis diſponentis circa illum actum celebratum cum filio. Et Baldum ſequitur Alexand.in l.centurio num.26.verſi.pro hoc etiam facit.ff.de vulgari,& pupillari,& in conſi.111.colum.2.volum.6.verſi.tamen iſtis. & in conſi.11.nu.6.vol.7.

Sextò pro hac parte adducitur rubrum, & verba proœmij ipſius decreti,quæ ſunt ne lites ſiue controuerſiæ per totum comitatum.ſed potiùs concordia oriatur,quæ verba proœmij legis declarant ipſam legem, & ex præfatione eius diſpoſitio, ac mens reſtringitur, extenditur, atq; declaratur.l.Titia.§.idem reſpondit.ff.de verborum obligationibus. gloſſa in l.1. in verbo, conſentientes.ff.de iudicijs.gloſſa in lege 1. C.ne licet.in vna eademque cauſa.
59 † quæ voluit, quod vbi eſt textus dubius, declaratur & reſtringitur per rubeum, & ita debet interpetrari, quod dicit ibi Baldus facere ad ſtatuta alexa.conſil.70.num.8. vol.7. Facit etiam,quod vult gloſſa nota. in cap.ſecundo.
60 de confirmatione vtili,vel inutili. † vbi tradit quod quando in lege intellectus eſt dubius,ille tenetur qui magis applaudet rubro,& gloſſa ſingularis.in l.1.de capitatione ci-
61 uium cenſ.impoſ. libro 11. † vbi quando rubrica eſt generalis, textus etiam debet generaliter intelligi. Modò cum rubrica hæc ſit generalis, quod mulier dotata à patre, vel à matre non ſuccedat, etiam decretum ipſum debet generaliter intelligi in quacunque muliere ſicut loquitur rubrum. l. de pretio. ff. de publicana. quod & præfatio ipſa indicat, nam uidetur princeps motus, vt tollantur diſcordiæ & lites in comitatu. Si enim princeps pro intereſſe priuato voluit tollere rixas inter ſubditos, quanto magis quæ poterant oriri inter filios ?
62 † cùm ex dictis diſcordijs vt plurimum bella oriantur, quæ vniuerſale dominij & comitatus damnum concer-
63 nunt, & in qua concordia, verſatur † vtilitas publica quæ præferenda eſt priuatæ. l.j. vbi not. ff. ſoluto matrimonio ergo a maioritate rationis dicendum eſt quod princeps concedens decretum voluit mulieres, etiam de domo propria dotatas ex excludi à quacunque patris & matris ſucceſſione. authentica multò magis de ſacroſanctis eccleſijs. Nam nos videmus, quod ratione publicæ vti-
64 litatis quæ in pace conſiſtit, † quod per ſyndicos generales pacis poſſunt remitti damna ſingularibus perſonis,
65 vt inquit Baldus in l.conuentionum.ff.de pact.& † concedi bona ciuium, vt not.Bald.in l.bene à Zenone.C.de quadrien.præſcript.col 1.& Decius in conſi.351. colum. 1.& 520.col.1.ac Pariſ.conſi.10. nu.25. vol.j. Afflict.deciſio.361.col.2. Et ſic mens legem condentis fuit etiam ligare proprias filias,& mulieres de ius domo,vt conſeruetur pax,& concordia in eius ſtatu.

Coniecturata & alio medio,quòd comes filias proprias
66 ligare voluerit, † nam ex ipſius decreti ratione mens reſtringitur & ampliatur, l.cùm pater. §.dulciſſimis. ff de legatis ſecundo l. ſi is qui animo. ff. de acquirenda poſſeſſ. Alexand.conſil.59.colum.1.volumi.3. Pariſ.conſil.52.nu-
67 me.24.colum.3.† & ſit præſumpte ratio ipſius decreti vltra rationem præmiſſam vt tollantur diſcordiæ &c. eſt vt bona ipſa conſeruentur in agnatione per maſculos,quę quamuis non ſit expreſſa tamen habetur pro expreſſa, vt eſt gloſſ.not.& ibi Bald.& alij in l.quamuis. C de fideicõmiſſ.Cyn.& alii in l.1.C.de adulter.& Rom in conſi.485. in primo quæſito.vbi inquit,quòd tale ſtatutum non conſiderat ad excluſionem mulieris perſonam dotatam, ſed fauorem ipſius agnationis, quæ maximè in principibus conſeruatur per familiarium diuitias, cùm & per id conſeruetur honeſtas eorũdem, quæ inopia periret,vt inquit text. in authent.de teſt.§.ſimus,& l.ſi creditores.ff.de priuileg.credito. & in l. pietas, ff.de ſuſp.tut.quæ ratio ſpecialiter militat in caſu de quo agitur,vbi tractatur de conſeruatione comitatus. & dignitatę illuſtris domus de A. ergo ex his dicendum eſt, quòd conditor legis voluerit etiam filias fœminas dotatas ab ipſis comitibus magis excludi,quam a priuatis.

Non obſtant modo adducta in contrarium, & ad primum, ſecundum, & tertium argumentum reſpondetur ve-

68 verum eſſe, † quod conditor legis non ligatur ipſa lege eo nolente & inuito, volens autem, & ſi legi ſuæ ſe ſubijciat, bene ligatur, & iſta eſt illa digna vox, de qua in dicta l. digna vox, vbi expreſſè hoc tenent ibi gloſſ. & Doctores. Facit l. ex imperfecto, C. de teſtamentis, l. eſt reſcriptum, ff. de iuriſdict. omnium iud. Hoc etiam voluit Baldus in l. 4. C. ad legem Falcidiam, vbi inquit, quòd licet Princens non ligetur lege ſua, id tamen eſt verum niſi velit vti beneficio ſtatuti, vel commodum ex eo conſe qui, quia tunc ligatur ſtatuto, & etiam eccleſia. Et Baldum ſequitur Brun. in tractatu excluſ. fœmi. articulo ſexto principali, verſic. ſeptimo quæro. Et ſic non obſtat l. licitatio. §. fiſcus, quia ſpeciale eſt in illo caſu propter immunitatem illi conceſſam non ſoluendi vectigal, vt per Bart. ibi ergo in contrarium in caſu noſtro dicendum eſt, quòd Comes C. volens ligabitur ſtatuto ab anteceſſoribus ſuis condito, quod ſatis à ſe editum dici debet, cùm illud non reuocauerit, quod tamen poterat facere iuxta plenè notata per Gem. in c. j. de conſt. in 6. col. 2. & in cap. 2. de præb. eo. lib. col. fin.

Secundo reſponderi poteſt, quod ex quo iſtud decretum debet potius dici editum ab Imperatore, quàm à Comite per ſuprà dicta in primo articulo, quod C. ſucceſſor non ſuo, nec ſuorum anteceſſorum ſtatuto ligatur, ſed decreto Imperatoris.

Tertiò reſpondetur, quod hic in caſu, de quo agitur non tractatur de ligando ipſum Comitem dicto C. ſed filiam ſui anteceſſoris, quæ non ſucceſſit nec præfuit aliquo tempore comitatui, ſed ſemper fuit potius illi ſubiecta, ſaltem donec nupſit, quo caſu non videtur inconueniens ſi dicatur illam comprehendi ſub tali generali comitatus decreto, ſiue illud dicatur ſtatutum Comitis, ſiue Imperatoris, quinimò ſi aliter diceretur, ſequeretur abſurdum, de quo ſupra, quod conditor decreti diceretur habuiſſe maiorem curam de ſedandis litibus, & diſcordijs ſubditorum in conſeruatione agnationis & familie ipſorum, quàm litium, quæ ob eandem cauſam potuiſſent oriri in ſua propria ſamilia & agnationis illius, quod abſurdum & irrationabile foret, cùm nemo ſit proximior ſi-
69 bi ipſi, † & ordinata charitas, quę à ſeipſo exordium ſumit, aliud ſuadeat, l. præſes, C. de ſer. & aqua. vnde cùm nemo vnquam ſuam carnem odio habeat, & ſemen ſuum non debeat deſpicere, dicto capitu. non æſtimemus, &c. non ſatis, capienda eſt præſumptio conditorem decreti voluiſſe ſuos illi ſubijcere.

90 Ad quintum reſpondetur, † quòd imò ligatur Auguſta lege Principis ſui, vt per Brunum in tract. excluſ. fœmi. in ſexto articulo principali, quæſt. 7. ſed gaudet priuilegijs, quibus gaudet Princeps & Auguſtus, dict. l. Princeps, & ſic non ex perſona ſua, quæ non eſt legibus ſoluta, ſed ex perſona Principis non ligatur, & ſic de iure ſpeciali non autem, quòd ex legis diſpoſitione ſit exempta, quod arguit contrarium in alijs, vt ſupra in fundamentis partis affirmatiuæ dictum eſt.

71 Secundo dictum argumentum procederet, † vbi ex veriſimili ratione, ſeu præſumpta non appereret, quod Princeps voluerit ipſos filios ligare per legem ab eo conditam, prout in caſu pręſenti, vbi eſt voluntas pręſumpta, & rationabilis vt bona conſeruentur in familia, & etiam vt tollantur rixæ, & diſcordiæ in comitatu, & ex alijs coniecturis ſuprà adductis.

72 Sexto † non obſtat, ꝙ dicta l. fi. ff. de re. diuiſ. eſſet ſine dubitatione, quia reſpondetur, ꝙ primo & dicta lex erit de dubitabili, & eam facit dubiam d. l. Princeps, & alia iura quæ volunt, ꝙ vxor Principis ex perſona mariti, & ex ſuo priuilegio non ligetur ſua lege, ergo & idem videbatur dicendum de fratre, cum eſſet de eodem ſanguine & genere, & tamen Iuriſconſultus decidit contrarium, & ratio decidendi fuit, quia frater reſpectiuè ad Principem ſuum, eſt vti ſubiectus, & ſic in eum ſe extendunt vires iuriſdictionis, quod ſecus eſt in vxore, quæ eadem caro reputatur, & in quam non geri actus Princeps vt in ſubiectam, ſed vt in vxorem.

Septimo non obſtat, quod in conſtitutione generali non debeant venire ea, quæ veriſimiliter Princeps in ſpecie, ſi fuiſſet interrogatus, voluiſſet comprehendi
73 † quia reſpondetur argumentum procedere vbi non eſſet præſumptio, & veriſimilitudo contraria, prout in caſu noſtro vbi eſt veriſimilitudo, & maior præſumptio ſi fuiſſet interrogatus de filijs in ſpecie, quod voluiſſet eos ligare, vt conſeruarentur bona in familia, & agnatione, & dignitas comitatus, & vt tollantur rixæ. vt ſupra, quo ſtãte ſuccedit, quod vna rationabilis præſumptio tollit aliam, l. merito, ff. pro ſocio, & ideo dicendum, ſi fuiſſet interrogatus de propria filia, idem dixiſſet per glo. in d. l. tale pactum, §. fi.

74 Ad vltimum etiam reſpondetur, † quòd imò illa verba procemij faciunt pro altera parte, ex coniecturis ſupra adductis, & ex præſumpta voluntate condentis legem. Ad quod facit etiam, quod voluit Bart. in l. iura, ff.
75 de legibus in fine, † vbi vult, quod niſi ſtatutum faciat mentionem nominatiue de certa perſona, ſed loquatur in genere, quòd comprehendit omnes, qui ſub illo genere ex identitate rationis poſſunt comprehendi, per not. in l. j. C. quæ ſit longa conſuetudo. & quæ notantur per Cynum in l. quicunque, C. de ſeruis fugitiuis, ſed ſic eſt, quod decretum hic loquitur generaliter de mulieribus dotatis, ergo comprehendet ex identitate rationis etiam filias ipſius legem condentis. Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Contractus emphyteoticus uel libellarius in effectu inter ſe non differunt.*

2 *Emphyteota eccleſiæ qui non ſoluit canonem infra biennium, priuatur ipſo iure re emphyteotica, etiam nulla præcedente declaratoria, vt num. 5. ſecundum communem, & nu. 13.*

3 *Emphyteotæ incumbit onus probandi ſe ſoluiſſe canonem.*

4 *Locator, ſi de locatione conſtat per inſtrumentum, intentionem habet fundatam, ſi allegat conductorem non ſoluiſſe abſque eo, quod per ipſum probetur negatiua, quòd conductor non ſoluerit.*

6 *Purgationi locus non eſt, ſi dominus declarauit emphyteotam cecidiſſe à contractu emphyteotica propter ſolutionem canonis eo ſactam infra biennium.*

7 *Executio vbi fit à lege ipſo iure, & abſque alia declaratione, tunc mora non poteſt purgari.*

8 *Cautela eſt ſecundum communem, vt mora purgatio impediatur, quòd ſtatim poſt biennium dominus dicat & proteſtetur, etiam emphyteota abſente, quòd illum non vult amplius habere pro libellario.*

9 *Contractus emphyteoticus de ſubſtantia requirit ſcripturam ſecundum communem, fallit ſi ſit conſuetudo in contrarium, vt numero 11.*

10 *Emphyteota cui fuit facta conceſſio rei emphyteoticæ cum ſcriptura carente debitis ſolennitatibus de quibus in auth. præterea, & auth. ſi quas ruinas, C. de ſacroſanctis eccleſ. & in cap. vt ſuper, de rebus eccl. non alien. tenetur ad ſolutionem canonis ſicut ſi emphyteoſis eſſet conceſſa cum debita ſolemnitate.*

12 *Doctoribus atteſtantibus de conſuetudine ſecundum communem creditur, adeò quòd transfertur onus probandi in contrarium illam neganti.*

14 *Debitor & creditor quando ſunt diuerſi fori, debitor non tenetur ire ad domum creditoris, ſi res pro qua ſoluitur canon non ſit de foro creditoris.*

15 *Solutio quando debet fieri reſpectu alicuius rei, & rei pro aliqua re, tunc ſi creditor eſt eiuſdem fori in quo res illa ſituata eſt, reus debet ire ad domum actoris, ſecus ſi non eſſet eiuſde fori, quia tunc non tenetur ire extra domum domicilij ſui.*

16 *Emphyteota ſi eſt alterius fori quàm ſit dominus, non tenetur ſoluere penſionem in foro domini, ſed ſufficit, quòd in die ſolutionis in domo ſua dicat, ego ſum paratus ſoluere canonem, ſi eſſet qui reciperet, & hoc ſcribi faciat, niſi aliter habuerit ſe conſuetudo Sed contra num.* 18.

17 *Vel vt euadat pœnam, ſi non reperit creditorem cui ſoluere poſſet, debet coram iudice offerre canonem, & illum conſignare eius authoritate, & ad hoc vt ſciatur an ille inueniatur debet fieri præconium.*

19 *Declaratio ad Bar. in l. ſi reus paratus, in fin. ff. de procuratoribus.*

20 *Solutio ſi bebet fieri in ciuitate Florentinæ die paſchatis, ſi creditor non probat ſe illa die fuiſſe in dicta ciuitate cauſa recipiendi pecuniam ſibi debitam, non poteſt dici in mora debitor per curſum dei.*

21 *Nec demum conſtituitur debitor in mora, niſi præcedente interpellatione.*

22 *Emphyteota non ſoluens canonem in foro domini eucuſatur ſi nõ iuerit propter non tutum acceſſum.*

23 *Allegatio ſufficit in notorijs.*

24 *Carceratus qui non ſoluit canonem debitum in tempore, excuſatur propter iuſtum impedimentum.*

25 *Creditori imcumbit onus probandi ſe miſiſſe procuratorem ad recipiendum canonem in domo debitoris.*

26 *Emphyteota ceſſans ſoluere domino canonem non cadit à re emphyteotica ſi dominus ſit eius debitor, & paratus ſit cum eo compenſare.*

27 *Quod ampliatur etiam procedere ſi talis compenſatio non fuiſſet oppoſita infra biennium vel triennium.*

28 *Compenſatio licet regulariter non fiat, niſi opponatur ab homine, hoc tamen fallit, quo ab euitandum pœnum, quia tunc odio pœnæ fit ipſo iure compenſatio.*

29 *Empehytota nõ ſoluens canonem infra biennium, vel triennium, licet priuetur iure emphyteotico tamen id locum non habet quãdo biennio, vel triennio ſolùm percipitur fructus: quia tunc requiritur, quòd ceßauerit duobus bienniјs pro illo biennio.*

30 *Fructus quando præſtantur per ſingula quinquennia, vt eſt ſylua, quod alias ſtatuitur in anno, habet locum in tali quinquennio.*

32 *Caducitas emphyteotæ remiſſa videtur ſi dominus ante declarationem caducitatis recepti canonem temporis præteriti ſine proteſtatione.*

33 *Vaſallus ſi priuatus ſit feudo, quia non petijt inueſtituram, ſi dominus recipiat illum ad obedientiam, ſine proteſtatione caducitem remittere videtur.*

## CONSILIVM XXCVII.

NON inſiſtendo an iſte contractus de quo in
themate, celebratus per reuerendum dominum Abbatem, & monachos ſancti Andreæ ſi emphyteoticus vel libellarius, † cùm
1 in effectu inter ſe non differant, vt per Bartol.in l.j.vbi etiam alij. C.de iure emphyt. & in l. ſi finita.§.de vectigalibus.in quarta quæſt. ff.de damno infect.
Alex.in conſi.120.culum.fin.vol.j & in conſi.117.colum.
pen.in fi.vol.4.Dec.conſi.167.col.ij.vol.2. & in conſi.50.
col.j.vol.4.Dec.in conſil.146. col.ij.164.col.1.& 518.col.
j.& Pariſ.conſil.60.col.3.vol.1.77.col.2.vol.4.& 85.nu.4.
volum. eod. videtur primo in præſenti conſultatione dicendum, quòd ex quo dominus Antonius de Lanceis em
2 phyteota monaſterij ſancti Andreæ † in biennio ſtatuto à lege non ſoluit canonem de quo in conceſſione ſibi
facta, quòd priuatus fuit ipſo iure re in emphyteoſim ſibi conceſſa.capit.potuit loca, authen.qui rem vbi doct.C.
de ſacroſanctis eccleſ.doctor.in l.2.C.de iure emphyt. Alexand.in conſi.124.col.pen.volum.5.& Dec in conſ.146.
3 col.2 † nam ad eum incumbit onus probandi canonem ſoluiſſe, vt per gloſſ. & doct.in l.2.C.de iure emphyt. & Alexand in conſi.citato 124 columna.2. & Gozadin.in conſi.1.num.28.pro quo etiam facit, quod not. Alex.in conſi.
in 131.col.j.vol.4.& in conſi.196.in princ.volum.7.vbi in
4 quit † quòd per inſtrumentum obligationis factum locatori, fundatam habet intentionem locator ſi allegat cõductorem non ſoluiſſe, abſque eo, quòd probet iſtam negatiuam, ſcilicet, quòd conductor non ſoluit, & eo maximè hoc dicendum venit accedente declaratione facta
per dictum reuerendum dominnm Abbatem, qui nomine monaſterij declarauit ſe velle, quòd bona in emphyteoſim conceſſa dicto domino Antonio eſſent reuerſa ipſi monaſterio, qua ſtante nulli dubium eſt, quòd ipſe remanet priuatus rebus emphyteoticis, vt per Alex.
in conſi.173.colum.2. vol.2.in conſil 6.num.14.volum.3.
& in conſi.104.col j.volum.eod. Abbas in conſi.67.colu.
2.volum.2.& Dec.in conſi.185.nume.9.Imo.plus dicunt
Butr.in cap.potuit loca & Dec.in conſ.146.colum.4.verſ.
5 non obſtant. † hanc eſſe communem opinionem, vt etiam
6 nulla requiratur declaratoria, † & vigore cuius declarationis non eſt locus purgationi more l.ſi is cui, vbi Bartolus ff.de legatis ſecundo, doctores in l.ſi inſulam.ff.de
7 verborum obligationibus † quia vbi fit executio à lege,
ipſo iure abſque alia declaratione non poteſt mora purgari. & ideo dicit Cæpol.in cautela ſua 136 quem ſequitur Dec.in conſil.158. colum.2.246.colum.3.160. colum.
8 fin.& in conſi.452.colum. fin. † Cautelam eſſe ad impediendum moræ purgationem, quod ſtatim poſt biennium dominus dicat & proteſtetur etiam emphyteota abſente, quòd non vult illum amplius habere pro libellario.
Alexand.in conſi.60.colum.fin.volum.3. Ruin conſi.181.
num.10.volum.j. Et hanc eſſe communẽ firmat.Soc.Iun.
in conſi.111.col.2.vol.2.

Nec habet obſtare ſi dicatur vt audio obijci, quod imò
9 hic contractus non eſt emphyteoticus. † cum de ſubſtantia ipſius contractus requiratur, quòd fuerit celebratus
in ſcriptis, vt per Iaſ.in l.j.col.13. C.de iure emphyt. Afflict.deciſ.72.col.penult.vbi inquit hanc eſſe magis communem.& Alex.in conſil.50.col.ij.vol.quinto, vbi etiam
aſſerit hanc eſſe communem, quæ ſcriptura non reperitur celebrata in caſu præſenti, quia dupliciter reſpondetur, & primo quòd imò de tali emphyteoſi apparet ſcri-
10 ptura, † & licet ipſa ſcriptura conceſſionis non eſſet facta cum debitis ſolemnitatibus de quibus in authentica
perpetua.& in authentica ſi quas.ruinas. C.de ſacroſanctis eccleſ. & in capitu. vt ſuper.extra de reb. eccleſ. non
alienand. tamen emphyteota ita tenetur ſoluere canonem ipſi eccleſiæ, ſicut ſi emphyteoſi eſſet conceſſa cum
debita ſolemnitate. text. eſt in §.ſi verò.quem Ang.ibi in
princ.not.ad hoc in authen.de non alien.col 2.quod dicit
perpetuò notandum. Iaſon. in l.2. colum.3. verſic.vnum
tamen. C. de iure emphyt. quia eſt magnum verbum in
themate illius tituli, & ad extenſionem ipſius legis ſecundæ.

Secundò reſpondetur, qnòd licet illa communis opi-
11 nio, tamen quod altera eſt approbata † per conſuetudinem, vt per Bart.in dicta l.1.C.de iure emphyt. & Socin.
in conſ.167.nu.9.vol.2.& in conſi.120.colum.pen.volum.
4.vbi inquit hanc conſuetudinem tanquam approbatam
ſeruari debere, iuxta not. l.dos à parte. C.ſoluto matrim.
& in l.j. cum authent. ibi poſita C.ſi ſecundo nup. Idem
12 tenet Pariſ.in conſi.77.colum.ij.in fi.volum.3. † Et cum
doctores atteſtentur de conſuetudine ita ſeruari, illis credendum eſt, vt tenet Bart in l de quibus, colum.8.verſic.
quarto principaliter quæritur.ff de legibus.& Dec. affirmans hanc eſſe communem in conſil.420.colum.fin.& in
conſi 440.col 2.& in conſi.559.col.2.& Soc.Iun.in conſi.
60 col.pen. vol.2. nec habet obſtare ſi dicatur Alex. contrarium tenuiſſe in l.poſt dotem, col.pen. verſic.ſed puto.
ff.ſoluto mat. vbi dicit non eſſe credendum pluribus doctoribus aſſerentibus ita eſſe de conſuetudine, quia non
reperitur iure cautum, quòd voce mortua probetur conſuetudo.& idem tenuerit ipſe Dec.in conſi.472.colum.3.
quia aduertendum eſt prædictam doctrinam Bart. & ſequacium intelligendam eſſe probatione præſumptiua,
quæ transfert onus probandi in contrarium, l. generaliter.§.ſi petitum.verſic.ſed cùm ex præſumptione.ff.de fideicommiſ.lib. Ita Decius in conſil.420. in fin.conſil.540.
col.2.in fin.& conſi.559.col.2.Crau.iu conſi.166. col.3 &
in conſi.325.col.2. non autem de probatione concludenti prout, loquitur Alex. in dicta l. poſt dotem. ideo cum
per dominum Antonium non fuerit probatum contrarium, illi probationis præſumptiuæ ſtandum eſt, vt etiam
in ſimili dicit Dec.in l.2.§.mutui datio.colum.fi.in prima
lectura.ff.ſi certum petatur.& in 2.lectura, nu.12.

Prædictis tamen non obſtantibus in caſu de quo agitur
13 contrarium eſt de iure verius, † quoniam licet vera ſit
doctorum ſententia, quod emphyteota ceſſans per biennium ſoluere canonem domino valente priuetur ipſo iure rebus emphyteoticis, vt in l.fin. C. de iure emohyt. in
dicto capit.potuit.& vbique per doctores, tamen ex multis cauſis in terminis noſtris res eſt in tuto. quòd priuari non potuit. Nam in primò indubitata eſt iuris conclu-
14 ſio, † quòd quando debitor & creditor ſunt diuerſi fori,
quòd debitor non tenetur ire ad domum creditoris, ſi
res pro qua ſoluitur canon non ſit de foro creditoris. Ita
Guliel.de Cun.& Bart.ac Fulgoſ. in l. item illa. ff.de con-
15 ſt.pecu.vbi Bart.poſt ipſum Guliel.inquit, † quòd ſolutio debet fieri reſpectu alicuius rei & pro aliqua re, tunc
ſi creditor eſt eiuſdem fori quo res illa ſituata eſt, quò
reus debet ire ad domum actoris, per l.2. C.de iure emphyt. & l. forma. §. ſi verò non eſſet eiuſdem fori, tunc
non tenetur ire extra locum ſui domicilij. argum. dict. l.
item illa, cum gloſſ. Et ideo ſubdit † quod ſi ille qui debet ſoluere canonem pro re emphytheotica domino,
eſſet alterius fori, ſufficit quod in die in qua debet ſoluere, in domo ſua dicat, ego ſum paratus ſoluere canonem, ſi eſſet qui reciperet, & hoc faciat ſcribi niſi aliter
ſe habeat conſuetudo. Idem tenet Iaſ.in l.ij columna 28.
quæſt.37.in fin.C.de iure emphyt. & in conſilio 8. colu.1.
cum ſequen.volum.1.Ang.in §.præterea, colum.14.in fin.
inſtitu.de act. Sed in caſu noſtro creditor & ſic Abbas &
monachi ſunt alterius fori, quia ipſi moram trahunt in loco Ianuæ, & dominus Antonius in loco Caſtellatij, &
res pro quibus ſoluitur canon, ſunt in finibus Tertonæ:
igitur &c.

Nec obſtat, quod licet ſint diuerſi fori, tamen de duobus vnam facere debebat emphyteota, vel primo pro-

teſtari

teſtari in domo ſua in die ſolutionis, quòd ſi eſſet qui reciperet, ſolueret, vt per Bartol.in dicta l. item illa.in fine primæ colum.& Bal.& Salicet.in l.acceptam.C.de vſuris. ac Iaſ.in d.l.2.q.37 & Ale.in conſi.120.colum.fin.volum.
17 5.ac Gozad.in conſil.71 col.3. † vel vt euaderet pœnam ſi non reperit creditorem cui ſoluere poſſet, debebat coram iudice offerre & conſignare eius authoritate, & ad ad hoc vt ſciatur an ille inueniatur, fieri debet præconiũ. l.ſi reus paratus. vbi Bartol. ff.de procur.in fine. cum quo ibi tranſit Bald. & Paul. de Caſtr. Idem Paul. de Caſtr. in l.ad diem.ff.de verborum obliga. Vnde quando debitor non habet copiam creditoris vt excuſetur a mora & pœna, ſecundum eum, debet facere debitum ſuum, hoc eſt pecuniam offerre coram publicis perſonis, & poteſtari, per l.fin.ff.de l.commiſſoria.dicens ita debere intelligi l.pecuniæ §.fin.de vſuris Et cum eo ſimpliciter tranſit Alex.in l.non hoc.C.vnde cogn.in conſil.120.in fin.volum.5. Qua reſpondetur primò quo ad notata in d. l. il-
18 la † quod non eſt de ſubſtantia dicta proteſtatio, vt uoluit Alexan. in conſil.92.colum.4. volum 1.per text.in l.ſi fundus.§.Marcellus.ff.de lege commiſſoria.& l. cùm quidam.§.ſi pupillo. ff.de vſur. & Aret.conſil.162. col.tertia. & Anan.in conſi.5.Iaſ.in l.ad diem ff.de verborum obliga.vbi dicit, quod ante factum laudat, quod fieret poteſtatio, ſed poſt factum, quod ipſe teneret opinionem Alexã. & Aret.vbi ſupra. Dec.conſil.566.in fin.Gozad.in conſil. 57.col.3.verſic.4.ac Parp.in l.ſi quis maior.in octauo notabili. C.de tranſact.dominus meus Ruin. in conſil.149. in fin.volum j.& in conſi.150. per totum, vol eodem.vbi ſequitur Aret. Ita etiam tenuit ipſe Aret.in l.gerit, & Paul. de Caſt. in l. ſi emptorem. in princip. ff. de actio emp.
19 † Ad not.per Bart.in dict.l.ſi reus paratus reſpondetur, quòd deciſio Bartol. intelligitur in caſibus in quibus requirebatur conſignatio & diſpontio, vt loquitur d.l.ſi reus vbi ita declarat Bald. & Bartol. in l. ſi ſeruum. §. nunc deamus.in fin.ff.de verb.oblig. Alexan.in d.conſil.92.col. 4.in fin.vbi dicit hoc ſatis probari ex not.per Bartol.in dicta l.item illa.dum dicit, quod ſatis eſſet, quòd ille qui non habet cui ſoluat dicat, ſoluerem cui, & ſic non requiritur conſignatio & depoſitio. Ita etiam Dec.in citato conſil.566 in fin.& dominus meus Ruin.in citato conſil 151. num.7.volum.1.quem uide omnino. Et ideò videtur dicendum, quòd cùm dictus Abbas in die præfixa ſolutioni non probauerit ſe fuiſſe in loco debitoris, vbi de iure ſolutio fieri debebat, quòd non potuerit dici in mora emphytheotica, ita vt priuari potuerit rebus emphyteoticis per ea quæ notat Bart.in d.l.item illa col.2.verſ.
20 quæro ponc. vbi inquit † quòd ſi ſolutio fieri debebat in ciuitate Florentiæ die paſchatis, & creditor non probat ſe illa die fuiſſe in ciuitate cauſa recipiendi pecuniam ſibi debitam, quod non poteſt dici in mora debitor curſum diei. Et Bart. ſequitur Alex.in conſil.172.colum. 1.volum.2.in conſi 33.col.penult.vol.6. & 210.colum.fin. volum.eo.& Ruinus conſil.12.colum.2.vol.5.& 32.volum. eod. & eo maxime cum exinde interpellatus non fuerit
21 ad ſoluendum vt conſtitueretur in mora, † vt requiritur ſecundum Bar.in d.l.item illa colum.2.verſi.quid erit poſtea.quem ſequitur Socin.conſi.126.col.pen.& in conſil. 181.col.pen.& pariſ.conſi.5 nu 47.vol.4.

Secundò principaliter dicitur, quod etiam dato quod debuiſſet emphyteota accedere ad domum creditoris, quòd ta-
22 men negatur, (vt ſupra dictum proximè fuit) † quod excuſatur ſi non fuerit propter non tutum acceſſum ad ipſum locum creditoris, propter guerram & incurſiones militum. qui horatim captiuos faciebant itinerantes, à qua captura liberari non poterat niſi mediante compoſitione pecuniarum, vel ſaltem vulneribus afficiebant
23 vt notorium eſt, & pro notorio deducitur † & allegatur quod ſufficere videtur iuxta.gloſſ.in cle appellanti de appel.& Alex.in conſil.226 col 3.vol 6.& conſi.67.colum.fi. vol.7.& quòd excuſetur, probatur ex his quæ notat Alexan.in conſi.172.col.2.vol 2.quod eſt duplicatum in conſil.41.in quarto volum.vbi poſt Bald.in l.2.in fin.C.de iure emphy.dicit, quòd ſi ille qui conceſſerat rem in emphyteoſim deceſſit ſine hærede non imputatur emphyteotæ ſi intra triennium non ſoluit canonem, & quod non incidit in pœnam priuationis propter iuſtum impedimentum, per l.ſi prædio.ff.de indem adiec. Sequitur Aretin.in conſi.162.col.1.Dec.conſi.160.col.pen.& fi.

Secundò facit quod not. Butr. in capitu.ſignificante in
24 quarto notabili.de pigno. † vbi loquitur in carcerato, qui excuſatur ſi non ſoluit debitum canonem propter iuſtum impedimentum, quem ſequitur etiam Iaſ.in d.l.2. q.21.de iure emphy. Tertiò in terminis quando non eſt tutus acceſſus voluit Dec.in conſi.146. colum.1.licet poſtea in caſu ſuo in tertia colum.tenuerit contrariam per rationem per eum allegatam, quæ non facit ad cauſam noſtrã, & Pariſ.in conſi.108.num.31.vol.j.Goz.conſi.71.nu.8.

Nec etiam obſtat, quod ex aduerſo dicitur videlicet, quòd emehyteota poterat ſoluere canonem procuratori dicti monaſterij, videlicet Franciſco Pellegrino, qui tempore ſolutionis ſe reperiebat in loco Caſtellatii, quia reſpondet Bartol in l.incumbuus, §.cum ita, ff. de verbo-
25 rum obli. † quod incumbebat creditori probare ſe miſiſſe illum ad recipiendum dictum canonem, alias non imputatur debitori l. arbiter calendis.ff.de arb. Alexand. in citato conſi.92.colum.5.verſi.nec obſtat diceretur volum.1.& Gozadin.conſilio 57.colum.2.in principio, & 3. circa finem.

Tertiò dicitur, quod etiam non potuit priuari dictus dominus Antonius iure ſuo, quia obtulit ſe compenſare cum dicto domino Abb. & fratribus, quorum erat crediror de maiori quantitate, quàm fuerit canon, per ea, quæ notat Alber. de Roſ. in l. cum aliter. ff. de compenſ. & in l.ſecunda.C.de iure emphyteo.& ibi Iaſon.quæſtio.
26 19.vbi dicunt † quod vbi dominus eſt debitor quod emphyteota ceſſans ſoluere triennio non cadit ſi ſit paratus compenſare. Iaſ.in §.in bonæ fidei. columna.16. Inſtit.de act.Barb.in cap.bona fides.in fin.de poſ.Cur.ſen.in conſil. 71.in tertio quæſito. Gozad. in conſil.69. & Pariſ.in citato conſil.180.colum.antepenultima, in fin.verſi.ad ſecun-
27 dam oppoſitionem, † quod dicunt. Imol.in dicto cap.bona fides, Iaſ.in d. q.19. & Gozad. etiam procedere ſi talis
28 compenſatio non fuiſſet oppoſita infra biennium, † quia licet compenſatio regulariter non fiat, niſi opponatur ab homine, tamen hoc fallit quoad euitandum pœnam, qui tunc odio pœnæ fit ipſo iure compenſatio, quod inquit Imola vbi ſupra. multum tenendum menti. Et ita in palatijs obſeruari tradit Curtius Senior in citato conſil.71. in 3.quæſito, in fine.

Quartò, dicitur quod cum hæc prædia fuerint ſeparatim conceſſa, in emphyteoſim, & inter alia ſint duæ petiæ ſyluarum, quarum fructus non percipiuntur niſi per
29 ſingula quinquennia, † quod ob lapſum biennij reſpectu canonis dictarum petiarum poſito, quod priuari potuiſſet ob alia prædia, quod omnino negatur propter ſupradicta, non tamen potuit priuari dominus Antonius dictis petijs ſyluarum, vt per Bald.in l. edem. in ſecunda colum. C.locati.vbi inquit per text. in l.diuortio. §.quod
30 in anno. ff. ſoluto matr qui vult, quod † quando fructus præſtantur per ſingula quinquennia, vt eſt ſylua, quod alias ſtatuitur in anno, habet locum in tali quinquennio: quia huiuſmodi quinquennium iudicatur, pro anno, & quod declaratur iura, quæ dicunt, quod ſi emphyteota priuati ceſſat triennio, vel emphyteota eccleſiæ biennio ſoluere cadant a iure emphyteotico, vt in cap. potuit
31 locari.l.2. C. de iure emphy. † quod illa iura locum non habent quando triennio ſolum percipitur fructus, quia tunc requiritur, quod ceſſaſſet tribus trienuijs pro illo triennio, & ſic nouem annis. Et Bal. ſequitur Alex.& Iaſ. in d.§.quod in anno, & Iaſ.in d l.2. col.2.& Dec.in auth. qui rem.in nona limitatione C.de ſacroſ.eccleſ.

Quartò accedit etiam in fauorem dicti domini Antonij emphyteotæ, quod non potuit priuari rebus em-
32 phyteoticis, † quia dicti d. Abbas, & monachi ante dictam declarationem caducitatis receperunt canonem ſine aliqua proteſtatione temporis præteriti, ex qua receptione ſine huiuſmodi proteſtatione videntur remiſiſſe pœnam ipſius caducitatis, vt eſt glo.& ibi Ioannes Andreas, & Imo.in cap. potuit loca. doctores communiter in dicto l.2.Alex.in conſil.113.colum.2. volum 4. Afflict in deciſ.129.in tertio dubio Dec.in conſil.185. col. pen. Facit, quod not. Bald in c.j.in j.colum.verſi.ſed pone quo.temp.
33 mil. † vbi inquit, quod ſi vaſallus ſit priuatus feudo, quia non petijt inueſtituram, & dominus recipiat illum ad obedientiam ſine proteſtatione, uidetur caducitatem remittere Et Bald. ſequitur Iaſ. in d.l 2.colum.39. in princ. Dec.in conſi.138.col.2.& in conſil 460.col 2.verſi ſed in teruenient e poteſtatione, & in conſil.536.colu.2.& Pariſ. in citato conſi 108.num.43.vol.1. Vnde ex his omnibus, quæ abundè ſupra ſcripta ſunt intrepidè iudicandum arbitror in fauorem ipſius emphyteotæ. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Filius legitimatus ſuccedit in ſolidum patri dicedenti ſine filijs legitimis,& naturalibus.*

2 *Legitimatio facta à Cæſare in terris ſubiectis eccleſiæ valet,& n. 11. Sed contra eſt communis, vt nu.25. & 41.vbi declaratur.*

3 *Actus legitimationis eſt actus voluntariæ iurisdictionis ſecundũ communem,qui poteſt exerceri inter conſentientes extra iuriſdictionemrquod intellige,vt in nu 33.& 37.*

4 *Imperator creare poteſt Commitem palatinum ſibi non ſubditum in terris eccleſiæ,& nu.38.*

5 *Doctores & milites poſſun creari per dominum extra territorium, & num.39.*

6 *Iudex bononiæ poteſt interponere decretum in inſtrumento forenſium,& non ſubditorum,& nu.40.*

7 *Imperator eſt dominus totius mundi ſecundum communem quo ad omnimodam iuriſdtctionem,& ſupremam poteſtatem: quod declara ut num.28.*

8 *Ciuitates,princeps,reges,& omnes nationes de iure ſubſunt Cæſari.& ſub eius poteſtate ſunt.*

9 *Hæreticus eſt qui audet dicere Imperatorem non eſſe monarcham, & dominum totius mundi, quia diceret contra determinationem eccleſiæ.*

10 *Iuriſdictio omnis eſt apud Imperatorem in quacunque parte mundi, maximè eorum quæ ſint reſeruata principi in ſignum ſuperioritatis,ut actus legitimationis.*

11 *Imperator,vel habens poteſtatem ab eo ſecundum communem viuiuente patre,& eo inſtante poteſt in terris eccleſiæ legitimare, cum non agatur de preiudicio agnatorum*

13 *Poteſtas Imperatoris& Papæ eſt adeo diſtincta,quod vnns de iuriſdictione alterius non poteſt ſe intromittere.*

14 *Imperator,& Papa tenetur ſe inuicem iuuare,quando quis à ſeipſo facere non poteſt.*

15 *Legitimatio æquiparatur arrogationi.*

16 *Argumentum de arrogatione ad legitimationem eſt ualidum.*

17 *Decretum interponere non poreſt Ceſar arrogationi inter non ſubditos,*

18 *Legitimatio eſt de reſeruatis Principi.*

19 *Prorogatio iuriſdictionis locum non habet in reſeruatis Principi, & num 36.*

20 *Iuriſdictio vbi eſt alicui reſeruata tanquam ſuperiori inferior nõ poteſt declinare iuriſdictionem eam prorogando.*

21 *Papa ſi ſibi reſeruat iuriſdictionem,velint nolint partes,crunt ſub Papa,quod ibi declaratur.*

22 *Imperator ſicut non poteſt uti iuriſdictinoe contentioſa in terris eccleſiæ,ita nec iuriſdictione voluntaria.*

23 *Emancipatio,quæ eſt uoluntariæ iuriſdictionis non poteſt fieri apud non ſuum iudicem.*

24 *Declaratio Imperatoris facta ſine citatione legitimatorum non ſubditorum culmini imperiali,ſed duci Mediolani,qui tunc nõ recognoſcebat Ceſarem,non valet, quo ad ea,quæ geruntur in terris ipſius ducis,& contra eis ſubditos.*

26 *Comes palatinus creatus ab Imperatore non poteſt legitimare in ſeudato ab Imperatore ſine conſenſu ducis Mediolani,cum in illo ſit princeps perpetuus,& in eum tranſlata omnis poteſtas imperialis.*

27 *Dux Mediolani poteſt in terris ſuis q̃ Imperator in vniuerſo orbé.*

29 *Donatio Conſtantini facta eccleſiæ adeo eſt ualida,quod non procul ab hæreſi eßet tenere cõtrarium.*

30 *Poteſtas in quacunque actu requiritur.*

31 *Imperator ex certa ſcientia de plenitudine poteſtatis,& cum clauſula non obſtante non poteſt aliquid diſponere circa ſubditos,caſtra,& loca dncatus Mediolani.*

32 *Legitimatio facta de filijs,purijs,quamuis non valet niſi princeps dicat in legitimatione,non obſtante §. fin.in auth quibus modis nat. effic ſui, tamen in terris eccleſiæ non debet iudicari dicta legitimatio ſecundum leges imperiales.*

34 *Spurij ſunt odioſi.*

35 *Legitimatio non eſt actus patris,ſed Imperatoris.*

36 *Legitimatio facta ad inſtantiam patris,& cum licentia domini loci,inquo ſit legitimatio,valet.*

## CONSILIVM LXXXVIII.

1 IN cauſa magnifici domini Antonij de Burgo, prima facie † dicendum videtur ex quo fuit legitimatus ad inſtantiam magnifici domini Gregorij eius patris, ab Imperatore Carolo Quinto in ciuitate Placentiæ,quam-
2 uis ſubiecta ſummo Pontifici, † quod patri ſuo ſuccedere debet in ſolidum,cum deceſſerit ab inteſtato ſine filijs legitimis,& naturalibus, vt probatur in §.liceat igitur,& in §.ſit igitur, quibus modis natur.effic.ſui, Cano. in capitu.per venerabilem,qui fil. ſint legit. Bald.in l.etſi parens,per illum text.C.de ſuis.& legit.hæred. Bart.in l. ex facto,col.3.verſic.vltimo,ff.de vulg.& pup.quem com muniter ibi ſequuntur ſcribentes,& maximè Iaſ. nume. 19.in fi.Pariſ.conſil j.num.19.vol.2 & in conſil.4.num.4. & conſil.9.col.j.volum.eod.Quod autem hoc ſit verum,
3 demonſtratur. † Nam actus legitimationis eſt actus cuiuſdam facultatis, prout voluit Cald.in conſil.3. circa finem, in tit. qui filij ſint legit.qui in quocunque loco poteſt exerceri, ſeu verius actus vcluntariæ iuriſdictionis, ſecundum Doctores in cap.per venerabilem,qui filij ſint legitimi,ac Dec.in conſil.150.colum j.vbi dicit hanc eſſe communem,& Pariſ.in conſi.2 col.2.volum.2.& in conſi. 3.colum.2.vol.eod.& Ale conſil.11.col.3.verſic.& quamuis, vol.7. Qui actus voluntariæ iuriſdictionis inter conſentientes extra iuriſdictionem exerceri poteſt,l.2. ff.de off.pro conſil.& leg.Dec.ac Pariſ. vbi ſupra,ergo cum de conſenſu patris & filij facta fuerit huiuſmodi legitimatio ea valere debet,quamuis facta in ciuitate Placentiæ ſubiecta Romano Pontifici.

Pro cuius confirmatione facit quod voluit Socin.in cõ-
4 ſi.47.colum.7.volum.4.vbi inquit † Imperatorem poſſe creare Comitem Palatinum ſibi non ſubditum in terris eccleſiæ, quia talis creatio, quæ eſt actus voluntarie iuriſdictionis poteſt in quocunque loco exerceri cum non præiudicet ſummo Pontifici, & Socin. ſequitur Crauet. in conſi.325 in fin.

Accedit quoque quod voluit Bart.in l.j.col. antepenul.
5 C.de dign.libro 12 † vbi dominus poteſt creare Doctores, & milites extra territorium, quia in tali actu non requiritur cauſæ cognitio. Et cum Bart. tranſit Dec.in l. fi.colum.j ff.de iuriſdict.omnium iud.& Soc.in conſi.47. colum.7 verſicu.præterea formalis,vol.4.quia ſecundum eum creare Doctores,tabelliones, & milites videtur eſſe quædam facultas non præiudicialis,vt not.Cald. in capit. qui propter.de electio.vt de Doctoribus etiam voluit Decius in dicta l.fin.

Vlterius etiam facit,quod voluit Crauet.in conſil.325.
5 in fi. † vbi tradit iudicem Bononiæ poſſe interponere decretum in in inſtrumento forenſium,& non ſubditorum: quia iſte dicitur actus voluntariæ iuriſdictionis, qui exerceri poteſt coram quocunque iudice, & in quolibet loco. l.2.ff.de offic.proconſ.& leg l.emancipari,in princip.& §. j.ff de adop.

7 Secundo principaliter pro hac parte facit, † nam Imperator eſt dominus totius mundi, l.deprecatio. ff.ad legem Rhodiam de iactu, quo ad omnimodam iuriſdictionem,R ſupremam poteſtatem, vt per Bald.in conſil.328. col 3.vol.j.& in conſil.300.col.j.volum.5.Ale.in conſil.76. col.fi.volum.2.& Dec.conſi.307.nu.9.& Curt.iun.conſi. 158.num.22.& Afflict.in conſtit.regni,in parte j.quæ.14. vbi dicit hanc eſſe communem, † & cui omnes nationes, ciuitates, principes, & reges de iure ſubſu nt, & ſunt ſub eius poteſtate capit. Adrianus,el ſecundo, & ibi gloſſ.63.
9 diſtinct. † adeo quòd hæreticus eſſet, qui auderet dicere Imperatorem non eſſe monarcham,& dominum totius orbis,, quia diceret contra determinationem eccleſiæ, & contra tex.Euangelij,Lucę.3.cap.Exiit edictum a Cęſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, ſecundum Bart.in l.hoſtes,col.3.ff.de capt. & Iaſ.in conſil.70.col.1.
10 volum.3. † Vnde cùm penes Imperatorem ſit omnis iuriſdictio in quacunque parte mundi, potiſſimè eorum, quæ ſunt reſeruata principi in ſignum ſuperioritatis, vt eſt actus legitimandi,vt per But.in cap.per venerabilem, qui fil.ſint legitimi, merito dicendum videtur ipſum Imperatorem potuiſſe huiuſmodi legitimationem facere in dicta ciuitate Placentina, etiam dato, quòd ibi non exerceat merum Imperium : quoniam propterea dici non poteſt, quod dicti ſubditi ſubſtulerint iugum ſubiectionis, quo minus dicantur recognoſcere Cæſarem in his, quæ ſunt ipſi reſeruata, & quæ non fuerunt præſcripta per dictum locum in quo ſubſunt. Et quia non probatu r, quòd talis actus legitimandi priuatiuè, quo ad ſupræmum principem fuerit præſcriptus, ideo non prohibetur in dicto loco, & in dictis hominibus talem actum exercere, potiſſime cùm in ipſa ciuitate vtantur legibus Cæſareis ciues illius ciuitatis, qui licet ſubſint quo ad alia ſummo Pontifici, tamen in ipſis quo ad actum legitima-

timationis conſeruatur iuriſdictio principis, vt in ſpe-
cie dixerunt Dec.in conſi.307.colum.pen.in princ.verſic.
nec obſtat, quod ciuitas, vbi loquitur de ciuitate Sena-
rum.& Pariſ.in conſi.j.num.13 vol.2.vbi loquitur de le-
gitimatione facta per imperialem Comitem in ciuitate
Vicentina ſubiecta Illuſtriſſimo domino Venetorum, &
in conſi.10.nu.120. vol eod. vbi loquitur de legitimatio-
ne facta in ciuitate Florentina,& Patauina.
21 Tertiò † iſtam partem tenuit Bart.in conſi.ſuo 75. uiſo
in fin.Bald.in conſi.388.col.j.volum.5.motus hac ratione,
quia talis authoritas non cohæret territorio, ſed eſt de
per ſe,& in genere ſubſiſtens,Bald.in prœmio, C.in fin.
Calde.in conſil.3.in tit.qui fil.ſint legit. Ana.in conſil.29.
colum.2.Ang.in conſi 29.Pariſ in conſil.j.col.2.volum.2.
& in conſi.10.num 118. cum ſequen.vol. eod.vbi multos
alios citat. Et maximè hoc dicendum venit,cum ipſa le-
gitimatio fuerit facta viuente patre,& ad eius inſtantiam,
vt in caſu præſenti,quia tunc communis eſt Doct.ſenten-
22 tia, † quod imperator vel habens poteſtatem ab eo, le-
gitimare poteſt in terris eccleſiæ, quia tunc non agitur
de præiudicio agnatorum, cum pater poſſit proijcere bo-
na in mari ſi velit. Ita Bald.in dicto proœm.C.columna
pen.verſic.iuxta hoc quæro, Pau de Caſt.in conſil.220.&
in conſil.238.Soc conſil.47.col 7. in princ.volum.4. Dec.
in conſil 52.col.2.in conſil.55.col.4.& in conſil.207.col.2.
& in conſil 307.colum.2.in fin.& eam communem dixit
in conſi.150.colum.verſic.tertio facit, & magis commu-
nem Pariſ.in conſi.j.col ij,vol ij.& in conſil.10.num.118.
volum.eod.Et hanc eſſe communem atteſtatur etiam Ale.
in conſi 11.col 3.vol.7.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium de iure ve
rius eſſe arbitror, quòd imò talis legitimatio fuerit nul-
23 la,quod probatur, † nam diſtincta eſt poteſtas Impera-
toris & Papę,adeo quod vnus de iuriſdictione alterius nõ
debet ſe intromittere, c.cum ad verum,96. diſt.& in c.ſi
Imperator,cap.cauſam quæ,el ij. qui fil.ſint legit Bald in
24 l.j.in princ.col.2.de conſt.princ.licet † alter alterum iu-
uare teneatur quando quis à ſeipſo facere non poteſt,c.2.
de cler.excommunic. min.Dec. in cap. nouit, in ſecundo
not.de iud. Cum igitur Imperator huiuſmodi legitima-
tionem fecerit in iuriſdictione alterius, & ſic Pontificis,
ergo ſequitur quòd eſt nulla, iuxta l.extra territorium,
cum materia ſua,ff.de iurid.omnium iud.
25 Secundò facit, † legitimatio æquiparatur arrogationi,
l.iubemus,C.de nat.lib Bald.in l.j.colum 3. verſicu.item
quæro,C.de iure,aur.an.Rom.in conſi.194.in quarto du-
26 bio,Iaſ.in conſi.40.col.4.in princ vol.3. † vbi dicit eſſe
argumentum validum, de arrogatione ad legitimatio-
nem,ſecundum gloſ.in l.j.§.fin.in verſicu. parentibus,ff.
ad municipalem,Bart.in l.Gallus.§.nunc.de lege, in pe-
nult.q. ff.de lib.& poſthum. Rip. in l.ex facto, ff.de vulg.
27 & pup.Ruin.conſil.71.num 3.vol.3.vnde † ſicut decretũ
non poteſt Imperator interponere arrogationi inter non
ſubditos,ita nec in legitimatione.Ita arguit Bald.in d.l.j.
quẽ ſequitur Dec.in conſ.155. col.ij.ver.confirmatur hoc.
28 Tertio † legitimatio eſt de reſeruatis principi, vt per
Butr.in dicto cap per venerabilem,colum.4.verſic.ij.per
illum text.in verbo,inſuper,& Abb. ibi col.3. & 7. Pariſ.
conſi.2.col.1.vol.2.& conſil.14.colum.2.volum eo.Dec.in
29 citato conſi.150.colum.2. † Sed in reſeruatis principi lo-
cum non habet prorogatio iuriſdictionis ſine licẽtia prin-
cipis,vt per Butr.in cap.P.& G.colum.penult.de offic.de
leg.Abb.in dicto c. per venerabilem,Dec.in dicto conſil.
150 col.3.in princ.& in conſil.557.col.penult.Pro qua opi
nione facit,quod voluit Bal.in cap.Imperialem,§.præte-
rea,colum.4.verſic.quęro an vaſalli,de prohib.feudi.alie.
20 per Fed.dicens, † quòd vbi iuriſdictio eſt alicui reſerua-
ta tanquam ſuperiori, inferior non poteſt eam declinare,
21 etiam prorogando.Vnde dicimus, † quod ſi Papa ſibi re-
ſeruat iuriſdictionem velint nolint partes erunt ſub Pa-
pa. Quod putat Bald.verum ſi ſuperior eſt princeps, ſe-
cus ſi inferior a principe,quia tunc eo inuito,videtur quod
poſſit prorogare ſicut in arbitrum compromittere. Et cũ
Baldus ibi tranſit Aluar. Cardin. Alexand. Idem voluit
Alexan.in l.j.§.& poſt operis,ff.de operis noui nunc. per
dictum capit. venerabilem, & not. ibi per Doctores. Et
fortias ibi vult Paul.de vt etiam ibi refert Alex.quod indi-
ſtinctè ſubditus alicuius domini perpetui puta Regis,vel
comitis non poſſit prorogare iuriſdictionem alterius iu-
dicis ſine licentia dicti domini. Et quamuis Alexander
ibi non ſequatur in totum dictum Pauli de Caſt. fatetur
tamen,quod in his quæ ſunt reſeruata principi, non poſ-
ſit ſubditus prorogare iuriſdictionem ſine licentia prin-
cipis. Et ideo ſubdit, quòd ſubditus Papæ circa faculta-
tem legitimandi,quæ ſoli principis reſeruatur,§. fin.qui-
bus modis nat.effic.ſui, non poterit abſque licentia Papæ
prorogare iuriſdictionẽ Imperatoris,nec ecõtra.Et iſta re-
fert Ruin.in conſi.66.col.1.& 2. vol.3. vbi etiam alia ad-
ducit pro confirmatione huius ſententiæ.
22 Quarto, † nam ſicut Imperator non poteſt vti iuriſdi-
ctione contentioſa in terris eccleſiæ in non ſubditos, vt
admittunt omnes doctores vbi ſupra, ita nec etiam uo-
luntaria,text.eſt in clemen.ne Romani, §.porrò,de iure-
iurando, ibi ad ius & proprietatem ipſius eccleſiæ ple-
niſſimè permittere, &c. & ibi nec iuriſdiſtionem quam-
cunque per ſe vel alium exercere. Per quæ verba con-
ſtat, quod non ſolum iuriſdictio contentioſa eſt reſeruata
Pontifici, ſed etiam voluntaria, & imperatori prohibi-
ta cum dicto quamqunque omnem iuriſdictionem com-
plectatur, argumento l.baliſta.ff. ad Trebell. & per not.
per Pariſ.in conſi.92.col.1.vol.1.Ita per illum text.arguit
Anch.in conſi.321.col j.& Alex.in conſi.67 col.fin.vol.j.
23 quæ opinio comprobatur, † nam emancipatio eſt volun-
tariæ iuriſdictionis, vt per Spec.in tit.de ferijs, §.ij.verſi.
porrò,& tamen non poteſt fieri apud non ſuum iudicem,
l.j.C.de emancip.lib.l.ſecũdum diui.C.de donat Ita An-
char.& Alex.vbi ſupra,ac Dec.in d.conſil.150 col.2.

Quinto accedit,quod voluit Alex. in conſil.11. num.8.
24 vol.7. † vbi inquit,ꝙ declaratio Imperatoris facta ſine
citatione legitimatorum non ſubditorum culmini Impe-
riali, ſed duci Mediolani, qui de facto non recognoſcebat
tunc Imperatorem, prout ſui anteceſſores non recogno-
uerunt a tanto tempore, citra cuius initij memoria non
exiſtit, non valet quo ad ea qui geruntur in terris ipſius
ducis,quia cum ipſe non ſit ſubditus Imperatori, ita nec
& eius ſubditi.
25 Sextò, † quòd non potuerit probatur authoritate Bar.
in l.qua in prouincia.§.diuus.ff.de ritu nuptia.in authen-
tica ex complexu.C.de inceſt.nupt.Bald.poſt Iaſ. Butr.in
d.l.j.C.de iure aur.annu.in eam quam, col.8 C.de fidei
commiſ.Butr.& alij in cap.per venerabilem.qui fil.ſint le
git.Homod.conſil.223. in 3.dub.Ancha.in d.conſilio 321.
& Fug in conſi.23.col.3.vbi inquit hanc eſſe communem
Soci.conſ 47.num 31.vol.4.& communem etiam Alexan.
in conſi.11.col.2.volum.7.& magis communem in conſil.
67.colum.fin.volumine primo, vbi inquit ab hac ſenten-
tia non eſſe recedendum in iudicando.Dec.in conſil.155.
colum.j.Idem Dec.in conſi.150.col.2.in fi.& in conſi. 557.
col.pen.in fi.& in l.fi.ff.de iurid.omnium iudic.vbi etiam
Marſ.Iaſ.in conſi.70.col.2.vol 3.poſt Imol.in cap paſtora-
lis.in princ. in primo not. de offic. ordin. magis commu-
nem Pariſ.in conſi.j.num.103.vol.j.conſil.2.col.2.volum.
2.& conſil.3.col.pen.vol.eod.Ruin.in conſil.77.col.2.vol.
3.num.3.& in conſi.66.col.1.& 2.vol.3.vbi latè.& in con-
ſil.67.col j.vol.3.vbi atteſtatur hanc communem, à qua
in conſulendo non eſt recedendum.& in conſil.69.colum.
2 volum.eod. Pro qua opinione accedit quod fortius vo-
26 luit Curt.ſen.in conſil.ſuo 73.in 5.dub.vbi concludit † ꝙ
Comes Palatinus creatus ab imperatore non poteſt le-
gitimare in ducatu Mediolanenſi, quamuis in feudato
ab Imperatore ſine conſenſu Ducis Mediolani, cum in
illo ſit princeps perpetuus, & in eum ſit tranſlata omnis
27 poteſtas Imperialis † cuius vigore in terris ſuis poteſt
omnia, quæ Imperator in vniuerſo orbe. Et Curt. ſe-
quuntur Iaſ.in d.conſi.70.colum.3.& pariſ.conſil.2.colu.
2.vol.2. Si ergo Imperator hoc non poteſt in ducatu Me-
diolanenſi,ergo multò minus in terris eccleſiæ,authentic.
tò magis C.de ſacroſanctis eccleſ.

Non obſtant modo adducta in contrarium. Et deue-
niendo ad primum argumentum, quòd Imperator do-
minus totius mundi, in quo habet omnimodam iuriſdi-
28 ctionem & poteſtatem, † reſpondetur iſtud non habe-
re locum in dominijs, caſtris, & locis.in quibus abdica-
uit omnem iuriſdictionem, quam in illis habebat, & vo-
luit, quòd Papa poſſet quæ antea Imperator poterat, vt
in cap.fundamenta.de elec in ſexto. & in clemen. ne Ro-
ma.eod.tit. vbi prohibet Imperator exercere iuriſdictio-
nem quamcunq;,& dicit apud Papam pleniſſimè pertine
re,quod verbum pleniſſimè omnem iuriſdictionem inclu
dit,ſiue omnes gradus iuriſdictionis, vt per Anch. in d.
conſilio 321. Vnde cum per donationem factam eccleſiæ
Romanæ per Conſtantinum Imperatorem, quæ fuit con-

firmata per populum Romanum , ac multos Imperato-
res, & eccleſiam, vt in d.clem.ne Romani, & in d.c.fun-
damenta, de cuius viribus non conuenit dubitare , cùm
non procul eſſet ab hęreſi tenere contrarium , vt per ab-
batem in conſil.84.col.ij.vol.j. fuerit eccleſiæ tranſlatum
plenum ius in temporalibus, adeo ꝙ in ciuitate Palacen-
tina,comitatu, & diſtrictu eius Imperator nullam habet
iuriſdictionem,ſed plenum ius in temporalibus, & ſpiri-
tualibus extinctiuè pertinet ad Papam , vt in d. cap.fun-
damenta,& in ca.ego Ludouicus, 63.diſt.& in d. clemen.
ne Romani,& Abb.& Anch.vbi ſupra,ſequitur,quod nul
lam penitus iurisdictionem in terris eccleſiæ habet ipſe
30 Imperator, & quod ex defectu poteſtatis † quæ in quo-
cunque actu requiritur.l.cum te,C. de donat. prop. nup.
cap.cum ſuper.de offic. de lega. corruit ipſa legitimatio .
Et ad hoc facit quod voluit Curt.Sen.in conſil.65.colum.
31 14.vvbi concludit † Imperatorem ex certa ſcientia, mo-
tu proprio , & de plenitudine poteſtatis,& cum clauſu-
la non obſtante , non poſſe aliquid diſponere ſeu ordi-
nare circa ſubditos, caſtra , & loca ducatus Mediolanen-
ſis , quia per primam inueſtituram tranſtulit Imperator
iu sfortiades , & ſucceſſiuè habentes cauſam ab eis , om-
ne ius ſuum.Et Cur.ſequitur Priſ.in conſi.1.num.97.uol.
1.vbi etiam inquit,quod non poterit cognoſcere de feudis
particularibus dicti ducatur,& de eius ſubditis,eſto quod
habeat maiorem iuriſdictionem dicti ducatus , vt de Re-
ge Apuliæ dicit Bald.in l.j.in fin. C.vnde cogna. & Alex.
in conſi.j.col.10.volum.5.Confirmatur & hæc reſponſio
ex not.per Anchar. in conſil.324. quem ſequitur Alexan.
32 in conſi.187 num.16.volum.5.vbi inquit, † quod quam-
uis legitimatio facta de ſpurijs non valeat niſi princeps
in legitimatione dicat non obſtante §. fin. in authen. qui-
bus modis natur.effic.ſui, adeò, qđ non ſufficeret clauſu-
la generalis,non obſtante aliqua lege,tamen quod in ter-
ris eccleſiæ, vt eſt ciuitas Eugubij , & Bononiæ, non de-
bet legitimatio iudicari ſecundum leges Imperatoris ,
quia in talibus locis Imperator non habet aliquod impe-
rium , dicta clemen. ne Romani.quia indulta Papæ ma-
ximè cum illa clauſula generali derogatoria, vt ibi , non
debent ſubiacere depoſitioni Imperatoris , cum diſtinctè
ſint poteſtates,dicto cap.cum ad verum . Et Anch.etiam
ſequitur Iaſ.in conſi.110,in 4.vol.col.5.verſi præterea.Er
go ex his ſequitur non obſtare dictum argumentum , qđ
poſſet ſibi locum vendicare in alijs ciuitatibus & opidis
infeudatis , in quibus non tranſtuliſſet Imperator ſibi
ſolita reſeruari , nam eo caſu ſuperior ipſe poteſt talem
iuriſdictionem in ipſis ciuitatibus & locis exercere , alias
ſecus .

Secundo non obſtat , quod actus legitimandi tanquam
voluntarius poſſit in alieno territorio exerceri , quia re-
33 ſpondetur duobus modis,† & primo,quòd argumentum
poteſt procedere quo ad hoc ne in inuitum , vel ab inui-
to beneficium conferatur , l. fin.ff de his qui ſunt ſui vel
alie. iur.ſed non quo ad reſtituendum ſubditum alienum
antiquis natalibus , & vt in alieno territorio ſuccedere
poſſit,ac ad legitimos actus habilitari , cum talia tangant
alios quam patrem & ſpurium , videlicet Papam & ſuos
ſubditos , & reſpiciant alia grauiora ſiue maiora quam
ſit ſucceſſio patris offerenti præces pro filio , videlicet, vt
ad officia publica & dignitates , & alia ſpurijs prohibita
34 † quia odioſi,vt in authentica ex complexu.C.de inceſt.
nup. admittatur . Et ideo cum hic agatur de reſeruatis
Principi , in quibus non habet locum prorogatio , & de
35 legitimatione , † quæ non eſt actus patris,ſed ſuperioris
qui ipſam legitimationem facit vt per Bartol.in l. Gallus,
in §.forſitan,ff.de lib.& poſth.& Bal.in conſi.150. col.fin.
volum.3. quos ſequitur Dec. in citato conſil.250. col.3.in
prin.verſi.non obſtant allegata & in conſil.258. col.4.ver-
ſic.quinto non obſtat.& in conſil.557.col.pen.circa fin.&
prædicta non pendeant a patre , ſed a ſuprema poteſtate
( vt dictum fuit ) quia de caſibus reſeruatis merito dici-
tur nos non eſſe in meris terminis voluntariæ iuriſdictio-
nis , & conſequenter non ſubſiſtere allegatum argumen-
tum . Ita in effectu concludunt reſpondendo ad præmiſ-
ſum fundamentum Anch in citato conſil.321.colum.j.&
2.& Iaſ.in alleg.conſil.70.colum.3.atque ideo non valere
talem legitimationem,tanquam facta ſine conſenſu ſum-
mi Pontificis,qui requirebatur,vt per Abb.in cap.per ve-
nerabilem per illum textum.qui fil.ſint leg.vbi in duobus
locis ad hoc multum notat illum text. & primo in 3. co-
lum.in prin.notat & dicit,quod ibi eſt text.multum ſingu
laris in verbo iuriſdictionis noſtræ , quod legitimatio ,
quæ eſt iuriſdictionis non eſt prorogabilis ex conſenſu
partium in eo quòd Papa ibi dicit,quod Rex Franciæ po-
tuit ſe ſubiicere iuriſdictioni Papæ , quia non recogno-
ſcebat ſuperiorem in temporalibus , ſed nobilis ibi ſup-
plicans erat ſubiectus alteri,ergo clarè colligitur ibi quod
pater non poteſt in legitimatione filij ſe ſubiicere iuriſdi-
cti alterius Principis , vel Comitis legitimantis ſine con
ſenſu domini . Similiter idem Abb. in ſettima colum-
na vbi dicit ſe indiſtinctè tenere , quod iuriſdictio legiti-
mandi non ſit prorogabilis per patrem , per textus aper-
tum ibi,in verſic.inſuper vbi pater ſupplicando petebat ,
quòd Papa legitimaret filios ſuos , ſicut letitimauerat fi-
lios Regis : & Papa inter cætera reſpondit , quòd Rex
Franciæ non recognoſcit ſuperiorem in temporalibus ,
ideo potuit ſine alterius leſione ſe in eo ſubiicere iuriſdi-
ctioni . Sed ille pater nobilis ſupplicans erat alteri ſubie-
ctus, & ſic ibi probatur, quod alteri ſubiectus non poſſit
in legitimatione prorogare iuriſdictionem alterius etiam
principis ſine licentia ſui . Et Abb. ſequitur Iaſ. in dicto
conſil.70 colum.2. vbi dicit alibi non ita bene probari ſi-
cut in dicto cap.per venerabilem.Et iſtud eſt, quod etiam
36 dicit Ale. in d.conſi.11.col.3. † vbi tradit illam eſſe com-
munem,quod quando legitimatio eſt facta ad inſtantiam
patris adhus viuentis,& cum licentia domini loci, in quo
fit legitimatio,quod valet ergo ſecus ſine licetia, ꝙ etiam
conſuluit.Cur.Sen.in alleg.conſi.73.in 5. dubio dū dixit,
quod Comes palatinus nō poteſt legitimare in ducatu Me
diolanenſi,quamuis infeudato ab Imperatore,ſine cōſen-
ſu Ducis Mediolani , cùm in eum fuerit tranſlata omnis
teſtas Imperialis, quod etiam tradit Iaſon in citato con-
ſil.70 colum.ij vbi determinat legitimationem factam à
Comite Imperiali in ciuitate Patauina ſubiecta illuſtriſſi-
mo dominio Venetorum , ſine conſenſu ipſum domino-
rum Venetorum non valere.Et hanc etiam eſſe commu-
nem dixit Imola in d.c.paſtoralis.

Secundo reſponet Anchara ꝙ iuriſdictio vera volun-
taria poteſt exerceri ab vno Præſide in homine qui ſit ſub
alio Præſide.ſ.quādo ambo præſides recognoſcunt vnum
ſuperiorem,ſecus quando iuriſdictiones ſunt totaliter ſe-
paratæ,diſtinctæ,vt Papæ, & Imperatoris, cap. nouit,de
iud. quia tunc non videtur , quod vnus in territorio alte-
rius,vel perſonis alterius quoquo modo poſſit ſe intermit-
tere,ſed requirere debet ſuperiorem,Clem.paſtoralis,de
re iud.& in Clem.ne Romani.de iureiur.

Tertiò non obſtant not.per Soc.in conſil.47.vbi Impe-
rator poteſt creare Comitem palatinum in terris eccle-
ſiæ, quia reſpondetur ſecnndum ipſummet Soci. ibi quod
per huiuſmodi creationem nullum generatur præiudi-
cium alicui,prout ſit per legitimationem,quia non poteſt
negari ſecundum eum, quin talis actus legitimationis ſit
alteri præiudicialis.

Similiter,vt ſuprà reſpondetur ad not.per Bar.in l.j.C.
de dignit.quia in caſu illo non paratur præiudicium alicui
per talem creationem militum & doctorum, cùm ille ſit,
actus vere voluntarius.

Qnintò ad not.per Crauet.in dict.conſi.325.reſponde-
tur,quod in caſu ſuo nullum generatur præiudicium ter-
tio,ſed ſolùm ipſis contrahentibus prorogantibus iuriſdi
ctionem illam volontariam,vt ipſemet Craue.ibi conclu-
dit,ſed in terminis noſtris ſecus, quia de præiudicio ſum-
mi Pontificis,vt ſuprà dictum fuit.

Vltimò non obſtat, doctores ſuprà citatos tenuiſſe con
trariam ſententiam , & maximè illam communem ſen-
tentiam , quod quando legitimatio facta fuit viuente pa-
tre & eo volente, quod poteſt fieri legitimatio in alie-
no territorio , quia reſpondetur illam procedere quan-
do Imperator illam feciſſet extra territorium ſuum , ſed
inter non ſubditos ſuos , ſecus quando inter non ſubdi-
tos , & reſpectu bonorum non ſitorum in iurisdictione
ſua , vt in caſu iſto . Ita Bald.in dicta l.j. C. de iure aur.
an. Anchar.in conſil.321.Soc.dicto conſi.47.colum.7. ver-
ſic. ſed quia Iaſ. in allegato conſil.70. colum.j. & ſequen.
Dec.in conſil.150.colum.3.verſic.3.principaliter non ob-
ſtat,& in conſi.557.colum penul.in fin.vbi inquit hanc eſ-
ſe communem opinionem . Idem tenuit Pariſ.in d.con-
ſi.1.colum.3.verſi.& per illud, volum.2. vbi dicit contra-
riam opinionem non procedere,quando legitimatio facta
fuiſſet extra territorium, & in non ſubditum ratione bo-
norum, vel perſonæ, & quando in tali loco talis actus le-
gitimandi priuatiuè quo ad Imperatorem.fuiſſet præſcri-
ptus,

ptus, & in conſil.2.colum.2 & in conſil.3.colum.penul. volum.eodem,& optimè Ruin.in conſi.66.colum.1.volum.3. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio eſt pro inſtrumento.*
2 *De quo non uenit dubitandum ſicut de caſu legis.*
3 *De inſtrumento publico poteſt dici,noli me tangere.*
4 *Inſtrumẽtum eſt probatio probata,& probata illud,quod cantat.*
5 *Imperator poteſtatem legitimandi habet.*
6 *Et illam alteri committere poteſt,& nu.21.*
7 *Legitimatio licet ſit de reſeruatis principi tamen poteſt per eum alteri demandari.*
8 *Imperator id feciſſe cenſetur, quod ex eius commiſſione factum reperitur.*
9 *Legitimatio renocatur per ſuperuenientiam filij legitimè nati. Sed in contrarium eſt communis,vt nu.12.*
10 *Legitimatio eſt donatio.*
11 *Donatio reocatur natiuitate filiorum.*
13 *Agnati citandi ſunt in legitimatione, ſi de eorum præiudicio tractatur.*
14 *Citatio agnatorum non requiritur in legitimatione facta per patrem,cum poſſit diſponere de bonis ſuis prout vult.*
15 *Cauſa requiritur in legitimatione, & hoc ſi eſt facta à Comite palatino,ſecus ſi ab Imperatore,quia tunc ſola volũtas pro ratione habetur vt numero 51.*
16 *Legitimatio dicitur continere cauſam,ſi adeſt conſenſus patris, & numero 54.*
17 *Legitimatio dicitur continere cauſam ſufficientem ſi narratum fuit in eius impetratione per patrem,quòd filios non habebat.*
18 *Comiti aſſerint in legitimatione,ꝙ illam fecit,vt ciuitas repleatur legitimis,& cũ pleniſſima cauſæ cognitione,ac ex alijs rationabilibus cauſis,credendum eſt.Sed contra nu.56.*
19 *Poteſtas in quolibet actu requiritur*
20 *Legitimare ſpurios,vel illegitimè natos eſt de reſeruatis principi in ſignum ſupremæ poteſtatis.*
22 *Legitimare eſt abolere maculam ex defectu natalium,ac natalibus reſtituere.*
23 *Reſtitutio natalium impetranda eſt ab.his quibus à Papa,vel ab Imperatore eſt attributa facultas.*
24 *Comes aſſerens ſe habere facultatem,et priuilegium legitimandi tenetur de ea fidem facere.*
25 *Comiti palatino aſſerint ſe creatũ fuiſſe à Legato de latere iuxta facultatem ſibi conceſſam a Pontifice non eſt credendum,ſi de illa non apparet nec fuerit inſerta in ſuo priuilegio.*
26 *Imò non eſſet credendum,ſi fiere fides etiam de exemplo priuilegij.*
27 *Priuelegij tenorili dgenter,& ad vnguem obſeruari debet.*
28 *Priuilegium legitimandi conceſſum alicui pro ſe ſuis deſcendentibus,& hæredibus,licet valeat,tamẽ ſi facta eſt ut legitimatio per aliquem tanquã de nominatis in priuilegio,vel de deſcendẽtibus,vel hæredibus non valet,niſi vtrunque probetur.*
29 *Emphyteoſis ſi eſt conceſſa pro ſe, ſuis filijs, & hæredibus, vt quis admittatur ad eam requiritur ſecundum communem,quòd ſit filins,& hæres.*
30 *Qualitates in legitimatione adeſſe debent ſub quibus conceſſa reperitur facultas.*
31 *Qualitas agnationis probanda venit per eum qui ſe fundat in agnatione*
32 *Legitimatio facta viuente patre,& ad eius inſtantiam ſecundum communem , noa valet ſi impetratione legitimationis non fiat mentio de filijs legitimis & naturalibus.*
33 *Legitimandi modus fuit adinuentus in defectum legitimorum & non habentium prolem legitimam.*
34 *Legitimatio patris ſicut non valet quando non fit mentio interpetratione legitimationis de filijs legitimis,& naturalibus,etiã non dicitur valere ſi non facta fuit mentio,quòd habeat vxorem pregnantem .*
35 *Exiſtens in vtero,quo ab ſui commodum habetur pro nato,& numero 37.*
36 *Legitimatio ſicut vitiatur vitio ſubreptionis ſi non ſit facta mentio filiorum natorum,ita etiam ſi ſit facta nullis extantibus filijs legitimis,ſi poſſet argui le ſubreptione legitimationis,vt ſi pater tacuiſſet ſe coniugatum cum vxore iuuenne,ex qua veriſimiliter potuiſſet ſuſcipere filios .*
38 *Cingendus de proximo habetur pro cincto .*
39 *Legitimatio facta de tali tanquam filios talis non valet,niſi probetur filiatio.*
40 *Natus in conſtantia matrimonij ex vxorato,& coniugata in domo mariti vicinis,& alijs ſcientibus præſumitur filius mariti .*
41 *Quod ampliatur procedere etiam ſi probaretur tunc temporis aliũ habuiſſe conuerſationem cum dicta vxorata,& cum ea rem veneream habuiſſe.*
42 *Legitimatio redditur nulla vbi in eius impetratione ſolùm narratur legitimatum fuiſſe natum ex vnico adulterio cum natus fuiſſet ex adulterio duplicato.*
43 *duplex uinculum difficilius rumpitur,quàm ſimplex*
44 *Impetrans legitimationem,exprimere tenetur qualitem legitimati,an ſit naturalis,ſpurius,uel inceſtuoſus quia difficilius diſpenſatur cum inceſtuoſo, uel ſpurio,quàm cum illo qui ſit naturalis tantum.*
45 *Diſpenſatio in qua non fuit facta mentio, quòd ſpurius erat natus ex uxorato.& monacha,non ualet.*
46 *Legitimatio tanquam obreptitia reditur nulla,ſi narratum ſit filium eſſe naruralem,cùm ſit ſpurius,etiam ſi in legitimatione ſit appoſita clauſula,non obſtante, nec ualidatur etiam ſi in legitimatione diceretur,etiam ſi pateretur defectũ alium,ut n.48.*
47 *Obreptionis uitium magis nocet,quàm uitium ſubreptionis.*
49 *Legitimatio non cadit inter perſonas cũ quibus non poteſt eſſe matrimonium,ſed diſpenſatio.*
50 *Diſpenſatio eſt odioſa,ſed legitimatio fauorabilis,& num 53.*
54 *Comes Palatinus quando diſpenſat ſine cauſa,tunc ea non dicitur diſpenſatio,ſed diſſipatio.*
55 *Cauſa, quæ exprimi debet in legitimatione debet eſſe rationabilis ſpecialis,& conſona iuris .*
56 *Aſſertioni alterius non eſt ſtandum quando aliquid nõ poteſt fieri niſi ex aliqua cauſa, quia de veritate cauſæ probari oportet.*
57 *Cauſæ cognitio , quę pro forma requiritur in diſpenſatione debet impleri per cognitionem,& inquiſitionem in ſpecie , adeo , quòd non ſufficeret cognitio in genere .*

## CONSILIVM LXXXIX.

VISA legitimatione facta per Dominum Andronicum de Nigris Comitem Palatinum imperialem,de qua conſtat
1 † publico inſtrumento,pro quo præſumitur. l. cũ precibus.vbi Bal.C.de probatio. Dec.con-
2 ſilio 448.colum.ſecunda,& † de quo non venit dubitandum,ſicut de caſu legis,ſecundum Bal.in conſ.215.col.2.
3 ad fi.volum.2. † cum dici poſſit de inſtrumento publico,noli me tangere,vt per Bald.in conſi.249.in fin. volu-
4 mi.1. † quia eſt probatio probata. & probat illud , quòd cantat, ſecundum Ang.in l. intereſt.in vlt.not.C. de ſol. & Dec.in citato conſ.448 colum.2.in princ. Prima facie
5 videtur dicendum eam valere, † quoniam clarum eſt Imperatorem habere poteſtatem legitimandi , vt in authen.quib.modis natu.effi.ſui , & quib.mo.natu.effi.leg. Doctores in l.Gallus.§. & quid.ſi tantum.ff.de liberis,&
6 poſthu.Par.in conſil.3.in prin.volum.2. † Et illam alteri commitere poſſe,vt per Bald.in l 3.ff.de tut. & cur.da. ab his,& in l.cum filius.ff.de militari teſtamento , doct. in c.per venerabilem,qui fil.ſint legit.Dec. in conſi.288. col.2.circa prin.Iaſ.in conſil.68.colum.5.in prin.volu.3.
7 † quoniam licet legitimatio ſit de reſeruatis principi,vt in auth. quibus mo. nat.effi.ſui.§.fi. tamen poteſt per eũ alteri demandari , c.prudentiam , de offic.deleg.Alex.in conſil.138 colum.prima volu. primo . Vnde cum dictus Comes fuerit creatus ab Imperatore , videtur quòd vigore poteſtatis ſibi attributæ à columnie imperiali legitimare potuerit dominum Antonium de Fabis,ad inſtan
8 tiam D.Ion.eius patris, † quia quidquid fit ex conceſſione imperiali ab ipſo Imperatore factum eſſe cenſetur.c.hi qui authoritate , de præb.in.6.no.Bal.in l.2.in 7. col.in.18.q.C.de ſeruitutibus, & aqua.Iaſ.in conſi 127. col.4.in prin.vol.4.

Nec videntur obſtare , quæ ex aduerſo.obiiciunturr ,
9 & primò † quod valet tanquam reuocata per ſuperue-
10 nientiam filij legitimi nati, † quia legitimatio eſt donatio, authen.item ſi quis. C.de natur. liber quo caſu ſicut
11 † reuocatur donatio natiuitate filiorum , vt l.ſi vnquam C.de reuocandis donat. ita & legitimatio . Et in terminis determinat Old.in conſi.247 factum tale,eſt,per textum , in l.ex facto.ff.de uulga.& pupilla. Ita etiam dixit
12 Dy.† quia reſpondetur communem opinionem eſſe,ꝙ per natiuitatem filiorum non reuocatur legitimatio prius facta,licet effectus legitimationis limitetur,& reſtringatur,quia cum ipſo legitimatio concurrunt filij ex legitimo matrimonio poſtea nati,vt notat Ray.Bart.Bald.& Ang.in l.ex facto.ff.de vulga.& pupill.Ale.in citato conſilio 138 columna.1. Dec.in conſilio 258.columna.pe.in fi.
in

in conſil.307.colum.penul.verſic.non obſtat, vbi inquit
hanc eſſe communem, a qua non eſt recedendum in con
ſulendo,& iudicando. Idem Dec.in conſil.576. colum.2.
in prin.Ripa in repe.d.l.ſi vnquam.q.xxiij.& Goz.in cō
ſil 6.nu 65.Soc.Iun.in conſil.142.nu 30.vol.1.
13 Secundò † non obſtat, quod in huiuſmodi legitima-
tione non fuerunt citati agnati de quorum intereſſe tra-
ctatur,vt per Bar.& alios, in d.§.& quid ſi tantum, quia
14 reſpondetur, † quod in legitimatione facta per patrem
non requiritur citato agnatorum, cum poſſit ipſe pater
diſponere de bonis ſuis prout vult, vt per Bar.& alios,
in d.§.& quid ſit tantum.Soc.conſil.3 col 2 vol.3.Dec.in
conſil.55.col.4.conſi.85.col.pe.in fi.conſi.307. col.j.in fi.
conſ.338.col.2.& 393. nu.5.vbi inquit doctores, ita cōi-
ter tenere Bru.conſ.15 col.2.ver.quintò, Cur Iun.conſi.
157.col.2.& Par.conſil.1 nu.117.volu.2.Pariter non ob-
15 ſtat, † ꝙ in dicta legitimatione non ſit inſerta. cā,vt re-
quiritur, vt per Rotel.in tract.legit. in c.de cauſa mate-
riali,ver.ſed hic dubitatur,& Dec.in conſ.292 col.3.con
16 ſil.307.col.3.& 579 col.j.†quia dr̃,ꝙ ex quo adeſt cōſen
ſus patris, dr̃ adeſſe cauſa. Ita Alex.in conſ.188.col.pe.
verſic.non obſtat ſeptimum, vol.5.quem ſequi͂t Dec.in
conſil.307.col 3.verſ.tertius eſt caſus,in conſil.338.col.2.
& in conſ.698. col.1.Goz.conſil.6.nu.37.conſ.29.nu.27.
& conſ 48.nu.12 Scd̃o.rñdetur, ꝙ imò fuit expreſſa cā
quia narratum per D.Ioannem,quod filios non habebat
17 † quæ cauſa dicitur ſufficiens,vt per Antonium de But.
in d.c.per venerabilem.Iaſ.in conſil.40.col.pen.ver.pri-
mò,quod imo,vbi inquit,ꝙ iſta cauſa carentiæ filiorum
eſt probabilis,vt legitimatio fiat filij, ſiue ſpurij, ſiue na-
turalis.§.ſi quis ergo non habens,quibus modis natura-
les effi.leg.& in §.illud,quib. modis.nat.effi.ſui. Idē Iaſ.
in conſ.127.col.6 ver.& quantū,vol.4.Goz.in conſ.6.nu.
24.& 83.in conſ.29.nu.27.48.nu.12.& in conſ.85. nume.
18.& col.pe.ver.ad tertium.Item & tertio in legitimatio
ne dr̃, ꝙ facta fuit, vt repleatur ciuitas legitimis, & ra-
tione agnationis conſeruandæ, ac ex alijs rationabilib.
cauſis,& cū pleniſſima cauſæ cognitione, † quo caſu cre-
28 dendum eſt Comiti,& eius aſſertioni eſt ſtandū, vt per
Iaſ.in conſ.40.col.pe.verſi.tertiò reſpondetur, volu.4. &
Goz.conſ.6.nu.83.verſi.ad decimumquartum.
Quibus tñ non obſtantibus,contrariā ſnīam arbitror
de iure præualere, dico ipsā legitimationem pluribus ex
19 cauſis non valere Et primò ex defectu poteſtatis, † quæ
in quolibet actu requiritur.l.cum te.C.de do. pp nup.ca.
20 cum ſuper,de of.del. Clarum eſt.n. † ꝙ legitimare ſpu-
rios, vel illegitimè natos eſt de præſeruatis principi in-
ſignum ſupremæ ptātis,vt per Bald.in l.j.C.de iure aur.
an.Pau.de Caſt.in conſ.228.in prin.Dec.conſ.150.col.3.
& in cōſ 557.col pe.& in alijs locis de quibus ſupra,quæ
21 † facultas alijs non competit, niſi eis quib a Pontefice,
vel Ceſaræ comicata fuit, vt in §.illud.in auth.quib.mo.
na.effi.ſui.De conſil.288.col.2.conſ.338.col.2.in.prin.&
22 in conſil.462.col.j.Par.conſ.9.num.83.volum.2.† Eſt n.
legitimare, abolere maculam, & defectus natalium, ac
natalib.reſtituere vt inquit Ant.de Butr.in d.c.per vene
rabilem,char.antep.ver.nunc vltimo,quē ſequitur Goz.
23 in conſ.6.numero.62.†que reſtitutio natalium impetran
da eſt ab his quib.a Papa, vel Imperatore attributa eſt
24 facultas,vt in l.j.C.de nat reſt †Et ideo ille qui aſſerit ſe
habere hanc poteſtatem & priuilegium legitimandi,
haber illud oſtendere,& de eo fidem facere,vt videri,&
palpari poſſi eius tenor, à quo tota facultas legitimandi
dependet, c.porrò, de priui. Dec.in conſil.435.colum.2.
Par.conſil.4. num.6.volu.2.& conſil.9.nu.84.vol.eo.Rui.
conſil.104 nu 6.volu.3.aliàs non creditur Comiti palati-
no aſſerint ſe hrede pietatem, niſi ſi appareat Ita Cur.
Sen.in conſil.16.colum.3.in prin. Dec.in conſil.288.col.
penul.in fi. vbi inquit non eſſe credendum Comiti pa-
latino aſſerenti ſe creatum fuiſſe Comitem a Legato de
latere iuxta facultatem ſibi conceſſam a Pontefice,ſi de
illa non appareat,nec fueris inſerta in ſuo priuilegio:qa
25 cum faciat relationem ad p̄ātē ſibi conceſſam†non vr̃ ei
credendum, niſi ſcriptura principalis ad q̄ ſit relatio ex
hibeatur, auth.ſi quis in aliqno.C.de eden.& Dec.ſequi-
tur Par.in conſil.22.num.133. vol.2.& in conſ.14.nu.37.
26 vol.eo.Imò vult Rui conſil.109.col.j.vol.3 † ꝙ nec exē-
plo priuilegij credatur, vt per Alex.conſil.138.vol.j.Et
27 ideo cum fuerit exhibita facultas ipſius comitis, † & di
ligeneter ipſius tenor conſideratus, qui ad vnguem ob-
ſeruari debet,l.diligenter,ff.mandati,videtur dicendum
illam nullam, quia non oſtendetur ex ipſo priuilegio
conceſſo domino Scipioni de Nigris, pro ſe, ſuis deſcen-
dentibus, & hæredibus, quòd ipſe dominus Androni-
28 cuius ſit in eo nominatus † nec etiam verificatur ipſum
fuiſſe, & eſſe de deſcendentib. & hæredib. dicti d.Sci-
pionis, quod vtrunque ꝓbandum erit, vt conſtet ex his
quæ no.Bar.in l.iuſiurandi.§.ſi liberi, in prin.ff.de oper.
29 lib.vbi inquit,†quod in emphyteoſi conceſſa pro ſe, vel
ſuis filijs, & æredibus,vt quis admittatur in ea requiri-
tur vtrunque, ꝙ ſit filius, & hæres, Et hanc eſſe commu-
nem opinionem, firmat Iaſ.in conſ.57.col.j.vol.j.quam
etiam amplectitur Gozad.conſil.8.nume.30. vbi multos
citat. Et in terminis noſtris hoc voluit Rui.in conſ.209.
col.8.verſic.poſtquam igitur, in 3.volum. Vnde cum ta-
lis qualitas ſit cauſa propter quam dicat ſe babere po-
teſtatem legitimandi, illa erit probanda ad validitatem
ipſius legitimationis, vt in ſpecie dixit Soc.in conſil 246.
col j.volum.ij.quem ſequitur Par. in conſil.2.colum.2.in
30 princ.vol.ij. † vbi inquit, quod in legitimatione adeſſe
debent qualitates ſub quibus conceſſa eſt facultas, vi-
delicet, quòd ille de quo in caſu ſuo eſſet filius Federi-
ci, cui & eius ſucceſſoribus talis poteſtas conceſſa fue-
rat Idem voluit Curt ſen.in conſ.16.col.12.verſic.quin-
to demonſtratur nullitas ſecundæ legitimationis. Pro
iſta etiam parte facit,quod dixit Dec.in conſi.471.col.j.
31 vbi dicit, † quòd ille qui ſe funda in agnatione, debet
probare illam qualitatem, quòd ſit agnatus, & quod di-
xit Ripa in l.ij.lib.reſponſorum,reſponſo 26.vbi fundans
ſe in nobilitate,tenetur eam probare,ergo &c.
Secundo preſuppoſita etiam poteſtate dicitur, quod
huiuſmodi legitimatio redditur nulla ex communi con-
32 cluſione,quæ babet, ꝙ † quando legitimatio fuit viuen-
te patre, & ad eius inſtantiam. ſi non fiat mentio in im-
petratione legitimationis de filijs legitimis, & natura-
libus, ipſa legitimatio tanquam ſubreptitia non valet,
§.illud, §.ſi quis, ergo filios non habens,in auth. quibus
mod.na.effic.ſui, §.ſi quis ergo, quib.mod.nat.effic.leg.
33 † & quia modus legitimandi fuit adinuentus in defectū
legitimorum, & in defectum non habentium prolem
legitimam: & iſta eſt cauſa,quæ facilius inducit mentem
principis ad concedendum legitimationem, ex quo non
habet alium filium legitimum & naturalem, & ideo non
valet legitimatio, niſi appareat principem fuiſſe certi-
ficatum quod iſte pater alios liberos legitimos, & na-
turales ſibi ſucceſſuros habebat. Ita Antonius de Butr.
in d.c.per venerabilem, col.27.verſ.credo tamen, Alex.
conſ.25.col.pen. volum j.Dee conſil.52.col.fin.& conſi.
85.colum.pen.conſil.288.col.ij.in princ.& in conſil.307.
col.ij Iaſ conſil.68 col.j. volum.3.& Curt.iun.conſil.32.
col.ij Ruin.conſil.82.col.j & ij.vol.3. Sed in caſu noſtro
nulla mentio facta fuit,igitur &c.
Nec obſtat ſi dicatur, quòd tempore impetrationis
legitimationis pater nullos habebat filios legitimos &
naturales,& ſic non erat opus facere mentionem de illis.
vt per Soc.conſi.47.num.40.volum.4.quia reſpondetur,
quod licet verum ſit, quod in rerum natura tempore le-
gitimationis non eſſet aliquis filius legitimus & natu-
ralis, tamē etiam verum erat quod domina Brigida vxor
dicti domini Ioannis erat pregnans ſeptem menſium,
vel circa, quæ poſt ipſam legitimationem peperit filiū
infra duos menſes, vt verificatum fuit per plures teſtes,
34 † quo caſu ſicut quando extant liberi,de eis opus eſt fa-
cere mentionem in impetratione legitimationis ita etiam
in ea debebat fieri mentio,quod vxor eius erat prægnans
ſeptem menſium, vel circa, quia ſi hoc fuiſſet Comiti pa-
latino expreſſum, vtiq; non conceſſiſſet huiuſmodi legi-
35 timationem: † nam exiſtens in vtero quo ad ſui commo-
dum habetur pro nato, l. qui in vtero, ff.de ſtatu homin.
Et pro hac opinione faciunt quæ not. Aret. in d. l. ex fa-
cto,ff.de vulg.per text. in §.ſi quis vero habens, quibus
36 mod.nat.effic leg. quem ſequitur Rip. in d.l.ſi unquam,
q.23.col.2.in fi.cum ſeq.vbi inquit† quod ſicut uitiatur le
gitimatio vitio ſubreptionis ſi non ſit facta mentio filio-
rum natorum, ita etiam ſi ſit facta nullis extantibus fi-
lijs legitimis, ſi poſſit argui de ſubreptione legitimatio-
nis, vt ſi pater tacuiſſet ſe coniugatum cum vxore iuue-
ne, ex qua veriſimiliter poterat ſuſcipere filios, quia
tunc legitimatio ſpurij reclamantibus filijs poſtea natis
non valeret. Et ſubdit Rip.ita etiam uelle Alb.& Alexan.
37 in locis per eum relatis, † Et ergo multo fortius hoc dicē
dum venit in terminis, de quibus agitur, vbi vxor erat
pregnans

prægnans tot menſium, & de proximo pariuata filium,
qui habebatur pro nato, arg.l.pen.ff.de mil.teſtam. vbi
38 † cingendus de proximo habet pro cincto, & ibi Bal.vbi
potentia proxima actui habetur pro facta. Ad hoc propo
ſitum multa poſſent allegari quæ not.Iaſ.in l.diuortium,
§.interdũ,col.4.in fi.ver.nota diligenter,ff.ſolu.matrimo.
& Marſ.in rub.j.C.de rap.virg.num.70. quæ breuitatis
cauſa cum vderi poſſint,tranſcribenda non putaui.
Tertio quoq; oſtenditur, nulla quia facta fuit dicta le-
gitimatio de domino Antonio, tanquam de fiilo dmino
39 Ion. † quæ probatio filiationis facta non fuit,& ideo ei
prodeſſe non poteſt, vt per Homod.in conſil.183.& 221.
Barb in conſil.27.vol.j.ac Par.in conſil.10.nu.21.volu.ij.
conſil.11.num.14.vol.eo.& in conſil.12.num.227.& 240.
imò vt ex actis apparet preſumitur dictus D. Antonius
filius Gardinę Paſſala q;,& Petri Georgij eius mariti cum
quo tam tempore conceptionis, quam natiuitatis ipſa
40 morem trahebat in domo ipſius ſui mariti, quo caſu† qñ
conſtat aliquem eſſe natum in conſtantia matrimonij ab
vxorata & coniugata, & in domo mariti vicinis, &
alijs ſcientibus,lex & ius ex dictis coniecturis præſumit,
vt talis dicatur filius mariti, & ex eius ſemine genera-
tus,l.filium,ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iu.ſi vicinis,C.
de nup.Alex conſilio 88.num.7.vol.7.Abb.in c.per tuas,
41 de prob.Pariſ.conſilio 11. numero 13.vol.ij. † Et hoc
adeo verum eſt,& locum habet,etiam ſi probaretur dic
tum D. Ioannem tunc temporis habuiſſe conſuetudi-
nem,vel conſeruationem cum ipſa Cardina,& ad ipſam
acceſſiſſet,& cum ea rem veneream habuiſſe,l.miles,§.
defuncto, ff.ad leg.Iul.de adult.& hoc fauore matrimo-
nij,& filiationis,vt per Abba in d.cap.per tuas,in j.not.
& Barb.in conſil 27 vol.j.ac.Dec.in conſil.658.colum.ij.
& Par.conſ.62.col pen.volum.ij.
Quarto dicitur ĕt nulla, quia in ipſa impetratione le-
gitimationis d.D.Ioã ſolum narrauit in genere dictum
Antonium natũ ex adulterio, & non expreſſit Comiti pa
42 latino,†quod erat natus ex adulterio duplicato ex parte
patris, qui habebat vxorem, & ex parte matris, quæ ha-
beat virum quo caſu cũ non fuerit expreſſa iſta qualitas,
legitimatio redditur nulla, vt in terminis decidit Old.
in conſ.247.ver.ad ſecundũ,quem ſequitur Rom.in cõſ.
326.verſ.quarto probatur,Alex.in conſil.195.col.12.vol.
ij.Rui.in conſil.109.col.7.in fi.verſ.5.& vlti.vol.3.& col.
12.in princid.& in cõſ.66.nu 28.ver.cum igitur, vel.3.&
in coſil.73.col.j.& ſeq.vol.eo.Et ratio eſt, quia ſi de du-
plicitate impedimenti mentio facta fuiſſet non ita de fa-
cili per Comitem palatinum legitimatio ipſa conceſſa
43 fuiſſet,†cùm duplex vinculum difficilius rũpatur,q̃ ſim-
plex,l.pen.C.de adopt.Ita ĕt.tenuit Io.And.in addit ad
Spec.in rub.quib.mod.fil.ſint leg.& Bal. qui Old. refert
in l.eã quam.col.10.verſ.ſed pone,C. de fideic. Dec. cõſ.
288 col.2.in fi.verſ.accedit etiã,& in conſ.338.col.2.in fi.
quoniam,vt inquit, cõis eſt regula, quam ponit Ant. de
But.in d.c.per venerabilem,col.15.verſic. nunc venio ad
44 ſecundum vbi tradit oportere,† ꝙ impetrãs exprimat
qualitatem legitimati, an ſit naturalis ſpurius, vel ince-
ſtuoſus, quia difficilius diſpenſatur cum inceſtuoſo, vel
ſpurio,quã cum illo qui ſit naturalis tantum. Et ideo di-
cit ipſe Dec.d.conſ.338.quem ſequitur Rip.in l.& facto,
45 §.ſi quis rogatus,col.1,ad Treb. † quòd diſpenſatio in
qua non eſt facta mentio,quòd ſpurius erat natus ex vxo
rato,& monacha,non valet, quod etiam firmat in conſil.
579.col.2.Pro quo accedit,quod voluit Abb in c.cum di
lecta,in gloſ 2.de reſcr. vbi generalis, & inuolucris ex-
preſſio eſt propriè ipſa obreptio. Facit etiam, quod vo-
46 luit Alex.in conſ 60.col.fina vol.2. vbi dicit, † quòd ſi
narratũ ſit filium eſſe naturalem cũ ſit ſpurius, talis legi-
timatio tanquam obreptitia, eſt nulla, etiam ſi in legi-
timatione ſit appoſita clauſula nõ obſt.§ fin.qui mo.nat.
47 effi.ſui.Et Alex.ſequitur Gozad.in conſil.26.nu.20. † nã
magis nocet vitium obreptionis, quam.ſubreptitionis,
48 vt no.Io. de Imo. in c cum dilecta, de reſcrip. † Quæ
nec validatur,etiam ſi in legitimatione diceretur, etiam
ſi pateretur defectum alium,vt per Pau.de Caſt.in conſ.
221.ad fi & Soc.in conſil.63. vol.3.Idem voluit in termi-
nis noſtris Gozad.in conſi 48.col.pen.verſic.non obſtat
tertium, in fi.& tanto fortius hoc admittendum venit,
cum ſimus in caſu in quo non poteſt tractari de legiti-
49 matione, † ſed de diſpenſatione, cum ſpurius iſte na-
tus ſit ex illis perſonis. inter quas non poterat eſſe ma-
trimonium, quia ambo coniugati,quo ſtante iſta eſt pro-
priè diſpenſatio, & non legitimàtio, vt per Pau.de Caſ.
in conſ.222.colum.3.ver.item certum,eſt quem ſequitur
Dec.in conſil.288.col.2.conſ.393.col.fin.in conſ.576. col.
50 2.& 579.in prin.† quę diſpenſatio eſt odioſa,licet ltĩatio
fauorabiis, vt per Anch.conſ 241.in prin.quem ſequitur
Dec.in conſ.264 col.2.288.col.2.338.col.2.393.col.fi.
Quintò redditur nulla quoniam in legitimatione,que
51 fit à Comite palatino † requiritur expreſſio cauſæ, vt
voluit Roſel.in tract.leg. in c. de cauſa materiali, verſi.
ſed hic dubitatur.Dec.conſil.264.col.2.292.col.3.& 579.
col.j.vbi dicũt, quod licet imperator poſſit ſine cauſa pro
pter ſupremã eius poteſtatem legitimare, quia in eo ſola
voluntas pro cauſa habetur,ſeus eſt in Comite palatino,
in quo cauſa requiritur.c.cum noſtris, §.nos verò de cõ-
ceſ.p̃bend.Sed in caſu de quo agitur nulla reperitur cau
ſa legitima, vt infra diceť, igitur, &c. Et eo maximè hoc
52 fatendũ eſt,cũ hic† agatur de diſpenſatione,quę(vt dixi)
magis odioſa eſt,tv p Dec ĩ d.conſ.288.col.2.& 579.col.j.
Pro quo facit,ꝙ notat Io.Mona.in c.vnico.de æta.& qua.
53 in 6.vbi inquit, quod † quando Comes diſpenſat ſine
cauſa,non dr̃ diſpenſatio,ſed diſſipatio.Brun.cõſ.18.col.
2 Iaſ.in conſ.40.col.2.vol.3.Par.in conſ.2.col.fi.vol.2. &
conſ 12.num.2 9.vol eo.& conſ.14 col.fin.vol.eo.
Nec habet obſtare,quod immo adſint cauſæ. Et pri-
mo,quod adſit conſenſus patris, qui habetur pro cauſa
cum in ipſa impetratione dixerit ſe non habere prolem
legitimam, quod videtur ſufficere ad validitatem ipſius
legitimationis,vt per Alexan.in d.conſ.188.& alios ſu-
pra citatos, quia reſpondetur, quod ilia cauſa habetur
pro non cauſa,cum non expreſſerit Comiti. quod habe-
bat vxorem prægnantem, ex qua ſperabat in breui pro-
lem ſuſcepturum. Et ideo cum ipſa cã non eſt ſufficiens,
ſed ſubreptitia, vt ſupra dixi in 2. argu. merito ſequitur
dictam cauſam nullam,& ltĩmanti ſuffragari non poſſe.
54 Non obſtat † ratio conſeruandę agnationis,& quod
interſit reipublicæ, & quod fuit facta cum plena cauſæ
cognitione: quia reſpondetur, quod iſtæ cauſæ allegatæ
per legitimationem non ſunt ſufficientes, quia ſequere-
tur, quòd ſpurius legitimandus ſemper legitimaretur,
ſi iſtæ rationes eſſent veræ, & tamen hoc eſt falſum, vt in
ſpecie dixit Cur.Sen.conſ.16.colum.7. in fi. verſicu. ſed
ſcrupulus reſtat Dec.in conſ.392.col. fi. & Par. conſil.6.
col.5.& 9 nu.40 vol.2.Goza.conſi.25. colum.2. verſic.6.
55 † quia cauſa exprimi debet, & talis quæ ſit rationabilis
ſpecialis, & conſona iuri, vt per Bal.in l.ſi teſtamentum.
C.de teſt.& Brun.in conſ.14.col.2 ver.4.vbi tradit,quod
cã debet eſſe aut neceſſitatis, aut vtilitatis, aut prærroga-
tiuæ perſonarum, vt per Prepoſitum in d.c.per venera-
bilem.col.7.Et ideo ſecundum Curt.Dec.& Par.vbi ſu-
56 pra,non eſt † ſtandum aſſertioni legitimantis de talib.
cauſis, vt etiam ſentit Dec.in c.cum ſit Romana.in 3.no-
tab.de app. vbi dixit, quòd qñ non poteſt aliquid fieri,
niſi ex aliqua cauſa, aſſertioni alterius nou ſtatur, quia
de facili poſſet fraus fieri, ſed debet de veritate cauſæ
probari: quod inquit etiam procedere in iudice in caſu
in quo non poſſet aliquid facere ſine cã:quia cã eſſet ne-
ceſſaria, vt per Bal.in rub.de off.del.col fi. verſi.ſed ego
ſtatim quæro. Facit qđ quæ, quo.voluit Ruin.in conſilio
57 109.col.4.in prin.vol.3 vbi dicit,†quod ex quo in diſpen
ſationes inferioris a papa, cauſæ cognitio, quæ requiri-
tur ad actum eſt pro forma l.cum hi §.ſi prætor.ff.de trã
ſac.quòd dicta forma debet impleri per cognitionem,&
inquiſitionem in ſpecie, adeo, ꝙ non ſufficeret cognitio
in gñ,per diciſiones ibi per eum citatas. Laus Deo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Conſilium Caſtri repreſentat totum populum.*
2 *Conſiliarij hodie ſubrogati ſunt loco decurionum.*
3 *Conſilium ciuitaits vel caſtri regulariter conuocari debet ſono cã-
pana,de authoritate ſuperioris,& fieri in loco publico,& nu.17.
ac 18.vbi declaratur.*
4 *Mandatum ſuperioris de congregando conſilium habet vim de-
creti,quod intellige,vt num.30.*
5 *Decretum iudicis regulariter non requiritur in conſtitutione ſyn
dici.*
6 *Duæ partes ex tribus conſilijs ſicut requirũtur in alienatione rerũ
vniuerſitatis, ita & in conſtitutione ſyndici ad alienum.*
7 *Notario atteſtanti in teſtamento ſyndiacus conſiliarios congrega
tos facere duas partes ex tribus creditur donec contrarium
probetur.*

*Notario*

8 Notario aſſerint tractatum factum fuiſſe in præſentia creditur.
9 Decretum interpoſitum in conſtitutione ſyndici ad alienandum operatur, quod ſyndicatus præſummatur ritè, et rectè celebratus.
10 Alienatio facta à pupillo cũ decreto iudicis preſũmitur legitimè facta, & quod omnes ſolennitates interuenerint, & illi ſtandum eſt donec pupillis oſtendat iudicem falſis allegationibus circumuentum fuiſſe.
11 Contractus dicitur palam, & bona fide fieri, quando interuenit decretum iudicis.
12 Decretum iudicis facit ceſſare omnem preumptionem doli, vel metus.
13 Statuto caueatur, quod conſilium debeat congregari, & propoſitio fieri certo modo, & certa forma, ſi aliquid ordinatum fuit, & obtentum in conſilio, illud valet, & tenet, licet in congregatione & in proponendo petitionem non appareat, quòd fuerit ſeruata forma ſtatuti.
14 Stato Peruſij diſponitur, quòd omnes propoſitiones fieri debeant per prætorem, alias actus non valeat, ſi ab alio contra formam ſtatuti facta fuerit propoſitio in conſilio pepuli, valet ꝙ factum eſt ab ipſo conſilio, licet forma ſtatuti non fuerit ſeruata.
15 Propoſitio licet congregato conſilio fieri debeat per ſuperiorem eius ſuper quo deliberandum eſt tamen non vitatur deliberatio facta, quamuis non appareat de prepoſitione, quia ſiue verbo, ſiue facto declaretur voluntas populi, iſtud ſufficit.
16 Nomina conſiliariorum in inſtrumento ſydicatus deſcribi non debent quando vniuerſitas, eſt parua, ut de conſuetndine obſeruatur.
19 Alenatio rerum uniuerſitatis, ut ualeat debent in ea interuenire duę partes ex tribos conſilij, & ſufficit, quod maior pars iſtarum duarum conſentiat.
20 Alienatio rerum vniuerſitais vt valeat debent interuenire cum curialibus, uel cum maiori parte maior pars honoratorum, & poſſeſſorum qui propoſitis ſacroſanctis Euangelijs iurent ſimul cum conſiliarijs, quòd credunt alienationem ipſam utilem eſse patriæ ſuæ.
21 Nomina conſililiorum in actibus multum ponderoſis uniuerſitati, prout in alienationibus rerum ſuarum, ſecundum, communem deſcribi debent, maximè, quando uniuerſitas eſt magna, & numero 53.
22 Decretum iudicis requiritur in alienatione rerum uniuerſitatis.
23 Diſpoſitio l ſi. C de uend. reb ciuit. lib. 10. quæ loquitur de rebus ciuitatis uendendis, habet etiam locum in caſtris quæ per alios reguntur.
24 L. ſi. C de ſacroſ. eccl. quæ eſt exorbitans, procedit etiam in caſtris, & uillis.
25 Diſpoſitio, l. ciuitas. ff ſi cer pet. loquentis de ciuitate, locum etiam habet in caſtris, & uillis, quæ reguntur per adminiſtratores, uel conſilium.
26 Caſtrum quod regitur per conſilium æquiparatur ciuitati.
27 Reſtitutionem in integrum ſicut habet reſpublica ciuitatis, ita ſecundum communem, & aliæ uniuerſitates, quæ per alios ſuam expediunt negotia.
28 Syndicus conſtitutus ad alienãdum res uniuerſitatis, ut alienationes facere poſſit requiritur, quod in licentia ſit expreſsum, quę bona uendi debeat, aliàs ſimplex licentia non ſufficit.
29 Forma introducta a conſuetudine in alienatione rerum uniuerſitatis, ſi non ſeruetur, alienatio redditur nulla.
31 Decretum iudicis ſicuti requiritur de ſubſtantia in alienatione rerum uniuerſitatis, ita etiam debet interuenire in mandato ſyndici ad alienandum
32 Nuntio referenti ſe citaſſe non creditur ſecundum communem niſi conſtet de commiſſione ſibi data ad citandum.
33 Conſilium fuiſſe conuocatum uoce pręconis debet intelligi uoce pręconis hoc dicentis, & debet conſtare pręconi hoc fuiſſe commiſſum.
34 Citatio eſt executio interlocutorię de citando, quę præcedere debet.
35 Citationis commisſio, & relatio nuncij debent ſcribi in actis.
36 Citatio ad ualiditatem actus ſententiæ, uel proceſsus non ſolum requiritur, ſed etiam quòd iudex committens citacionem exprimat perſonam, uel nomen nuntij per quem fiat citatio, aliàs citatio facta uigore generalis commisſionis de citando ſine expreſsione nominis nuntij, non ualet.
37 Notario aſserenti, & affirmanti duas partes ex tribus conſilij interueniſſe, licet credatur: tamen ei fides non adhibetur quando dicit, quòd rogatus fuit qualiter congregati aſſerebant eſſe duas partes ex tribus.
38 Tractatus non probatur quando notarius non dicit ſimpliciter habito colloquio inter eos, ſed vt aſſeruerunt in verbo veritatis.
39 Solemnitas extrinſeca de qua ſit mentio inſtrumento nunquam præſumitur interuenire, quando eſt talis, quæ tempore actus geſti non potuit interuenire, & cui partes non poterant renuciare.
40 Solemnitatibus legis ſi. C. de vendendis rebus ciuitati, libro 10. non poteſt renunciari.
41 Inſtrumento alienationis non eſt ſtandum, in quo ſit mentio de ſubhaſtationibus, ſi tempore confecti inſtrumenti non potuerunt interuenire.
42 Præſumitur pro decreto quando omnes ſolennitates, quæ ſunt neceſſariæ, nominatim ſunt enuntiatæ in decreto, aliàs ſecus.
43 Pręſumptio non eſt pro decreto, quando fuit interpoſitum incontinenti.
44 Nec etiam quando de contraria apparet.
45 Sentuntia lata de antiquo non præſumitur lata præcedente citatione, ſi per productionem actorũ non apparet de ipſa citatione.
46 Mandatum ex antiquitate temporis non præſumitur ſi poteſt cõſtare de contrario, quod non interuenerit.
47 Præſumptio non eſt pro decreto: ſi interpoſitum fuit à iudice idiota.
48 Declaratio ad Bar. in l. vniuerſis. C. de precibus imperatori offer. & num. 52.
49 Solemnitas, quæ requiritur in celebratione contractus exigitur etiam in eius ratificatione.
50 Ratificatio contractus celebrati per capitulum ſine ſolemnitate, cap ſine exceptione. 12. q 2. non poteſt fieri niſi adhibita illa ſolemnitate.
51 Plura quando requiruntur pro forma, & ſolemnitate actus, ſi vnum deficit, omnia ſunt reintegranda.
53 Statutum præſumitur eſſe in viridi obſeruantia.
54 Negatiua quando eſt fundamentum intentionis debet probari.
56 Conſiliarij ciuitatum, vel caſtrorum in rebus ponderoſis uniuerſitatis non debent procedere uelo leuato, nec perfunctoriè, ſed maturè.
57 Propoſitio, quæ fit in conſilio debet fieri diu antequam ſuper ea fiat deliberatio, ſeu decretum.
58 Statuta diſponentia, quòd prius aliquid debeat proponi in cõſilio minori, quàm proponatur in maiori ſunt rationabilia.

## CONSILIVM XC.

PRIMO quidem aſpectu dicendum videtur in præſenti conſultatione, quòd alienatio molendini ſuperioris caſtri Caſtelli, facta per ſyndicum conſtitutum à con-
1 ſilio ipſius loci, † quod totum populum
repreſentat, vt eſt gloſ in rubrica C. quæ ſit longa conſuetudi. quam dicit Ange. in l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſita. nomi. non eſſe alibi, & quam ibi etiam ſequitur Pau. de Caſtro, Alexan. in conſilio 27. columna prima, volum. ſexto, duplicato in conſilio 40. in 7. volumi Corn. conſilio 293. in princip. volum. primo, & Cranet. in con-
2 ſilio 195. numero 8. † & cuius caſtri conſiliarij hodie
ſubrogati ſunt loco decurionum, vt per glo. in rub. C. de decur. lib. 10 vbi Bar. & alij. & glo. & docto. in dicta l. nulli. Alexan. vbi ſupra, & moderni in tractatu de gabel. in princ. in quarta columna in princ. ſit valida, & per dictum conſilium obſeruanda ratioininibus infra
3 ſcriptis. † Primò, quoniam dictus ſyndicus fuit conſti-
tutus conuocata, & congregata credentia communis hominum dicti loci, ſono campanæ, & more ſolito, iuxta gloſſ in l. ſi ex dolo. §. 1. ff de dolo. Bar. in l. 2. in verbo, ſolenniter, & ibi Ioannes de Plat. C de decur. libro 10. Paul. de Caſtr. in d. l. nullii. Soci. in conſilio 95. colum. 3. in princi. volumi. 3. Bru. in tract. de forma. in rub. ex quib. conſilt. for. colum. 2. num 26. cum ſeq. & de authoritate ſuperioris, i. prætoris ipſius loci, vt requiritur ſecundum Bar. in l. actor. colum. 2. ff. rem ratam hab. Gui. pap. in d. q. 116. & doc. in l. nulli. & in loco publico, vt per Bar. in l. d. l. 2. & Bal. in l. ad ſententiam. C. de ſent. & interl. om. iud. Quo caſu cum ſolemniter ſyndicus conſtitutus eſſe reperiantur, interueniente mandato ipſius ſuperioris, qui de-
4 dit licentiam congregandi dictum conſilium, † quod mã
datum habet vim decreti, vt dixit Bar. in d l. actor. col. 2. & Cor. in conſil. 148 col. 3. vol. 1. Sequitur, quod indebitè nunc actum fuit ad reuocationem dictæ alienationis per agentes dictæ vniuerſitatis, quod eo maximè dicendum videtur, cum etiã interuenerit decretum iudicis in cele-
5 bratione dicti ſyndicatus † in cuius conſtitutione regu-
lariter non requiritur ſecundum Bart. in d. l. actor. col. 2. in prin. & Cor. ibi ſup. col. 2.

Nec habet obſtare, quod alienatio ipſa redditur nulla, quia in dicta credentia non interuenerunt duæ patres ex
6 trib dict. conſilij, † quæ ſicut requiruntur in alienatione

rerum

rerũ vniuerſitatis,vt per tex.& doc.in l.fi.C.de venden-
dis rebus ciuitatis.lib.10.& ſcribentes in l.nominationũ.
C. de decurionibus eodem libro, ita etiam in creatio-
ne ipſius ſyndici conſtituti ad vendendum, quia tribus
7 modis reſpondetur.† Et primò,quòd notarius atteſtatur
in inſtrumento dicti ſyndicatus, conſiliarios congrega-
tos facere duas partes ex tribus quo caſu ei creditur,
donec contrarium probetur, vt inquit Bar.in l.fin.C.de
prædijs decurionum.lib.10.vbi dicit non ſufficere, quod
in inſtrumento dicatur,conuocatis,& ordinatis decurio
nibus ad ſonum campanæ,ſed requiritur, quòd dicatur,
in quo fuerunt omnes vel duę partes. Et ſic vult Bar.ꝙ
vltimo caſu credatur notario ita aſſerenti. Idem voluit
Alex.ſequendo Bar.vbi ſuprà,in conſil j.in ij.colum.vo-
lum.4.& Bru in tract.de forma in rubri. de probationi
bus,& preſumptionibus.char.58.colum.prima.in princ.
Soci.conſil 96 num 5.colum. tertio. Corn.in conſil.148.
colum.ij.verſicu.nam tunc.volum.primo,& Ruin.in cõ-
ſi.189.nu.16.vol.primo Facit etiam, quod no.Soc.in con-
ſi.52.colum.j.in prin.volum.4.vbi dicit, quòd creditur
8 notario aſſerenti tractatũ fuiſſe factum in preſentia ſua.
9 Secudò reſpodetur, † quòd ex quo decretum inter-
uenit in huiuſmodi conſtitutione creationis ſyndici ad
faciendum huiuſmodi alienationem quòd ritè, & rectè
preſumitur celebratus dict⁹ ſyndicatus, ex no.per Spe.
in titu.de emption.& venditio.§.nunc videndum verſi.
10 & breuiter,vbi inquit,† quòd quando dacretum reperi-
tur appoſitum in alienatione facta a pupillo, præſumi-
tur,quod legitimè facta fuerit, & quod omnes ſolemni-
tates requiſitæ interuenerint,& quòd illi ſtãdum eſt do
nec pupillus oſtendat iudicem falſis allegationibus cir-
cumuentum.fuiſſe.Et Spec.ſequitur Bald.in l.cùm hi.§.
prætor.ff.de tranſact.Dec.in conſi.209.in princ.in conſil.
341.num.11.in fin.& in conſi 536.nume.4.& Ruin.in d.
conſi.189.nu.11.Magna eſt enim vim decreti, vt conſtat
ex his quæ ſcribit Bar.in l.frater à fratre. verſicu. quæro
quid de contractu emptionis. ff. de condictione indebi-
11 ti.vbi inquit,† ꝙ quando in contractu interuenit dece-
tum iudicis,contractus dicitur palam, & bona fide fieri.
Accedit etiam dictum Bartoli in l j.per illum textum.C.
12 de prædijs decurionum.libro decimo,† vbi tradit,ꝙ de
cretum iudicis tollit,& facit ceſſare omnem præſumptio
nem doli vel metus.Et Bar.ſequitur Cur Iun.in cõſil.67.
col.ij.in fin.& in conſ.118.col 3.in prin.

Tertiò reſpondetur,quod ipſa alienatio valere dicitur,
quamuis non eſſe ſeruata forma requiſita in creatione
ſyndici ad alienandum conſtituti, ex quo fuit approba-
ta dicta alienatio per conſilium ipſius loci, ex not.per
Bar. in l.vniuerſis. in fi. C. de precibus imperat. offeren.
13 †vbi ſi per ſtatutum diſponitur,ꝙ conſilium debeat con
gregari, & propoſitiò fieri certo modo, & certa forma,
ſi aliquid ordinatum,& obtentum fuit in conſilio, illud
valet,& tenet,licet in congregatione,& in ꝓponẽdo pe-
titionem non appareat quòd fuerit ſeruata forma ſtatu-
torum. Et cum opinione Bar. per tranſit ibi Pau.de Ca-
ſtr. ex eius dicto inferens ad ea quæ faciunt ſcholares
in eorum vniuerſitate,non obſeruata forma ſtatutorum.
Quam ſententiam etiam ſequitur Gozad.in conſilio.40.
14 colum.j.verſic.vnde hic quæro.ff.de legibus. † vbi con-
cludit, ꝙ ſtante ſtatuto Peruſij, quòd omnes propoſitio
nes debeant fieri per priorem, alias actus non valeat, ſi
ab alio contra formam ſtatuti facta fuerit propoſitio
in conſilio populi, valet, quod factum eſt à dicto conſi-
lio, licet forma ipſa ſtatuti non fuerit obſeruata: quia
ſufficit,quòd in illo actu appareat de volũtate conſilij.Et
Bal.ſequitur Goz.in d.conſil.40.col.j Et accedendo ma-
gis ad proxima, facit, quod voluit Ioannes de Plat.in l.
15 ij.C de decuriobibus.lib.10.†vbi inquit,quòd licet con
gregato conſilio propoſitio fieri debeat per ſuperiorem,
eius ſuper quo deliberandum eſt, tamen, quòd non vi-
tiatur deliberatio quamuis non appareat de propoſitio-
ne, quia ſiue verbo, ſiue facto declaretur voluntas po-
puli,illud ſufficit.Alegat. l.de quibus.in fi.ff.de legib.

Nec obſtat ſimiliter,quòd in dicto inſtrumento ſyndi-
catus non ſit deſcripta nomina conſiliariorum, prout
16 vult Bar.in l.j.ff.de albo ſcrib.quia reſpondetur, † quod
in paruis vniuerſitatibus non requiritur illa deſcriptio,
vt late demonſtrant Alber. de Roſa. in d.l. nulli. & Bal.
qui ambo dicunt ita de conſuetudine. obſeruari.Butr.&
Abb.in c.j.de ſynd.Abb.& Imo.in capitulo 4.de his quæ
fiunt à præla.Sed caſtrum Caſtelli, vt aſſeritur, dicitur
parua vniuerſitas,ergo &c.

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium in caſu
de quo agitur verius eſſe arbitror, quod demonſtra-
tur, & in primis antequam reſpondeam allegatis ex ad-
uerſo,nonnulla adducam pro fundamento huius partis,
deinde ipſis obiectis,Deo dante reſpondebitur,ita quod
præſens conſultatio clara reddetur.

Deueniendo igitur ad rem, dico hanc eſſe claram iu-
ris concluſionem, quòd quando fit creatio ſydici per
17 conſilium ad alienandum res vniuerſitatis,†quòd crea-
tio ipſa fieri debet de iure communi ſolemniter conuo-
cato conſilio ſono campanæ, voce tubæ,vel præconis,
vt ſuprà dictum fuit, & per Iaſ.in conſi.71 col.j.volu.3.
Curt.Iun.in conſil.174.col.fi & 185.col fin. & Craue.in
conſil.134.col.3 & Ruin.conſil. 189.in prin. vol.j. de au-
thoritate ſuperioris, vt per Guid Pap.in q.631.in 3.dub.
& Dec.in c.cum omnes. in j.lectura.col.fi.de conſt.in c.
licet euitanda.colum.fi.de elec.& Ruin in citato conſilio
189.in prin.Et in loco publico, vt per doc.vbi ſupra, &
Ruin.in allegato conſil.189.in prin.& Cor.in conſi.148.
18 col.3.vol.1.& in conſi.224.col.j.& in litera N.vol.4. † Et
ſi aliter obſeruetur de conſuetudine in dicta creatione
vel conuocatione,illi ſtandum eſt vt inquit Abb.in con-
ſi.38.col. fin.vol.2. quem ſequitur Crau.in conſil.citato
134 col.i j.quod.& ante eos voluit Bar.in d.l.ij.C.de de-
cur.lib.10.

19 Secundò facit, † nam, vt valeat alienatio rerum vni-
uerſitatis, in ea debent interuenire ſaltem duæ partes
ex tribus conſilij, vt in l.nulli.vbi docto.ff.quod cuiuſq.
vniuer.nom.Scribentes in l.nominationum.C de decur.
lib.10.Iaſ.in conſil. 54.colum.ij vol.j.Soc.conſi.95 col.3.
vol 3.Dec. in d.c.cum omnes.col.pen.& in d.c.licet eui-
tanda.col.penul.in fi.Cur.Iun.conſil. 174.col fi & Ruin.
in alllegato conſi.189.col.ij. Et ſufficit, quòd maior pars
illarum duarum partium conſentiat, vt per Bar.in d.l.
ij.C pe decur.Et Abb.in d.cap. cùm omnes, & ibi Dec.
col.pen. vbi atteſtantur hanc eſſe commuuem, & in ci-
tato ca. licet euitanda. ac in conſil.151.nu. 13 & Rui.vbi
ſupra.colum.3.

Tertiò accidit, quòd expreſsè dicit tex.in l.fin.C.de
20 vend.reb.ciui.lib 10. † quòd in dicta alienatione etiam
debent interuenire cum curialibus vel maiore parte,
maior pars honoratorum, & poſſeſſorum, id eſt, eorum
qui in ciuitate bona poſſidet, prout exponit ibi Io. de
Plat Qui honorati, & poſſeſſores propoſitis ſacroſan-
ctis Euangelijs iurent ſimul cum co ſiliarijs per relatio
nem ad iuramentum primo loco præſtitum ab initio ſui
officij per eos, quòd credant alienationem ipſa patriæ
ſuæ eſſe vtilem,vt ibi no.in gloſ. & clarius per Ioannem
de Plat quem ſequitur Ruin.in conſi.41.num.7.volum.j.
Cor.coọſil.284.colum.pen.volum.4.& Bal.in conſil.400.
in princ volum.4.

Quartò facit, nam licet variæ fuerint opiniones, an
in actibus vniuerſitatis requiratur decriptio n omium
21 perſonarum, † tamen in actibus vniuerſitatis multum
ponderoſis, prout eſt quando tractatur de actu alicuius
alienationis rerum vniuerſitais quæ ſeruando ſeruari
poſſunt, qui actus dicitur ponderoſus ſecundum Ale-
xand.in conſil.l.j.colum.ij.volumine 4.& Dec.in capitu-
lo cum omnes, colum.fi & Corn.in citato coſil 148.col.
ij.deſcribi debent expreſſe nomina ipſorum conſiliario-
rum, vt per Bartolum in d.l j.ff.de albo ſcrib.& Alexnd.
in d.conſil.j colum.2.atteſtante hanc eſſe comunem opi-
nionem, ac Dec.in allegato cap. cum omnes colum. fi.
quando vniuerſitas eſt magna.Cor.in d conſi.148.col.ij.
verſi.Item inſtrumento.

22 Quintò † vt valeat dicta alienatio, requiritur vt inter
ueniat decretum iudicis,vt in d.l.fin.C.de vend.re ciuit.
vbi doct.Bart. in l.fin.C.de præd.cur. lib.10.Soc.conſi.95.
col.2.vol 3. Ruin.conſil.189. ſæpius allegato, nume.10.&
Craue.in conſi.234.col.3.& Ruin.in d.conſi.41.num 7.&
Bald.in allegato conſi.400. in prin.

23 Sextò fit etiam concluſio, † quòd diſpoſitio l. fin.quæ
loquitur de rebus ciuitatis vendendis, habet etiam lo-
co in caſtris,quæ per alios reguntur, vt voluit Alexand.in
d.conſil.i.col.pen.in prin. per. no.per Gul.de Cun.Bart.
24 & alios.in l.fi.C.de ſacroſan.eccl.vbi volunt, † quod d.
l.fi.quæ eſt exorbitans, & que diſponit, quod aduerſus
ciuitatem non currit præſcriptio minor centenaria in
quatuor caſibus ibi expreſſis: procedat etiam in caſtris
& villis. Pro qua opinione facit etiam, quod voluit Bar.

Ang.

25 Ang.& alij in l.ciuitas,ff.ſi cer.pet. † ſi dipoſitio illius l.
loquen. in ciuitate locum etiam habet in caſtris, & vil-
lis quæ reguntur per adminiſtratores, vel conſilium:
quia ſecundum Bar.in l.reſpublica.C.ex qui.cau.maior.
26 † tunc comparatur ciuitati, dum vult, † quod ſicut re-
27 ſpublica ciuitatis habet reſtitutionem in integrum, ita
etiam aliæ vniuerſitates quæ per alios ſua expediunt
negotia, prout hanc eſſe communem opinionem atteſtá-
tur Cor.in d.conſil.148.col.ij.& quod d.l.fi.habeat etiam
locum in caſtris, & villis, quæ per adminiſtratores re-
guntur, voluit Cor.in d.conſ.148.col.ij.& in citato con-
ſil.284.col.pen. Rui. conſil.125.col.j. & in allegto conſil.
149.col.3.in prin.

28 Septimò etiam dicitur, quòd ad hoc vt ſyndicus con-
ſtitutus ad alienandum res vniuerſitatis poſſit facere a-
ctum alienationis, requiritur, quod ſit expreſſum in li-
centia, quæ bona debeant vendi, alias ſimplex facultas
vendendi non ſufficit, Ita Bald.in rub.C.de contra.emp.
vbi dicit ſe ita conſuluiſſe, per l. prohibere. §. plane, ff.
quod vi aut clam.quem ſequitur Dec.in d.c. cum omnes
in fi.de conſt.& in conſi.142.col.fi.verſ.& in ſimili.

Non obſtant modo adducta in contrarium. Et primò,
quod dicta alienatio facta per ſyndicum debeat valere,
& obſeruanda ſit per gentes vniuerſitatis dicti caſtri,
cùm creatio dicti ſyndici fuerit facta conuocato conſi-
lio de anthoritate ſuperioris, & in loco publico: quia re-
ſpondetur, aduertendum eſſe, quod licet regulariter in
dicto caſtro quando conuocatur conſilium pro negotijs
vniuerſitatis, talis forma, quæ eſt conformis iuri com-
muni, vt dictum fuit, in primo fundamento, ſeruetur,
tamen quando fiunt alienationes rerum vniuerſitatis
non conuocatur conſilium ad ſonum campanæ, ſed ci-
tantur per nuntium, & de commiſſione prætoris illius
29 loci omnes conſiliarij ad domum. † Vnde cum hæc for-
ma introducta a conſuetudine non fuerit ſeruata in præ
ſenti caſu, quæ tamen ſeruãda erat, vt etiam dictum fuit
ſuprà in allegato primo fundamento, vitiatur ipſa alie
natio, l. qui Romæ.§. Flauius Hermes ff.de verb.obl.

Nec pro vero admittitur in terminis noſtris, ꝙ man-
datum ſeu licentia prætoris de congregando conſilium,
30 habeat vim decreti, † quia id procedit, quotieſcunque
vniuerſitas congregatur ad tale quid faciendum,
ita quod innotuerit ſuperiori id quod fieri debebat in
vniuerſitate, quia tunc ſatis apparere videtur intentio-
nem mandatis fuiſſe, velle approbare illud factum, ſe-
cus quando ſimpliciter prætor mandat, quod vniuerſi-
tas congregetur, vt quando narratur in genere, quòd v-
niuerſitas vult tractare aliqua negotia, non declarando
quæ in ſpecie ſint proponenda; quia tunc nulla ratio ſua-
det, quòd tale mandatum præcedens cenſeantur decre-
tum approbatiuum eorum quæ poſtea fiunt ſuperiore
ipſo ignorante. Ita declarat Corn.in d conſil.148.col.3.
vol.j. Nec ſimiliter obſtat quod in conſtitutione ſyndici
non debet interuenire decretum ſuperioris, quia reſpon
31 detur, † quod ſicut in alienatione rerum, vniuerſitatis
de ſubſtantia requiritur decretum, vt in d.l fi.C.de ven.
reb. ciuit. & per ea quæ ſuprà dicta fuerunt in quinta
concluſione, ita etiam debet interuenire in mandato ſyn
dici ad alienandum, vt per Cor. in iam d. conſ.148. col.
ij.per l.j.C.de de ſer reip manu. & ibi Bar.

Non obſtat quoque, quod obijcitur ex aduerſo conſi-
liarios ipſos fuiſſe citatos, vt conſtat ex relatione nun-
32 tij, quia reſpondetur, quod nuntio referenti non credi-
tur niſi conſtet de commiſſione ſibi data ad citandum,
cum non præſumatur, ſecundum communem, pro ipſa
commiſſione, vt per Ant.de Butr.& alios. in ca.j.de iud.
Bar.in extrauag.ad reprimendum.in verb. per nuntium
& doc.in l.ſciendum. ff.de verborum obligationib. quod
etiam clarè voluit Bar.& Io.de Plat.in d.l.ij.C.de decur.
33 vbi inquit, quod illud quod dicitur, quod voce præco-
nis fuiſſet conuocatum conſilium, debet intelligi voce
præconis hoc dicentis, & quod debet conſtare, præconi
hoc fuiſſe commiſſum arg.l. neminem. vbi Bar.C. de ex-
hib.reis, Idem voluit Bald.in conſ.63.volu.5.per tex. in
l.cum clericis. C.de epiſc. & cler. ibi ſententiarum tua-
rum authoritate commouit. Et ratio eſt ſecundum Bald.
34 † quia citatio eſt executio interlocutoriæ de citando,
quæ procedere debet. Hoc etiam voluit Rui. in allega-
to conſil.189. in j.col. Pro qua ſententia facit, quod tra-
dit Dec. in c.quoniam contra num.22. de proba. vbi in-
35 quit, † quòd in actis commiſſio citationis, & relatio nun-
tij debet ſcribi, & quod citatio habet tres partes, videli-
cet commiſſionem iudicis decitando, executionem nun-
tij, & relationem citationis factæ. Accedit, quod in for-
tioribus terminis dixit Aret.in conſil.33.col.4.verſi. nec
36 poteſt, quem ſequitur Marſil.in ſing.235. † vbi ſcribit,
quod validitatem actus ſententiæ vel proceſſus non ſo-
lum requiritur, quod ipſa citatio, fiat ſed etiam, quod
iudex committens citationem exprimat perſonam vel
nomen nuntij, per quem vult. quòd fiat talis citatio,
aliàs ſi generaliter committeret partem citari, non ex-
primendo per quem nuntium, non valeret citatio. Quod
dictum menti tenendum inqnit Marſil. quia ex eo po-
teris conſequi decus, & commodum, maximè cum
ſit paucis notum, & iudices committant citationem
patris generaliter, dicendo notario cauſæ, facias par-
tem citari ad talem actum non exprimendo aliter no-
men nuntij.

37 Pariter non obſtat, † quod ſtandum ſit notario aſſeren
ti duas partes ex tribus interueniſſe; quia tunc reſpon-
detur, quod præmiſſa ſententia procedit quando tabel-
lio affirmaret, quod conſiliarij aſcenderent ad duas par-
tes, quoniam tunc verum eſt, quod ſtatur eius aſſertioni
donec contrarium probetur per deciſioues ſuprà cita-
tas, ſecus quando notarius hoc non affirmat, ſed dicit,
quod rogatus eſt qualiter cõgregati aſſerebant eſſe duas
partes ex tribus, prout in terminis noſtris; quia tunc
eius aſſertioni non eſt ſtandum, ex quo ſi non fuiſſent
duæ partes ex tribus, non potuiſſent dare dictam licen-
tiam alienãdi, ſicut nec potuiſſent ipſi conſiliares aliena-
re. Ita declarat Soc. in conſilio 95. columna 3. in princi-
cipio, volumine 3.arg.eius, quod habetur in l. ſi fortè ff.
de caſt. pecu. & in l fin.donatione, C.de colla. Pro qua
ſententia etiam facit quod voluit. Idem Soci.in conſilio
38 52.columna 5.volumine 4. † vbi dicit, quod quando
notarius ſimpliciter non dicit, habito colloquia inter
eos, ſed vt aſſeuerunt in verbo veritatis, non probatur
tractatus, quia cenſetur tantùm notarius rogatis de ven-
ditione, vt dicit Laurentius de Rodulph.in rep.capitulo
39 ſine exceptione.12. quęſt.2. quęſt. 10. † quia ſolemni-
tas extrinſeca, de qua fit mentio in inſtrumento, non
pręſummitur, vnquam intrueniſſe, enim eſt talis quæ
tempore actus geſti non potuit interuenire, & cui partes
non poterant renunciare, vt in caſu noſtro per d. l fi.C.
40 de vend.re.ciui. † vbi ſolemnitatibus illius legis non
poteſt renuociari ſecundum doc.ibi. Et ideo dixit Soc.in
41 conſilio 46.numero 35 volumine 4. † non eſſe ſtandum
inſtrumento alienationis, in quo fit mentio de ſubhaſta-
tionibus, ex quo tempore confecti inſtrumenti non po-
tuerunt interuenire. Ita etiam voluit Ruin. in conſilio
154.numero 12.in fi.vol 5. Et ideo bene cautus ſit nota-
rius vt in inſtrumento non dicat affirmatiuè omnes con-
ſiliarios vel maiorum partem non interueniſſe, quia ſi
poſtea appareat vnum vel maiorem partem non inter-
ueuiſſe, inſtrumentum redditur falſum, vt vult Bal.in l.
fi.C. ſine cen. vel reliq.argu.l.bis qui ducenta. §. vtrum
reb.dub.quem ſequitur Alex.in l.inter omnes, colum.1.
in fi.ff.quia ſatiſd.cog.

Nec obſtat ſimiliter, quod ratione decreti omnes
ſolemnitates pręſumuntur interueniſſe, quia quatuor
42 modis reſpondetur. † Et primo quod illa theorica proce
dit, quando omnes ſolemnitates, quæ ſunt neceſſariæ
nominatim ſunt enunciatæ in decreto, alias ſecus, ſecun-
dum Ioannem Fabr.in §.fi.de fideiuſ. gloſ.in l.1.C.de fi.
inſt.lib.10. quã ita intelligit Bal.in l.ex his, C.de teſt.mil.
& l.1.C.de reb.credi. Dec. in capitulo quoniam contra,
numero 41.de prob. Par.in conſilio 12.numero 57.volu-
mine ij.& Ruin.in conſilio 63.numero 17.volumine j.&
in conſilio 69.numero 6.volumine eodem. Brun.in tract.
de forma.in rubrica de probatione, & præſump.char 84.
colum. 3.verſ. & iſtud ſanè. Sed in caſu noſtro non fuerũt
enunciatæ ſolemnitates quę requiruntur, vt alienatio
rerum vniuerſitatis valeat, & de quib.ſuprà, in 2.3.& 4.
fundamento Igitur &c.

43 Secundo reſpondetur, † ꝙ pro decreto non præſumi-
tur, quando interpoſitum fuit incontinenti, quia ex bre
uitate temporis clarè liquet, nullam cauſæ cognitionem
adhibitam fuiſſe. Ita Spe.in ſpecie declarat Pau. de Caſ.
in conſi.177. Ancha.conſi.82. quem ſequitnr Ale. in con
ſi.218.col.fi.vol.ij. Alci.in trac.de præſum. in 3.reg.præ-
ſump.x.ver.ſecundo non præſumitur, Par.conſil.98.nu-
me.18. vol.1. & in conſil.85. nu.46.vol.3. Quæ cauſæ co-

gnitio

gnitio eſt neceſſaria in caſu noſtro, vt in d.l.fi.de vend. reb.ciu. & vt ſupra, in tertio fundamento.

44 Tertiò dicitur, † quod pro decreto ēt non præſumitur, qñ de contrario apparet, vt per Soc.in conſi.46.nu.57.vol.4.

45 † vbi inquit, quod licet dicatur, quod ſi reperitur lata ſententia in longo tempore, præſumitur lata præcedentibus actis, tamen iſta præſumptio tollitur, & probatur negatiua per productionem actorum, in quibus talis ſolemnitas puta citatio vel ſimilis non apparet, prout concludunt Bur.Abb.& allij, in c.qm contra, de proba Facit ēt quod

46 vult Alex.in conſi.j col.pe.in fi.vol.4 † vbi inquit, quod ex antiquitate non præſumitur mandatum qñ poteſt apparere de contrario, quod non interuenerit, & in terminis noſtris ita dixit Rui.in conſi 63.nu 16 vol.j.& in conſi.107. nu.14 vol.eo. Alci.vbi ſupra, num.2.ſed in caſu de quo agitur ex lectura inſtrumenti conſtat de contrario, quod nō interuenerint ſolemnitas requiſitæ, ergo &c.

47 Quartò reſpondetur, † quod licet pro decreto præſumatur, tamen iſtud fallit quando fuit interpoſitum ab idiota, quia non eſt veriſimile, quod ipſe fecerit ſeruare ſolemnitate iuris, quas ignorat, vel quod exhibuerit cauſæ cognitionem. Ita eſt de mente Areti. in conſilio 69 ver.præterea, quod inquit Alc.vbi ſupra, numero x. eſſe menti tenendum, & notādum contra conſules ciuitatum, & baiulos caſtrorum, qui vili mercede interponunt authoritatem ſuam in contractibus magnæ importātiæ Ita etiam voluit Iaſ.in c j.col.4.verſi.limita prædicta.qui feu.dar.poſ.vbi dicit ho cperpetuo menti teuendum.& par.in conſi.98.num.21.vol.j.ſed hoc decretum in terminis noſtris reperitur interpoſitum a rurali, & literarum ignaro, igitur ex his videtur dicendum nō eſſe præſumendum pro decreto ipſius inualido.

Nec obſtant etiam notata per Bar.in l.vniuerſis, C.de

48 prec impe.off. † qui reſpondetur, quod dictum Bart.debet intelligi quando actus factus non ſeruata forma, fuit obtentus omnibus illis de conſilio præſentibus, & nemine eorum abſente, ſecus ſi aliqui fuiſſent abſentes: quia tunc non valet, quod geſtum eſt per eos, cum abſentes potuiſſent alios trahere in ſuam ſententiam. Ita declarat Bar.in l.obſeruare, C de decur.lib.10.quem ſequitur Dec.in conſi.10.col.2. vbi refert ita fuiſſe iudicatum, & in conſil.199.col 3.ver.tertio reſpondetur, & in conſil.229 col.fi.in d.c cum omnes, ver.10.fallit, & Par. in conſil 47.col.5.in prin vol 3.Sed in caſu preſenti non appareat, quod approbatio facta fuerit omnibus de conſilio præſentibus, imo multis abſentibus, ergo approbatio nulla. Et pro iſta opinione facit, quod voluit Inn.in

49 c cum di'ecti.de emp.& vend. † vbi inquit, quod quādo ab initio contractus non poteſt fieri ſine certa ſolemnita

50 te, quod illam et ſolemnitas exigitur in ratificatione, † & loquitur in cap.volente ratiheare contractum factum, per prælatum ſine ſolemnitate, c.ſiue exceptione.12.q.2.vt non poſſit niſi adhibita illa ſolemnitate. Et Inn. ſequitur Bru in trac.de forma, in titu.de poten. & Effec. non ſer. for.char.49.verſ.prædicta concluſio, vbi inquit ita etiā velle Bal.& Sal.in l.mancip. C.de reb.alie.non alie.Subdens ſe alias dixiſſe in quodam conſilia, quod fecit pro communitate Verolenghi Marchionatus Montisferrati, Illuſtriſsimorum dominorum meorum, quod ſtatuto Verolenghi exiſtente certam formam ſeu ſolemnitatem in alienationibus rerum vniuerſitatis, quo caſu non valet alienatio aliter facta iuxta tex. & no.in d.l.fi.C. de ven.reb.ciu.quòd non valet ratificatio ſine dicta forma, pro qua facit etiā, quod no.Ang.in l.cum hi,§ præ-

51 tor, ff.de tranſ.vbi dicit, † quòd quando plura requiruntur pro forma, & ſolemnitate actus, vt in caſu noſtro, & vnum deficit omnia, vt re integranda, l.hæredes palam, §.ſi qui poſt, ff.de teſta.

52 Secundo reſpondetur, † quod dicta per Bar.in d.l.vniuerſis, locum non habent quando ſtatutum diſponit, quod alienatio rerum vniuerſitatis non valeat niſi ſeruata ſolemnitate tali, alias ſi ſecus fieret, actus non valeret, vt per Bal.in l.humanum, ff.de ll.vbi inquit, quod ſi ſtatuto caueatur, quod reformationes non poſſint fieri niſi ſub certa forma, alias actus non valeat, ſi contingit populum facere reformationem illa forma non ſeruata, quod illa non valet. Ita in ſpecie dixit Dec.in conſi.x. nu.4.& in conſil.210 col.ij.ſed in preſenti caſu adeſt ſtatutum, quod venditio rerum vniuerſitatis non poſſit fieri niſi cum interuentu domini loci, & ſi aliter factum fuerit quod venditio ſit nulla, quia dominus non interueuit in dicto mandato, nec in ipſa approbatione, ergo &c. Nec ob.not per Bal.in d.l j ff. de ll.quia eius dictum non eſt verum, vt in ſpecie illud reprobat Alex.in l.j.in prin.ff.ad leg.Fal.& Dec.in conſi.129.col.2.in fi.& Par.

53 in citato.conſ 47.num.31. † Nec valet quod ex aduerſo obiicitur huiuſmodi ſtatutum non fore in viridi obſeruantia, & per conſequens, quod attendi non debet iuxta gl.in c.j.de treug.& pa.Ale.conſi. 132.col.1 vol.3 Dec.in conſ.162.colum fi.quia reſpondetur, quod imo præſumitur vſu receptum, ex quo ab aduerſa parte non fuit pro-

54 batum contrarium, † cum in tali negatiua conſiſtat fundamentum intentionis ſuæ, iuxta no.per Bart.in l.in illa col.2.de ver.obl.Ita in terminis dixit Dec.in conſil.149. col.2.ver.non obſtat.

Vltimò non ob. quod in inſtrumento ſyndicatus non ſunt deſcribenda nomina conſiliariorum, quia, vt ſopra

55 dictum eſt in quarto fundamento, † communis eſt opinio in contrarium, quod in actibus vniuerſitatis multum ponderoſis, vt in alienationibus requiratur deſcriptio ipſa, quod prǽſertim ad mitendū venit in caſu noſtro, cum ſimus in vniuerſitate non parua, ſed magna, quæ ſemper adminiſtrata fuit per conſilium.

Vnde ex his concludendum eſſe arbitror, dictam alienationem vti non legitime factam, nullam declarandam

56 eſſe vel irritandam. † Aduertere enim debent conſiliarij ciuitatum vel caſtrorum, qui repreſentat totum populum, quod in rebus ponderoſis vniuerſitatis non procedant velo leuato, nec perfunctoriè, ſed maturè, & memoriæ habeant conſilium Bal.in l.item ſequitur ibi Pau.

57 de Caſt. † vbi dicit, quod quando fit in conſilio propoſitio ad agendo, quod ea fieri debet diu antequam delibe-

58 retur, & fiat reformatio ſeu decretum, † & ideo, quod ſunt rationabilia ſtatuta dicentia, quod prius aliquid debeat proponi in conſilio minori, quam proponatur vel determinetur in conſilio maiori vt inquit Caſtrenſis ibi ita fieri Florentiæ. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

*1 Dos data per ſocium filiæ ſuæ tempore diuiſionis imputatur in eius portionem, & nu.21.vbi eſt magis communis.*

*2 Onus dotandi filiam cohæret perſonæ patris. & eam afficit, quod declara, vt num.48.*

*3 Perſonæ quæ cohæret ad alium non tranſeunt.*

*4 Impenſa illa duntaxat ſocietati imputatur, quæ ſocietatem reſpicit, quod intellige, vt num.49.*

*5 Socius non obligatur ære alieno pro ſocio, niſi in communem arcam pecunia poſita ſint.*

*6 Socius vnus ſi præſtat alimenta filio qui in ſocietatem opera nō contribuit talia alimenta ſocietati non aſcribuntur.*

*7 Dos plus fauoris habere non debet, quàm alimenta.*

*8 Societatis tacita omnium bonorum vbi eſt contracta in ea tantum communicatur lucra, & damna ex cauſa quæſtus prouenientia. Sed contra nu 51.*

*9 Dos non dicitur actus quæſtuarius.*

*10 Societatis natura eſt, vt nullus ex ſocijs plus parte ſua alienare poſſit, quod declaratur in nu.52.*

*11 Societas ſeruanda eſt inter ſocios maximè fratres quod intellige, vt in nu.51.*

*12 Societate diſtracta quilibet tenetur filias ſuas dotare.*

*13 L.ſi ſocius pro filia.ff.pro ſocio locum habet ubi inter ſocios actū eſt, quòd dos de communi conſtituatur, & num.15.& 16. Sed contra num.40 47.& 54.*

*14 Argumentum à contrario ſenſu in iure eſt validiſſimum.*

*17 Æs omne alienum, quod per vnum ex ſocijs durante ſocietate contractum eſt, de communi ſolui debet.*

*18 Frater vnus ſi maiorem familiam habet, quàm alter ille alius poterit repetere à fratre quatenus plus expenſum eſt in alimentan do familiam ſi ſumptus ſunt magni, & frater habens maiorem familiam ſit diues, quod declara, ut nu.55.*

*19 Dos ſuccedit loco alimentorum.*

*20 Expenſa procedens à uoluntate unius ex ſocijs quæ non tendat ad commodum ſocietatis imputari ſocietate non debet, quod intellige, ut in num.57.*

*22 Onus liberorum ſequitur patrem.*

*23 Expenſa pro ſtudio filij, facta per unum ex ſocijs omnium bonorū ſocietati non imputatur.*

*24 Societas expenſa contrahitur cum uerbis interueniente ſtipulatione uel pacto.*

*25 Societas expreſſè contracta comprehendit omnia undecunque acquiſita.*

26 So-

26 *Societas tacito contrahitur per conſenſum verbis, vel factis declaratum.*
27 *Conſenſus in ſocietate tacita preſumitur ex actibus conſonatibus ſocietati.*
28 *Differentia nulla eſt inter ſocietatem tacitam, & expreſſam, ſecundum communem data paritate terminorum.*
29 *Societas tacita ita contrahi poteſt in omnibus bonis ſic..t expreſſa.*
30 *Declaratio ad gloſ. in leg. cum duobus. §. ſocium, & ad l. coiri ff. pro ſocio.*
31 *Societas omnium bonorum tacita ſecundum communem complectitur omnia vndecunque quæſita, & nu. 37. ac 56.*
32 *Dos data per conſocium filiæ imputatur ſocietati tacitè omnium bonorum, & nu. 45. ac 58.*
33 *Omnium lucrum, & commodum vndecunque proueniens ſicut ſocietati omnium bonorum acquiritur ita & omne damnum, & omnis impenſa communicari debet, & nu. 46.*
34 *Societas ſi contrahitur omnium bonorum quid quid vnus ex ſocijs expendit in honorem liberorum ſuorum ſocietati imputatur.*
35 *Debita contracta per vnum ex ſocijs omnium bonorum cum republica occaſione magiſtratus debent eſſe communia.*
36 *Socius vnus, ſi actione iniuriũ aliquid ſine culpa erogare damnatus eſt illud de communi præſtari debet.*
38 *Hæreditas patris vel liberti dicitur quaſi debita filio uel patrono.*
39 *Dos dicitur quaſi debita filię.*
41 *Socius omnium bonorum ſi dotem ex pacto lucatur ſocietati acquiritur.*
42 *Alere qui tenetur, ſimiliter & dotare, ſecundum communem, tenetur.*
43 *Socius ommuium bonorum habens familam illam de communi alere debet.*
44 *Onus alimentandæ vxoris vnius ex ſocijs eſt commune.*
50 *Declaratio ad Baldum in leg. ſi paterno affectu. in fin. C. de neg. geſt.*
56 *Iudicandum eſt in dubio pro dotibus.*

## CONSILIVM XCI.

REVOCATVR in dubium an dotes datæ Dominę Pelegrinę de Auria p magnificum dominum Auguſtinum eius patrem imputari debeãt in patrem ipſius domini Auguſtini in diuiſione ſocietatis, de qua ad pñens agitur inter eum, & dominos Octauianum, & Nicolaum eius fratres, aliàs contractæ.

1 † Prima etiam facie videtur dicendum, quod dos ipſa imputanda ſit in portione domini Auguſtini, quia
2 trita eſt iuris regula, † quod dotandi filiam cohæret perſonæ patris, & eam afficit. l. fin. C. de dotis promiſ-
3 ſione. l. obligamur, §. lege. ff. de actio. & obliga. † ſed quæ cohærent perſonæ ad alium non tranſeunt, c. fi. de offi. ord. ergo &c.

Secundò iſtud probatur per tex. in l. cum duobus. §. ſi
4 quis ex ſocijs, ff. pro ſoc. † vbi illa impenſa duntaxat ſocietati imputat quæ ſocietatem reſpicit, & in l. iure
5 ſocietatis. eodem titul. † vbi ſocius non obligatur ære alieno pro ſocio, niſi in communem arcam pecuniæ poſitæ ſint, ſed debitum dotis non eſt debitum contractũ, occaſione ſocietatis, ſed ſpeciali obligatione patris, vt ſupra. ergo, &c.
6 Tertiò facit † nam ſi vnus ex ſocijs præſtat alimenta filio qui in ſocietatem opera non contribuit, talia alimẽta ſocietati non poſſunt aſcribi, ſed pater ea præſtat, vt per Bald. in l. ſi paterno affectu. in fin. C. nego. geſt. Si igi-
7 tur ita eſſe in illo caſu, ergo † idem dicendum eſt in dote data filiæ, quæ plus fauoris non habet quam habere debeant alimenta, cum mulier ad ſui vtilitatem illam habeat. l. aſſiduis, C. qui potiores in pigno. habeantur, nec operas ſuas communicet ſocietati, ſed ſoli viro, glo. in l. ſicut. ff. de operis lib. l. ſi vir, in princ. ff. de donat. inter vir. & vxo.
8 Quartò confirmatur hæc opinio, † vbi eſt contracta ſocietas omnium bonorum tacitè, tantum in ea communicantur lucra, & damna ex cauſa quæſtus prouenientia, l. coiri. gloſ. in l. 3. §. 1. l. cum duobus, §. idem Papinia-
9 nus, in verbo initium fuerit. ff. pro. ſocio. † Sed dos non dicitur eſſe debita ex cauſa quæſtuaria, vt per Bart. in l. legatis, ff. de leg. 3. ergo dos ex communi non conſtituenda, ita Alex. in conſ. 154. col. 1. in fi. vol. 2.
10 Quintò, quia † natura ſocietatis eſt, vt nullus ex ſocijs plus parte ſua alienare poſſit. l. nemo ex ſocijs. ff. pro ſocio. ergo ſocios de proprio tantum debet dotare filiam & non de cõmuni, quia eſſet alienare plus de parte ſua.
11 Sextò comprobatur hæc ſententia. † Nam inter ſocios maxime fratres æqualitas ſeruari debet. l. cum pater. §. euictis. de lega. 2. Sed ſi vnus haberet plures filios quam alter, & dos deberet conſtitui omnibus de communi, ſequeretur maxima inæqualitas, ergo &c.

Item, & alia inæqualitas, ſeruaretur Demus enim, ꝙ ſi vnus ex ſocijs hebens vnicam filiam ex communi dotatam decederet, quo caſu eſſet finita ſocietas. l. 4. ff. pro ſocio. ſi iſta filia patri ſuccederet æqualiter cum ſocijs diuideret, ſic plus de communi haberet, quia dotem ſibi prius conſtitutam de communi præcipuam retineret. d. l. ſi ſocius pro filia. in fi. quod videtur abſurdum.

Plus eſſet dare materiam, quod fratres venirent ad
12 diuiſionem. Certum eſt enim, † quod diſtracta ſocietate, quilibet tenetur ſuas filias dotare, dicta leg. ſi ſocius. Videns igitur ſocius, & fratrer alium fratrem filiabus grauatum, de facili induceretur ad diuidendum, ne onus dotandi ſentiret, & ſic induceretur inter fratres diſcordia.
13 Septimo † allegatur tex. in d. l. ſi ſocius pro filia, qui ad hoc eſt ſpecialis, vbi traditur, ꝙ filia vnius ſocij dotãda eſt de communi, ſi ex pacto ita actum eſt inter ſocios,
14 vt dos de communi conſtitueretur, † ergo arguendo a contrario ſenſu, quod argumentum eſt in iure validiſſimum, l. j. cum ibi not. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. ſi non eſſet pactum inter ſocios interpoſitum, de portione patris tantum eſſet dos ſoluenda, alias ſuperuacuè, l. illa conſideraret, quod ita iter patres conuentum eſſet, quod non eſt dicendum, l. ſi quando, ff. de leg. j. Et aduertendum eſt ſecundum gloſ. ibi, quod ille tex. loquitur in ſocijs omnium bonorum, ſed in caſu præſenti de tali conuentione non apparet, ergo dos ipſa non eſt ſoluenda de communi.

Inducitur & ſecundo modo ille tex. ſecundũ aliquos.
15 † Dicitur enim ibi, quod ſi actum eſt inter ſocios, ꝙ filia vnius dotaretur, & de filia alterius nihil dictum ſit, quod tale pactum iniquum eſt, quæ iniquitas non reſultaret ſi de iure communi, & ex natura contractus filiæ deberent dotari de bonis communi ſocietatis: quia filie alterius de quibus nullum fuiſſet factum pactum deberent communiter dotari tanquam, quod iſte caſus remanſiſſet in diſpoſitione iuris communis, l. ſi extraneum, ff. de condi. ob cau. Cum igitur in caſu illo pactum eſſet iniquum, datur intelligi, quod de iure communi, filia vnius ſocij non debet dotari de bonis communibus.
16 Tertiò, † quod in caſu illo dos conſtituatur propter ex-
17 preſſam conuentionem, ſic demonſtratur, † nam regula eſt, ꝙ omnes æs alienum, quod per vnum ex ſocijs durante ſocietate contractum eſt; de communi ſolui debet, ea etiam diſtracta, l. omnes ęs alienum, ff. pro ſoc. l. ſi ſocij ſumus, & l. ſi vnus, in princ. eod. tit. ſed in d. l. ſi ſocius pro filia, dicitur ꝙ dos promiſſa manente ſocietate, non ſoluitur de cõmuni patrimonio ea diſtracta: igitur conſtat ꝙ, in caſu illo, no ex natura contractus ſocietatis, ſed virtute pacti illa dos erat cõmuni ſoluẽda, aliàs ſi ex natura contractus illud fuiſſet dictracta etiã ſocietate, de communi ſolui debuiſſet, vt in iuribus præallegatis.

Octauò facit pro hac opinione, quod dicunt Ang. &
18 Pau. in l. fin. C. de collat. † vbi ſi vnus frater habet maiorem familiam, quam alter, ille alius poterit repetere à fratre quatenus plus impenſum eſt in alimentando familiam ſuam ſi ſumptus ſunt magni, & fratrer habens maiorem familaim erat diues, Corn. conſil. 59. colum. fi. vol. 4. Cum ergo in caſu de quo agitur, omnes iſti fratres ſint diuites, & onus dotandi ſit magnum, igitur non
19 debet communiter ſubiri, † maximè cum dos ſuccedat loco alimentorum, Cy. & Bal. in l. mater, C. de iure dot. Bart. in l. fi. C. de his, quibus vt indig.
20 Non hoc probatur, † nam expenſa procedens à voluntate vnius ex ſocijs, quæ non tendat ad commodum ſocietatis, imputari non debet ſocietati, l. cum duobus, §. per contrarium pro ſocio, l. quod in alea perdidit ſocius, eo. tit. ſed impenſa dotis traxit originem a voluntate patris, quando matrimonium contraxit, ne pertinet directè, vel indirectè ad vtilitatem ſocietatis ergo &c.
21 Decimo † hæc ſententia iuuatur authoritate Specu. in titu. de iud. §. ſequitur, verſi. quid ſi vnus, vbi inquit, ꝙđ de bonis patris ſui, filia debet dotari, & non de communibus bonis niſi aliter inter fratres actum eſſet, per dil.

ſi

ſi ſocius pro filia. Idem voluit Bald.in addit.ad Specul.di-
22 cens, † quod onus liberorum ſequitur patrem, l. ſi mari-
tus,ff.fam.erciſc.alibi ipſe Bal.in l.ſi patruus, in 4.col. C.
communia vtr.iud.& in authent.ex teſtamento,verſ.17.
C.de collatio.dum allegat d.l.ſi ſocius pro filia. Idem vo-
luit Rom.in conſil.145. per d.l.ſi ſocius, vbi etiam inquit
23 † quod expenſa pro ſtudio filij facta per vnum ex fratri
bus ſocium omnium bonorum imputatur tãtum in eius
portione,& non ſocietati,& in conſi.413.in ſecundo du-
bio.Pet.de Anchara.in conſi.302.& in conſi.144. Pau.de
Caſt.in conſi.366.volum.2.Alex.in conſ.133.col.2.vol.2.
& conſi.153.col.2.vol.eod.& in conſ.76. volu.4. Raph.in
dicta l.ſi ſocius,Bal.in l.cum duobus, §.Papinianus, alias
l.ſi fratres, in recollectis antiquis pro ſocio.Corn.in con-
ſilio 285.col.pen.in fi.vol.1.& in conſi.59.col.pen. vol.4.
Pract.Papienſ.in for.lib.in cauſa ſocie. in verbo, vnde-
cunque quæſita. Et hanc eſſe communem dixit Socin.in
conſi.291.col.3. in fi.a qua dicit non eſſe recedendum in
iudicando. Et ipſam magis communem dixerunt Soc.in
conſilio 213.columna penult.in fin.volum.2.duplicato in
conſi.46.volum.1.& Iaſ.in authen.quod locum, colum.4.
C.de collatio.

Sed præmiſſis non obſtantibus,contrariam partem de
iure veriorem eſſe arbitror rationibus,& authoritatibus
de quibus infra.Sed antequam condeſcendam ad funda
menta ſtringentia pro hac parte affirmatiua,præmitten-
dum eſſe vnum exiſtimo, quod eſt in iure veriſſimum,
24 quod ſocietas duobus modis contrahitur. † Vno qui-
dem modo expreſsè, cum verbis interueniente ſtipula-
tione,vel pacto,l.ſocietatem coiri, & ibi gloſſ. ff.pro ſoc.
l.duo ſocietatem,eodem titu.Socin.in conſi.4.columna j.
25 volum.4.& Ruyn.in conſi.92.in princ.volum.j. † Et in
dicta ſocietate veniunt omnia vndecunque quæſita, l.3.
§.cum ſpecialiter,ff.pro ſocio,l.cum duobus, §. ſocium,l.
26 ſi ſocietatem vniuerſorum,eodem titu.† Secundo qui-
dem modo tacitè,per conſenſum verbis,vel factis decla-
ratum,l.4.ff.pro ſocio,vt quando fratres in communi hæ-
reditate remanſerunt communiter, fructus omnes in
communi potentes ac quæſtus & lucra ſimul participan
tes,& rebus emptis communiter vſi ſunt. Ita Angel. in
27 conſi.112.& Bal.in conſi.19.volum.1. vbi inquit, † quod
ſocietas conſenſu etiam tacito contrahitur, quod tacitus
conſenſus præſumitur ex actibus conſonantibus ſocieta-
ti,vt quia ſimul habitarunt, quæſtus & lucra ſimul parti-
cipant,damna communiter tolerant, & ſunt habiles ad
ſocietatem contrahendam, quia tunc non eſt dubitan-
dum quòd actiuè & paſſiuè ſunt ſocij. Idem Bald.in con
ſilio 452.in tertia parte,quem ſequitur Iaſ.in conſi 2.col.
28 5 volu.3. & in conſi.3. colum.3. volum. eod.† Et licet ali-
qui velint,quòd inter ſocietatem expreſſam, & tacitam
ſit differentia,quia in expreſſa veniunt omnia vndecun-
que quæſita, & in tacita ſolum quæ proueniunt ex quæ-
ſtu.l.coiri,cum l.ſequen ff.pro ſocio, gloſſ. in l.cum duo-
bus,§.ſocium,eodem titu Alex.conſi 47.col.2. volu.2.ta-
men illa differentia non eſt vera, quia ſocietas ſolo con-
ſenſu contrahitur, Inſtitu.de oblig quæ ex conſil.& ta-
lis conſenſu declaratur ex actibus promiſcuis, qui citra
ius, & nomen ſocietatis tacitè fieri non poſſunt, vt per
Bartolum in l Titium,§.altero,ff.de adminiſtr. tut. & in
l.ſi patruus,C.commun.vtr.iud.& per Decium in conſil.
66.colum.2.conſil.68.colum.4.conſilio 304.col.fin.conſi.
628.columna 1.& in rubrica, C.qui teſtam.face. poſſ.&
in conſil.548.colum.2.in princ.vbi inquit hanc eſſe com
munem concluſionem Doctorum,quòd inter ſocietatem
expreſſam & tacitam data paritate terminorum non eſt
29 differentia, † quia ita tacita ſicut expreſſa contrahi po
teſt in omnibus bonis, quia cùm ſolo conſenſu contraha-
tur,par eſt virtus taciti,& expreſſi,l.cum quid. ff ſi cert.
petatur. Et hanc eſſe etiam communem firmauit Crauet.
in conſi.26.columna ſecunda,verſic.4.Ruy.in conſi.104.
columna 9.verſi.non obſtant etiam ſexta ratio, volum.1.
& in conſilio 121.col.1.in fin.volum.5. vbi inquit apud ſe
valde erroneum eſſe dicere, quod ſi ſocietas omnium bo
norum ſit tacitè contracta, quod tantum veniant quæ-
ſtuaria in ea,quia videtur repugnantia,quod ſit omnium
bonorum,& quod quæſtuaria tantum in ea veniant,ſub-
dens hoc eſſe contra mentem omnium. Rub.Alex.in con
ſilio 87.per totum.
30 Non † obſtat gloſs.in §.ſocium, & in dicta l.coiri,quia
quamuis gl.& in alia iura ſupra citata dicãt, quod ad hoc
vt omnia veniant in ſocietate neceſſe eſt, quod expreſsè
ſit contracta ſocietas omnium bonorum, tamen hoc di-
cunt ad differentiam ſimplicis ſocietatis,& non ad diffe-
rentiam tacitæ omnium bonorum,vt per Dec.in dicta ru
brica,& alijs locis,vbi reprobat Alex.in dicto conſi.alle-
gato,Iaſ.in conſi.2.colum.7.volum.3.& conſi.3.colum.4.
volumi.eod.vbi aſſerit hanc eſſe communem, Ruyn.in d.
conſi.104.col.9.verſicu.non obſtat etiam ſexta ratio, vbi
inquit, quòd non ſine myſterio debent intelligi illa iura
quando expreſsè ſit contracta ſocietas omnium bonorũ,
ſecus ſi ſimpliciter, non autem ſi tacitè eſſet contracta
omnium bonorum communio.

Quo præſuppoſito ſtante tanquam communiter rece-
31 pto apud legum vertices,† quod in ſocietate omnium bo
norum tacita etiam veniant vndecunque quæſita,primò
32 pro hac parte affirmatiua,† quod dos data per dominum
Auguſtinum dominæ Pelegrinæ eius filiæ imputanda ſit
33 ſocietati,facit,† nam ſicut omne lucrum,& commodum
vndecunque proueniẽs ſocietati acquiritur,l.3.§.1. ff.pro
ſoc.l.cum duobus,§.ſocium vniuerſa,eod.titul. Ita omne
damnum. & omnis impenſa communicari debet, l. cum
duobus,§.per contrarium,ff.pro ſocio, ergo & dos.

Secundo hoc probatur in l.ſi ſocietatem vniuerſorum,
34 §.idem maxime,ff.pro ſocio, † vbi ſi contrahitur ſocie-
tas omnium bonorum,quicquid vnus ex ſocijs expendit
in honorem liberorum ſuorum,ſocietati imputatur, ſed
expenſa dotis tendit ad honorem filiæ, l.ita cogente, di-
cta l.obligamur, § lege,ergo & ad communem impẽſam
dos ipſa cedere debet.

Tertio accedit tex.in l.ex parte,§.filius, ff.fami.erciſc.
35 † vbi debita contracta per vnum ex ſocijs omnium bo-
norum cum republica occaſione magiſtratus debent eſ-
ſe communia,ſecus ſi non eſſent ſocij bonorum. Cum er-
go frater ſocius omnium bonorum ſentiat tale onus non
proueniens ex ſocietate,ſed ex facto fratris: eodem mo-
do dicere debemus, quod expenſa dotis vnius filij ſocij
omnium bonorum debet extrahi de communi.

Quarto confirmatur hæc opinio per tex.in l.cum duo-
bus,§.per contrarium.ff pro ſocio,quem allegat Alexan.
in conſ.154.col.1.& in conſ 70 colum.2.in prin.volum.5.
36 † vbi ſi vnus ex ſocijs actione iniuriarum aliquid eroga
re damnatus eſt,dummodo ſine culpa,de communi illud
præſtari debet, & tamen tunc non eſt dubium, quod ſo-
cius extra omnem ſocietatis cauſam illud præſtare cogi-
tur,quanto magis igitur illud, quod nomine dotis dat fi-
liæ iuris diſpoſitione eo ſic cogente, maior enim debet
reputari vniuerſalis legis coactio,quę cogit patrem ad do
tandam filiam,& maioris authoritatis, quam coactio iu-
dicis ad iniuriam ſocij illum cogentis erogare per actio-
nem iniuriarum illud, ad quod de iure communi cogi
non debebat.

Quinto corroboratur hæc ſententia per textum,in l.&
quia plerunque,iuncta l.3. §.1. ff. pro ſocio, dicitur enim
37 in dicto §.1.ſimpliciter, & abſolutè, † quod ſocij omniũ
bonorum acquirunt hæreditates, legata, & vndecunque
quæſita ſocietati, & ſic hæreditas quæ prouenit a patre,
vel a liberto communicantur ex quo ſimpliciter,& indi-
38 ſtinctè loquitur, † quæ hęreditas patris,vel liberti dici-
tur quaſi debita filio, vel patrono, d l. quia plerunque.
Sicut ergo illud quod eſt quaſi debitum iure naturæ vni
ex ſocijs omnium bonorum, acquiritur ſocietati, ergo
quaſi debitum ad quod vnus ex ſocijs omnium bonorum
iure naturæ debet eſſe omnibus commune, d.l.cum duo
39 bus, §.quidam ſaginariam, in fi. † Sed dos dicitur eſſe fi-
liæ a patre quaſi debita, vt eſt gloſſ. communiter appro-
bata in l.mulier,§.cum proponeretur, ad Trebel. igitur
onus dotandi debet eſſe commune.
40 Sextò † pro iſta parte eſt caſus in d.l. ſi ſocius pro fi-
lia, iuncta gloſſ.prima,nam in princ.quærit, vtrum ſocie
tate ſoluta per mortem vnius ex ſocijs omnium bono-
rum, eius filia quæ per acceptilationem fuit a ſuo mari-
to liberata, a ſocijs quondam patris poſſit dotis quanti-
tatem percipere. Et antequam huic quæſtioni reſpon-
deat, facit vnam interpretationem in verſi. ſi fortè, &c.
quærendo de nouo, quid ſi fuiſſet pactum interpoſitum,
quod filiæ eſſent de communi dotandę,cuius vigoris eſſet
tale pactum. Qua quæſtione abſoluta,poſtmodum in ver-
ſicu. verum, reſpondet primę quæſtioni, quando ſcilicet
nullum interuenit pactum,quod aut dos erat ſoluta, aut
non. Primo caſu illam retinet filia ſibi pręcipuam. Secun
do verò caſu non poteſt illam percipere, ergo iungen-
do verſicu. verum, cum primo probat, quod de commu-

ni eſt ſoluenda. Et ita illum text. expreſsè & clarè intelligit gloſ. in verbo conueniſſet, dicens huic quæſtioni reſpondet infra verſi. verum. Interim autem d. gl. de pactis dicit quem effectum habeat. Ita formaliter ibi declarat illum textum, & etiam illud intelligit Anton. de Butri. in conſi. 7. & Ruy. in conſ. 104. col. 2. ver. ſed prædictis. vol. j.

41 Septimo facit † in ſocijs omnium bonorum ſi vnus ex ſocijs dotem ex pacto lucratur, vel alia cauſa ſocietati acquiritur, l. quod ſi eo tempore, ff. pro ſocio, Rom. conſil. 306. Alex. in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, ff ſolu. mat. vbi intelligit dictam l. ꝙ ſi eo tempore in ſocijs, Iaſ. in conſi. 3. col. fi. in prin. volu. 3. Dec in conſi. 68. col. 2. Sicut ergo lucrum dotis ſocietati acquiritur, ita ergo videtur, quod dotis onus ſocietati imputari debeat.

Octauo hæc ſententia alio modo comprobatur per
42 Ruy. in allegato conſi. 104. verſi. 4. † Nam ille qui tenetur valere, tenetur alere, tenetur etiam dotare, & de vno ad aliud valet argumentum, l. fi. ff. de his, quib. vt indig. Bald. & Ang. in l. 1. ff. ſol. mat. Et iſta eſt communis opinio ſe-
43 cundum Ruy. ibi. † Sed ſi ſocius omnium bonorum habet familiam, debet ali de communi, vt per Bal. in l. cum duobus, §. ſi fratres, ff. pro ſoc. in quadam apoſtilla eius manu ſcripta, vt citat Petr. de Vbald. in ſuo trac. ſoc. &
44 in 18. q. 6. partis, † quia onus alimentandæ vxoris vnius ſocij, ſecundum Bal. eſt commune, quod patet, quia dos retinetur in communi, l. actione, §. fi. cum l. ſeq. ff. pro ſocio. Ergo idem in onere exhibitionis reliquæ familiæ. Nam quod per totam familiam quæritur, cõmunicatur ſocio, arg. l. ſicut, ff. de ope lib. l. cum duobus, § ſocium, ff. pro ſoc. vbi quod acquirit pater ex iniuria illata filio communicat ſocijs omnium bonorum. Si ergo filiæ ſunt de communi alendæ, itaque & de communi dotandæ.

45 Nono, † hæc opinio comprobatur authoritate Bald. in tract. de duobus fratribus. col. 6 ver. & nota de materia, vbi inquit, ꝙ dictum Spec. de quo ſupra, quod dos data vni filiæ alterius ſocijs non debet extrahi de communi,
46 verum, niſi ſint ſocij omnium bonorum, † quia tunc indiſtinctè debet lucrum, & damnum communicari. Idem voluit Bal. in l. ſi patruus, col. 4. verſi. & prædicta. C com. vtr. iud. vbi limitat Specul. modo quo ſupra, & in vltima col. dum allegat d. l. ſocius pro filia, dum dicit, quod in ſocietate omnium bonorum non attenditur vtrum vnus plus lucretur quàm alius, vel vnus plus impendat quam
47 alter, ſed omnia ſunt generaliter partienda. † Et ſic intelligit d. l. ſi ſocius, locum habere citra pactum. Idē Bal. in aliquibus recollectis in d. l. cum duobus, §. ſi fratres, & in l. ſi ſocietatem vniuerſorum, alibi ipſe Bald. in conſilio incip. Factum tale eſt Ventrucius, & in conſilio incipiente, Nanes de Spello. Angel. in l. ex duobus, in fin. de nego. geſt. Antonius de Butr. in conſi. 7. per d. l. ſi ſocius. Nellus de ſancto Geminiano, & Ioan. Baptiſta de Bentiuolis de Saxo Ferrato, vt refert Socin. conſil. 291. colum. 6. volu. 2. Bar. in ſuis recollectis in dicta l. cum duobus, §. ſi fratres, vt refert vidiſſe dictum dominum Ioan. Baptiſtam. Angel. in conſi. 60. in tertio dub. Mart. de Laud. & D. Iacob. de Put. vt refert Iaſ. in authenti. quod locum, C. de collatio, colum. penultima. Ioan. de Imol. in conſilio incipiente. In caſu præmiſſo. Pau. de Caſt. in recollectis Florentinis, in d. l. ſi ſocius, & in dicta l. ſi ſocietatem vniuerſorum, & in conſilio 358. quod incipit. Ad primum, volum. ſecundo, vbi inquit, quòd licet alias ſibi viſum fuerit contrarium, tamen quòd ſibi in contrarium multum mouet authoritas, & ratio Bald. in locis ſupra citatis. Socinus in conſi. 261. colum. 3. in fin. cum ſequenti, in conſilio 4. & 5. volum. 4. & d. Hiero. de Zane in conſi. 6. inter dicta conſ. Socin in quarto volum. Decius in dicta authenti. quod locum, colum. penultima, in conſi. 66. columna 4. vbi atteſtatur hanc eſſe communem, & ſimiliter in conſi. 68. colum. ſecunda, & in conſi. 304 colum. fin. Ipſam quoque firmat communem Bertrand. in conſil. 39. columna 3. volum. 2. Ruy. in conſi. 104 columna octaua, in princ. volu. primo, vbi dicit hanc opinionem tanquam munitam iuribus, & authoritatibus amplectendam, præcipuè cum maximam habeat æquitatem, ſubdens, quòd pro iſta parte vidit conſultum per doctiſſimos viros alibi. Idem Ruyn. in conſilio 121 colum. prima, volumi. quinto, vbi inquit, quòd cum alias pro iſta parte ipſe conſuluiſſet, ſe ſubſcripſerũt eius conſilia omnes ferè excellentes doctores Italiæ, & ita etiam alias conſuluiſſe dominum Antonium de Roſellis refert Soci. in dicto conſil. quarto, colum. 10. verſicu. nec obſtat argumentum.

Non obſtant modò adducta in contrarium. Et primò quòd onus dotandi ſit perſonale, & patrem afficiat, non
48 autem ſocios, quia reſpondetur, † quòd in ſocijs omnium bonorum non attenditur hoc, quia natura contractus ſocietatis omnium bonorum eſt, vt omnia damna, & lucra vndecunque obuenientia ſint communia, vt abundè ſupra dictum fuit, ergo de dotando dicitur eſſe actum tacitè, argumento l. quod ſi nollit. §. quia aſſiduè, ff. de ædil. edict. Ita Dec. in allegato conſi. 68. colum penultima in princ. & Ruyn. in citato conſi. 104. col. 8. verſi. non obſtat, quod onus dotandi.

Secundo non obſtat textus, in l. cum duobus, §. ſi quis
49 ex ſocijs, & l. iure ſocietatis, † quia dicitur, quod illa iura loquuntur in ſocietate particulari alicuius negociationis, ſecus eſt in ſocietate omniũ bonorum, vt in caſu iſto, quia omnia ſunt communia in huiuſmodi ſocietate. Ita Dec. in d. conſi. 66. col. pen. verſi. non obſtant iura.

50 Tertiò ſimiliter † non obſtat, quod not. Bald. in l. ſi paterno affectu, quia Bald. loquitur in caſu in quo non erat ſocietas omnium bonorum, ſed in terminis ſimplicibus de duobus fratribus ſimul habitantibus, inter quos non eſt contracta ſocietas omnium bonorum, vt in dicta l. ſi patruus, & per tex. in dicta l. ex parte, §. ſi filius, ff. pro ſocio, & Decium in conſi. 628. colum. prima, & 651. columna prima, & Pariſ. conſi. 82. nume 57. volumine 1. Ita reſpondet Soci. in conſil. 4. colum. pen. verſic. non obſtat ſeptimum, volum. 4.

Quartò non obſtat, quod, vbi eſt contracta ſocietas tacitè omnium bonorum, non veniunt niſi ea, quæ quæſita
51 comperiuntur ex quæſtu, † & ideo quod dos non dicitur debita ex cauſa quæſtuaria, vt per Alex. in d. conſil. ſuprà citato, quia reſpondetur, quod malè loquitur, quia d. l. coiri. & alia iura allegata per Alex. vt dictum fuit non loquuntur de tacita ſocietate omniũ. bonorum, ſed de ſimplici ſocietate, hoc eſt, de illa quæ inter aliquos contrahitur, & expreſſe, ſed non exprimitur ſuper quo contrahatur, & hoc in caſu dubio contrahi dicitur ex cauſa quæſtuaria. Sed in ſocietate tacita omnium bonorum, veniũt omnia quæ venire poſſunt in expreſſa, cum ſit cõtractus, qui ſolo conſenſu perficiatur. Ita Decius in locis ſuprà citatis, & alij de quibus ſuprà vbi apparet hanc eſſe communem opinionem.

Quinto non obſtat quod natura ſocietatis eſt, vt nullus
52 ex ſocijs plus poſſit alienare parte ſua, † quia illud locum habet quando alienando eſſet in dolo vel culpa. d. l. nemo, & l. verum, eod. titulo. Culpæ enim nomine ſocius ſocio tenetur, l. cum duobus, §. euenit, ff. pro ſocio. At in dando dotem prædictam vt in caſu de quo agitur, nec dolus, nec culpa interuenit, ſed ad eam pater legis diſpoſitione aſtringitur, ergo &c. Ita Soci. in dicto conſil. quarto numero 42.

Sexto non obſtat, quòd dicitur de æqualitate ſeruan-
53 da, maximè inter fratres: † quia reſpondetur, quod ex quo ille qui habet vnam filiam, ita poterit ſentire commodum ſicut damnnm ſi procreaſſet plures filias, quàm alter frater, licet caſualiter ſentiat hoc damnum, non dicitur lędi. l. de fideicom. C. de tranſact.

Item non obſtat, quod ſi filia iam eſſet dotata de communi, ſuccederet patri, & haberet plus de communi quã
54 alter ſocius, † quia dicitur, quod ex quo iam exiuit à patrimonio communi, non dicitur illud eſſe ſocietatis, ſed proprium patrimonium filiæ, l. pater filiæ, in princi. ff. ad leg. Falcid. l. pen. C. de collat.

Nec ſimiliter obſtat, quòd daret materiam, quòd fratres venirent ad diuiſionem, & ſic inter eos induceretur
55 diſcordia, † quia reſpondetur, quòd quando conſtaret expreſſe vel tacite, quod vellent venire ad diuiſionem, ne onus dotandi ſubirent, nihilominus finita ſocietate teneretur, l. actione, § Labeo, ff. pro ſocio. Ita Ruynus in dicto conſilio 104. columna decima, verſiculo non obſtat, quòd octauo.

Septimo non obſtat etiam tex. in d. l. ſi ſocius pro filia,
56 † quia reſpondetur primo quod licet ibi actum fuerit inter ſocios, quod filia vnius ſocij deberet de bonis ſocietatis dotari, tamen tale pactum non fuit neceſſarium, cum etiam ſine eo hoc fieri poterat, ſed eo reſpectu ibi fuit factum pactum ad recognoſcendum vtrum pactum ſolum ad vtilitatem vnius ſocij factum valeret, & dicitur, quod non. Item & ſecundo dicitur, quod dicta lex cum gloſs. ibi poſita loquitur quando diſſoluta erat ſocietas, & filia erat dotanda, ſecus quando reperitur

dotata

dotata tempore finitæ ſocietatis. Ita But. in allegato con-
ſilio 7. & Dec. in citato conſi. 66. col. antepenult. in fi. cum
princ. ſeq. Soc. conſi. 4. col. pen. verſi. non obſtat quintum,
Ruy. in conſi. 104. num. 2. vol. 1.

Non obſtat etiam octauum argumentum, quòd vnus
ex ſocijs non teneatur conferre ad alimenta præſtanda
maiori familiæ alterius fratris conſocij ſi ſumptus ſunt
57 magni, † quia reſpondet Ruyn. vbi ſupra, in verſicu. non
obſtat etiam ſeptimum, quod prædicta locum habent quã
do fratres non eſſent ſocij omnium bonorum, quia iſto
caſu non eſt præſumenda donatio, ſecus in ſocijs omniũ
bonorum. Pro cuius opinione facit, quòd voluit Bald in
d. l. ſi patruus, colum. fi. vbi inquit, quod quando ex pro-
miſcuis actibus apparet fratres eſſe ſocios omnium bo-
norum, cõferendo omnia vndecunque obuenientia, de-
bent omnia æqualiter diuidi, non conſiderato an plus
vnus lucretur quam alius, vel plus expendat quam alius,
quia hoc in ſocietate generali non admittitur, ſed omnia
ſunt æqualiter participanda, per d. l. ſi ſecius pro filia,
quem ſequitur in d. conſ. 70. col. 2.

Nono non obſtat, quod iſtud debitum dotis ſit volunta
rium, & per conſequens non ſoluendum de communi,
quia dicit Socin. in d. conſi. 4. colum. pen. quod iſta cauſa
remota, quod niſi cepiſſet vxorem, non habuiſſet filias, &
per conſequens non fuiſſet obligatus ad eas dotandum,
non debet conſiderari ad finem, vt dicatur debitum vo-
luntarium, per tex. in terminis in l. ſi cum dotem, §. ſi pa-
ter, ff. ſoluto matr. & in l. huiuſmodi, §. cum pater, de leg.
j. vbi in illa quæſtione an legatum alteri factum intelli-
gatur factum animo compenſandi cum debito diſtingui-
tur an debitum ſit neceſſarium, vel voluntarium, & de
debito dotis deciditur ibi prout de debito neceſſario, nec
conſideratur ibi cauſa remota, ſed proxima, & legis di-
ſpoſitio.

58 Non obſtat, † quod Bald. & cæteri ſupra citati teneant
contrarium, & Socin. ac Iaſ. atteſtentur hanc eſſe com-
munem, quia reſpondetur, quòd imò ſi enumerentur au-
thoritates doctorum pro hac parte affirma iua, apparebit
clarè hanc eſſe communem, vt atteſtatur Decius in dicto
conſil. 96. col. 2. & 98. colum. ac Bert. in citato conſil. 39.
59 col. 3. quam tenendam eſſe arbitror, † maximè cum fa-
ueat dotibus, pro quibus in dubio eſt iudicandum, l. in
ambiguis, de regul. iur. Ita Soc. in conſilio 5. ſuprà citato,
colum. 4. Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſufructuaria tenetur præſtare cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, quamuis per teſtatorem ei remiſſa fuerit, ſecũdum communem opinionem.*

2 *Vſufructuariæ quare non poſſit remitti cautio de vtendo &c. per teſtatorem.*

3 *Teſtator ſicut de iure non poteſt remittere cautionem de vtendo &c. nec etiam hoc facere poterit ex licentia ſibi à Principe conceſſa, quia per eam inuitatur ad delinquendum.*

4 *Statutum per quod datur materia delinquendi non ualet.*

5 *Statutum concedens licentiam inſtituendi ſpuros non valet.*

6 *Vſufructuaria tenetur etiam præſtare cautionẽ de rebus quæ uſu conſumuntur ſecundum communem opinionem, & nu. 8.*

7 *Vſufructus propriè in pecunia non conſtituitur.*

8 *Cautio de vtendo &c. in his quæ uſu conſumuntur eſt de ſubſtãtia, licet in his quæ vſu non conſumuntur, quo ad originem non ſit neceſſaria, ſed ſolum ad traditionem.*

9 *Vſufructuaria tenetur pręſtare cautionem de utendo &c. etiam ſi proprietarius promiſerit ei, ꝙ liberè poſſit uti & frui, & quod nullum moleſtiam, uel inquietudinem ipſi inferet.*

10 *Vſufructuaria etiam tenetur ad dicta cautionem dato, quòd teſtator ei dediſſet licentiam alienandi de dictis bonis, in quibus ei conſtituit uſufructum.*

11 *Cautio de utendo &c. debet præſtari cum ſatiſdatione, & a quocunque ualde idoneo, quæ ſi non reperiatur non debet ſtari eius iuratoriæ cautioni, ſed debent ſequeſtrari bona penes tertium idoneum, qui habeat reſpondere de fructibus uſufructuariæ.*

12 *Cautio de qua ſuprà ſufficit, quòd pręſtetur tempore quo traditur uſufructus.*

13 *Satiſdatio de utendo &c. dupliciter poteſt peti per hęredem ab vſufructuario.*

14 *Vſufructuaria non poteſt ſecundum communem opinionem ut, & frui ante præſtitam ſatiſdationem.*

15 *Vſufructuaria tenetur conficere inuentarium.*

16 *Inuentarium eſt neceſſarium antecedens ad cautionem præſtandam de utendo &c. quia alio modo non poſſet ſciri eſtimatio.*

17 *Teſtator non poteſt ramittere cõfectionem inuentarij vſufructuariæ, & ponitur ratio.*

18 *Vſufructuarius tenetur conficere inuentarium etiam quod ipſi ſit inhibitum per teſtatorem ſub pęna.*

19 *Imò plus etiam ſi per teſtatorem ei remiſſa fuiſſet dicta confectio ex licentia conceſſa à Principe ipſi teſtatori.*

20 *Vſufructuaria cui remiſſa fuit confectio inuentarij non tenetur illud conficere ſecundum ſolemnitaeem l. fi. §. ſinautem, C. de iure deliberandi. Sed ſufficiet facere aliquam deſcriptionem ſecundum communem opinionem, quæ appellatur inuentarium.*

21 *Deſcriptio, quod inuentarium appellatur, non debet fieri de per ſe ſeu ſeorſum, & ad partem, ſed in inſtrumento cautionis quam preſtare habet vſufructuaria.*

22 *Vſufructuaria pro rebus immobilibus, & quæ uſu non conſumuntur tenetur preſtare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni uiri, ſalua rerum ſubſtantia, & de ipſi reſtituendis finito uſufructu, ut extabunt.*

23 *Vſufructuaria pro rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & quæ uſu conſumuntur cautionem præſtare tenetur de reſtituendo æſtimationem dictorum bonorum finito vſufructu, facta tamen priùs æſtimatione antequam præſtetur cautio & habito reſpectu ad æſtimationem ſecundum tempus quo uſufructuariæ res traduntur.*

24 *Vegentes etiam connumerantur inter res quæ uſu conſumuntur.*

CONSILIVM XCII.

IN cauſa huius magnificæ matronæ Ale-
xandrinæ quæ per quondam magnificũ
eius virum in ſuo vltimo eulogio relicta
fuit vſufructuaria palatij ipſius teſtato-
ris, & nonnullorum bonorum immobi
lium, ac omnium & ſingulorum mobi-
lium, & vtenſilium exiſtẽtium in dicto
palatio, dubitatum fuit coram magnifico prætore eiuſdẽ
ciuitatis, ex quo per teſtatorem ipſi remiſſa fuerat cau-
tio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, nec non &
confectio inuentarij, an tenentur ad dictam cautionem,
& inuentarij confectionem, inſtante ſic hærede. Et ſi te-
neantur ad præmiſſam cautionem, quomodo præſtari
debeat.

Deueniendo ad primum caput huius conſultationis
1 † dico hanc magnificam matronam teneri ad præſtatio-
nem huiuſmodi cautionis requiſitæ per hæredem, non
obſtante præmiſſa remiſſione facta per teſtatorem, per
tex. ad literam, in l. 1. C. de vſufruct. vbi etiam per Barto.
Bal. & alios. Idem voluit Alex. in conſil. 58. col. 3. volu. 3.
Abb. in conſi. 4. in fi. vol. 2. doct. in l. nemo poteſt, ff. de leg.
1. & in cap. fina. de pigno. Pariſ. in conſi. 95. col. 9. volu. 2.
& in conſ. 96. col. 1. eod. vol. & in conſil. 61. vol. 3. col. pen.
Soc. in conſi. 131. col. pen. volu. 1. vbi atteſtatur hanc com
munem. Dec. in conſi. 418. col. 3. & in conſi. 565. colum. 1.
& in conſil. 607. col. 2. Mod. in §. Titia cum nubere, & de
2 leg. 2. Aymo. conſ. 187. in fi. † Et hoc fauore hæredis, & ne
detur vſufructuariæ materia delinquendi, vt per doct. in
locis ſupra citatis, & per Ray. in conſi. 202. col. 2. vol. 2. vbi
3 plus voluit, † quòd ſicut de iure communi teſtator nõ po-
teſt remittere cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio
boni viri, quod nec etiam hoc facere poterit ipſe teſtator
ex licentia ſibi a Principe conceſſa, quia talis licentia per
quam quis inuitatur ad delinquendum non valet, ſicut
4 videmus, † quòd nec etiam valet ſtatutum per quod da-
tur materia delinquendi, vt concludunt in l. 3. C. de teſta
5 mentis, dum dicunt ex dicta ratione, † quòd ſtatutum cõ
cedens licentiam inſtituendi ſpurios, non valet. l. conue-
nire, ff. de pactis dotalibus. Et ampliatur hæc ſententia
6 etiam procedere † dato, quòd vſufructus fuerit conſtitu-
tus in rebus quæ vſu conſumuntur per dictum text. in d.
l. 1. C. de vſufr. qui loquitur in pecunia, ibi ſolutam pecu-
7 niam accipere poteris, & tamen in pecunia propriè non
conſtituitur vſusfructus, l. 2. l. hoc ſenatus, §. j. ff. de vſufr.
rer. quæ vſu conſum. Et ita per d. l. 1. tenuerunt Ray. Bal.
8 Salic. Fulgoſ. & Caſtrenſ. ibi contra Petr. & Cynus. † Et
ratio eſt quia quo ad iſtas res cautio eſt de ſubſtantia, li-
cet in alio caſu, in quo vſusfructus ſit conſtitutus in re-
bus, quæ vſu non conſumuntur, non ſit neceſſaria ad
traditionem, vt per doctores in dicta l. prima, & Rayn. in
conſilio 51. numero nono, volumine ſecundo. Et hanc
partem etiam ſequuntur Imol. in cap. fin. de pigno. Bald.

in conſilio 87. volumi.3 Capra. in conſil.9. in primo du-
bio.Bertrand.conſi.67.colum.fin.volum.1 Pariſ.in dictis
conſilijs 95 columna 2.& 96.col.2. Et hanc communem
eſſe teſtantur Alexand.in d.conſi.58 col 4 vbi reſpondet
fundamentis Petri,& Cyn. ac Petri de Anch. Repent.in
d.§.Titia, q 50. Dec in conſil. ſuprà citato 565.ac Socin.
iun.in conſil 115. in tertio dubio volu.1 Et adeò vera eſt
9 hæc concluſio, † quod ſi teſtator prohibet eius vxorem
vſufructuariam moleſtari ab eius hæredibus ſub pœna
priuationis,non videtur ei remiſſa cautio,quæ debet prę-
ſtari ratione vſusfructus.Ita Dec.in conſil.565 in princi.
per not.per Bal.in l.1.C.de vſufru.col.2. verſic.ſed pone,
quòd verba inſtrumenti: vbi inquit, quòd ſi proprieta-
rius promittat vſufructuario non inferre ei quæſtionem,
vel moleſtiam aliquam, nihilominus ab eo potuerit hæ-
res petere cautionem de vtendo &c. quia per illa verba
non intelliguntur excluſa quæ veniunt de natura actus,
per tex.optimum in l.quæro, §.inter locatorem, ff.locati.
quem ſequitur Roma.conſi 211.colum.2. & Curtius ſen.
in conſi.50.col penul verſi.comprobatur hæc etiam con-
cluſio.Idem voluit Alexand.in l.quod de bonis, §.frater,
col.1.ad legem Falc.Aymo.conſi.187.in fin. Imò plus di-
cunt Alex.in d.conſi.58.colum.4. & Repeten. in d § Ti-
10 tia q. 50. † quod etiam ſi teſtator dediſſet licentiam vſu-
fructuariæ de alienando de dictis bonis, in quibus conſti
tutus fuit vſufructus, nihilominus teneretur etiam di-
11 ctam cautionem præſtare. † Inſuper & dicta cautio de-
bet præſtari cum ſatiſdatione l.4. C.de vſufruc. Repe.in
d.§.Titia,q.50. Pariſ.in d.conſi.69 num.8. a quocunque
valde idoneo,vt per Dec.in d conſi.565.colum.1. & 607.
col.2. Et ſi non inueniatur non ſtatur iuratoriæ cautioni,
ſed debent ſequeſtrari bona apud ideoneum,qui de fru-
ctibus habeat reſpondere vſufructuario ſecundum Bart.
& alios in l.vſufructu,C.de vſufr.Ray in conſi.51. nume.
12 8.volum 2. † Et ſufficit eam præſtari cum traditur vſuſ-
fructus,vt per Bal.conſi.408.colum.3.in fi.vol 1 Vnde ex
his conſulo quo ad præſens caput dictam nobilem ma-
gnificam matronam teneri ad præmiſſam cautionem ſi
vult conſequi vſumfructum, aliàs hæres legitimè poterit
dicere ſe velle retinere dicta bona, donec præſtetur cau-
13 tio,vt tradit Soci.in conſi.131.colum.fi. dicens, quod ſa-
tiſdatio dupliciter peti poteſt. Primò iudicis officio, per
tex.in l.ſi cuius,& ibi Bald ff.de vſufru. Secundo iure re-
pulſionis ſecundum Bald.in d l.ſi cuius,per text in l.vni-
14 uerſa.C.de precibus imper.off.† quia non poteſt vſufru-
ctuarius ſecundum communem opinionem vti frui ante
præſtitam ſatiſdactionem,vt no.glo.in l.ſi homo,ff.de vſu-
cap.& in l.ex diuerſo, de rei vendicatione.

15 Deſcendo ad ſecundum caput, † in quo videtur hanc
vſufructuariam teneri ad confectionem inuentarij per
text.in l 1. §.rectè, ff. de vſufructuarius quemadmodum
caueat.Paul.de Caſtr.in conſi.221.volu.2.Rep.in d.§.Ti-
16 tia cùm nuberet,quæſtio.51.† quoniam dictum inuenta
rium eſt neceſſarium antecedens ad cautionem præſtan-
dam, quia alio modo non poſſet ſciri æſtimatio rerum.
Quod & voluit Corn.conſ.403.col.pen.& fi.vol.4. Pariſ.
conſi.96.colum.2.vol.2.& 61.volum.3.col.pen.Soci.iun.
in conſi.95.colum.2.in fin.volum.1.& in conſilio 15.vol.
1. in ſecundo dubio, vbi firmat hanc eſſe communem,
17 † & hoc non obſtante remiſſione facta per teſtatorem,
quia ipſam confectionem remittere non poteſt, vt voluit
Pau.de Caſtro in dicto conſilio 221. vbi concludit,quod
non valet talis remiſſio, quia non poſſet beneſciri an vſu
fuerit vſufructuaria arbitrio boni viri, & an plenam fa-
ciat reſtitutionem rerum quæ ad manus ſuas peruene-
runt, niſi de illis eſſet factum inuentarium. Idem firmat
Alex.in dicto conſilio ſæpius allegato 58. colum.3. verſic.
non obſtat.Rep.in §.Titia.q 51. Pariſ. in dicto conſil.96.
col.2 & 63.col.penul. Imo dixit Abb.in conſilio 4 quem
18 ſequitur Boerius in deciſione 63.num.12.† quòd vbi per
teſtatorem eſſet inhibitum vſufructuario facere inuen-
tarium ſub pœna, quòd ea non obſtante tenetur illud fa-
19 cere.Et plus voluit Ray.conſi.202.volum.2.† hoc etiam
procedere ſi teſtator ex licentia ſibi conceſſa a princi-
pe talem remiſiſſet confectionem, ne decur materia de-
linquendi.

20 Aduertendum tamen eſſe cenſeo, quòd talis vſufru-
ctuaria propter talem remiſſionem non tenetur confice-
re inuentarium ſecundum ſolemnitatem, l.fina.§.ſi au-
tem,C.de iure deliber. ſed ſufficit facere aliquam deſcri-
ptionem,quæ inuentarium appellatur. Ita Paul. de Caſt.
in dicto conſilio 231.colum.1.& in l.cum tale, §.Titius, ff.
de cond.& demonſtr. Hoc quoque dixit Alexan.in dicto
conſ.58.col.2.Corn.in conſi.403.col.fi.vol.j. Rep.in dicto
§.Titia,quæſt.51.& 55.Pariſ.in conſi.95 colum.9.nu.62.
volu.2.& in conſi.61.col.fin.volu 3.vbi teſtatur hanc eſſe
21 communem opinionem. † Et ipſa deſcriptio, quæ in-
uentarium vt dixi, appellatur, non debet fieri de per ſe,
ſeu ſeorſum,& ad partem, ſed in inſtrumento cautionis
ſeu ſatiſdationis,quam pręſtare habet ipſa vſufructuaria,
vt per Alexan.in d.conſi.58.colum.3.Capram in conſi.9.
colum.fin.Bertran in conſilio 47.colum.fi. vol.1. ac Rep.
in d.§.Titia,q.5.& 55.

Quomodo autem præſtanda veniat dicta cautio, vide-
tur quod ſit facienda diſtinctio eorum quæ vſu non con-
ſumuntur ab his quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & v-
22 ſu conſumuntur. † Nam reſpectu eorum quæ vſu non
conſumuntur de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.
ſalua rerum ſubſtantia l.1.in princi. & in §.habet,ff.vſu-
fruct.quemadmo.cau.l.1.C.de vſufruc.& de reſtituendis
ipſis rebus finito vſufructu,prout extabunt,l.4. C.de v-
fru.l.ſi vſusfructus mihi,§.ſi veſtis,l.fi.ff.de vſufr. quem-
admod.cau.Alex.in d conſil.58.colum 3. Rep.in dicto §.
Titia,q.49 Dec.conſi.607.colum.prima,Pari.conſilio 96.
23 colum.2.in princip. † Si verò ſunt res mobiles quæ vſu
conſumuntur,prout oleum,vinum,frumentum, lana,&
linea,& ſimilia, & ipſa æſtimari debent,& præſtari cau-
tio de reddenda æſtimatione dictorum bonorum finito
vſufructu,facta tamen prius æſtimatione antequam prę-
ſtetur cautio, & habito reſpectu ad æſtimationem ſecun-
dum tempus quo res traduntur vſufructuariæ, vt in §.
conſtituitur,cum §.ſequenti.Inſtitut.de vſufruct.l.ſi cui,
cum l.ſequenti,ff.de vſufruc.rer.quæ vſu conſu. Ita Ale-
xand.in dicto conſilio 58.columna 3.volum.3.Soc.in con
ſil.10.volum.4.Moder.in d.§.Titia,quæſt.49 Ray.in con-
ſil.51.volum.2 colum.4.circa fi.Soc.iun. in conſil 96.co-
lum.fi volum.1.& Pariſ.in d.conſilio 96.colum.j. & 2.vbi
expreſsè dicit,quòd ſi bona ſunt mobilia debent æſtima-
ri,& ſi ſeruando ſeruari poſſunt, tunc ſatiſdatur de vten
do,& fruendo arbitrio boni viri,& reſtituendo ea ſi non
reperiantur deteriorata,aliàs de reſtituendo pretium, &
retinendo illa penes ſe,vel de reſtituendo ea, & pretium
æſtimationis. Si vero ſunt res quæ ſeruanda ſeruari non
poſſunt, datur ſatiſdatio de reſtituendo æſtimationem,
quæ inſpicitur tempore præſtitæ ſatiſdationis, l. hac edi-
ctali, §.is illud, C de ſecundis nuptijs. Et quia dum hæc
ſcriberem, per literas certior factus ſum quod maxima
ſit etiam difficultas inter hæredem, & vſufructuariam
hanc, de vegetibus, vt tollatur etiam hæc difficultas,
24 † dico etiam reſpectu vegetum eam teneri ad dictam prę
ſtationem cautionis prout de re quæ vſu conſumuntur,
vt voluit Ancharanus,& Antonius de Butr.in capit.fina.
de pign.& Alexan.in conſi.58.colum 3.vol.3. poſt Feder.
de Senis, reprehendendo Imol ac Cardin. Flor. in dicto
cap.fi.Idem voluit Ray.in conſi.51.col.4.circa fi.vol 2. ac
Repet. in dicto §.Titia. quæſtio.99 vnde ex his omnibus
ſuprà relatis, & quę communiter a doctoribus recepta
ſunt, concludo pręmiſſam formam eſſe ſeruanda inter
ipſas partes.Et in hoc vltimo capite ſunt circa duo men-
ſes, quòd ita conſului in cauſa Franceſchinę de Locate,
relictæ quondam Petri,& bonorum eiuſdem vſufructua
rię. Laus DEO.

*S V M M A R I V M.*

1 *Confeſſio dotis facta per maritum vxori, conſtante matrimonio, ſecundum communem non ualet, & ideo hæredi obeſſe non poteſt,ſicut nec ipſi marito.ſed contrà nu.20.*

2 *Donatio inter virum, & vxorem quia bonis moribus repugnat, non valet.*

3 *Confeſſio dotis facta conſtante matrimonio, & in qua renunciatum eſt exceptioni non numeratæ dotis,ſapit donationem.*

4 *Donatio inter uirum,& uxorem iuramento firmata, etſi ſecundum magis communem ualeat, tamen fallit in donatione tacita quæ reſultat ex confeſſione facta conſtante matrimonio, quia etiam ſecundum magis communem,tanquam ſimulata, & facta in fraudem legis, non ualet.*

5 *Iuramentum aſſertorium appoſitum in confeſſione dotis facta conſtante matrimonio uxori, non eſt tantæ virtutis, vt poſſit officere marito,& eius hæredi,quin poſſint opponere exceptionem ſimulationis,& nu.10.ſed contrà num.34.*

6 *Iuramentum præſtitum ad ſui utilitatem, ſicut quis remittere poteſt,*

*poteſt, ita etiam remittere poteſt exceptionem periurij reſultantem ex dicto iuramento.*

7 *Turpitudinem ſuam allegans excipiendo, auditur ſi tractat de damno euitando, & alter qui fuit particeps turpitudinis de lucro.*

8 *Iudici vbi conſtat actori actionem non competere ex officio, debet eum repellere, & pro eo ſupplere quamuis ipſe non poſſet.*

9 *Iudici vbi conſtat de periurio poterit agentem repellere, quamuis reus non poſſet periurium allegare.*

11 *Simulationis exceptio nedum poteſt opponi contra iuramentum aſſertorium, ſed etiam promiſſorium.*

12 *Iuramentum præſtitum ſuper confeſſione ſimulata ſicut non valet, ita nec omnes aliæ clauſulæ acceſſoriæ poſitæ ſuper ea, aliquid operari debent.*

13 *Iuramentum acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*

14 *Confeſſio dotis facta conſtante matrimonio, licet morte confirmetur, tamen ſecus quando eſt facta ultra quingentos aureos, quia etiam infra non ualet: quod declara, vt numero 37. 38. 39. & 40.*

15 *Donatio ultra quingentos aureos non inſinuata, valet infra quingentos.*

16 *Inſinuatio non requiritur in donatione dotis factæ per patrem, vel extraneum.*

17 *Diſpoſitio l. finali. C. de donatio ante nupt. & l. fina. C. de iure dot. non debet extendi ad donationem tacitam, reſultantem ex confeſſione dotis facta per maritum vxori conſtante matrimonio.*

18 *Maritus ſicut poteſt repetere pecunias expoſitas per vxorem conſtante matrimonio, in emptionem prædiorum, vel agere ad ipſas res non obſtante confeſſione uiri eo tempore facta, quæ præſumitur ſimulata, ita etiam, & eius hæres.*

19 *Diſpoſitio l quintus, ff. de donatio. inter uirum, & uxorem ita militat in hærede, ſicut in uiro.*

21 *Turpitudinem ſuam ſicut maritus non poteſt allegare, ita nec eius hæres.*

22 *Simulationis exceptio non poteſt opponi vbi quis iurauit omnia, & ſingula contenta in inſtrumento fuiſſe, & eſſe uera, & ea velle attendere, & obſeruare.*

23 *Iuramentum promiſſorium de futuro ſicut firmat donationem inter uirum, & uxorem, ita etiam & præſumptam.*

24 *Simulationis exceptio non poteſt opponi contra confeſſionem dotis factam conſtante matrimonio, quando in ea adeſt iuramentum promiſſorium, & renunciatum exceptioni ſimulationis in ſpecie, imò & in genere, cum clauſula, & omni iuri, & legum auxilio, & nu 41.*

25 *Iuramentum habet uim caſus expreſſi.*

26 *Exceptio non numeratæ dotis licet poſſit opponi per maritum contra confeſſionem per eum factam in inſtrumento dotis, tamen id declaratur locum non habere quando maritus confeſſus fuit, ſed dotem recepiſſe à tertio, & nu 27. 28. & 36.*

29 *Confeſſio dotis facta conſtante matrimonio per maritum uxoris quamuis non ualeat, tamen facta cum fratre uxoris ualet, & nõ ſolum præiudicat uiro, ſed etiam & creditoribus.*

40 *Confeſſio dotis facta conſtante matrimonio, quæ valet in uim donationis, confirmatur morte mariti præcedentis, quando interuenit aliquid loco traditionis.*

31 *Vt ſi ſit clauſula conſtituti.*

32 *Et hoc adeò uerum eſt, quòd trahitur retro ad tempus celebratæ confeſſionis.*

33 *Confeſſio mariti morte confirmata præiudicat marito, & eius hæredi.*

42 *Inſinuatio donationis factæ per dominum caſtri qui habet merũ, & mixtum imperium in loco celebratæ donationis poteſt fieri per eius locum tenentem.*

43 *Iudex, & notarius qui eſſe poteſt in his quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis.*

44 *Contractus factus coram prætore loci uim habet inſinuationis.*

## CONSILIVM XCIII.

VISO inſtrumento confeſſionis dotis, conſtãte matrimonio factæ per dominum Thomam de Cocarellis dominæ Magdalenæ eius coniugi, ac eius tenore diligenter conſiderato, videtur prima facie dicendum huiuſmodi confeſſionem factam ad commodum dominæ Magdalenæ eius coniugis non eſſe adeo tãtæ efficaciæ & valoris, quòd officere poſſit eius marito,
1 vel hæredi. † Quia doctorum recepta eſt ſententia quod
confeſſio mariti facta vxori conſtante matrimonio de
2 dote recepta, non valet. † cum videatur continente donationem inter virum, & vxorem, quæ bonis moribus
eſt prohibita, l. 1. ff. de donatio: inter virum, & vxorem.
Ita in terminis decidit Bar. in l cum quis decedens, §. Titia, ff. de legat. 3. in l. diuortio, ff. de verborum obligation.
in l. ſi voluntate, C. de dotis promiſſione. Bald. in l. 1. C.
de donationibus propter nup. vbi tradit ita de facto fuiſſe ſeruatum in quodam ſuo vicino, quando coniuges erant pares. Areti. in §. fuerat. columna ſeptima, de actio.
Areti. in conſilio 86. columna 1. Corne in conſilio 86. columna 3. volumine 4. Socinus in conſilio 65. columna prima in fine, volum. primo, & in conſilio 82. in princip. volumine 3. Bald. Nouel. in tract. dotis, in decima parte, columna tertia. Decius in conſilio 536. columna 3. Et hanc
eſſe communem faſſi fuerunt Soci. in l. 1. columna 20. ff.
ſoluto matrimonio, & in conſ. 66. colum. 3. volum. j. Iaſ. in
conſil. 132. vol. 3. Rub. Alex. in conſi. 78. col. fin. Gozadin.
conſi. 28. col. 4. ac Ruyn. in conſi. 130. in prin. volu. 1. Imò
eam magis communem dixerunt Alex. in conſil. 48. col.
3. volu. 1. Soc. in conſi. 61. col. 2. in fi. vol. 1. & Ruy conſilio
3 183. col. 1. vol. 1. † Et tantò fortius hanc eſſe donationem
dicendum eſt, cum in ipſo inſtrumento confeſſionis renũciatum eſſe dicatur exceptioni non numeratæ dotis, quo
in caſu ab omnibus receptum comperitur hanc eſſe donationem vt voluit Ioan. And. in addit. ad Spec. in rubr.
de dona. inter virum, & vxo. Imo. in l. ſi conſtante. colum.
antepen. verſi. item in quantum, ff. ſolu. matri. Bald. in rubrica, C. de priuileg. dot. col. 3. vbi allegat rationem eſſe,
quia confeſſio dotis facta conſtante matrimonio præſumitur facta animo donandi, & licet maritus renuntiet
exceptioni non numeratæ dotis, ſimiliter talis renunciatio eſt donatio. l. ſi quis delegauerit, ff. de nouatio. aliàs
enim fieret fraus legi prohibenti donationem inter virũ,
& vxorem, ſi diceremus, quod per huiuſmodi renunciationem præſumeretur verè fuiſſe dotem numeratam, ꝙ
eſt abhorrendum, l. ſi filius, §. is autem, ff. ad Macedon. Et
Bal. ſequitur Alex. in citato conſi. 142. col. 2. volu. 5. & in
conſi. 165. col. pen. volu. 6 Bologn. conſi. 18 col. 2. Areti. &
Alex. in d. l. diuortio. Idem Aret. in d. conſi. 86. col. 3. Soci.
& alij in d. l. 1 ſol. matri. Bal. Nouel. in dicto tractatu dotis, 10. par. col. 4. Pariſ. conſi. 86. colum. 5 volu 3. & dominus meus Ruy. in conſi. 132. col. 4. ver. ſed præmiſſis. vol.
4. & in conſi. 137. col. 2. volum. eod.
4 Nec obſtare videtur, † quod licet ipſa confeſſio ſit donatio, tamen quod donatio inter virum, & vxorem quando eſt iuramento firmata valet, ſecundum communem
opinionem, de qua per Bar. in l. ſi quis pro eo. in fi. principij, ff. de fideiuſ. & Alex. in l. Seius, & Augerius, ff. ad leg.
Falcidiam. vbi atteſtatur hanc eſſe communem, prout
idem firmant idem Alex. in conſi 8. col. 2. vol 2. & in conſil. 157. col. fi. vol. eodem, Aret. in conſi. 74. col. 2. in fi Dec.
conſi. 240. col. 1. Rip. in reſponſo 6. col. 2. in 3. part. Et hanc
eſſe magis communem dixit Dec. in conſil 202. colum. 1.
& in conſi. 232. colum. 3. Pari. conſi. 86. colum. 3 volum. 3.
5 quia reſpondetur, † quod licet donatio expreſſa inter virum & vxorem, vallata iuramento, ſit valida, tamen donatio tacita quæ reſultat ex ipſa confeſſionem tanquam
ſimulata, & in fraudem legis, quamuis iuramento firmata, non valet ſecundum Ioan. Andream in addit. ad Spec.
in rubrica de donat. inter vir. & vxorem. Barto. in l. cum
quis decedens, §. Titia, ff. de leg. 3. Bald. in l. j. C. de inoff.
donat. Soc. in d. l. 1. ff. ſol. matrimonio, col. 19. verſiculo, ſecunda concluſio, vbi atteſtatur ſe ita pluries conſuluiſſe,
& conſultum vidiſſe per doctiſſimos viros. Et verum eſt,
quod ita conſuluit, vt in conſilio 65. colum. antepen. Aret.
conſi. 74. col. 3. Dec. in conſil 202 col. 3. Ripa in reſponſo
ſexto, colum. 2. & fi. par. 3. Pariſ. conſi. 62. col. pen. volum. j.
Ruyn. præceptor meus conſi. 49. col. pen. vol. 2. & conſilio
169. col. pen. volu. eod. conſi. 132. col. 7. vol. 4. & conſil. 137.
col. 2. volu. eod. necnon in conſi. 154. col 4 volu. 5. Et hanc
eſſe magis communem doctorum ſententiam dixi Curt.
iun. in conſi. 95. col. 2.

Nec habet refragari ſi dicatur, quod opin. Bartol in d. §. Titia, & aliorum, qui eum ſequuntur, non procedat in iuramento aſſertorio, vt eſt quando maritus iurauit in inſtrumento confeſſionis dotis omnia, & ſingula fuiſſe, & eſſe vera, prout in caſu de quo agitur, quia tunc ratione huiuſmodi iuramenti maritus repellitur ab exceptione ſimulationis, vt per Innocentium in ca. cùm contingat, in ſeptimo membro, de iureiur. Imo. & Alex. in l. nemo poteſt, ff. de legatis primo. Ruy. in conſi. 89. colum. fi. volum. 1. & in conſi. 215. col. 6. volum. eod. & in conſilio

32.col.3.volum.4.Soci.in conſi.82.in princ volum. tertio,
quia reſpondetur, quod imò tale iuramentum aſſerto-
rium non officit marito quin poſſit opponere exceptio-
nem ſimulationis, & ſic allegare turpitudinem ſuam, &
6 hoc multiplici ex capite. Et primò † quia cum pars poſ-
ſit iuramentum remittere exceptionem periurij reſultã-
tem ex iuramento ad ſui vtilitatem præſtito. Vnde ſi al-
legatur ſimulatio,& opponatur de periurio,replicari po
terit,quod periurium remiſiſſe videtur,ex quo ſimulatio
ni conſenſit, & omnia apponi in inſtrumento ad corro-
borationem ſimulationis.Ita Imo.in dicto cap.cum con-
tingat,in decimo membro. Per quam rationem ita in ter
minis dixit Soci.in d.l.prima, colum.penul. ff.ſoluto ma-
trimonio,vbi dicit ita aliàs conſuluiſſe,& verè dicit,vt pa
tet in conſilio 66.colum.6.volu.1. Et Soc.ſequuntur Mo-
derni in rubrica.de donat.inter vir.& vxor. §.51.col.pe.
Gozad.in conſi.28.col.4.Pariſ.conſi.54 col.pen.volum.1.
Ruy.in conſi.154.col.2.vol.1.& conſi.132.col.4.vol.4.
7 Secundò reſpondetur, † quod ex quo maritus tractat
de damno,& vxor quæ fuit particeps vel agens turpitudi
nis tractat de lucro, poteſt illam excipiendo repellere ſe-
cundum Bart.in l.iuſiurandum,quod ex conuentione, §.
fin.de iureiurando. Ita Soci. in d.l.1.col.pen. & in citato
conſi.66.col.6.ac Moder.Gozad Par.& Ruy.vbi ſupra in
conſi.78.col 3 vol.4.
Tertiò quoque dicitur,quod ex quo per inſpectionem
inſtrumenti iuris præſumptione conſtat de ſimulatione,
cum confeſſio emanauerit inter perſonas ſuſpectas ma-
rito, ſatis eſt allegare ei ius competere abſque eo, quod
aliter de ſimulatione excipiatur, vt per Socin. & alios in
locis ſuprà citatis. Et vltra Socin poteſt ſecundum Ruy.
in citato conſilio 132.colum 5.in princ.volum.4. iſta vlti-
ma ſolutio aliter confirmari. Nam (vt ipſe dicit) quan-
do ex facie inſtrumenti apparet,quod actio de dote vel ex
8 cauſa dotis non competit,† vel ſaltem de hoc iudici con-
ſtat oppoſita exceptione ſimulationis,ideo poteſt reus de
illa excipere, quia admittitur quis ad allegandum pro-
priam turpitudinem quando ex hoc conſtat actori actio-
nem non competere,quia quando conſtat actori actione
non competere iudex ex officio ſuo poteſt, & debet acto-
rem repellere,& pro reo ſupplere,quamuis reus non poſ
ſit ſecundum Ioan.And.in c.inter dilectos,de fide inſtru-
mentorum,dum reſpondet ad c.ex tenore,de conceſ.præ
bend.cum quo tranſit Card. ibi per no. in l. vbi pactum,
C.de tranſact. Et hoc ſecundum Abbatem tollerari po-
teſt in notorijs in quibus iudex ſupplere poteſt, per not.
in c.1.de offic.vica.& in l.1.C.vt quæ deſunt aduoca.&c.
9 † C.ergo in caſu præſenti conſtat iudici de periurio,pote-
rit ipſe iudex hanc matronam repellere, quamuis reus
non poſſet periurium allegare.Ita etiam Ruy. in conſilio
154.col 3.vol.5.& Pariſ.in conſi.53.col.6. verſi.nam præ-
ſens obiectio.vol.1.& in conſi.54.col.pen. vol.eod.
10 Vlterius, † quod non obſtante iuramento aſſertorio
maritus, & eius hæres poſſint venire contra confeſſio-
nem dotis conſtante matrimonio ex allegatione ſimula-
tionis,voluit Bal.Nouel.in tract. dotis in decima par.co-
lum.quinta Ruy.in conſi.95.col.fi. volu.5. Par.conſil.80.
11 col.fi.vol.3.† Imò fortius dicitur,quod ſi maritus ipſam
confeſſionem dotis firmaſſet nedum iuramento aſſerto-
rio,ſed etiã promiſſorio, puta de non contraueniẽdo ipſi
confeſſioni,ſed eam attendere,& obſeruare, quod poteſt
opponi exceptio ſimulationis,vt per Socin. in d.l.prima,
in vltima col ff.ſolu.matrimonio,& in conſilio 65.volu.1.
12 † Et ratio eſt ſecundum eum,quia ſicut iuramentum præ
ſtitum ſuper dicta confeſſione ſimulata nihil operatur,
ita etiam omnes aliæ clauſulæ acceſſoriæ non valent,& ni
hil operantur, tanquam inefficaces per l.ſi.abſentis, cum
ibi notatis per Bald.C.ſi certum petatur.Et ideo dicitur,
quod quamuis ſit præſtitum iuramentum promiſſorium
de futuro,hoc eſt de obſeruando omnia, & ſingula, &c.
quod iſto caſu nihil operatur,quia venit acceſſoriè ad iu-
ramentum aſſertorium,& ad contractum ſimulatum nul
13 lum, & inualidum. † Vnde cum iuramentum prædi-
ctum tanquam acceſſorium ſequatur naturam principa-
lis, quod caret conſenſu, ita etiam iuramentum ipſum
præſumitur præſtitum ſimulatè, argumento l.final. C.de
non num pec.& probatur per glo.in l.ſi patronus patro-
num, ff.de his quæ in frau.patron. quæ propriè loquitur
in iuramento acceſſorio,& vult,quod non valeat ſi prin-
cipale non tenet,& illam gloſ.ad hoc allegat Bald. in l.1.
in quinta colum. C.de inoff.donationib. Ita etiam voluit
Ruyn.in conſi.130.colum.3.volum.1.conſil.132.col.8.&
in conſi.137.colum.fin.ac in conſi.190.colum 3.volumi.
eodem,& in conſi.169.colum pen.volum.2.Pariſ.in con-
ſil.54.col.5.volu.1.in conſi.86.col.fi.volum.3. Socin.in d.
l.j.col.pen. ff.ſol.mat.
Vltimò obſtare non videtur, quòd tali confeſſio ex
qua reſultat ipſa tacita donatio confirmatur morte ma-
riti, iuxta nota per gloſſ. & docto. in l. 2. C. de dote cauta
14 non numerata. † quoniam reſpondetur,quòd hæc com-
munis concluſio limitatur non procedere quando con-
15 feſſio dotis excedere quingentos aureos legales. † nam
licet donatio vltra quingentos aureos non inſinuata in-
fra quingentos valeat,vt in l. ſi quis argentum, C. de do-
nat. Item licet donatio infra quingentos inter coniuges
confirmetur per mortem donatoris, vt notat gloſſ.in d.l.
2. tamen quando eſt vltra quingentos etiam infra non
confirmatur morte pro aliqua parte.Caſus eſt ſingularis
in l.donationes la prima,C.de donatio. inter virum, &
vxo.quem ad hoc ibi ponderat Sal.cuius opinionem ſe-
quitur Soc.in l.1.col.18. verſiculo, circa ſecundum arti-
culum, ff.ſoluto matrimo. vbi tradit ita aliàs conſuluiſſe,
& conſilium ipſius approbatum fuiſſe a collegio Piſa-
no.Et ibi remouet obſtaculum ſi diceret,quòd iſta conclu
ſio procedit quando fieret donatio inter coniuges, præ-
16 terquam ex cauſa dotis, † quo in caſu non requiritur
inſinuatio,vt in l.fin.C.de iure dotium,l fina.§C.de donat.
17 ante nuptias, quia reſpondet Socin. † quod dicta iura
loquuntur quando donatio ex cauſa dotis fit a patre, vel
ab extraneo, & ſic a perſonis permiſſis. Vnde non eſt
extendenda prouiſio illarum legum ad donationem ex
cauſa dotis factam per maritum prohibitum,quia in ge-
nerali conceſsione non veniunt prohibita.l.quamquam,
ff.de iure dotium,l.arbitrio generali, ff. de rit.nupt. nec
habet locum in caſu prohibito argumento eius, quod ha-
betur in l.ſi quando,C.de inoffic.teſtamen.ergo non cen-
ſetur fauere lex donationi ex cauſa dotis factæ per mari-
tum cum illam prohibeat, tanquam facta contra bonos
mores,vt probatur,in l.j.ff.de donationibus inter virum
& vxor.quæ tanquam noua ſubdit idem Socin. notanda
eſſe ad inſtrumenta dotalia continentia confeſsionem
dotis conſtante matrimonio.Et Socin.ſequitur Cur.iun.
in conſi.95.in pen.colum.in princi. Idem voluit Socin.in
conſil.115.col.2.volum.4. quia huiuſmodi donatio peccat
in duobus, ratione rei, & perſonæ. ratione rei, quia vltra
ſummam legitimam: ratione perſonæ, quia maritus eſt
qui donat,ergo vitiatur in totum. Idem dicunt nouiſsi-
mi in l.frater a fratre.char.ſexta, colum.prima, verſicu-
lo vltimo pro complemento, ff.de conditione indebiti,&
Ruy.in conſ.44.colum.2.volum.2.ac Par.in conſi.62. co-
lum.penultima in princ.volum.1.Ruy.in conſil.132.col.
pen.in fi.volum.4.Cum ergo ex prædictis liqueat huiuſ-
modi confeſſionem non potuiſſe præiudicare marito qui
eam fecit, multò minus ea officere habet hæredi ipſius
mariti,vt in terminis voluit Ruyn.in conſi.132. colum.4.
vol.4.& in conſi.154.colum.2.volu.5.Pro qua opinione fa
cit,quod voluit Pariſ.in citato conſi.62.col.2.& 3. volu.1.
18 vbi inquit, † quod ſicut maritus poteſt repetere pecu-
nias expoſitas per vxorem conſtante matrimonio in em
ptione prædiorum, vel agere ad ipſas res non obſtante
confeſſione viri eo tempore facta, quæ præſumitur ſimu-
19 lata,ita etiam eius hæres poterit hoc facere, † quia di-
ſpoſitio.l.quintus,ff.de donat.inter virum & vxorem, ita
militat in hærede ſicut in viro.Idem voluit Pariſ. conſilio
53.colum.4. volum.1.
Quibus tamen non obſtantibus, contrariam partem
20 in præſenti caſu veriorem fore arbitror, † quòd imò per
huiuſmodi confeſſionem præiudicatur marito,& per cõ-
ſequens eius hæredi per textum,in l.ſi creditoribus,C.de
ſeruo pigno.dato manum.& in l.venditrici, C.de rebus
alien.per quæ iura voluit Soc.in d.l.j.colum.15. verſiculo
21 quinta,& vltima,ff.ſoluto matrimo.† quòd ſicut princi-
palis non poteſt allegare turpitudinem ſuam, id eſt, per-
iurium,ita nec etiam eius hæres,vt idem tenuit Ruyn.in
conſil.32.colum.3.volu.quarto,& in conſil.132. colum.4.
verſi.ſed præmiſſis,volum. eod. Quod autem huiuſmodi
22 confeſſio præiudicet marito, probatur. † Quoniam
hæc eſt vera communis doctorum ſententia, quod vbi
quis iurauit in inſtrumento omnia, & ſingula eo con-
tenta fuiſſe,& eſſe vera,& ea velle attendere, & obſer-
uare,& in nullo contrauenire, non poteſt opponere ex-
ceptionem ſimulationis,vt per Alexan.in l.nemo poteſt,
col.4.

col.4.de lega.primo.in l.Seius, & Augerius, col.penul.in
fin. ff.ad l.Falcidiam, & in conſi.36.colum.2.volum.2.&
in conſi.132.colum.fi.volum eod.Cur.iun. conſil.74.col.
3.Rip.in reſponſo ſexto,colum.fi.3.par. Gozad in conſil.
69.columna tertia. Et hanc eſſe communem opinionem
atteſtantur.Iaſ.in d.l.nemo poteſt.colum.9.in princ. Soc.
in conſi.36.colum.fin volum.1.Curtius iunior in conſilio
108.colum.quarta,& in conſi.110.colum.8. verſi.aggre-
ditor ſecundam principalem. Idem voluit Bald.Nouel.
23 in tracta.dot.in 10.part. colum.5. vbi expreſsè † inquit,
quod ſicut iuramentum promiſſorum de futuro, firmat
donationem expreſſam inter virum, & vxorem, ita etiã
firmat donationem præſumptam, vt ſic idem operetur
iuramentum in tacito,ſicut in expreſſo, argumẽto l. cum
24 quid. ff. ſi certum petat. † Et tantò fortius hæc dicenda
veniunt, cum renunciatum fuerit exceptionis in ſpecie.
vt in terminis decidit Ioann.de Imola in d.l.Seius, & Au
gerius,& ibi Alexan.colum penulti. in fin.quos ſequitur
Gozadin.in allegato conſi.69.colum.3.verſic.tertio,& fi.
vbi videtur etiam velle ſufficere, quòd ipſi exceptioni ſit
renunciatum in genere, prout fit quando fuit renuucia-
tum exceptioni doli,quod metus cauſa condictioni inde-
biti,& ſine cauſa, & poſtea generaliter renunciatum ſit
omni auxilio iuris, & iuratum fuerit, quia tunc perin-
de eſt ac ſi eſſet renunciatum in ſpecie auxilio exceptio-
25 nis cuiuſcunque ſimulationis, † quia iuramentum ha-
bet vim caſus expreſſi, vt dixit Bald. poſt Cynum in l.1.
Commodati, & ad hoc multas rationes aſſignat pro con-
firmatione huius ſententiæ, ad quæ breuitatis gratia me
remitto.

Secundò principaliter facit, nam hæc confeſſio non
fuit facta vxori,& ſocero,ſed tertio, & ſic fratri, quo ca-
ſu ſuccedit deciſio Saliceti in authentica,ſed iam neceſſe.
26 C.de donatio.ante nup.vbi inquit, † quod licet quando
maritus confitetur in inſtrumento ſe recepiſſe dotem,
poſſit opponere exceptionem non numeratæ dotis, ſi nõ
ſint lapſa tempora, de quibus in l.final. & authentica ibi
poſita,C.de dote cau. & non num. tamen iſtud procedit,
& locum habet quando maritus confeſſus fuiſſet ſe dotẽ
recepiſſe ab eius vxore,vel ab eius patre, ſecus ſi a tertio,
quia tunc præſumitur actualiter numerata, & in eo caſu
non admittitur exceptio non numeratæ dotis. Quod di-
ctum pro ſingulariſſimo refert, & ſequitur Iaſ. in §. fue-
rat.col vigeſimaprima, verſicu. vnum etiam non omitto.
Inſtitu.de actionibus,& Marſilius in ſingul.30.85. Si er-
go non poteſt opponi exceptio non numeratę dotis quan
do confeſſio eſt facta tertio, & non vxori, ergo nec exce-
ptio ſimulationis.

Secundò etiam facit, quod voluit Baldus in rubrica,
C.de priuilegio dotis.columna tertia,verſicu.ſed contra
iſtud, vbi dicit, quòd etſi confeſſio dotis facta per mari-
tum vxori conſtante matrimonio cum renunciatione ex-
ceptionis non numeratæ dotis, non poſſit operari, quin
poſſit opponi exceptio ipſa non numeratæ dotis infra ſuo
tempore,quia renunciare exceptioni eſt quędam ſpecies
donationis l.ſi quis delegauerit, ff.de donatio. tamen be-
27 ne valebit ſi facta fuiſſe cum extraneo dotante, † quia
tunc acquiritur efficax actio mulieri, quæ eſt priuilegia-
ta,vt in §.fuerat.Inſtituta de actionibus.Et Bald.ſequitur
Ruyn.in conſi.188. col.2. & fi vol.1 Sed hæc confeſſio de
qua in terminis noſtris facta reperitur non vxori, nec e-
ius patri per maritum, inter quos eſt prohibita donatio,
vt in l.3. §.qui in eiuſdem, ff.de donationibus inter virũ,
& vxorem,ſed fratri vxoris poſt mortem patris,qui eam
dotauit, & c. ſi quo non eſt prohibita donatio d.§.qui in
28 eiuſdem, ergo &c. † Et ne tranſeam illotis manibus in
ſpecie in terminis ita decidit Dec in conſilio 536.colum.
29 3.verſicul. ad hoc etiam reſpondetur vbi tradit, † quod
quamuis ipſa confeſſio dotis facta vxori conſtante matri-
monio per maritum, tanquam confecta inter perſonas
ſuſpectas,non valet,quia præſumitur facta animo donan
di,per notata per Bartolum in d.§.Titia,tamen,quod illa
opinio locum non habet vbi confeſſio non eſt facta vxori,
ſed fratri vxoris,qui eam recepit nomine ſuo,& fratrum,
quia tunc huiuſmodi confeſſio non præſumitur facta in-
ter perſonas ſuſpectas. Idem tenuit Ruynus in conſilio
183.colum 2.volum.1.vbi vult,quod nedum talis confeſ-
ſio præiudicet marito, verum & creditoribus, Alcia.in l.
1.nu.14. ff.ſol.mat.

30 Tertiò facit, † nam confeſſio dotis facta conſtante ma-
trimonio, quæ valet in vim donationis confirmatur in
morte mariti præcedentis,l.quod de ſuo,cum gloſſ.2. vbi
Doct.C.de dote cauta, & non numerata, ſaltem quando
interuenit aliquid loco traditionis, vt per Bartolum in l.
Papinianus,ff.de donatio.inter virum,& vxorem. Et per
Alexan.in conſi.26.colum.1.volum.2.vbi dicit,quod ſuffi-
cit ipſa confeſſio loco traditionis, & per Deci. in conſilio
31 202.col.4.vbi tradit ſufficere, † quod ſit clauſula con-
ſtituti prout eſt in præſenti inſtrumento confeſſionis do-
32 tis. † Et hoc adeo dicit verum Alexan. quod talis dona-
tio morte mariti confirmata trahitur retro ad tempus ce
lebrati contractus,ſcilicet ad tempus factæ donationis,vt
per Bart poſt gloſ.in l.ſub conditione,ff.de ſol. & in l.fin.
vbi etiam gloſſ. C.de inoffic.donat. Idem tenuit Ruyn.in
conſilio 130 col 3.verſicu.quantum ergo ad dotem,vol.j.
33 vbi dicit, † quod huiuſmodi confeſſio morte confirmata
præiudicat marito,& eius hæredi.Idem voluit Soc.in l.j.
col.19.verſi.circa prima accipe,ff.ſol.matr.Ruy. in conſi.
132.col.3.volu.4.

34 Reſtat modo reſpondere obiectis. † Et in primis non
obſtat,quod hæc confeſſio,quæ habet vim donationis, iu
ramento non firmetur quamuis aſſertorio, quia primo di
citur in contrarium eſſe communem opinionem, vt per
Soc.in conſi 82. in prin.vol.3. quem ſequitur Gozadin.in
conſi.42.col.3.verſicu.3.Sed dato,quod per iuramentum
35 aſſertorium non validetur ipſa donatio, † tamen ſecus
eſt quando adeſt iuramentum aſſertorium, & promiſſo-
rium de futuro, vt per plura ſupra demonſtratum fuit
hanc fore, & eſſe communem Doctorum ſententiam in
l.nemo poteſt,ff.de legat.1. & in alijs locis ſupra citatis,a
qua opinione non videtur eſſe recedendum, tam in con-
ſulendo,quàm in iudicando,iuxta doctrinam Bar. in l.fi.
C.de pœna iud.qui malè iud.

Secundo reſpondetur, quod ipſa opinio poſſet proce-
36 dere,vbi confeſſio fuiſſet facta vxori, † ſecus ſi tertio, &
ſic fratri: quia inter maritum, & fratrem vxoris ceſſat
prohibitio fraudis, vt per Decium in d.conſi.536. colum.
3.& Ruy.in conſ.183.col.2.vol.1.& Alcia. in d.l.1.nume.
14.ſoluto matrimonio.

Non obſtat denique, quod huiuſmodi confeſſio etſi
confirmata morte, non valet in aliqua parte ex defectu
37 inſinuationis,quia pluribus modis reſpondetur.† Et pri-
mo,quòd imò ipſa donatio deberet valere vſque ad quin
gentos aureos legales,vt in d.l.ſi quis argentum,C.de do
nat.vt in terminis decidit Are.in conſ.17.col.3. vbi repro
bat Sal in d.l.donationes,de cuius dicto videtur etiam du
bitare Iaſ.in l.1.§.ſed etſi mihi,ff.de verb.obl. & Ruy.in
conſi.44.col.pen.in princ.vol.2.

38 Secundo reſpondetur, † quòd imò ipſa donatio etſi
excedat ſummam quingentorum aureorum valet in to-
tum,primo per communem opinionem quæ habet,quod
per iuramentum appoſitum in inſtrumento tollitur de-
functis inſinuationis,vt per Alex.in conſi.12. columna 2.
volum.1.in conſi.125.col.2.volum.eod.in conſil.83. in fi.
volum.2.Soc.conſi.77.colum 5.Rip.in reſponſo 11.in fin.
par.3.Ruy.in conſi 61.colum.6. in fi. volum.1. in conſilio
121.colum.1.conſi.126.col.4. & in conſi.172. in fi.volum.
39 eod necnon in conſi.132.colum.3.volum.4.† Et hanc eſ-
ſe communem opinionem atteſtati fuerunt Dec. in con-
ſilio 239.colum.2.in conſ.432.colum penul.& in conſilio
488.col 2.Cur.iun.in conſi.81.colum.3.Pariſ in conſi.33.
colum.7.volum.3. & in conſi.69. colum.10. volu.eodem.
imò ipſam magis veram firmat Alex. in conſil.157. in fi-
ne,volum.2. & eam magis communem aſſeruit Iaſon in
conſi.118.colum.2.volum.4. & in conſil. 169. columna 6.
volum.eod.Cur.iun.in conſi.34.in princip. & in conſilio
141.columna finali,Ruynus in conſilio 182.columna pe-
nult.volum.1.& Soc.iun.in conſilio 69.colum.9 volum.j.
40 † Et tanto fortius hoc dicendum venit cum renuncia-
tum fuerit legibus requirentibus inſinuationem, qui-
bus poteſt renunciari ſecundum receptam Doctorum
ſententiam,de qua per Ruyn.in conſilio 180.columna 3.
volum.1.& in conſil.159.colum.penult.volumi.4. Quod
autem ipſis legibus cum iuramento fuerit renunciatum,
oſtenditur, nam in inſtrumento confeſſionis adeſt clau-
ſula,quod maritus renunciat omni iuri, & legum auxi-
41 lio † per quam inducitur renunciatio inſinuationis, vt
per Ruyn. in dicto conſilio 180. columna 3. Idem voluit
Corn.in conſil.54 colum.3 volum.4.Gozadin. in conſilio
87.columna 3.

42 Tertio reſpondetur, † quòd ex quo talis donatio fa-
cta fuit per habentem merum, & mixtum imperium in

loco celebratæ donationis,quòd ea valet abſque inſinuatione, vt per Baldum in l.ſancimus, columna 2. vbi refert,quòd quidam dominus caſtri, qui habebat merum, & mixtum imperium in eo fecit donationem alteri illius caſtri,& donatio aliter non fuit inſinuata, petebatur declarari donationem fuiſſe nullam ratione defectus inſinuationis, reſpondebatur, quod imò donatio ipſa inſinuata erat apud magiſtratum municipalem illius caſtri, quia ipſe idem donans erat magiſtratus municipalis, & habebat merum, & mixtum imperium, & cum iſte eſſet actus voluntariæ iuriſdictionis poterat fieri apud ſeipſum per l.ſi conſul. ff.de adoptio. Refert Baldus, quòd Odofred. tenebat ipſam donationem non valere, quia ſpeciale eſt in principe, quòd ipſe idem poſſet eſſe donator, & iudex inſinuationem, dicta lege ſancimus, ſecus eſt in alio inferiore, qui habet ſupra ſe ſuperiorem. Tamen Baldus inclinat in partem contrariam, referens ſe recordari, quòd Franciſcus Tigri. & Bartolus conſulerunt in teſtamento quodam facto per quendam de Vrſinis in quodam caſtro,in quo habebat merum, & mixtum imperium,& omnimodam iuriſdictionem, quòd valeret, ac ſi eſſet, apud principem, vel acta inſinuatum, iuxta l. omnium,C.de teſtamen.quia cum teſtamentum ſit actus voluntariæ iuriſdictionis, & apud ipſum teſtantem eſſet poteſtas actorum, quia habebat merum, & mixtum imperium, debuit valere, ac ſi fuiſſet inſinuatum apud acta.Et Bald.ſequitur Alexan.in conſi.157.colum 1 in fin. volu.2. vbi refert etiam, quod inſinuatio poteſt fieri tam per ipſum donantem,quàm per ipſum donatarium, ſi eſſet iudex in loco celebrati contractus,vt per Bart in d.l.ſi conſul. & Io.de Imo. in l. Aquilius Regulus, ff. de donat. Imò plus inquit, quod inſinuatio ipſa poſſet fieri per vice poteſtatem donatarij in caſtro,in quo eſſet donatarius ipſius caſtri dominus, quamuis ille eſſet vice poteſtas, &
43 notarius, † quia in his,quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, quis poteſt eſſe iudex, & notarius iuxta notata per Bartol.in l.Sempronius,per illum tex. C.de proximis ſacrorum ſcriniorum,lib.12. & per Bald. in l. iubemus, in §.ſanè,el primo, C. de ſacroſanctis eccleſijs.pro hoc etiã facit, quod voluit idem Alexand.in conſilio 217.colum. 2.volum.6. vbi inquit quòd dato, quòd inſinuatio requi-
44 ratur ſatis eſſe, † quòd contractus ſit factus coram domino poteſtate, quia illud ſufficit pro inſinuatione, dicta l.omnium,& per Baldum in l.j. C.de diuerſis reſcriptis. & Bartol.in d.l.Modeſtinus, & Imol.in cap. cum contingat, in decimo membro. de iureiurando. Si ergo ſufficit, quod contractus ſit celebratus coram poteſtate loci, & eius locum tenente,vt per Alex. in locis ſuprà citatis, quanto magis ſi facta fuit per donantem, qui in ipſo loco conſtituerat poteſtatem, arg.authen.multo magis, C.de ſacroſanct.eccleſ.Idem etiam voluit Ruyn. in conſil. 23. colum.ſecunda,& colum.quarta,volumi.ſecundo. Vnde ex his omnibus,quæ ſuprà deducta fuerunt intrepidè tenendum arbitror huiuſmodi confeſſionem præiudicare marito, & eius hæredi, adeo quòd iuridicè potuerit hæc nobilis matrona agere ad conſecutionem contentorum in ipſa confeſſione morte confirmata,& corroborata iuramento aſſertorio, & promiſſorio, non obſtante exceptione ſimulationis per dictum hæredem oppoſita tanquam minus legitimè obiecta,& ſententiam omnino ferendam fore in fauorem ipſius nobilis agentis.

Laus DEO.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellare non licet à ſententia Principis ſenatus,vel præfecti prætorio ob eorum excelſam dignitatem.*

2 *Supplicare,vel reclamare licet à ſententia principis vel ſenatus.*

3 *Supplicatio ſemper eſt licita in omni materia legis reſcripti,vel inſtrumenti, vbi non llcet appellare.*

4 *Appellatio, & ſupplicatio ſunt diuerſa remedia.*

*Non deductum,nec probatum in cauſa principali poteſt deduci in cauſa appellationis.*

5 *Sed non in cauſa ſupplicationis Sed contra, ut nu.10.*

7 *Iudex ſupplicationis debet iudicare ex eiſdem actis, & non ex nouis probationibus. Sed contra nu.14.*

8 *Reſtitutio in integram reponit perſonam in eo gradu in quo erat læſio.*

9 *Supplicatio, & appellatio a pari procedunt,niſi in caſibus in quib. reperitur expreſſa differentia, & nume.24.*

11 *Supplicatio ſuccedit in locum appellationis, ideo eius naturam aßumere debet, niſi reperiatur oppoſitum.*

12 *Opponi poteſt in cauſa appellationis, & ſupplicationis quicquid poterat opponi in principali cauſa poſt litem conteſtatam.*

13 *Concluſio in cauſa principali,ſicuti non extenditur in cauſa appellationis,ita nec in cauſa ſupplicationis.*

15 *Supplicatio eſt quædam ſuperioris benignitas per quam inducitur ad reuocandum, quæ malè geſta fuerunt.*

16 *Inſtantia cauſæ ſupplicationis poſt litem conteſtatam durat triginta annis.Sed contra,nu.22.& 23.*

17 *Vel ſaltem tribus annis, ut durat inſtantia cauſa principalis ſecundum communem,ut nu 21 Sed contra nu.29.*

18 *Inſtantia reductionis ad arbitrium boni uiri ſecundum communem durat per triennium.*

19 *Supplicatio obtenta contra ſententiam præfecti prætorio durat per tantum tempus quantum datur exercentibus appellationem.*

20 *Recurſus ubi datur ſtatutum, vel legem contra aliquam ſententiam,talis recurſus regulatur ſecundum inſtantiam cauſæ appellationis.*

25 *Authoritas gloßæ omnes alias authoritates antecellit, quando doctores communiter non concludunt contra eam.*

26 *Reſcriptum ſupplicationis,quod habet uim litis conteſtatæ perpetuat, & extendit effectum ipſius ſupplicationis uſque ad triginta annos.*

27 *Reſcriptum impetratum ſuper iniuria mihi illata, quod vim litis conteſtatæ habet,operatur,ut actio ipſa iniuriarum exerceri poſſit uſque ad triginta annos.*

28 *Actio iniuriarum durat per annum.*

30 *Inſtantia decreti quinque menſium ſubrogatur loco inſtantiæ iuris communis.*

31 *Princeps ex ſpeciali priuilegio poteſt inſufflare ſpiritum vitæ, & ſic reſtaurare inſtantiam.*

32 *Reſtauratio inſtantiæ per principem parte non uocata concedi poteſt.*

33 *Inſufflatio uitæ per principem nedum ſemel, ſed iterato concedi poteſt.*

## CONSILIVM XCIV.

PRæſuppoſita communi ſententia pro vera,
1 † quod a ſententia principis ſenatus, vel præfecti prætorio non liceat appellare ob eorum excelſam dignitatem l.1. in prin.ff. a quibus appellare non licet,iuncta l.præfecti,ff.de mino.l.1. ff.de offi.præfecti prætorio,l.j.C.de ſententijs præfecti prætorio, c.eccleſia.16.q. j.Specu in tit.de appellationibus, in §.videndum reſtat. Guid.Papæ quæſ.50.Afflictus in conſtitutio regni, in 10. quæſtione, & 21.in princip. Purpuratus in l.quæcunque, num.54.ff.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio,& in l.imperium, ff.de iuriſdictione omnium iudicum. Pariſ. in conſilio 118.in prin.volum.3. & Curtius iun.in conſil. 17.colum.3 in fin. vbi inquit hoc eſſe de iure, & quod ita
2 obſeruat generalis conſuetudo, † ſed bene ab ea liceat ſupplicare,& reclamare l.ſi quis aduerſus.authenti. quæ ſupplicatio. C.de precib.imperat.offerendis.Specul.vbi ſupra Alex.conſ.88.col.1.vol.4.Imo.in conſilio 142.145. col.2.& 146.col.3.Marſi.in ſing.647.Iaſ.in conſil.16.in fi. vol.3.Afflictus vbi ſupra ver.quarto fallit. Paril.in conſilio 54.numero 34.vol.3.gl.& docto.in c.ex literis,de reſt. in integ. vbi Abbas per illam gloſſ. in verbo ſupplicari,
3 inquit, † quòd in omni materia legis reſcripti, vel inſtrumenti, vbi non licet appellare ſemper tamen eſt lici-
4 tum ſupplicare, † quia iſta ſunt diuerſa remedia, appellatio, & ſupplicatio. Nam appellatio arguit iniquitatem, vel imperitiam iudicantis,l.1.in princip. ff.de appella. Supplicatio verò reſpicit proprij erroris veniã, vel aduerſarij circunuentionem,l.præfecti, ff.de mino. Ideo vno ſublato non tollitur aliud l.ſi domus,in princip.ff.de ſerui.vrba.prædi. Et iſtam eſſe communem opinionem tradunt Dec.in fi.colum. penul.in princip. C.de edi.diui Adr.toll.& in conſi.533.col.pen. in fin. et dominus meus Ruy.in conſi.157.colum.penult,in fine volumi,5. Quo ſic præmiſſo, videndum ſupereſt de duobus, quorum pri-
5 mum eſt,† an ſicut in cauſa appellationis admittitur non probatum,et oppoſitum in cauſa principali, l. per hanc, C.de temp.appe.c.fraternitatis,de teſt. c.cum Ioannes, de fide inſtrumen.et ibi docto. Guido papæ q.436.quæſt.j. Marſi.ſing.240.et Fel.in c.ad audientiam.el ſecundo,columna nona,in fi.de reſcrip.ita etiam admittatur in cauſa ſupplicationis.Secundum eſt an inſtantia ſupplicationis reguletur ſecundum inſtantiam cauſæ appellationis,

vel

vel in ea ſeruetur inſtantia triennalis, quæ de iure ciuili in cauſa principali conceditur l.properandum, in princ. C.de iud.& ibi doct.

6 Deueniendo igitur ad primum caput, † videretur dicendum,quod non poſſit in cauſa ſupplicationis non pro-
7 batum probari, † quia iudices ſupplicationis iudicare debent ex eiſdem actis, & non ex nouis probationibus,
8 † ad ſimilitudinem reſtitutionis in integ. in qua quis admittitur in eo gradu, in quo erat læſio,l j. cum ibi no.C. ſi adue.lib.Barto.& alij in l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff. de min.ergo &c.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contrarium eſt de iure
9 verius, nam clara eſt iuris diſpoſitio, † quòd ſupplicatio, & appellatio à pari procedunt, niſi in caſibus reperitur expreſſa differentia, qui ſunt quinque, de quibus per Iaſ. in d.l.ſi quis aduerſus.Ita And de Iſer.in ca.1.§.his,enim col.ij. ſi de feu. inter do. & vaſallis oria. & in cap. imperialem,§.præterea ſi inter duos,colum.12. de prohib.feu. alie.per Fed.Imo.in conſi.146.col.4.in fin.verſi. ſi autem iterate. Afflictus in dicta quæſtione decima.Sed inter appellationem, & ſupplicationem in hoc caſu nulla repe-
10 ritur differentia, † ergo ſequitur, quòd ſicut in cauſa appellationis non deductum deducam, & non probatum probabo, vt in d.l.per hanc, & alijs iuribus, & authoritatibus ſuprà citatis, ita etiam in cauſa ſupplicationis. Et ita in terminis decidit Imo.in d.conſi.146 col. quarta, in fi. vbi propriè inquit, quòd cum ſupplicatio ſimilis videatur appellationi,niſi in his in quib.reperitur expreſsè contrarium,ꝙ ſicut in cauſa appellationis non probatum probari poteſt & non oppoſitũ opponi d.l.per hãc, ita,& in cauſa ſupplicationis ex quo in hoc non reperitur diſcre-
11 pantia inter appellationem, & ſupplicationem.† Et ideo cum ſuccedat in locum appellationis quod debet eius naturam aſſumere,niſi reperiatur oppoſitum.argum.l.ſi eũ §.qui iniuriam,ff.ſi quis caut.Et iſtud dictum tanquã notabile, refert & ſequitur Marſ. in practica ſua crim. in §. opportunè,num.63.& in l.j.nume.162.C. de raptu virginum.Idem tenet Afflic licet de Imol.non faciat mentio-
12 nem in dicta decima quæſt.in verſ.item ſi Papa.† vbi tradit, quod ſicut id quod poteſt opponi in primo iudicio poſt litem conteſtatam,poteſt opponi in cauſa appellationis,d.l.per hanc,ita poteſt opponi in cauſa ſupplicationis quia hoc non reperitur expreſsè prohibitum in cauſa ſupplicationis,& ideo in hoc iudicari debet,vt de appellatio-
13 ni Item etiam inquit, † quod ſicut cõcluſio in cauſa principali non extenditur ad cauſam appellationis, quod patet, quia non probatum probabo, quod non eſſet ſi ad ipſam concluſio extenderetur dicto cap.cum Ioannes:ita in cauſa ſupplicationis concluſio in prima cauſa non extendetur ad cauſam ſupplicationis. In quo poſſunt probari non probat per negligentiam partis. Et ſubdit vnũ verbum, quod eſt ſummè notandum, quòd ita communis vſus ſe habet. Et ego hanc partem ſedendo in ſacro conſilio Montisferrati ſemper vidi ſeruari, vbi paſſim in cauſa ipſa ſupplicationis ea quæ non probata fuerant in cauſa principali admittuntur.

Non obſtat, quod in cauſa ſupplicationis iudicari debeat ex eiſdem actis ad ſimilitudinem reſtitutionis,
14 † quia reſpondetur ſecundum Imol. in dicto conſil. 146. colum.ſecunda in fin.verſic.& pro hoc bene facit, & col. quarta in fin. verſiculo nam huic rationi. hoc non eſſe verum, quod aliqua reſciſio fieri debeat neceſſario in via ſupplicationis ad inſtar reſtitutionis, quia imò ſufficit retractari,quæ malè geſta ſunt, vt per Innocentium, & Io.
15 Andr.in c.ex literis.de reſtit. in integr. vbi dicit, † quod ſupplicatio eſt quædam ſuperioris benignitas per quam inducitur ad reuocandum, quæ malè acta credit, quæ æquipollet appellationi. Et ſic ex his remanet expeditum primum caput præſentis conſultationis. Condeſcendo ad ſecundum caput in quo dominus Ioannes Thomas
16 aduocatus Alexandrij clientuli ſui inquit † inſtantiam cauſæ ſupplicationis durare per 30.ann.ex no.per Specu. in titu.de ſupplication.§.effectus.dum allegat l primam, C.de annali exceptione, vbi inquit effectus ſupplicationis eſſe,quod ſi princeps reſcribit ad ſupplicationem obtinet vim litis conteſtatæ, quantum ad hoc vt perpetuetur vſque ad triginta annos,& ſecundũ alios vſque ad 40.
17 † vel ſaltem per tres annos,vt durat inſtantia cauſæ principalis, de qua per tex.& doct.in l.properandum,in prin. C.de iud.per Lanfr.in tract.de arb. in vltima parte, quæ-
18 ſtio.21. vbi inquit,† quod inſtantia reductionis ad arbitrium boni viri durat ſecundum communem per triennium. Et licet gloſſ.in l.vnica,C.de ſententijs præfecto-
19 rum prætorio.velit, † quod ſi ſupplicatur contra ſententiam præfecti prætorio,& obtineatur per talem ſupplicationem contra talem ſententiam, vt cognoſcatur de cauſa,quod talis inſtantia durabit per tantum tempus quantum datur exercentibus appellationem, per quam gloſſ.
20 ibi ſingulariter dixit Ange. † quod vbi per ſtatutum vel legem datur recurſus contra aliquam ſententiam, quod talis recurſus regulatur ſecundum inſtantiam cauſæ ap-
21 pellationis, quod eſt notandum, † tamen, quod communiter tenetur, & ita tenendum eſt, quod dicta inſtantia reductionis durat tanto tempore quanto durat cauſa principalis.

Sed his non obſtantibus, veritas eſt in contrarium,
22 † quòd imò regulatur ſecundum inſtantiam cauſæ appellationis, vt voluit glo.in d.l.j.C.de ſententijs præfectorũ prætorio.quam ibi ſequuntur Bald. & Ange.Sali. in l.fin.
23 §.penult.C.de temp.appel.vbi dicunt, † quod cauſa recurſus regulatur ſecundum appellationem quantum ad tempus exercitij, & terminationis eius. Idem dixit Baldus in tracta.de ſtatu.in verbo ſtatutum. in 6.verſicu.incipien. Statutum quod permittit, quod inquit menti tenendum,& alibi non legiſſe.Marſi.in ſingu.88. in fi.Hãc quoq; ſententiam amplectitur Boer.in deciſ 247. col.10. nu.9 circa fi.Brun.in tract.de ſtatu.& conſuetud.in verbo.appellare.verſi.81. & Afflict.in conſtit.regni, in 10.q.
24 col.ij.& fin.† quia vbi non reperitur expreſſa differentia inter ſupplicationem,& appellationem,à pari procedunt per nota.per Iſer.in d.cap.imperialem, §.præterea, & in alijs locis ſupra citatis. Et ideo cum in caſu de quo agitur, nulla reperiatur expreſſa differentia, dicendum venit,quod inſtantia ipſius ſupplicationis regulari debet ſecundum inſtantiam cauſæ appellationis. Et tanto fortius huic opinioni adhærere debemus, cum habeamus
25 authoritatem gloſſ. in d.l.j. † a qua in dubio in iudicando non eſt recedendum, & maximè quando non reperitur reprobata ſecundum Alex.in conſil.139.in fin.vol. 6.& quæ omnes alias authoritates antecellit, quando doctores communiter non concludunt contra eam,vt in caſu de quo agitur, prout dicit Afflict. in deciſ.384. colu.1. in deciſio.20.

Non obſtant modò adducta in contrarium. Et primò
26 dictum Spec in d.§.effectus.† quia reſpondetur verum eſſe, quod per reſcriptum ſupplicationis per quod lis pro conteſtata habetur,vt l.j.C.quando libellus prin.ob perpetuatur,& extenditur effectus ipſius ſupplicationis per triginta annos,quæ tanto tẽpore alias nõ durabat, prout
27 etiam in ſimili dicitur in dicta, l.prima, † nam per reſcriptum impetratum a principe ſuper iniuria mihi illata, quod operatur vim litis conteſtatæ, perpetuatur ipſa
28 actio iniuriæ, † quæ aliàs durabat anno,l.ſi nõ conuitij, C.de iniurijs,vt actio ipſa intentari,& exerceri poſſit vſquead triginta annos, vt etiam dicitur per doct.in l.nam & poſtea,§.ſi is qui temporali,ff.de iureiur. ſed per Spec. non dicitur,quod ſi cauſa ſupplicationis fuerit poſt reſcriptum intentata infra annos duos vel tres, quod eius inſtantia duret ſpatio triginta annorum, quia de inſtantia nullum verbum. Et ideo videtur dicendum,quod dictum Speculi non meruit allegari ad hoc propoſitum,ſed quod inſtantia ſupplicationis intentatæ reguletur ſecundum cauſam appellationis per gl.& authoritates ſuprà citatas.

Non obſtat quoque dictum Lanfr.in dict.quæſtion.21.
29 † quia reſpondetur,quod ſi Lanfrancus vult dicere,quod communis ſit opinio contra gloſſ.in dicta, l.prima,ꝙ inſtantia ſupplicationis duret tanto tempore quanto durat cauſa principalis,malè loquitur,quia cum glo. tranſeunt Bald. Angel. Salic. Marſi. Brun. Boer.& Afflict. Ex quibus magis oſtenditur communem eſſe contra ipſum Orianũ & ideo, quod eius ſententia non eſt vera, ſed erronea, & falſa. Sed vlterius dicitur, quod etiam data vera opinione
30 Oria.quæ tamen pro vera non admittitur, † quod etiam in caſu de quo agitur, lapſa eſt inſtantia cauſæ principalis quinque menſium,de qua in ſtatuto,quæ quidem ſubrogatur loco inſtantiæ iuris communis quæ eſt triennalis, vt per doct.in d.l.properandum,& Oria.vbi ſuprà loquitur de inſtãtia 60.dierum inducta a ſtatuto, & ideo quod cum ſint lapſi quinque menſes,de quibus in ſtatuto,quod vlterius admittendus non eſt dictus Antonius ad aliquas probationes niſi inſtantia ipſa,ex ſpeciali priuilegio prin-
31 cipis, † ad quam ſpectat immediatè inſufflare ſpiritum

vitæ,

vitæ, vt per Ang. in l. 1. C. de temporibus appellationum, Bal. in l. fi. C. ex quibus cau. manda. Capi. in deciſ. 165. col. prima, & ſecunda, inſtantia ipſa parti reſtaurata fuerit.
32 † Cui etiam non vocata parte per principem concedi po
33 teſt, vt per Capi. vbi ſupra, † vbi etiam tradit dictam inſufflationem non ſolum ſemel, ſed etiam iterato concedi poſſe, & de qua materia vide ibi latè per eum, ad quem breuitatis cauſa me remitto. Laus Deo.

## SVMMARIVM.

1 *Filij æqualiter ab inteſtato ſuccedunt matri.*
2 *Pater, & filia, ſimul concurrunt in ſucceſſione bonorum maternorum, quæ filiæ defunctæ obuenerunt.*
3 *Lege nulla cauetur, quod pater, qui ſucceſſit filiæ antequam tranſiret ad ſecunda vota, priuetur ſucceſſione filiæ, & nu. 12. vbi declaratur.*
4 *Lex generaliter in principio, l. hac edictali. in fin. C. de ſecundis nuptijs, loquuntur tantum de lucris nuptialibus.*
5 *Mater, quæ ſucceſſit filio ab inteſtato, licet per tranſitum ad ſecunda vota priuetur proprietate bonorum, quæ obuenerunt a patre, tamen ſecus in patre, quia per tranſitum ad ſecundas nuptias nō priuatur proprietate bonorum maternorum, ſed in contrarium eſt communis, vt nu. 8.*
6 *Leges ciuiles punientes coniugem tranſeuntem ad ſecunda vota, de iure canonico ſunt correctæ, ſiue hoc fiat in pœnam contrahentis matrimonium, ſiue etiam ſint prohibitæ in fauorem filiorum, quod declara, vt nu. 14.*
7 *Extenſio in correctorijs de perſona matris ad patrem fieri non poteſt, ſed contra nu. 15.*
9 *Pœnæ ſecundarum nuptiarum ſunt communes marito, & vxori, & num. 49. 50.*
10 *Pater tranſiens ad ſecunda vota priuatur proprietate bonorum maternorum, quæ ſibi prouenerunt per mortem filij, & hoc ſiue pater ad ſecunda vota tranſiuerit ante ſucceſſionem ſiue poſt.*
11 *Pater tranſiens ad ſecunda vota offendit vxorem præmortuam, & filios, & nu. 18 ac 21.*
13 *Pater, & mater hodie ſuccedunt filio cum fratribus defuncti.*
16 *Diſpoſitio l. fœminæ, § illud, C. de ſecundis nup. locum non habet quando pater tranſiuit ad ſecunda vota de conſenſu filiorum, ſiue expreſſo, ſiue tacito, vt nu. 24. & 27.*
17 *Aduocatus cautus eſſe debet quando conſulit mulieri ſecundo nubenti, & filios habenti, vt faciat conſentire filios ſecundo matrimonio, quia euitabit mulier pœnas legales.*
19 *Volenti, & conſentienti non fit iniuria.*
20 *Maritus quando facit legatum uxori ſimpliciter licet priuetur proprietate, ſed non vſufructu bonorum legatorum ſi filios habeat ex primo matrimonio, & tranſeat ad ſecunda vota poſt annum luctus, tamen id locum non habet quando maritus facit legatum vxori etiam ſi ad ſecundas nuptias conuolauerit, quia tunc habebit legatum quo ad vſumfructum, & proprietatem.*
22 *Bona prohibita alienari in fauorem alicuius, illo conſentiente, vendi poſſunt.*
23 *Pactum de hæreditate viuentis licet non valeat, tamen ſecus eſt ſi acceſſerit voluntas, & conſenſus illi, vt de cuius hæreditate agitur.*
25 *Iniuria facta filijs per matrem, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias poteſt ei remitti.*
26 *Filius ſciens matrem tranſiuiſſe ad ſecunda vota ſi eam inſtituit hæredem, videtur ei tacitè pœnam remiſiſſe.*
28 *Renunciatio metu extorta non dicitur per ſolam præſentiā patris.*
29 *Præſentia patris non ſufficit ad inducendum probabilem, & ſufficientem metum.*
30 *Reuerentia patris cum minis ſolis, uel verberibus inducunt iuſtum metum.*
31 *Metus eſt contrarius voluntati, & libertati.*
32 *Metus non dicitur purgatus quando durat eadem cauſa metus.*
33 *Minax feruor inducit impedimentum libertatis arbitrij.*
34 *Renunciati non datur amplius regreſſus ad renunciata, quod declara, vt num. 37.*
35 *Lucrum, quod defertur filijs per tranſitum ad ſecunda vota regulatur ſecundum ſucceſſionem ſed contra ſecundum communem num. 43.*
36 *Filia quæ renunciauit hæreditati, & ſucceſſioni, etiam excluditur a bonis, quæ acquiruntur filijs primi matrimonij in pœnam matris, vel patris ad ſecunda vota tranſeuntis. ſed contra num. 40 quod ampla, vt num. 41.*
38 *Renunciatio generalis exceptionum, nunquam intelligitur excludere exceptionem, quæ ortum habuit ex facto agentis.*
39 *Renunciatio nunquam refertur ad illud, quod quis poſtea ſua culpa amittit.*
42 *Renunciatio non nocet nepotibus, quæ renunciarunt iuribus ſuis, & bonis maternis ſi non veniunt ad hæreditatem auiæ iure ſanguinis, ſed in odium ipſius quæ inſtituit maritum ſecundum contra prohibitionem legis.*
44 *Renunciatio de bonis paternis, & maternis non extenditur ſecundum communem ad bona ſororis.*
45 *Pater in bonis aduentitijs filiæ habet vſumfructum.*
46 *Etiam ſi fuerit matrimonio copulata.*
47 *Filia per matrimonium non deſinit eſſe ſub poteſtate patris.*
48 *Patri concurrenti cum filia in ſucceſſione filij præmortui datur vſusfructus in bonis peruentis ad filiam ſed contra nu. 49.*

## CONSILIVM XCV.

AB hoc ſeculo migrauit Antonius de Zocholis relictis duabus filiabus, videlicet Zanina
1 maritata, & Margarita innupta † quæ ambę ſucceſſerunt earum matri per authenticam, in ſucceſſione, C. de ſuis, & legitimis, & in corpore vnde ſumitur. Exinde mortua eſt Margarita, relicto Dominico patre, & Zanina ſorore, modo quæritur quiſnam ſuccedere debeat ipſi defunctæ, an Dominicus
2 pater, vel Zanina ſoror. † Et ſi aliud non obſtaret nulli dubium eſt, quod ambo ſimul concurrerent in ſucceſſione bonorum maternorum, quæ obuenerunt dictæ Margaritæ, per tex. in conſequens, & §. hæc quidem. auth. de hęredibus ab inteſtato venientibus. authen. defuncto, C. ad Tertul. §. præferuntur, & ibi docto. inſtitu. eod. Soci. in conſi. 34. in princ. volum. primo, Ruy. conſil. 37. colum. 5. in fi. volum. 3. & in conſi. 58. col. 2. volum. 5. & Pariſ conſi. 49. in princ. volum. 3. & in conſi. 146. col. fin. volum. 4. Sed in terminis noſtris difficultatem facit, quia Dominicus pater tranſiuit ad ſecunda vota, propter cuius tranſitum Zanina prętendit, quòd priuetur proprietate dictorum bonorum, & quod vſumfructum ſolum conſequi debeat replicante patre multa in oppoſitum, de quibus videndū reſtat. Deueniendo igitur ad rem, prima facie dicendum videtur, quòd pater excludi non debeat a proprietate bonorum maternorum quæ peruenerunt ad Margaritam, & in quibus pro parte ſucceſſit, & hoc primo per text. §. optimum, in authen. de non elig. ſecundo nub. vbi inquit
3 tex. † quod nulla lege cauetur, quod pater qui ſucceſſit filiæ antequam tranſiret ad ſecunda vota priuetur ſucceſ-
4 ſione filiæ, † nam l. generaliter, in prin. l. hac edictali, in fi. C. de ſecund. nupt. loquuntur tantum de lucris nuptialibus, & ſimiliter tex. in authen. de nupt. §. ſoluto, & §. ſi verò expectet, & eodem modo tex. in §. quia verò, in authē. vt fratrum filij. Similiter de iure nouiſſimo, licet in § hinc nos, in auth. de nupt. vnde ſumpta eſt auth. ex teſtamento, C. de ſecundis nuptijs. ſtatuat Imperator, quod mater ſuccedens filio ab inteſtato ſi tranſeat ad ſecūda vota priuetur proprietate in bonis obuentis a patre, & in matribus ſit reuocatum ius antiquum, l. fœminæ, §. illud, C. de
5 ſecundis nuptijs. † Tamen in patribus, nec per iura nouiſſima nec per iura antiqua, aliquid contra eum diſpoſitum reperitur, & ideo remanet firmum argumentum, quod pater tranſiens ad ſecundas nuptias non priuatur proprietatē bonorum maternorum, in quibus ſucceſſit filiæ.
6 Secundò facit, † nam omnes leges ciuiles punientes coniugem tranſeuntem ad ſecunda vota ſunt correctæ de iure canonico, cap. fin. de ſecundis nuptijs, ſiue hoc fiat in pœnam contrahentis matrimonium, ſicut quando nubit intra annum luctus, vt in l. 1. C. de ſecund. nup. ſiue etiam ſint prohibitæ nuptiæ in fauorem filiorum, ſecundū Abb. in d. cap. fin.
7 Tertiò facit, † nam in correctorijs ſtatutum in vna perſona ſcilicet matris non extenditur ad patrem, l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolu. matr. in authent. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccl.
Quibus non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iu-
8 re verior, † quoniam communis concluſio Doctorum eſt, quod ſicut mater quæ tranſit ad ſecunda vota perdit proprietatem rerum filij quæ prouenerunt à patre filij morientis, & illa applicatur fratri, vel ſorori defuncti d. § hinc nos, & in d. authen. ex teſtamento, ita pater ſimiliter perdit proprietatem portionis ſuæ, & applicatur ſorori, & hoc per gloſſ. in d. l. fœminæ. §. illud, quam ibi ſequitur Bart. vbi dicit, quod iſta quæſtio ſemel fuit Bononiæ, & in ea conſuluit Franciſcus de Salla aduocatus egregius, qui ſic dixit, & multum benè. Idē Bart. in l. de emancipatis,

cipatis,& ibi Paul.de Caſtr.C.de legit.hæred. Sa..in d.§. illud, vbi inquit, quod habuit quęſtionem de facto Statuto cauebatur, quod filius maſculus ſuccedat patri, & matri excluſa filia, mortua matre ſucceſſit filius maſculus, cui poſtea ſucceſſit pater ſolus ex forma ſtatuti, & qui pater ſecundam ſuſcepit vxorem, & mortuus eſt ſuperſtite filia ex primo matrimonio, dubitatum fuit an filia debeat habere bona materna ad patrem peruenta ex ſucceſſione filij, & refert obtentum fuiſſe, quod filia debeat habere dicta bona per dictam glo. quia eſt eadem ratio in patre ſicut in matre. Idem vult Pau.de Caſtr. in l. mater, C. ad Tertull. vbi citat quæſtionem iſtam fuiſſe diſputatam per dominum Franciſcum de Faxolinis, quē refert Ioā. And. in additio.ad Spec.in tit.de ſecund. nup. Hanc quoque partem amplectitur Soc.in conſi.33.colum.j. in fi.& conſi.263.colum.j.verſi.circa ſecundam, vbi inquit, quod ita ſemper practicatum fuit. Aret.in conſi.72.col.2 verſ.
9 ad ſecundum.† quia pœnæ ſecundarum nuptiarum ſunt communes marito, & vxori, ſicut iniuria quę per ſecundas nuptias infertur pariter fit a patre ſicut a matre, imò multo fortius, vt exprimento patet per tex. in d.§.ſi vero expecter, & in l.generaliter. Et licet illæ leges non loquãtur in caſu noſtro, ſed in lucris immediate prouenientibus ab altero coniugum, tamen ſatis patet de mente illarum legum, quod intentio legiſlatoris fuit in pœnis ſecundarum nuptiarum patrem, & matrem pari paſſu ambulare. Eam quoque ſequitur Iaſ.in l.ſecunda, col.ſecunda, circa finem, C.de indict.vid.tollen.Decius in l.prima, colum.de ſecundis nuptijs.in conſi.87.colu.ſecunda, vbi inquit hanc eſſe communem, & in conſ.230.col. ſecunda dicens in iudicando, & conſulendo nullo modo ab hac ſententia recedendum. Ruyn.etiam in conſ.20.colum.ſecunda, volum.3.dicit hanc communem, & in conſilio 37. col.1.vol.eo.& in conſ.58.col.2.vol.5.& Pariſ.in conſi.29. num.77.vol.3.Cra.in conſi.37.col.1.in princ. & Corn.in
10 conſi.142.vol ſecundo.† Et adeo vera eſt hæc concluſio, vt etiam procedat, & locum habeat, ſiue maritus, & ſic pater tranſiuerit ad ſecunda vota ante ſucceſſionem ſiue poſt, vt in dicto §.nobis. Ita Soci.in dicto conſi.34.colum. primo, verſi.& quamuis. Aretin.in conſi.72.col.ſecunda, verſi.ad ſecundum, & Ruyn.in conſi.20.numero quarto, volum.3.& in conſi.37.colum.quinto, in princip. volum. eodem, vbi inquit, quod quantum ad hunc effectum priuandi patrem dicta proprietate bonorum maternorum, hodie non fit differētia inter vnum caſum, & alium, vt in dicta authent.ex teſtamento, & per doctores in l.mater, C.ad Tertu. Præterea ſecundum eum facit, nam ſi tenetur pater ſeruare proprietatem filijs eiuſdem matrimonij, & ea priuetur tranſeundo ad ſecunda vota poſtquam ſucceſſiſſet filio præmortuo, vt per Sali.in d.§. illud, ergo multo magis, quando ſecundas nuptias contraxit filio vi-
11 uente, quia † per iſtum tranſitum offendit vxorem præmortuam, & filium viuentem, & non filium mortuum, cuius anima non ita contriſtatur de tranſitu ad ſecundas nuptias, ſicut contriſtatur anima vxoris. Et hac ratione olim erat differentia inter ſecundas nuptias contractas prius, propter quas tranſiens grauabatur plus, & contractas poſt, ex quibus grauabatur minus, d.l.fœminæ.iuncta d.l.mater.vbi ita declaratur per Pau.de Caſt.

Non obſtant modo adducta in contrarium, & in primis, quod nullo iure cauetur, quod pater priuetur dicta
12 proprietate, vt in dicto §.optimum, † quia reſpondetur, quod ſic ſtatutum fuit ob iuris neceſſitatem, ſeu impoſſibilitatem ex eo, quia illud eueniret in patre non erat poſſibile, nam ante authen.de hæred.ab inteſta venientibus, mater ſuccedebat filio etiam cum fratribus defuncti, d.§. illud. Sed pater non ſuccedebat ei, ſed a fratribus illius excludebatur l.fi.C.ad Tert.l.quæcunq;. C.de bonis quæ lib. ideo dici non poterat. quod pater teneatur reſeruare
13 id, quod non habebat. † Sed quia hodie pater ſicut mater ſuccedit filiæ cum fratribus defuncti per d.authen.defuncto, dicendum eſt, quod reſeruare teneatur ſicut mater, quia in vtroque eſt eadem ratio ad inſtar lucrorum nuptialium. Ita Salic.in d.§.illud, Ange. in d.§. præferuntur. Socin.in allegato conſil.34.colum.prima, & ſecunda, Aretin.in citato conſi.72.colum.2.& Ruyn. in d. conſilio 58.colum.2.in fin.

14 Ad ſecundum reſpondetur, † quod iura ciuilia, quæ puniunt, vel priuant parentem tranſeuntem ad ſecundas nuptias ſunt per ius canonicum correcta, per d.cap. pen. & ſi. quo ad pœnam appoſitam odio contrahentium ſicut eſt pęna, quæ imponitur contrahenti matrimonium intra annum luctus, ſed ſecus in reſpicientibus fauorem filiorum primi matrimonij, vt no.Bart. & alij in l. prima C.de ſecundis nup. Et iſta opinio eſt baptizata apud omnes, vt dicit Bald.in conſi.161.volum.primo. Et iſtam eſſe communem opinionem inquit Innocen.& Abb.in ca.fi. de ſecundis nup. Anan. in conſi.102.colum.ſecunda. Idē tenet Alex.in conſi.68.colum.fi.volum.quarto. Dec.in rubrica.C.de ſecundis nup. in conſil.87.colum.2.& conſil. 206.colum.ſecunda, Ruy.in conſ.44.colum.ſecunda, volum.5.& in conſil.58. colum.5. vbi inquit non eſſe recedendum ab hac opinione in iudicando, & conſulendo tanquam communi. Crauet.in conſilio 39.colum.2.& Pariſ.in citato conſi.29.nu.80.vol.3.

Non obſtat, quod in correctorijs non eſt licita extenſio
15 de perſona ad perſonam, † quia in terminis noſtris contrarium vult gloſſ.in dicta l.fœminæ, §.illud. ex paritate rationis, & doctores ſupra citati, adeo, quod ex his remanet concluſio firmata, quod ſicut mulier per trāſitum ad ſecunda vota priuatur proprietate quando extant filij ex primo matrimonio, ita etiam & pater quando tranſit ad ipſas ſecundas nuptias.

16 Secundò opponitur, † quòd diſpoſitio dictæ l. fœminæ, §.illud, iuncta gloſſ. locum non habet quando pater tranſiuit ad ſecunda vota de conſenſu filiorum, vt per gl. in verbo copulantur.in auth.de non eligen.ſecundo nub. quam pro ſingulari no.ibi Ange.in verſiculo, & ſi prædicta vera.vbi inquit, mulierem quæ ſecundo nubit puniri pęnis inductis in fauorem filiorum, quando nubit filio inuito, ſecus ſi eo volente: quia tunc nullius pęnas ſuſti-
17 net, per glo.ibi, † & ideo admonet aduocatum vt ſit cautus quando conſuluit mulieri ſecundò nubenti, & filios habenti, vt faciat filios conſentire tali matrimonio: quia euitabit omnes pęnas. Et ratio eſt ſecundum Romanum
18 in conſi.219. col.j. † quia mater tranſeundo ad ſecunda vota infert iniuriam filijs primi matrimonij, & per hoc pęnas incurrit, §.ſoluto, in auth de nup.& in §.proximus.
19 in auth. de non eligen.ſecundo nub. † Ideo illis conſentientibus, & volentibus non fit iniuria l.cum donationis, C.de donatio. Nam volent, & conſentienti non fit iniuria. regula ſcienti, de reg.iur.in ſexto, l.1.§. vſque adeo, ff. de iniur.& Roma.ſeq.Iaſ.in l.filium quem habentem, colu. ſexta, C.famil.herciſ.verſi.alia fundamenta, & in l.2.col.
20 fi.in prin.C.de indic.vid.tol.vbi dicit, † quod quando maritus facit legatum vxori ſimpliciter, licet verum ſit, ſi habeat filios ex primo matrimonio, & nubat ſecundo poſt annum luctus, priuetur proprietate quæ acquiritur filijs primi matrimonij, & habeat tantum vſumfructum, tamen quod id locum non habet quando maritus fecit legatum vxori, etiã ſi ad ſecundas nuptias conuolauerit, quia tunc, licet ſecundo nubat poſt annum luctus, habebit legatum quo ad proprietatem, & vſumfructum non obſtãtibus filijs primi matrimonij, per glo.multum not.in §. vnum itaque, in verbo ſiue vir.in auth. de nup.& ita expreſſe tenet Bal.in l.1.in 3.col.verſic. Sed pone, C.de ſecundis nup.vbi refert ſe ita conſuluiſſe pro quadam muliere, cui erant relicta multa caſtella etiam ſi nuberet, &
21 ratio eſt quam ſupra deduxi. † Nam mulier ſecundo nubendo infert iniuriam priori viro cuius anima contriſtatur, §. quæ viro.in authen. de nup. Et propter hoc eſt impoſita pęna mulieri ſecūdò nubenti, quæ ratio ceſſat quãdo de voluntate viri ſecundo loco ſe connubio coniungit. d.l.cum donationis. Et Bald ſequitur etiam Iaſ. in conſil. 53.in prin.volum.1. hanc quoque ſententiam tenet Dec. in rub.C.de ſecundis nup.colum.ſecunda, & in conſ.206. col.2.conſi.485.colum.3.& conſi.604.colu.ſecunda, & in conſi.621.colum 3. Pariſ.in citato conſi.29.nu.84.& Soc. Iun.in conſi.71.col.1.vol.ſecundo. Pro qua etiam opinio-
22 ne facit, † Nam etiam bona prohibita alienari in fauorē alicuius illo conſentiente alienari poſſunt, & prohibitio locum non habet, l.quoties, C.de fideicom.doct. in l.cum pater, §.libertis, ff.de leg.1.Dec.conſi.468.col.pen. in fin.
23 & conſi.468.col.4.† facit etiam, nam pactum de hæreditate viuentis, non valet, & tamen ſi interueniat conſenſus illius de cuius hæreditate agitur, valet, l.fi.C.de pact. Dec.conſi.32.colu.1.Sed in caſu iſto dicitur conſtare de cōſenſu expreſſo ipſius Zaninæ, & de tacito, quia ipſa interfuit matrimonio celebrato per patrem ſecunda vxore, & ei munera donauit, qui tacitus conſenſus etiam ſuffi-
24 cit, † vt probatur ex not.per Bald.in auth.ex teſtamento. colum.2.verſi.pone, quòd iſta.Bert. C.de ſecundis nupt.

vbi

vbi ponit quæſt. de matre quæ habebat duos filios, vnus
deceſſit antequam nuberet, alter poſteaquam nupſit, con
cludens, quod mater ſuccedit, quia filius præmoriens de
tali iniuria nihil dixit, ergo videtur illam remittere, ar-
gu.l.ſi.C.de reuocan.don.& Bald.ſequitur Ale. in conſil.
64.colum.1 vol.5. & ad hoc eſt deciſio Angel. in conſilio
25 396.col.2. vbi dicit, † quod filij quibus fuit facta iniuria
per matrem quæ tranſiuit ad ſecunda vota poſſunt talem
iniuriam remittere conſentiendo a principio vel poſtea
ratum habendo etiam tacite. & Angel. ſequitur Dec.in
rub.C.de ſecundis nup.& in conſilio 206.colum.2. & ſeq.
conſi.485.col.3.& in conſil.621.col.3.idem dixit Iaſ.in d.
conſi.53.col.3.vol.j vbi poſt Bald. in l.mater, C.ad tertul.
inquit, quòd ſi filius inſtituit hæredem matrem, ſciens
eam ad ſecundas nuptias tranſiſſe, videtur ei pœnam ta-
cite remiſiſſe, quod poteſt, vt in authent.de donat. & in
26 de nupt.Socin.iun.in conſi.71.col.1.& 2.in fin.vol.7.nec
habet obſtare ſi dicatur, quòd licet prædicta procedere
ſint quando adeſt tacitus conſenſus, vel expreſſus erga
27 matrem ſecundo nubentem, † tamen non in patre ha-
bente filios in poteſtate propter reuerentiam, quam de-
bent filij patri quæ in eis non operatur liberum conſenſũ
arg.eorum quæ habentur, in l.1.§.quæ onerandæ, ff. qua-
rum rerum act.quia reſpondetur, quòd dictum eſt in ma-
tre, locum habet in patre, quando filij tacite vel expreſſe
conſenſerunt dictis ſecundis nuptijs, vt expreſſe conclu-
dit Nicolaus de Vbal.in tractatu de ſucceſ.ab inteſtato, in
2.par princ.in 5.q.vbi dicit tex.in d.§.illud loquentem in
matre locum habere in patre, vt puniatur eadem pœna,
ſi tranſiuit ad ſecundas nuptias ſicut mater, & demum
in verſi.prædicta autem omnia, limitando omnia quæ di-
xerat de patre, & mater concludit locum non habere quã
do filij conſenſerunt, & ſic vult talem conſenſum prodeſ-
ſe patri.idem voluit Pariſ.in citato conſ.29.nu 86.cum ſe
quenti, nec in hoc caſu eſt conſideranda poteſtas, & reue
rentia paterna, quia ſola patria poteſtas nõ debet eſſe im
pedimento ſi non concurrunt alia quæ impedirent libe-
rum conſenſum, ita Pariſ.vbi ſupra, nu.91. & ad hoc be-
28 ne facit text. in capitulo quamuis de pact. in 6. † vbi ſi
filia renunciat iuribus ſuis patri cum iuramento, dicitur
ibi in text. quod ſi iuramentum non eſt præſtitum vi aut
dolo, quòd valet. Ergo manifeſte apparet ſi non eſt vis
vel metus, quod ſola præſentia patris non facit renuncia-
tionem metu extortam, accedit etiam quod voluit Alex.
29 in conſi.122.in fi.vol.6.vbi tradit, † quod præſentia patris
non ſufficit ad inducendum probabilem, & ſufficientem
metum, quia reſpondetur, quod dictus conſenſus præſti
tus per dictam Zaninam maritatam ſed habitantem in
domo patris non fuit libere adhibitus, vt narratur in the-
mate, ſed propter minas, & verba, quia ex quo nolebat
conſentire, & contradicebat voluntati patris, & perſua-
debat, quòd a dictis ſecũdis nuptijs vellet abſtinere, quo-
niam hæc mulier non erat æqualis primæ vxori genere,
moribus, & dote, tanquam indignatus minatus eſt eam
de verberando, & baculando, & male tractando, & de-
mum verbis non contentus & minis, eam verberauit, &
30 dedit ipſi plures maxillatas, quo caſu ſi vbi concurrit † re
uerentia patris cum minis ſolis, vel verberibus ſolis indu
citur iuſtus metus, vt per Barto. in l.1.§. quæ onerandæ.
quem ſequitur Soc.in conſi.263 col.2.in fi. Ang.in §.qua-
drupli.in 4.col.Inſt.de act.vbi dicit ita conſuluiſſe, & ob-
tinuiſſe Alex.in conſi.158.col.pen.vol.2.Dec.in conſi.232.
col.3.Iaſ.in conſi.3.colum.pen.in princ & Pariſ.in conſi.
26.nu.67.vol.3. ergo multo magis ubi concurrunt minæ,
& verbera, arg.l.baliſta, ff.ad trebellianum.Bar.in l.cum
31 ſcimus, C.de agricolis, & cenſ. lib.10. † nam metus eſt
contrarius voluntati, quod liberati, l. nihil. conſenſui, ff.
de reg.iur ergo multo fortius verbera, authen. multò ma
gis, C.de ſacroſ.eccl.& in terminis noſtris ita dixit Pariſ.
in d.conſi.29.num.91.volum.3. & Iaſ.in allega.conſil.53.
col.pen.verſic.hoc non obſtante, vol.1. Nec obſtat, quod
filia munera dedit, quoniam coronæ, & aliæ res donatæ
fuerunt à patre datæ filiæ, vt ipſas dono daret prædictæ
vxori ſuæ poſt dictas minas, & vulnera, quo caſu cum du-
32 raret cauſa metus, † quia purgatus non erat videtur,
quod ſicut conſenſus fuit meticuloſus, ita & munera, ti-
moris, & metus, ac vulnerum cauſa data fuerint, per ea
quæ notant communiter doct.in l.2.C.quod metus cauſ.
vbi dicunt, quod poſt metum illatum ex aliquo actu ſe-
quenti, etiam ex interuallo facto nunquam metus purga-
tur durante eadem cauſa metus. Idem dixit Ale.in conſi.
48.vol 4.& Barb.in conſi.vltimo, in ſecundo volu. vbi di-
33 cit, † quod durante potentia minantis ſemper metus di-
citur durare. Adducit Bald. in tractatu ſciſma. in octaua
col.vbi inquit, quòd ſpiritu timoris nunquam metus pur
gatur, niſi ſint cauſæ conſentiendi congruæ. Et ſubdit, ꝙ
minax feruor inducit impedimentum libertatis arbitrij,
l.vnica, C.ſi quacunque præd. poteſtate. Accedit etiam
quod ſcribit Dec.conſi.498.colu.3.vbi tradit, quod reco-
gnitio facta duci Mediolani per dominum Palauicinum
metu de bonis liberè donatis tanquam de bonis feudali-
bus, non purgatur ex longo temporis interualle in quo do
mini de Palauicini præſtiterunt ea quæ in feudatarijs prę
ſtari ſolebant ex quo eadem cauſa metus ſubſiſtebat, quia
erat ſemper ſub poteſtate, & Imperio ducis Mediolani,
ergo &c.

Tertiò non obſtat, quod *Zanina* tempore quo marita-
ta fuit, per inſtrumentum renunciauit bonis paternis,
34 & maternis, † per quam renunciationem amplius non
datur ſibi regreſſus ad ius cui renunciauit l quæritur, §.
ſi venditor.ff.de ædilit. edic.l. ſi quis in conſcribendo. vbi
docto.C.de pact.Pariſ.conſil.5 num.155. volum.4. & ſic
ad lucrum, quod ſibi defertur in pœnam patris tranſeun
tis ad ſecunda vota.

35 Item, † & quod tale lucrum, quod defertur filijs per
tranſitum patris ad ſecunda vota, regulatur ſecundum
ſucceſſionem, vt per Paulum de Caſt. in conſi.312. in fin.
36 vbi inquit, † quod filia quæ renunciauit hæreditati, & ſuc
ceſſioni etiam excluditur ab illis quæ acquiruntur filijs
primi matrimonij in pęnam matris vel patris qui ad ſe-
cundas nuptias conuolauit, vnde cum reguletur ſecundũ
ſucceſſionem, ab ea debet excludi filia vigore dictæ re-
nunciationis.

Quia reſpondetur, quòd imo huiuſmodi renunciatio
nihil obſtare poteſt ipſi renuncianti, multiplici ex capite.
37 Et primò, † quia renunciatio nunquam includit ea quæ
ortum habent ex facto illius cui renunciatum fuit, l. qui
officij, §.fin.ff. de contrah emptio. Facit lex cum propo-
nas, C.de naut fęn.per quæ iura dixit Dec.in conſilio 27.
38 col.1.verſi.tertia eſt, † quòd renunciatio generalis excep
tionum nunquam intelligitur excludere exceptione quę
ortum habet ex facto agentis. Idem tenet Par. in conſi.7.
nu.72.vol.2.Sed hoc ius quod acquiritur prædictæ filiæ, ei
obuenit ex facto, & culpa Dominici eius patris qui tranſi
uit ad ſecunda vota, vt in d.l.fęminæ, §.illud. ergo &c.

Secundò hoc etiam probatur ex not.per Barto in auth.
hoc amplius. in pen.q C.de fideicomm. quem ibi ſequi-
tur Iaſ.in 3.colum. verſic. dicit etiam Bartol. vbi inquit,
39 † quod renunciatio non refertur ad illud, quod quis po-
ſtea ſua culpa amittit, l damni, §.1.ff.de dam.infect. Idem
Bar.in l qui Romæ, §.duo fratres, col.j verſ. & hoc facit,
ff.de verb.obl.Et Bar.ſequuntur Guid.Pap.in deci 228.in
prin.Dec.in conſ.206.col.2.& Goz.in conſ.34. in fi.

40 Tertiò in terminis hoc decidit Old.in conſ.294. † vbi
dicit, quòd filia quę renunciauit hæreditati cum iuramen
to iuxta capitulum quamuis, de pac.in 6. non excluditur
à lucro quod illi defertur in pęnam tranſeuntis ad ſecun-
da vota, quia hoc ius poſt renunciatione ſuperuenit, arg.
l.Aurelius, § teſtamento, ff.de liber.l.& ex diuerſa cauſa,
quæ eſt ſeparata à renunciatione, quia renunciatio reſpi-
cit ſucceſſionem quæ ex voto parentum defertur, l. ſcri-
pto, C vnde li. hic autem conſideratur culpa tranſeuntis
ad ſecunda vota, & iniuria illata filijs primi matrimonij,
vt latius in d.conſi.quem Old.ſequitur Dec.in conſi 206.
colum.2.conſi.230.colum.pen.& in conſi 396 col.2. & in
rub.C.de ſecun.nup.colum.3.verſi.& retenta hac conclu
ſione, & Crauet.conſi.242.colum.fi.in prin. Idem tenuit
Guid.Papæ in deciſ.228.licet, de Oldr.mentionem non
41 faciat, qui plus voluit in deciſ.ſeq.229. † illud etiam pro-
cedere ſi in dicta renunciatione eſſet appoſita clauſula ſe-
quens, videlicet, quæ ſibi competere poſſent iure legitimè
ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel alia quacunque cauſa,
quia de huiuſmodi beneficio renuncians non videtur co-
gitaſſe, ſaltem generaliter, quod ſufficit, l.ſi duo, §.idem
Iulianus, ff.de iureiur.

Quartò facit, quod notat Craue.in d.conſi.242.col.fin.
42 † vbi concludit, quod neptibus renunciantibus iuribus
ſuis, & bonis maternis, non nocet renunciatio, ſi non ve-
niunt ad hæreditatem auiæ iure ſanguinis, ſed in odium
ipſius, quæ inſtituit ſecundum maritum contra prohibi-
tionem legis.

Non obſtant not.per Paul.de Caſtr.in dicto conſi. 326.

quia

43 quia non eſt verum, † quòd tale lucrum reguletur ſecun
dum ſucceſſionem, cum filij primi matrimonij dicta lu-
cra conſequuntur tanquam filij, & non tanquam hære-
des, vt tex. in auth. hæres, C. de ſecundis nupt. vbi dicitur,
quod huiuſmodi res lucrantur liberi, licet non ſint hære-
des patris, vel matris, & ideo tãquam æs alienum illis de-
betur, vt inquit Rom. in conſi. 190. in fin. quem ſequitur
Dec. in conſ. 87. col. 2. circa fi. Idem not. Dec. in conſi. 206.
col. 2. & Ange. in §. ſoluto, in verſicu. item nota per iſtum
textum, in authent. de nupt. quem ſequitur Dec. in d. cõ-
ſilio 396. col. pen. Hoc etiam voluit Oldr. in conſil. ſupra
allegato. Et pro hac parte etiam facit, quod voluit Sali. in
d. l. fęminæ, §. illud, C. de ſecund. nupt. vbi inquit, quod fi-
lia primi matrimonij licet excludatur a ſucceſſione per
ſtatutum, tamen admittitur ad bona, quæ deferuntur fi-
lijs primi matrimonij in pęnam patris, & matris tran-
ſeuntis ad ſecunda vota. Et ſic patet, quod tale lucrum
eſt omnino ſeparatum ab hæreditate. Et Salic. ſequitur
Dec. in conſi. 87. col 3. & in conſi. 337. col. j. & 2. vbi inquit
opinionem Salic. communiter approbatam, & Socin. in
conſ. 34. col. 2. Pariſ in conſi. 29 nu 78. vol. 3. & Ruy. cõſi.
38. col. 2. vol. 5. Bru. in tract. excluſ. fęm. in 8. articulo princi
pali, q. 15. in fi. & in 13. artic. q. 5. in fi.
Secundò reſpondetur, quod huiuſmodi renunciatio eſt
facta de bonis paternis, & maternis, & ideo quod non ex-
tenditur ad bona ſororis, de quibus agitur, per ea quæ in
44 ſimili dicit Ang. in conſ. 52. vbi dicit, † quod renunciatio
facta de bonis maternis per filiam, non excludit eam a
ſucceſſione fratris etiam quo ad bona materna, quæ per-
uenerunt fratri, quia per aditionem fratris deſierunt eſ-
ſe bona materna, per l. ſed ſi plures, §. filio, ff. de vulga. &
pup. & l. fi. C. de inoff. teſta. Ita etiam dicunt communiter
Doct. l. j. §. veteres, ff. de acq. poſſ. Alex. in conſi. 198. col. 3.
verſ. non obſtant, vol. 6. Dec. in conſi. 31. col. fin. & in conſ.
230. colu. 2. vbi loquitur in terminis noſtris in conſil. 266.
col. j. conſi. 419 in fi. 506. col. 1. in prin. Soc. conſ. 289. colu.
pen. in fi. vol. 2. 625. in fi. & 683. col. j. Iaſ. conſil 159. col. 2.
vol. 2. Cur. iun. in conſi. 101. col 2. & 4. Goz. in conſ. 9. nu.
60. & Par. in conſi. 23. nu. 5. vol. j. Imò plus volunt Roma.
in conſi. 168. in prin. & Dec. in conſi. 309. col. 2. in princip.
318. colu. 3. in fi. verſ. vnde videmus, conſi. 433. colum. 2. in
princ. conſi. 551. col. j. & 581. quod iſtud etiam locum ha-
beat ſi hæreditas non ſit adita, quia ſatis eſt, vt veniat ex
perſona alterius, & ex nouo iure ſuperuenienti, vt con-
cludit Capra in conſilio 12. circa fi. & Aret. in conſil. 161.
in princip.
Circa vltimum articulum. in quo quæritur an Domini-
cus in parte delata Zaninæ filiæ, & ſorori Margaritæ, cõ-
ſequi valeat vſumfructum, primo aſpectu videretur dicẽ-
45 dum, quod ſic, † quoniam clarum eſt, quod in bonis ad-
uentitijs filij, pater habet vſumfructum, l fin. C. de bon.
46 quæ lib. toto tit. C. de bon. mat. † etiam ſi filia fuerit matri
monio copulata, quia per matrimonium non deſinit eſſe
in poteſtate patris, vt in l. ij. C. de cond. inſer. & in l. ij. C.
de bo. quæ lib. vbi Bald. & cæteri, ſed iſta bona in quibus
ſuccedit Margarita ſunt aduentitia, igitur &c. Nec habet
obſtare, quod imò vſumfructum habere non debeat in di
ctis bonis, per tex. in §. conſequen. in auth. de hæred. quæ
ab inteſt. & in auth. item ſi hæreditas, C. de bo. quæ liber.
48 vbi lex dicit, † quod ideo patri concurrenti cum filio in
hæreditate fratris non datur vſusfructus partis filij viuen
tis, quia loco illius vocat eum in parte ad plenam proprie
tatem, quia reſpondetur, quòd iſta ratio non militat in ca
ſu noſtro, quoniam licet pater capiat partem ſibi delatam
iure proprietatis, vt ibi dicitur incontinenti illam perdit
per tranſitum ad ſecunda vota, & applicatur ſorori, quo
caſu perinde eſt, ac ſi in nulla proprietate ſuccederet.
Sed præmiſſis non obſtantibus, altera ſententia eſt de
49 iure verior, † quod imò patri nullus datur vſusfructus
in parte delata Zaninæ filiæ, quia licet vera ſit iuris di-
ſpoſitio, quod in bonis aduẽtitijs filij, pater habeat vſum-
fructum, tamen illa limitatur non habere locum quando
pater cum filio ſuccedit alteri filio habenti bona aduenti-
tia per tex. in d. §. conſequens, & auth. item ſi hæreditas,
quia cum pater ſibi acquirat medietatem proprietatis in
bonis filiæ extinguitur vſusfructus eius, ſcilicet in ſua me
dietate, quia coniungitur vſusfructus cum proprietate, &
ſic de formali efficitur cauſalis, item & in dimidia in qua
ſuccedit alter filius, quia poſtquam habet dimidiam, non
debet eſſe oneroſus alteri filio, vt in medietate ſua velit ha
bere vſumfructum. Ita Paul. de Caſt. in d. auth. ita ſi hære
ditas, quàm legit. cum authent. excipitur, eo. tit. Idem di-
xerunt Soc. in conſi. 34. in 3. q. & Aret. in conſil. 72. in ter-
tio dubio, vbi ambo conſuluerunt in eodem caſu, & hoc
per tex. in d. § conſequens, vbi per illam conſtitutionem
vocatur pater ad hæreditatem filij defuncti vna cum fra-
tre vtrinque coniuncto ipſius filij defuncti. Et ſicut in hoc
damnificat ibi lex filium ſuperſtitem tollendo ſibi partẽ
hæreditatis illam applicando patri quo ad proprietatem,
ita in recompẽſationem vult, quod ipſius filij pars ſit ſua
cum vſufructu, & ſicut è conuerſo tollit ibi Imperator
proprietatem filio, quam per antea habebat in vniuerſa
hæreditate fratris, excluſo patre, ita in recompenſationẽ
tollitur in parte ipſi patri ius vſusfructus per antea ſibi
quæſiti ante mortem filij, & ideo concludunt in terminis
noſtris, quod ſi pater ſucceſſit filio quo ad plenam pro-
prietatem pro virili portione vna cum alijs, & propter
tranſitum ad ſecunda vota effectus ſit de proprietario
vſufructuarius, quod non debet habere vſumfructum in
portione in qua alius filius ſuccedit, quo ad proprietatem
& vſumfructum triplici ex cauſa, quarum prima eſt, quia
quod pater per tranſitum ad ſecunda vota priuatur pro-
prietate bonorum partis ſuæ, hoc eſt introductum in ſui
odium, propter iniuriam illatam filijs primi matrimonij,
& in fauorem eorum, vt in §. ſi verò expectet, cum ſeq in
auth. de nupt. Sed ſi diceremus, quod pater propter ſecũ-
das nuptias ob quas perdit proprietatem in parte ſua, &
efficitur vſufructuarius acquireret vſumfructum in om-
nibus bonis filijs prouentis a matre, conſequeretur ex de
licto ſuo commodum, & ſic ſequeretur, quod inducta in
fauorem eius verterentur in eius odium, quod eſſe nõ de-
bet, l. relegatorum, §. fi. ff. de interdictis, & releg. Et ſimi-
liter è contra, quod inductum in fauorem filiorum crede-
ret odio ipſorum, quod vtiq; abſurdum eſſet, l. quod fauo
re, ff. de legibus, ergo &c. Quid enim ſi facta computatio-
ne ætatis patris, qui haberet vſumfructum in omnibus
bonis, iuxta l. hæreditarium, ff. ad leg. Falcid. inueniretur
pater plus habere in vſufructu patris filij, quam valet pro
prietas nuda, quæ ſibi aufertur in parte ſibi contingente,
quod poſſet contingere faciliter, nonne tunc pater conſe
queretur per indirectum plus, vel tantundem, quam id
quod non poteſt retinere directo? Certè ſic, quod ſimili-
ter eſſet abſurdum, l. pupillus, §. j. de authoritate tut. l. j.
C. de nat. lib. & inueniretur aliquando melioris conditio-
nis pater delinquens, vel inferens iniuriam filijs, quam
non inferens, quod eſſet inconueniens, cap. eum qui. de
præbendis, in ſexto.
Secunda ratio eſt, quia ſi diceremus, quod pater habe-
ret vſumfructum in omnibus bonis tam reſpectu portio-
nis ſuæ, quam alterius filij ſecum concurrentis, ſequere-
tur, quod magis puniretur mater per tranſitum ad ſecun
da vota, quam pater, quia mater non retinet niſi vſum-
fructum portionis ſibi delatæ, auth. ex teſta. C. de ſecun-
dis nupt. Ne igitur emergat iſta pœnæ inæqualitas contra
mentem legum, quia leges volunt pœnas ſecundarum nu
ptiarum equaliter vtriq; ſcilicet patri & matri eſſe com-
munes, l. generaliter, in princ. C. de ſecun. nup. ideo opus
eſt dicere, quod iſto caſu pater non poteſt aſpirare, nec
debet ad vſumfructum partis filij.
Tertia ratio eſt quæ ſumitur ex tex. in §. hinc nos. in au
then. de nup. dicitur enim ibi in ver. ſin autem inteſtatus,
quod ſi matre tranſeunte ad ſecunda vota moriatur filius
relicta matre & fratre ſuccedit mater vna cum fratre ſe-
cundum priores conſtitutiones, ſcilicet ſecundum illam
de qua in §. cum igitur, in auth. de non eligendo ſecundò
nub. quæ defert matri in parte ſua plenam proprietatem
& vſumfructũ, vnde patet, quod à principio matri & per
cõſequens patri defertur plena proprietas, & vſusfructus
in parte ſua, & ita eam acquirit, ergo verificantur verba
tex. in d. §. conſequens, videlicet quod ibi pater in portio-
ne ſua habet ius hæreditatis, id eſt, proprietatem, licet nõ
habeat vſumfructum in portione filij. Nec obſtat, quod
50 ſupradictum fuit, illam non habere partem, † quoniam
eam perdit per tranſitum ad ſecunda vota incontinenti,
quia vt ſæpe etiam reſponſum fuit, illa perdit ex facto, &
delicto ſuo, quo caſu ſibi imputandum venit, & perinde
eſt ac ſi realiter haberet quantum ad hoc, vt excludatur a
iure, quod ſibi competere non poſſet ſi vere & realiter
haberet id quod ſua culpa perdit. Et hanc partem tenuit
Pariſ. in conſil. 29. in vltimo articulo, in 3. volum. licet de
Socin. & Aret. nullam faciat mentionem. Et ideo ex his
remanet firma concluſio, Dominicum non debere con-

ſequi

ſequi vſumfructum in portione prædictæ Zaninæ eius filiæ, quæ vna cum eo concurrit in hæreditate ſororis prædefunctæ. Laus Deo.

### SVMMARIVM.

1 *Verbis contractus in dubio ſtandum eſt, quod declara vt nu. 38.*

2 *Teſtimonium mentis noſtræ nullum eſt maius, quàm qualitas inſpecta verborum.*

3 *Hominis animus ex ius loquela indicatur.*

4 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ſecundum magis communem ad extraneos hæredes non transfertur.*

5 *Quæ ſententia ampliatur procedere, etiam ſi in conceſſione dictũ fuiſſet pro hæredibus & ſucceſſoribus.*

6 *Verbum hæredibus, verificatur in deſcendente qui ſit omnino hæres vniuerſalis de iure ciuili.*

7 *Verbum ſucceſſoribus in ſucceſſore vniuerſali de iure prætorio.*

8 *Feudum ſi ſit conceſſum tibi, hæredibus, & ſucceſſoribus tuis, non tranſibit ad hæredes extraneos.*

9 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ſecundum magis communem non tranſit in fiſcum.*

10 *Fiſcus loco extranei hæredis habetur.*

11 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ſecundum communem non venit in reſtitutione fideicommiſſi fienda extraneo.*

12 *Emphyteoſis eccleſiaſtica pro hæredibus, & ſucceſsoribus quibuſcunque, non transfertur ad hæredes extraneos, ſed contra eſt communis, vt num. 28. 25. & 45.*

13 *Vera vniuerſalia quicunque & alia ſimilia reſtringuntur ad habiles, quod declara, vt nu. 47.*

14 *Verba geminata qualiſcunque quantuncunque, licet operentur plus, quàm ſimplicia, tamen ſemper recipiunt reſtrictionem de habilitate.*

15 *Statutum loquens de probationibus quibuſcunque, debet intelligi de idoneis.*

16 *Emphyteoſis eccleſiaſtica conceſsa in perpetuum tranſit ad extraneos hæredes. Sed contra ſecundum magis commune, vt in n. 17.*

18 *Declaratio ad tex. in §. licentiam, in auth. de non alien. re eccl.*

19 *Declaratio ad §. emphyteoſim eod. titulo.*

20 *Locatio ad longum tempus facta per prælatum, & capitulum ex iuſta cauſa, & cum debita ſolemnitate ſecundum communem valet.*

21 *Et maximè ſi confirmata fuit à ſumo Pontifice.*

22 *Licentia principis in alienatione rerum minoris tantum operatur quantum decretum iudicis ſolemniter emanatum.*

23 *Verbum ſuperioris qui habet, non indiget verbo inferioris.*

24 *Locatio ad longum tempus tranſit ad hæredes extraneos, & n. 27.*

25 *Contractus emphyteoticus dicitur vbicunque ſoluitur modicus cenſus iure cognitionem directi dominij, & non in recompenſationem fructuum, quia tunc dicitur locatio, & nu. 44.*

26 *Emphyteota ſoluenti penſionem correſpondentem fructibus fit remiſſio ſicut conductori ad longum tempus.*

29 *Heredes extranei, licet non admittantur in conceſſione emphyteoſis eccleſiaſticæ quando fit mentio in ea de hæredibus indefinitè, tamen ſecus, ſi in ea dictum ſit de omnibus hæredibus.*

30 *Subſtitutio facta filio decedenti ſine filijs, de Titio, & eius hæredibus, etſi ſecundum communem intelligatur de deſcendentibus & non extraneis, ſecus tamen eſt quando teſtator vſus eſt ſigno vniuerſali, omnibus, quoniam tunc veniunt extranei.*

31 *Omne qui dicit, nihil excludit.*

32 *Immunitas conceſſa à collectis licet non extẽdatur ad onera quæ imponuntur tempore guerræ, tamen id ſecus eſt ſi dicatur in ea ab omnibus ordinarijs, & extraordinarijs.*

33 *Feudum conceſſum pro te, hæredibus, & quibus dederis, vel pro te, & hæredibus quibuſcunque à pari procedunt.*

34 *Feudum conceſſum pro te, & quibus dederis, ſecundum communem tranſit ad extraneos hæredes, & de eo poteſt teſtari vaſallus ſine conſenſu domini.*

36 *Feudum conceſsum pro me, & hæredibus quibuſcunque non ſolum includit tria genera hæredum, de quibus Inſtit. de hæred qual. & diff. ſed etiam legatarios.*

37 *Feudum conceſſum pro te, & ſucceſſoribus, quibuſcunque, venit in reſtitutionem fideicommiſſi.*

39 *Verba deſeruiunt potius naturæ contractus, quàm natura verbis.*

40 *Contrahentes licet contractum donationis, vel locationis appellent contractum venditionis, non tamen eſt venditionis & emptionis.*

41 *Nomen vnius contractus, ſiue ponatur in contractu ſiue in iudicio, & effectus ſit alterius iudicandum eſt ſecundum naturam illius contractus, cuius effectus ponitur, & nomen appoſitum, quod non conuenit effectui habetur pro non appoſito.*

42 *Contractus natura ſi ſonat in locationem ad longum tempus, licet verba dicant in emphyteoſim, tamen erit locatio ad longum tempus.*

43 *Penſio quæ ſoluitur in pecunia ſingulo anno propriè conuenit locationi, & non emphyteoſi pro qua ſoluitur pecunia, & alia res, & infra biennium, vel triennium.*

46 *Pacta extranea admittuntur in emphyteoſi, & diuerſa à natura ipſius.*

47 *Idem & in materia feudali.*

49 *Vendens omnia blada, non deducit ſemina, quia illud verbum omnia prolatum ab homine prohibet omnem deductionem.*

## CONSILIVM XCVI.

VISO inſtrumento mihi exhibito, in quo reperiuntur hæc verba deſcripta, dominum præpoſitum, & capitulum ſanctæ Mariç cõcedere prædia de quibus in eo in emphyteoſim magnifico domino Bartholomæo Cæſarino, videtur dicendum, quod iſte contractus ſit emphyteoticus, quia verba contrahentium denominant con-
1 tractum ipſum fore emphyteoticum, † quibus verbis in
dubio eſt ſtandum, l. qui fundum, §. fundi, ff. de contrahẽ. emp. Barto. in l. qui cotem, §. maximos, ff. de publica. Pau. de Caſtr. in conſi. 127 per l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. ff. de verborum obligationibus, & l. fideiuſſores magiſtra-
2 tum, ff. de fideiuſſoribus † nullum enim eſt maius men-
tis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborũ.
3 Bald. in ca. 1. de teſti. † & ex loquela hominis animus eius
indicatur, vt per Bald. in l. vt in epiſtola, col. 2. verſi. modo quæro, C. de fideicommiſ. & ideo, quod magnificus dominus Antonius Bartholomæus admittendus non veniat in huiuſmodi emphyteoſi eccleſiaſtica cum adſit communis
4 doctorum ſententia, † quod emphyteoſis eccleſiaſtica nõ
transferatur ad extraneos hæredes. Caſus eſt clarus in §. emphyteoſim, §. alienationis in authentica de non alien. docto. in l. etiam. ff. ſoluto matrimonio, in l. quod dicitur, ff. de verb. obli. Par. conſi. 98. col. 2. vol. 2. Et hanc eſſe communem tradunt Imol. in l. ex facto, ff. de hære. inſt. Afflic. deciſ. 190. Barb. conſi. 63. colum. antepen. vol. j. Curt. Iun. conſi. 130 colum. penultima. in princip. Gozad. conſil. 75. colum. 2. Ruy præceptor meus in conſi. 158. colum. 2. vol. 1. conſi. 174 col. 1. volum. eod. conſi. 109. nu. 30. volum. 3. conſil. 23. num. 24. volum. 5. & conſi. 68 colum. penul. vol. eodem Soc. Iun. in conſi. 71. col. 2. vol. 1. Alex. in conſi. 87. colum. j. volum. 7. vbi inquit hanc eſſe veram, & communem, & ab illa in iudicando non recedendum. Et hanc ſententiam vti magis communem etiam ſequuntur Ale. in conſi 24. col 2. vol. j. conſi 9. col. 3. volu. 2. vbi reſpondet omnibus obiectis, conſil. 38. col. 2. in princ. vol. eo. & conſ. 89. in prin. volum. 4. Dec. conſi. 171. in prin. Soc. conſ. 121. nu. 18. vol. 4. Bolog. conſ. 48. col 2. in princ. Marſ. in conſil. 49 nu. 53. Goz. conſi. 39. col. pen. ver. non obſtant contraria. & Ruy. in conſi. 117. in prin. vol. j ſed dominus Antonius eſt de extraneis hæredibus & non de deſcendẽtibus quondam magnifici domini Bartholomæi de Cæſarinis,
5 ergo &c. Et adeò vera eſt hæc opinio, † quod etiam pro-
cedit quamuis in conceſſione ipſa emphyteotica dictum
6 fuiſſet, pro hæredibus & ſucceſſoribus, † quia verbum hç-
redibus, verificatur in deſcendente qui ſit omnino hæres
7 vniuerſalis de iure ciuili. † Et verbum ſucceſſoribus in ſuc
ceſſore vniuerſali de iure prætorio ſecundum Imol. in l. quod dicitur, ff. de verborum oblig. per l. ſtipulatio iſta in prin. cum glo. in verbo cæterorum, ff. eodem tit. Ripa in
8 l. ex facto, §. ſi quis ita nu. 16. ad Trebel. vbi inquit, † quod
ſi feudum ſit conceſſum tibi, hæredibus, & ſucceſſoribus tuis, quod non tranſibit in extraneos hæredes, non obſtãte geminatione verborum, quia illa verba geminata reſtringuntur ad naturam feudi. Et ſubdit quod dicta verba non erunt fruſtratoria, vt præſupponit Soci. in conſi. 266. colum. 14. verſicu. ſecundò, quia verbum hæredibus intelligitur de iure ciuili, & verbum ſucceſſoribus, de hæredibus, de iure prætorio. Alibi idem Rip. in l. quæſitum, §. ſi quis, in 2 colum. ff. de priuileg. credit. Cor. conſil. 16. col. 3. vol. 1. Alex. conſ 10. col. fin. vol. 3. Rube. Ale. in conſ. 84. col. 2. & in terminis noſtris in emphyteoſi eccleſiaſtica. Ita dixit Alexand. in d. conſil. 87. colum. prima. Decius in allegato conſi. 171. colum. 3. Iaſ. conſil. 89. col. 3. in fin. verſ. ſextò, & colum. quarta in prin. volum. tertio, & dominus meus Ruy. in citato conſ. 161. col. 2. Comprobatur hæc concluſio, nam ſi verum eſſet, quod emphyteoſis eccleſiaſtica tranſitoria eſſet in hæredes extraneos, ſequerentur

9 rentur duo quorum primum eſt, † quod ea tranſiret in fiſcum, quod tamen eſt falſum, vt in §.1. in authent. de alien.& emphyt. Bart.& alij in l.ſi finita, §.ſi de vectigalibus, ff. de damno infecto Alex. in conſi.23. colum.2. vol.1.

10 † quia fiſcus loco extranei hæredis habetur, l. iura libertorum, ff. de iure patronatus, Alex. conſi 49. num. 10. vol. 6. Idem tenet Bal. Imol.& Pau. in l. ſi inſulam, in princ. ff. de verb. ob. Marſ. in conſ. 59. nu 52. Ruy. conſi. 117. col.2. vol.j. conſ.155. col. penul.& conſ.161. col.2. vol. eo. Et hanc eſſe magis communem atteſtatur Soci. conſi.121. nu.18. volum.4. Dec. in conſ.442. col. pen. in prin. Ruy. conſ.155. col.4. in prin. vol. primo.

11 Item & ſecundò ſequeretur, † quod etiam talis emphyteoſis veniret in reſtitutione fideicommiſſi fienda extraneo, quod etiam eſt ab omni iure alienum ſecundũ Raph. & Alex. in l. ſi patroni, ff. ad Trebel. Bald. in l. cum virum, C. de fideicommiſ. Alex. in conſi.11. colum 8. verſicu. ſed premiſſis non obſtantibus, volum.3. vbi tradit hanc eſſe communem. Ruyn. in conſi.161. colum.2. volum.1. & in conſ.28. nu.4. vol.5.

Nec habet obſtare ſi dicatur, quod imo tranſit in extraneos hæredes, quoniam conceſſio ipſa emphyteotica fuit conceſſa quondam domino Bartholomæo, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, quod verbum vniuerſale operatur, vt alteretur natura ipſius emphyteoſis, & ſic quòd emphyteoſis transferatur in extraneos hæredes, vt voluit Bal. in l.j. quæſt.34. ff. de rerum diuiſione, & in c. imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. per Fede

12 ricum. † quia reſpondetur, quòd contrarium tenuit idẽ Bal. in cap.j. §. donare, colum. ſecunda, qualit. olim feud. pot. alien. vbi inquit, quod verbum hæredibus quibuſcunque, appoſitum in conceſſione feudali, non facit, vt feudũ tranſeat ad extraneos hæredes, ſed intelligitur de deſcendentibus ſecundum naturam feudi. Et Bald. ſequuntur Aretin.& Moder. in l. Gallus, in §. etiam, de libe. & poſth. Dec in cap. in præſentia, nume.48. de probation. quia illa verba vniuerſalia ſatis poſſunt operari reſpectu hæredis inſtituti in re particulari, vel reſpectu bonorum poſſeſſoris & fideicommiſſarij. Idem Dec. in conſi.173. colum.3. verſi. non obſtat, conſ.185. col.3. in fine, conſi.193. colu.4. verſic. non obſtat fundamentum, & in conſil.208. colum.

13 fin. Pro cuius confirmatione etiam facit. † nam verba vniuerſalia quicunque, & alia ſimilia, debent reſtringi ad habiles, vt eſt tex. not. in l.2. §. prætor ait, in verbo qualiſcunque, iuncta gloſſ. in verbo facultatem, ff. qui ſatiſda.

14 cogantur, vbi not. Modernio. † quod licet aliàs iſta verba geminata qualiſcunque, quantuncunque, & ſimilia plus operentur quam ſimplicia, l. baliſta, ff. ad Trebellianum, ſemper tamen recipiunt reſtrictionem de habilitate ad actum faciendum Facit tex. quem ibi ad hoc not. Roma. in l. tutor. §. prodigus, ff. de iureiur. Ad idem eſt text. in l. etſi inſtrumenta, in verbo quibuſcunque iuncta gloſſ. in verbo idoneis, C. de fid. inſtrum.& iure haſt. fiſc. libro 10.

15 quam Bar. ibi in ſecundo not. notat ad ſtatutum † loquẽs de probationibus quibuſcunque, vt tamen intelligantur de idoneis, ergo dicendum venit, vt non obſtante dicta vniuerſali oratione, ita emphyteoſis eccleſiaſtica nõ poſſit tranſire ad hæredes extraneos tanquam inhabiles.

Similiter obſtare non videtur, quòd tranſeat in ex-

16 traneos hæredes, † quia emphyteoſis ipſa conceſſa fuit in perpetuum, vt in terminis dixit Bald. in l.2. C. de iure emph.& in cap.1. de feud. dat. in vic. l. comm. Facit tex. in §. licentiam, in authen. de alienat.& emphyteo. vbi ex noua conſtitutione datur licentia, vt emphyteoſis ab eccleſia perpetuo concedatur, & per cõſequens etiam vltra deſcendentes, qui interdum non ſunt hæredes in perpetuum, glo. in §. adeo, Inſtit. loca. glo. in auth. ſi quis ruinas, C. de ſacroſ. eccl. Idem tenet glo. in §. alienationis, in authen. de non alien. rebus eccl. quam ſequitur ibi Iacobus de Beluiſ.& Ange.& hoc per dictum §. licentiam, qui corrigit text. in d. §. alienationis, & §. emphyteoſim, nam illi tex. licet dicant, quod prohibetur perſonis eccleſiaſticis huiuſmodi conceſſio perpetua, ſed tantum poſſe fieri certis perſonis ibi enumeratis, tamen ſuperuenit, §. licentiã, dicens ſimpliciter rem eccleſiaſticam poſſe in perpetuũ

17 locari, & ſic corrigit illa iura præcedentia. † Pro qua opinione facit, nam ſi in alienatione rei eccleſiaſticæ interuenientibus debitis ſolemnitatibus & legitimis cauſis conceditur, vt plena alienatio poſſit fieri, ita vt in hæredes extraneos transferatur, vt in auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. eccl. cap. ſine exceptione 7. q.2. quanto fortius, vel ſaltem eadem ratione debet permitti huiuſmodi conceſſio, quæ dicitur quædam alienatio impropriè. Et iſtam opinionem tenent Imo. Abb.& Felin. in d. cap. in præſentia, Corn. conſi.13. vol.3. conſi.100. in prin. volum.4. Soci. conſil.266 vol.2. Et pro iſta parte etiam conſuluerunt ſolemnes doctores, quos refert Alex. in conſi.9. col.2. verſic. quod autem vol.2.

Quia reſpondetur, quod illum dictum Bal. reprobatur per Alex. in d. l. etiam, poſt Ange. Imo.& Abb. in locis ibi relatis per eum. idem Alexan. in conſil.9. col.2.& 3. vol.2. Dec. in d.c. in præſentia, & in conſi.171. col. penult. in fin. Goz. in conſi.39. col.1.& Ruy. in conſi.161. col.3. in princ.

18 Nec obſtat text. in §. licentiam. † quia reſpondetur, quod verbum perpetuo in d. §. licentiam, intelligitur in infinitum quantum ad numerum hæredum, ſed reſpectu qualitatis hæredum ibi nihil immutatur, ſed attẽditur, quod dicitur in d. §. emphyteoſim, & ſic concedi poteſt, filijs, nepotibus & omnibus deſcendentibus in infinitum, non tamen extraneis hæredibus Ita Ioan. And. Abb.& Dec. in cap. in præſentia, vbi Dec. dicit, quòd talis diſtinctio communiter approbatur, & Bald. in d. l. etiam. quem ſequitur Alex. in citato conſ. 9. col.3. verſic. præterea nedum in eccleſia.& in verſic. & pro iſta parte. vbi inquit iſtam ma-

19 gis communem, & veriorem eſſe, † quod dictus §. emphyteoſim corrigitur tantum quo ad tempus, & non quo ad qualitatem ſucceſſorum, Gozad. conſ.39. num.8. verſi. non obſtat ſecundo, & Ruy. in conſi.161. ſupracitato, nu. 11. vbi inquit, hanc eſſe communem.

Sed prǽmiſſis non obſtantibus, contrariam ſententiam de iure veriorem eſſe arbitror, quòd imo dictus D. Antonius, quamuis hæres extraneus admittendus veniat ad dicta prædia, de quibus in ipſo inſtrumento, multiplici ex capite.

Et in primis præmitto vnum, quod eſt in iure veriſſi-

20 mum, videlicet, † quod huiuſmodi emphyteoſis ſiue locatio ad longum tempus cum reperiatur facta per prælatum, & capitulum ſanctæ Mariæ, ex iuſta cauſa, hoc eſt, propter neceſſitatem, vel vtilem eccleſiæ, & cum debita ſolemnitate, valet & tenet, vt in cap. nullis, de reb. eccleſ. non alien. cap. j. eod. titu. in 6. & per Do. meum Ruyn. in conſi.157. in prin. vol. j. vbi inquit, hanc eſſe communem.

21 & in citato conſil.161. nu.24. † & eo magis cum ſit facta authoritate ſummi Pontificis, quæ ſufficit per text. in l.2.

22 C. quando decre. op. non eſt. † vbi in alienatione rerum minoris tantum operatur licentia principis, quando decretum iudicis ſolemniter emanatum. Et dicit ibi Bald. quod illa lex quotidie practicatur in eccleſijs, & hoſpitalibus impetrantibus à Papa alienationẽ alicuius rei, quia

23 † qui habet verbum ſuperioris, non indiget verbo inferioris. Idem dixit Abb. in conſi.41. vol.1. vbi etiam loquitur de prælato habente capitulum. Quem ſequitur Ruy. in citato conſilio 157. colu.1. quo ſic præmiſſo dico, quòd hic non ſumus in contractu merè emphyteotico, ſed in contractu qui magis accedit ad naturam locationis ad lõ

24 gum tempus, † in qua admittuntur etiam hæredes extranei, vt voluit Bál. in cap. literæ. de dilat. quem ſequitur Ruy. in citato conſi.161. num 22.& in conſi.77. col.3. vol. 1.& quæ locatio ad longum tempus, locatio eſt, vt eſt text. in l. viam veritatis, C. locati. Bald. in l. certi iuris, C. eo. tit. Aret. conſi.55. in prin.& Ruy. in allegato conſi.161. num. 22.& in conſilio 108. volu.4. Quod autem contractus hic non ſit merè emphyteoticus, luce clarius demonſtratur.

25 † Nam contractus emphyteoticus dicitur vbicunque ſoluitur modicus cenſus in recognitionem domini directi, & non in recompenſationem fructuum, gloſſ. eſt in ca. potuit loca. Bar.& alij in l.1. C. de iure emphyteotico. Dec. in authen. qui rem. C. de ſacroſ. eccl. ſecus quando penſio quæ ſoluitur non ſit modica, ſed correſpondeat fructibus & in recompenſationem eorum, quia tunc contractus nõ dicitur emphyteoticus, ſed potius locatio. Ita Alexan. in

26 conſi.112. col.2. verſic.5. vol.2. vbi inquit, † quod quando emphyteota ſoluit penſionem correſpondentem fructibus, & ſic pro vſu rei, & non quid minimum in ſignum recognitionis dominij, quod ei fieri debet remiſſio ſicuti cõductori ad longum tempus, cum eius ſimilitudinem habeat, & de eius natura magis participet, arg. l. legatis, §. ſi vnus, ff. de leg.3. l. quæritur, ff. de ſtatu homi. Idem voluit Are. in conſi.55. col.2.& in conſi.110. col.2. Bolog. in conſ. 54. col.3. verſ. nihilominus. Goz. conſ.83. col.3. verſi. præterea. Ruy. in conſi.77. col.3. vol.1.& in conſ.161. colu.3. verſ. ſecundò principaliter. vol. eod. ſed in caſu de quo agitur,

tur, quod ſoluitur ſingulis annis capitulo ſanctæ Mariæ quaſi correſpondet fructibus, vt expreſsè dicitur in themate, quo caſu cum accedat potius ad locationem, quam ad meram emphytheoſim dicendum venit, quod ad hæ-
27 redes etiam extraneos transferatur. † ſicut ad illos tranſit locatio ad longum tempus facta ab eccleſia, ſecundum Bal. in d. c. literæ & Ruy. in iam ſæpius allegato conſ. 161. num. 23. vbi inquit iſtud putare veriſſimum, quia non inuenit aliquem qui in his terminis contrarium.

Secundo dicitur, quòd licet contractus eſſet emphytheoticus, tamen, quod in ipſa emphytheoſi eccleſiaſtica admittuntur hæredes extranei, quia ea conceſſa reperitur pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque,
28 † per quod verbum vniuerſale quibuſcunque alteratur natura emphytheoſis, ita vt hæredes extranei qui alias ſecundum naturam ipſius non admitterentur, vigore dicti verbi quibuſcunque, admittantur, quod probatur,
29 nam nos videmus, † quod licet in conceſſione emphyteoſis eccleſiaſticæ quando fit mentio indefinite de hæredibus, non veniant extranei, vt in d. l. etiam, & in locis ſupra citatis, tamen ſi in ea dictum fuerit pro omnibus hæredibus, veniunt etiam extranei. Ita Bal. in ca. præſentia, de prob. quia per illam dictionem omnibus, apparet mentem concedentis fuiſſe comprehendere alios, quia alias non comprehenderentur. Et Bal. ſequitur Alex. in conſil. 195. col. 3. vol. 6. Curt. iun. in conſi. 1. col. 2. Goz. in conſ. 27. nu. 21. & in conſi. 96. nu. 15. Facit etiam, quod voluit Dec.
30 in conſi. 293. col. 2. vbi inquit, † quod etſi in ſubſtitutione facta filio decedente ſine filijs de Titio & eius hæredibus intelligatur de deſcendentibus, & non de extraneis, vt per Bartolum in l. Gallus, §. etiam, ff. de libe. & poſthum. cuius opinio communiter approbatur, tamen ſecus eſt quando teſtator vſus eſt ſigno vniuerſali, quia vocauit om-
31 nes hæredes, quoniam tunc veniunt extranei, † quia qui omne dicit, nihil excludit, l. Iulianus, ff. de lega. 3. Accedit quoque quod voluit Alex. in l. ſi ex toto, in princ col. 4. in
32 prin. ff. de leg. 1. verſi. ſit tamen cautus, vbi inquit, † quod licet immunitas à collectis non extendatur ad onera quæ imponuntur ratione guerræ ſuperuenientis, tamen ſecus quando dicitur ab omnibus ordinarijs & extraordinarijs. Si ergo iſto caſu quando dicitur de omnibus hæredibus, veniunt & extranei: idem erit dicendum quando dictum fuit de hæredibus quibuſcunque, cum ſit ſignum vniuerſale, ſicut dictio omnibus.
33 Secundo facit, † nam à pari procedit, quòd feudum ſit conceſſum pro te, hæredibus, & quibus dederis, vel pro te, & hæredibus & quibuſcunque vt per Bald. in l. 1. q. 34. ff. de rerum diuiſ. & Curt. iun. in conſ. 4. col. 2. & Pa-
34 riſ. in conſ. 3. col. 2. in fin. vol. 1. † Sed quando feudum eſt conceſſum pro te, & quibus dederis, tranſit ad extraneos hæredes, & de eo poteſt teſtari vaſallus ſine conſenſu domini, vt eſt tex. & ibi doct. in cap. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi, Cur. Iun. in conſil. 130. col. 1. Aluarot. in cap. feudum, col. 2. verſi. ex qua glo. ſi de feud. fuerit controuer. inter dom. & agnat. Iaſ. in l. 3. colum. 3. verſic. iuxta prædictum notabile, C. de iure emphyth. in conſi. 156. col. 2. verſi. quia clarè, vol. 2. Dec. in conſil. 171. col. 2. conſi. 193. col. 2. Goz. in conſ. 4. num. 8. verſ. decimo. Crau. in conſi. 84. col. 2. Pariſ. conſi. 3. col. 5. vol. 1. & conſi. 23. nu. 41. vol. eod. & Curt. iun. in d. conſi. 4. in 2. colum. in princ. vbi dicit hanc eſſe communem ſententiam, quod emphytheoſis eccleſiaſtica conceſſa cum clauſula, & quibus dederis, tranſit ad extraneos hæredes, ergo idem dicendum erit, vt & conceſſa pro hæredibus quibuſcunque transferatur ad extraneos hæredes.
35 Tertio † in terminis hoc voluit Bald. in d. l. 1. q. 34. ff. de rerum diuiſ. & in ca. imperialem, in princ. col. 6. verſic. ſed quid ſi conceſſum eſt, de prohi. feud. alien. per Fede.
36 vbi inquit, † quod ſi conceſſum eſt feudum pro me, & ſucceſſoribus meis quibuſcunque quod hæc verba non ſolum includunt tria genera hæredum, de quibus inſtit. de hæred. qualit. & differ. ſed etiam includunt legatarios, l. quædam, §. is autem, ff. de edendo, quia legatarius in re legatam quodam modo eſt hæres, l. id tempus, §. 1. ff. de vſu capio. Alex. in conſi. 95. colum. 2. vol. 6. & in conſi. 7. colu. 9. volum. 7. Dec. ſibi contrarius in conſi. 78. colum. pen. in prin. & in conſi. 395. colum fi. in princ. Soc. conſi. 257. col. pen. Alex. in l. Gallus, §. etiam, de libe. & poſthu. Curt. iu. in conſi. 183. colum. fi. Iaſ. in vſibus feud. colum. 16. verſic. tertiò limita. & in conſi. 17. colum. pen. vol. 3. & conſ. 118. col. 3. vol. 4. Goz. in conſi. 27. nu. 22. in fin. & 39. num. 12. & in conſi. 76. col. 1. vbi loquitur in terminis noſtris, & in conſi. 103. col. 2. in prin. Ruy. conſi. 16. colum. j. verſi. quintus eſt etiam caſus, vol. 1. & in conſil. 20. col 2. vol. eod. Et hanc eſſe veram & cōmunem concluſionem inquit Cur. iun. in conſi. 1. col. 2. & in conſi. 4. colum. fin. Soci. in conſil. 10. col. 1. inter conſilia Brun. Et contra Dec. in d. conſilio 185. eſſe communem tradit Ripa in l. ex facto, §. ſi quis ita ff. ad Treb. & in l. quæſitum, §. ſi quis, ff. de priuileg. credi. Et hanc eſſe magis communem dixit Pariſ. in conſil. 71. nu. 42. vol. 3. & in conſ. 8. col. 3. vol. j. Socin. iun. in conſ. 72. nu. 22. vol. j. & in conſ. 112. col. 3. vol. 2. Prò cuius confirmatione facit, quod voluit Iaſ. in vſibus feudorum, colum.
37 17. verſi. iſtis tamen, † vbi concludit feudum conceſſum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, quibuſcunque venire in reſtitutione fideicommiſſi.

Non obſtant modo adducta in contrarium & in primis, quod huiuſmodi contractus ſit emphytheoticus, vt verba ſonant, a quibus recedere non debemus & ideo q emphytheoſis iſta eccleſiaſtica ad extraneos hæredes nō
38 transferatur, quia primò reſpondetur, † quod licet verba ſonent in contractum emphytheoticum, tamen eſt cōtractus locationis ad longum tempus: quoniam ad iudicandum qualitatem contractus, non ſonus verborum, ſed
39 effectus rei inſpicitur, † quia verba potius deſeruiunt naturæ contractus, quam natura verbis. Ita Bald. in l. ij. ver. ſed iuxta hoc quæro, C. commodati, per text. in l. ſi inſulam, ff. de præſcriptis verb. Alex. in conſil. 40. num. 13. vol.
40 4. verſi. pro hoc facit. vbi inquit † quod licet contrahentes contractum donationis, vel locationis, appellent contractum venditionis, non tamen eſt contractus venditionis, & emptionis, per d. l. inſulam, Ruyn. in allegato conſ. 161. num. 27. Accedit, quod voluit Bald. in rubr. C. de iure emphy. quæſt. 1. & in fin. quem ſequitur Dec. in conſil.
41 160. colum. 1. vbi dicit, † quod ſiue in contractu, ſiue in iudicio ponatur nomen vnius contractus & effectus alterius, quod eſt iudicandum ſecundum naturam illius contractus, cuius effectus ponitur, & nomē appoſitum, quod non conuenit effectui, habetur pro non appoſito, l. ſed etſi poſſeſſor. §. item ſi iurauero, ff. de iureiurand. Idem dixit Dec. in conſi. 164. num. 3. in conſi. 305. colum. 2. conſi. 413. col. 2. 541. col. fi. & 682. colum. 2. Pariſ conſi. 12. col. 1. vol. 2. & 72. num. 54. vol. 4. Sed in caſu de quo agitur ſi bene effectus ipſius contractus inſpiciatur, potius conuenit locationi quam emphyteoſi, ergo dicendum venit, quod eſt locatio, vt per Neuiz. in conſ. 12. col. 14. in fi. ver. confirma
42 tur, vbi inquit, † quod ſi natura contractus ſonat in locationem ad longum tempus, licet verba dicant in emphyteoſim, tamen erit locatio ad longum tempus. Quod autem hoc ſit verū demonſtratur ex pactis appoſitis in ipſo contractu. nam primo eſt penſio condigna & commenſurabilis fructibus in effectu, & non pro ſola recognitione dominij, vt ſupradixi, quæ qualitas non conuenit contractui emphytheotico, vt per Alex. in allegato conſi. 112.
43 colum. 2. in fin. Aliud. eſt pactum, † quod penſio ſoluatur in pecunia, quæ conuenit propriè locatione, §. item quæritur, inſtitut. de locat. ſed pro emphyteoſi poteſt ſolui pecunia, & alia res iuxta not. in l. 2. C. de iure emphyt. Aliud etiam eſt pactum in præſenti contractu ex quo reſultat mera locatio, & non emphytheoſis, ſcilicet ſolutio quæ fieri debet ſingulo anno, quę non fit in contractu emphyteotico, ſed infra biennium, vt in authent. qui rem. C. de ſacroſ. eccl. & ca. potuit loca. l. 2. C. de iure emphyth. & ſi diceretur iſta pacta ita conuenire contractui emphytheotico, ſicut locationi: reſponderi poteſt, quod hic adeſt vna coniectura tam magna ex præſtatione penſionis correſpondentis ad fructus, quæ adeo fortior eſt, & præualet cæteris pactis quæ eſſent in contrarium importantia contractum emphytheoticum, & ita in terminis inter varietatem iſtorum pactorum & contrariorum,
44 † quod hæc coniectura penſionis correſpondentis cum fructibus omnibus alijs ſit præſtantior & præualeat ac ſit omnino fortior, & facit contractum appellari locationē veram, & non emphytheoſim voluit ſubtilis Aret. in conſilio 55. in vlt. colum. verſic. ſecundo, reſpondeo quem refert, & ſequitur Lodouic. Bolog. in conſil. 54. colum. fin. & Ruyn. d. conſi. 161. num. 22 & melius, num. 29. & ideo ex his reſultare videtur, quod huiuſmodi contractus cum ſit locationis ad longum tempus, & non emphyteoſis, quod ea transferri poteſt ad extraneos hæredes per no. per Bal. & Ruyn. vbi ſup.

Secundo non obſtat, quod emphytheoſis eccleſiaſtica

ſecun-

ſecundum magis communem non transferatur ad ex-
traneos hæredes, quia reſpondetur, quod etiam dato,
45 † quod eſſemus in emphyteoſi eccleſiaſtica, tamen, quod
in caſu de quo in præſenti conſultatione tranſmittitur
ad hæredes extraneos propter verbum quibuſcunque
appoſitum in dicta conceſſione, quod ſecundum magis
communem opinionem operatur, vt feudum & emphy-
teoſis eccleſiaſtica, quæ de ſui natura non transferuntur
in hęredes extraneos propter dictum ſignum vniuerſale
transferantur, vt per deciſ. ſuprà relatas, quas non repe-
46 to. † Nec mirum, quia etiam videmus, quod in emphy-
teoſi admittuntur pacta extranea & diuerſa a natura ip-
ſius emphyteoſis, § adeò. init. loca. l. 1. cum gl. in verſ. om-
nibus & ibi Bal. C. de iure emphyt. & in l. 2. in glo. in ver-
bo repellere. vbi Bald. & ſcribentes, C de iure emphyteo.
47 † ſicut in materia feudali, vt per Bal. in cap. 1. § hoc quo-
que de ſucceſſ. feu. Brun. in conſi. 40 colum... in fin. cum
prin. ſeq. Nec obſtat, quod dictum ſignum vniuerſale &
ſimilia reſtringantur ad habiles, vt ad extraneos hæredes,
48 † quia reſpondetur, quod præmiſſa concluſio locum ſibi
vendicat quando iſta verba generalia, & geminata, ſcili-
cet quibuſcunque & qualiſcunque, proferuntur a lege,
vel a ſtatuto, quia tunc bene recipiunt interpretationem
de habilitate, ne alias generaliter intelligendo induca-
tur aliarum legum correctio, quæ euitanda eſt, l. vnica,
C. de inoffic. don. & in his terminis loquuntur iura con-
traria, ſecus quando talia verba vniuerſalia, vel gemi-
nata proferuntur ab homine, vt in caſu noſtro, quia tunc
ceſſat ratio correctionis prædictæ. Iſtam differentiam po-
nit Bald in l. fin. colum. 1. C. ſine cenſi. vel reli. quam ſequi
tur Iaſ. in l. 2. § prætor ait, ff. qui ſatiſd. cog. & in l. 1. § nun
ciatio. ff. de no. oper. nunc. & in vſibus feud. colum. 17. in
prin. verſi. iſtis tamen de iure non obſtantibus, Curt iun.
in conſ. j. col. 2. & in conſi. 183. col. fi. vbi etiam inquit hãc
diſtinctionem tenuiſſe Felin. in ca. in præſentia, col. 11. de
probat. Et iſtam opinionem vti communem ſententiam
ſequitur Socin. iũ conſi. 10. colum. 1. verſi. non obſtat ſi di-
catur, Ruy. conſi. 96. num 5. volum. j. Bene facit, quod vo-
luit Ruyn. conſi. 65. col. fi. vol j. vbi inquit, quod ſi quis ven
dit omnia blada, quod non deducit ſemina, quia illud ver
bum omnia, prolatum ab homine prohibet omnem dedu
ctionem, quæ alias fieri potuiſſet, ſi illud verbum expreſ-
ſum non fuiſſet.

Vnde ex præmiſſis omnibus concludo, quod huiuſmo-
di locatio ſiue emphyteoſis transferatur ad dictum domi-
num Antonium. Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Hypotheca conſtitui non poteſt ſuper bonis feudalibus ſine conſen-ſu domini, imò nec cum eius conſenſu ſi ex interuallo interuene-rit. Sed contra nu. 13. & 33. vbi eſt magis communis.*

2 *Conſenſus vbi requiritur ad ſubſtantiam alicuius actus videtur exigi contemporaneè cum ipſo actu.*

3 *Statutum diſponens, quod mulier non poſſit contrahere ſine con-ſenſu proximorum intelligitur requirere conſenſum ſecundum communem in celebratione ipſius actus, vel incontinenti poſt antequam fiat diuerſio ad alios actus extraneos. Sed contra nu.* 19. *quod amplia, vt num.* 20.

4 *Conſenſus domini qui requiritur ſuper hypotheca bonorum feu dalium eſt de forma, quia ſine eo actus eſt nullus.*

5 *Conſenſus quando requiritur per modum licentiæ debet in ipſo actu accedere, vel incontinenti poſt.*

6 *Conſenſus ſuperioris, vt ſuperioris quando requiritur in aliquo contractu cum tunc interuenire debeat per modum authoritatis debet in ipſo actu interuenire, vel paulo poſt, & num.* 26.

7 *Conſenſus eſt inferioris, & authoritas ſuperioris.*

8 *Conſenſus vbi requiritur in actu qui aliàs eſſet ipſo iure nullus interuenire debet tempore actus, nec ſufficit, quod accedat poſt ex interuallo, ſecus ſi actus valeret, ſed per exceptionem poſſet in-fringi, quod declara, vt num.* 27.

9 *Hypotheca conſtituta ſuper bonis feudalibus ſine conſenſu domi-ni eſt adeò nulla, quod ſi non interuenerit poteſt per fiſcum feu-dum ſequeſtrari.*

10 *Conſenſus licet poſſit accedere tempore actus celebrati, & ex in-teruallo, illud eſt verum, quo ad hoc vt conſentiens non poſſit contradicere, non tamen ad validitatem eius, quod aliàs non valebat, quod intellige, vt num.* 28.

11 *Conſenſus dicitur ſimul ſenſus, quod declaratur num.* 29.

12 *Alienatio rei eccleſiaſticæ facta ſine conſenſu ſuperioris, qui non interuenit tẽpore alienationis nõ valet. Sed contra n.* 18. *&* 30.

14 *Conſenſus alicuius vbi exigitur non per viam formæ, vel licentię ac authoritatis, ſed per modum ſimplicis conſenſus ratione præ-iudicij, vel iuris præſtantis conſenſum non eſt neceſſarius in ipſo actu, ſecundum communem, ſed ſatis eſt, quod adſit ex poſt fa-cto, & ex interuallo, &* 25.

15 *Conſenſus ſuperioris qui requiritur in renunciatione beneficij fa-cta per clericum, ſufficit quòd poſt actum interueniat, cum non requiratur per modum authoritatis ſed conſenſus.*

16 *Conſenſus patris qui non requiritur ad integrandam perſonam fi-lij, poteſt præſtari ex interuallo.*

17 *Conſenſus de quo in l. fin. C. de pact. ſufficit quod interueniat ex poſt facto.*

21 *Actus vbi ſolum eſt nullus ratione defectus conſenſus, tunc poteſt ex poſt facto ſuppleri etſi ex interuallo.*

22 *Pactum in dubio debet intelligi ſecundum naturam actus ſu-per quo interponitur.*

23 *Dominus qui promiſit præſtare conſenſum ſuper hypotheca rei feu dalis ſi interpellatus denegat conſenſum, conſtituitur in mora & amplius non eſt requirendus, niſi illum offerat & eius mo-ram purget,*

24 *Pater qui filio conſentire cogitur, ſi eius conſenſum deneget, fi-lius ſine illo agere poterit.*

31 *Alienatio facta de re eccleſia ſine conſenſu ſuperioris, licet non poſſit ratificari per ſequentem authoritatem, tamen poteſt ratifi-cari per ſequentem conſenſum.*

32 *Conſenſus quando requiritur per viam authoritatis etſi interue-nire debeat in ipſo actu & non ex interuallo poſt, tamen hoc fal lit quando aliter reperitur expreſſum in contrarium.*

34 *Conſenſus domini licet poſſit ſequi & præcedere alienationem, quando ſolum de eius præiudicio & intereſſe tractatur, ſecus ta-men ſi de præiudicio tertij agatur.*

35 *Princeps quod agit, ſine alterius iniuria agere debet.*

36 *Feudum habens ſi illud alienauit & non tradidit, mortuuſque ſit, ſi ille cui feudum alienatum fuit, poſt mortem alienantis impetrat aſſenſum Regis, non nocet hæredi alienantis, conſen-ſus præſtitus, cum reperiatur adhibitus eo tempore quo res eſt aliena, & non alienantis, cuius alienatio confirmatur, quod de-clara, vt nu.* 49 53. *&* 55.

37 *Laicus ſi donat alteri laico ſine licentia, & conſenſu epiſcopi ius patronatus, quod habet in aliqua eccleſia, & antequam epiſ-copus conſentiat moriatur relicto laico filio hærede, qui hæredi-tatem agnouit ſi poſtea epiſcopus conſentiat donationi primo lo-co factæ de illo iure patronatus ratificatio ipſa non prę̈iudi-cat filio hæredi cui interim ius eſt quæſitum. Sed contra nume-ro* 57.

38 *Ratificatio fieri non poteſt in præiudicium tertij cuius quæſitum eſt, quod declara vt in nu* 61.

39 *Feudum dicitur hęreditarium quando eſt acquiſitum pro ſe ſim-pliciter, vel quando pro ſe, & hęredibus.*

40 *Et in eo ſecundum magis communem non admittitur niſi qui eſt hæres recipientis, vel illius prædefuncti de cuius portione tracta-tur, & num.* 56.

41 *Et nedum ſufficit, quod ſit hæres ſanguinis, ſed hæreditatis.*

42 *Et heres vniuerſalis ſecundum communem.*

43 *Hæres tenetur adimplere geſta defuncti, & num.* 61.

44 *Feudo antiquo ſi pater renunciauit, & filius eius hæreditati ſe im-miſcuit, renunciatio ipſa ſecundum omnes ſibi præiudicat, niſi fecerit inuentarium.*

45 *Tranſactio in feudo paterno, & antiquo licet non præiudicet filijs & agnatis tranſigentis, tamen id fallit quando filij, vel agnati ſunt hæredes tranſigentis, & inuentarium non fecerint.*

36 *Alienatio feudi paterni & antiqui facta per patrem cum conſen-ſu domini, etſi filijs & alijs agnatis obeſſe non poſſit, hoc tamen non procedit ſecundum communem quando filij & agnati eſſent hæredes alienantis & inuentarium non confeciſſent.*

47 *Et tanto magis procedit hæc ſententia, ſi alienans promiſit non cõ trauenire per ſe, & hæredes ſuos.*

48 *Hæres in feudo etiam antiquo ſecundum communem non poteſt venire contra factum defuncti, & nu* 51.

50 *Beneficium inuentarij conſeruat hæredi omnia iura, & actiones ac ſi hæreditatem non adiuiſſet.*

52 *Hypotheca conſtituta ſuper feudo hæreditario cum conſenſu domi ni, poſt mortem hypothecantis prę̈iudicat hæredi.*

54 *Illatio non fit de vno caſu ad alium.*

58 *Declaratio ad tex. in cap. ſi pro te. de reſcriptis, in ſexto.*

59 *Priuilegio principis ſi concedatur facultas vaſallo aſſecurandi do tes ſuper feudo ſub conditione ſi conſenſus Principis interuene-rit, talis aſſecuratio redditur nulla, vbi dictus conſenſus adhibi tus non fuerit tempore aſſecurationis.*

60 *Conditio importat formam.*

62 *Stipulatio notarij facta nedum poro acquiſitore, & eius hæ-*

 *redibus*

*redibus valet, ſed etiam ſi ſit facta nomine, & vice omnium quorum intereſt.*

63 *Quod amplia procedere etiam quo ad eos qui tunc temporis non erant in rerum natura.*

64 *Contractum acceptans, illum acceptare debet cum omnibus pactis, & clauſulis in eo appoſitis.*

## CONSILIVM XCVII.

PRima facie in præſenti conſultatione dicencendum videtur Magnificum dominũ An-
1 tonium Falletum† non potuiſſe hypothecare bona feudalia pro dotibus magnificæ dominæ Iſabellæ eius vxoris ſine conſenſu Illuſtriſſimi Ducis Sabaudiæ, nec cum eius conſenſu, ſi ex interuallo interuenerit ex ſequentibus fundamentis, iuribus, & authoritatibus.

2 Primò quia † vbi conſenſus requiritur ad ſubſtantiam alicuius actus videtur exigi contemporaneè cum ipſo actu ad validitatem ipſius actus. cap. cum conſue. de conſue. Doc. in cap. 3. de his quæ fiunt à præla. Bal. in l. 1. C. qui
3 admit. col. antep. † vbi inquit, quod ſtatutum diſponens, quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu proximorum, intelligitur requirere conſenſum in celebratione ipſius actus, vel incontinenti poſt antequam diuertatur ad alios actus extraneos: quia quæ incontinenti fiunt cenſentur ineſſe, ſecus quæ interuallo l. lecta verſ. dicebã, ff. ſi cert. pet. & Bal. ſequitur Alex. in conſi. 189. col. 3. volum. 6 & Soci. in conſ. 87. col. 2. in fin. vol. 1. vbi atteſtatur
4 hanc eſſe communem. † Sed conſenſus qui requiritur, in huiuſmodi collocatione, & hypotheca eſt de forma, quia ſine eo actus eſt nullus, vt in ca. imperialem, de prohib. feud. alienatione per Fede. & ibi Doct. ergo ſequitur, quod ſi non interueniat tunc, ſed poſt ex interuallo, quod non poteſt talis conſenſus actum validare, regula non firmatur, & regulæ quod ab initio de regu. iur. in 6.

5 Secundò facit, † nam quando conſenſus requiritur per modum licentiæ, tunc debet in ipſo actu accedere, vel poſt incontinenti, alias ſi ex interuallo nihil operatur. Ita Bart. in l. ſi autem plures, ff. de aqua plu. arcen. in l. ſi quis mihi bona, §. iuſtum in ſua diſtinct. ff. de acq. hæred. ſibi etiam alij notant Bald. in d. l. 1. col. pen. ſed hic conſenſus accedere debet in ipſa collocatione & hypotheca per modum licentiæ, ergo &c.

6 Tertio † quando conſenſus ſuperioris, vt ſuperioris requiritur in aliquo contractu, tunc dicitur interuenire per modum authoritatis, vt eſt text. in cap. quidam. 18. q. 2. & ibi Arch. vbi quando conſenſus ex officio publico requiritur, intelligitur per modum authoritatis requiri, cum ſecundum Gem. in cap. 1. de rebus eccleſ. non alien.
7 in 6. † conſenſus ſit inferioris, & ſuperioris authoritas ſed authoritas in ipſo actu debet interuenire, vel incontinenti poſt, §. tutor. inſtr. de autho. tut. Alua. in c. 1. in prin. col. pen. ver. quæro an conſenſus. in fin. & Præpoſitus ibi col. 5. in prin. de proh. feu. alie. per Fed. Alex. in conſi. 106. col. 2. vol. 1. & in d. conſi. 189. colum 3. Soc. conſi 15. nu. 44. cum ſeq. & in conſilio ſupra citato 87 colum. 2. & doct in d. §. iuſſum. Cum igitur ſuper bonis feudalibus requiratur conſenſus non inferioris, ſed domini ſuperioris, & qui dicitur iuriſdictionem habere reſpectu feudi, ergo infertur, quod eius conſenſus fuerat neceſſarius in ipſa hypotheca, & ſic tempore ipſius, vel incontinenti poſt & non ex interuallo.

8 Quartò † accedit vbicunque conſenſus requiritur in actu qui alias eſſet ipſo iure nullus, tunc debet interuenire tempore actus, nec videtur ſufficere, quod accedat ex interuallo poſt, ſecus ſi actus valet, ſed per exceptionem poſſet infringi. Ita Inno. in d. cap. conſuetudinis. Alexan. in add. ad Barto. in d. §. iuſſum. & Barb. etiam in addi. ibi,
9 † ſed hypotheca conſtituta ſuper bonis feudalibus ſine conſenſu domini eſt nulla ipſo iure, d. cap. imperialem, Bald. conſi. 181. vol. 3. Affl. deciſ. 86. col. 1. & Pariſ. conſilio 18. in prin. vol. 1. in tantum, quod ſi non interuenerit, poteſt per fiſcum ſequeſtrari feudum, vt inquit idem Affl. in deci. 197. quia facta contra prohibitionem legis, l. non dubium, C. de legibus ergo conſenſus qui ad eius validitatẽ requiritur debuit adeſſe tempore collocatio facta fuit, & non poſt ex interuallo.

10 Quintò etiam facit, † nam quamuis conſenſus poſſit accedere tempore actus celebrati, & etiam ex interuallo quo ad hoc vt conſentiens non poſſit contradicere, tamen non quo ad validitatem eius quod non valebat. Ita Inno. in c. 1. de rebus eccleſiæ quem ſequitur ibi Gem. in 6. ſed hypotheca conſtituta ſuper bonis feudalibus, vt ſuprà dictum fuit, eſt nulla: ergo dominus ſuum conſenſum ex interuallo præſtando non dicitur enim confirmare nec approbare, quamuis illis contradicere non poſſit.

11 Sextò iſtud confirmatur, † nam conſenſus dicitur ſimul ſenſus, l. conſenſus, ff. de actio. & obliga. not. Bald. in d. rub. C. qui admit. col. antep. Si ergo hoc eſt verum, igitur neceſſarium eſt dicere, quod adeſſe debet tempore, actus, & non ex interuallo, quia non eſſet ſimul ſenſus.

12 Septimò pro iſta opinione facit, † nam alienatio rei eccleſiaſticæ facta ſine conſenſu ſuperioris non valet ſi non interuenit temporale alienationis, vt videtur probari per gloſſ. Bernardi poſitam in cap. dudum de rebus eccl. non alien. in vbi dicit, quod debet interuenire authoritas ſine conſenſus epiſcopi, & per glo. Io. Andr. etiam ibi poſitam, vbi vult, quòd debeat fieri cum authoritate, & cõſenſu epiſcopi. Et ſic ex his colligitur, quod ſicut authoritas debet in ipſo actu interuenire, ita & ſimiliter conſenſus, ergo idem dicamus in caſu præſenti, vt ipſe conſenſus debuiſſet eſſe contemporaneus ipſi actui, & ſic dictæ collocationi dotis.

Quibus tamen non obſtantibus quæ verè non obſtant,
13 contraria ſententia eſt de iure verior, † quòd imò D. Antonius potuerit ipſam collocationem dotis facere abſque, quod tempore dictæ collocationis interuenerit conſenſus domini feudi, ſed poſt ex interuallo. Et ad ſic dicendum
14 moueor, † nam vbi in actu exigitur conſenſus alicuius, non per viam formæ, licantiæ, ac authoritatis, ſed per modum ſimplicis conſenſus ratione præiudicij, vel iuris præſtantis conſenſum, tunc non eſt neceſſarius in ipſo actu. ſed ſatis eſt, quod adſit ex poſtfacto etiam ex interuallo, vt eſt recepta Doctorum ſententia in d. §. iuſſum, & cano. in cap. cum nos, de his quæ fiunt à præla. & in ca. 1. de rebus eccleſ. non alie. in 6. ſed aſſenſus præſtitus per dictum Illuſtriſſimum Ducem ſuper dicta hypotheca bonorum feudalium, eſt per viam conſenſus ſimplicis adhibitus ratione præiudicij, ergo ſufficit, & ſi interuenerit longe poſt dictam collocationem, quod patet, quia vt dicit Alex. in conſ. 106. col. 2. volum. j. verſic. inſuper conſenſus tunc dicitur exigi per modum ſimplicis conſenſus, & nõ authoritatis vbicunque conſenſus requiritur ratione præiudicij, quod inferri poteſt ipſi conſentienti, & ideo ſufficit, quod ex interuallo interueniat poſt actum, exemplũ
15 patet ſecundum Alex. ibi † nam in renunciatione beneficij per clericum facta requiritur conſenſus ſuperioris, quod non eſt ex alio, niſi propter iuriſdictionem, quam ſuperior perderet in eum. Vnde non dicitur requiri per modum authoritatis, ſed conſenſus: & ideo ſufficit, quod poſt actum interueniat, cap. admonet, ca. quòd in dubijs, de renuncia. Et ita dicit firmare Dominicum de S. Geminiano in d. c. conſuetudinis, in vlt. col. Et ideo ex his con-
16 cludit Alex. † quòd vbi conſenſus patris non requiritur ad integrandam perſonam filij, quod talis conſenſus poteſt præſtari ex interuallo. Idem etiam tenuit Soci. in conſ. 15. num. 44. volum. 1. & in conſ. 160. vol. 2 col. pen. & in conſi. 87. col. 2. in fi. eod. vol. j Dec in conſi. 103. col 2. in fi. Facit etiam quod not. Salic. in l. fin. C. de pact. dum vult,
17 † quod in caſu illius l. ſi conſenſus nõ interuenerit a principio, ſed ex poſt facto, quod pactum validatur. Et Sali. ſequitur Gozad. in conſi. 98. col. 3. in fine, verſ. non obſtat, quod requiratur. Idem tenet ibi Bald. circa fi. verſi. credo tamen, quem ſequitur Dec. conſi 31. col. 2. in fi. & Craue. conſi. 11. col. 2. verſ. tertio dicitur, & in conſ. 19. col. 2. Nec mirum, quia talis conſenſus tendit & requiritur ad confirmationem, & approbationem, quæ poteſt fieri ex interuallo, vt per Bald. in rub. C. qui ad mit. col. antepen quẽ
18 ſequitur Soc. in d. conſi. 15. nu. 47. † vbi dicit, quod quando in alienationem rei eccleſiaſticæ requiritur conſenſus
19 ſuperioris, † vel etiam ex forma ſtatuti requiritur conſenſus alicuius, quod regulariter ille poteſt præcedere actum & contemporaneè interuenire cum actu, & etiam ſequitur actum. Quam concluſionem dicit etiam procedere,
20 † etiam ſi lex vel ſtatutum diſponeret, quod actus nõ poſſet celebrari ſine conſenſu talis, vt eſt tex. not. & apertus in c. cura. iuncto c. quod autem, de iure pat. vbi per eum, qui hoc probat multis medijs.

21 Secundo facit † vbicunque actus ſolum eſt nullus ratione defectus conſenſus, tunc poteſt ex poſt facto ſuppleri, & ſic ex interuallo, gloſſ. in l. licet, de iudic. Alexan.

in d.

in d.§.iſtum,colum.antepen.poſt Imo.ibi. Sed in termi-
nis noſtris actus collocationis dotis ſolum dici poteſt
nullus ratione defectus conſenſus domini, quia aliàs ex
pacto inueſtituræ eſt permiſſus, quia in ea dicitur, quod
dominus teneatur præſtare conſenſum prædictum, vt
in ea conſtat.Et dicit Bal.in cap.1.in princ.in vltimis ver-
bis, de prohib. feudi alie. per Fede. quòd contractus per
quem feudum alienatur eſt nullus, quo ad traditionem
rei, aliquis tamen eſt quo ad præiudicatum vendentis,
ergo &c. Et Bald.ſequitur Dec.in conſil 185.num.6. Nec
habet obſtare ſi dicatur, quòd illa clauſula, quod domi-
nus teneatur præſtare conſenſum collocationi dotis de-
bet intelligi eo tempore quo conſtituitur ipſa hypothe-
ca, quia reſpodetur, quòd immo debet intelligi ſecun-
dum naturam ſimplicis conſenſus, de cuius natura eſt,
quòd poſſit interuenire in ipſo actu, & poſt ex interual-
22 lo,vt ſupra late dictum fuit, † quia in dubio pactum de-
bet intelligi ſecundum naturam actus ſuper quo inter-
ponitur,l.ſi ſtipulatus,in princip.ff.de vſur. l. ſi quando,
C. de inoff. teſta. Et ideo ſi dominus fuerit requiſitus, &
23 interpellatus ex interuallo debet eum præſtare, † & ſi
recuſauerit, ſeu denegauerit aſſenſum præſtare, conſti-
tuitur in mora, & amplius non eſt requirendus, nec ad-
hibendus eius conſenſus, niſi ipſe illum offerat, & eius
moram purget,argu.l.qui decem.in princ.ff.de ſolut.iun-
ctis not.per Bal.in l.ſi.§. neceſſitate.col.2.C.de bon. quæ
24 libe.col.2.†vbi pater qui filio agenti conſentire cogitur,ſi
denegat filius poſtea poteſt agere ſine eius conſenſu,ſatis
eſt enim ſi dominus requiſitus fuerit conſentire. arg.tex.
iuncta gl.in verſ licentia,in c.licet.de regularibus.
Non obſtant modò quæ in contrarium adducta fue-
runt, quæ & ſi recte intuenti ſatis ex ſuprà deductis &
allegatis eneruata ſint, tamen pro maiori declaratione
ne illis reſpondetur.
25 Non obſtant igitur primum argumentum,†quia reſpõ
detur,quod conſenſus q̃ requiritur à dño in alienatione,
vel obligatione rei feudalis non requiritur per modum
formæ ſeu ſubſtantiæ, ſed per viam ſimplicis conſenſus
ratione præiudicij & iuris ipſius domini conſentientis,
quidem ſufficit,vt interueniat & accedat facto ex interual
lo,vt per doctores in d.§.iuſſum,& in locis ſuprà citatis,&
Rui.in conſi.108.num.3. volumine 5.
Non obſtat etiam ſecundum argumentum, quia dici-
tur quod iſte conſenſus non requiritur per modum licen
tiæ,ſed ſimplicis conſenſus, tam ex forma iuris, quàm ex
verbis inueſtituræ,& ſic vigore cuiuſdam conſenſus per-
miſſiui,vt in cap.1.de proh.feu alie. per Feder. & ideo ſa-
tis eſt ſi ex interuallo interueniat,vt communiter per Do-
cto.in locis ſuprà relatis.
26 Ad tertium quoque reſpondetur,†quod illud procedit
quando neceſſarius eſſet conſenſus ſuperioris, de cuius
iure ſeu intereſſe non tractaretur,ſecus ſi de ſui preiudi-
cio ageretur,quia cùm tunc requiratur,vt ſimplex cõſen-
ſus confirmatorius ſufficit,quod ex interuallo interueniat
ſecundum Bal.in d.rub.C.qui admit.& Soc.in præallega-
to conſi.15 num.47.& Alex.in d.§.iuſſum.
Similiter non obſtat quartam quia reſpondetur ex ver-
bis Imol.quem ſequitur Alexander in d.§.iuſſum in 4.co
lumna, qđ vbicunque actus eſt nullus alia ratione,quam
ex defectu conſeſus, vt puta defectu aliorum ſubſtantia-
lium,& formæ a iure traditæ,tunc ex ſuperuenienti con-
ſenſu actus non poteſt validari ſeu confirmari,& ita intel
ligitur.Inno.in d capi.conſuetudinis,ſed quando eſt nul-
lus ex ſolo defectu conſenſus alicuius,pout in caſu noſtro,
tunc poteſt ipſe conſenſus ſuppleri, & ex poſt facto, vt e-
tiam ſentit Paul.de Caſtr.in l.bonorum.in fin.ff rem rat.
hab. & hoc manifeſtè demonſtrat Socin. in citato conſil.
15.vbi ad hoc multa iura allegat & authoritates quæ ſu-
perfluum eſt tranſcribere.
27 Non obſtat quoque quinta obiectio, qđ conſenſus qui
ex interuallo accedit ſolum operetur, quòd conſentiens
non poſſit contradicere, non autem ꝙ actus qui erat nul-
lus ex poſt facto dicatur confirmari,vt per Innocentium
28 vbi ſuprà. † Quia reſpondetur, ꝙ hoc poſſet locum ha-
bere quando actus ab initio eſſet nullus ex alio defectu,
quàm conſenſus, vt puta ratione, formæ, & ſolemnitatis
ſubſtantialis,vt in electionibus,in ſententijs. ſecus in his
quæ dependent à ſolo conſenſu alicuius quia ſi interuenit
etiam ex poſt facto operatur nedum, vt quis non poſſit
contradicere,verum etiam ad confirmationem & appro-
bationem actus,vt per Dominicum de ſancto Geminiano
in dicto cap.1. de,reb. eccle. non alie. in 6. & alios ſuprà
citatos.
Non aduerſatur etiam ſextum argumentum,quod con
ſenſus dicatur ſimul ſenſus, & ideo, quod debet interue-
29 nire in ipſo actu.†Quia reſpondetur ꝙ etiam conſen
ſus eſt ſeorſum ab actu obligationis quando non requiri-
tur pro forma,nec per modum authoritatis, vt per Bart.
in l.ſi autem plures ff.de acqua plu.arcen.& Alex.in d.con
ſi.106.col.2.verſ.& differentia.
Vltimo non obſtant prædictæ gl. Bernardi, & Io.And.
de quibus,in d.cap.dudum.Quia reſpondetur ſecundum
Soc.in d.conſi.15.num.45.ꝙ quàuis prædictæ gloſſę ita di
30 cant,†nihilominus non tollitur quo minus ſufficiat con-
ſenſus ex interuallo, quæ concluſio probatur ſecundum
eum,primò ſecundum prędictam gl Bernardi, quia cum
loquaĩ alternatiuè Bernardus,ſequitur, ꝙ neceſſario non
requiratur conſenſus epiſcopi per modum authoritatis.
31 Et ideo Bal.in l.quicũquæ,C.de bo quæ lib. † dixit,quod
licet alienatio facta de re eccleſiæ ſine conſenſu ſuperio-
ris non poſſit ratificari per ſequentem authoritatem, ta-
men poteſt ratificari per ſequentem conſenſum. Ad gloſ.
Ioan.And.ſimiliter reſpondetur per Imo.in cap.3.de his,
32 quæ fiunt a præl quod regulare, eſt, † quòd quando con-
ſenſus requiritur per viam authoritatis debet interueni-
re cum ipſo actu adeo quod nõ ſufficit,quod interueniat,
ex interuallo. Fallit tamen quando aliter reperitur ex-
preſſum in contrarium, vt in terminis noſtris, vbi requi-
ritur in vim ſimplicis conſenſus, quo caſu ſatis eſt ſi acce-
dat ex interuallo,vt per Doct.in d.§.iuſſum,ac Dec.in cõ-
ſil.144.colum.j.
Et accedendo magis ad proxima, & ad indiuidua, di-
co in caſu noſtro hanc eſſe magis communem opinio-
33 nem, † quòd ſufficit conſenſus ex interuallo in aliena-
tione rei feudalis, vt ſpecialiter inquit Andr. de Iſer. in
c.j. in princ. de prohib. feu. alie. per Fed.quem refert &
ſequitur ibi Iaco.Aluar.in 7.colum.verſic.quæro an con-
ſenſus, vbi dicit, quod talis conſenſus poteſt ſequi, &
præcedere alienationem, quia conſenſu domini ſuper-
ueniente tollitur impedimentum propter quod non va-
luit ab initio alienatio, ergo ceſſare debet effectus impe-
dimenti, l.vbi leg. ff. de vſucap. & quia tantum tractatur
præiudicio domini conſentientis, ergo poteſt conſenſus
præcedere,& ſequi l.iubemus,C.de emanc.lib.l.in con ce
dendo,ff.de aqua plu.arcen.& Alua.ac Iſer. ſequitur Af-
flict.in deciſ.286.colum.j,Dec.in citato conſi.144 col j.in
fin Pariſ in conſil.14.colum.2. volum.2.Gozad.in conſil.
26.col.2.ver.j.quia de conſenſu,& in conſ.62.col.j. Crau.
in conſil.19.colum.2.& Cap.deciſ.115.col.3 Curt iun.in
tract.feu.in 4.par.in ſecunda regula,in verſic.ſecunda ca
dit dubitatio. Et ita etiam alias tenui in conſil. meo in-
ter conſilia ſtatus Montiſfer.quod nunc eſt primum in-
hoc vol.num.116.& Simon.in conſi.23 num.15. inter di-
cta conſilia,& Socin.ibi in conſil.ſuo 10.nume 16 vbi in-
quit ꝙ tantum operabitur ſuperueniens ratificatio, quan
tum ſi ab initio conſenſiſſet.Et hæc quo ad primũ.caput.
Venio nunc ad ſecundum,in quo quæritur,præſuppoſi-
to, quod Illuſtriſſimus Dux potuerit ex diſpoſitione, iu-
ris, & debuerit ex vi inueſtituræ conſentire collocationi
dotis prædictæ ſuper bonis feudalibus, vtrum poſt mor-
tem d.magnifici D. Antonij ad petitionẽ prędictæ Domi-
næ Iſabellæ potuerit ſeu debuerit dictum conſenſum in-
terponere,cum magnificus Polydorus nunc tanquã agna
tus opponat ſe dicto conſenſui,ſuper dicta hypotheca præ
ſtitio in eius præiudicium.
Et prima facie dicendum videretur, quod non,vt pro-
batur ex not. per Iſer.& Aluar. in capit. Imperialem, de
prohib. feud. alie. per Feder. in 2. columna verſic. quæ-
34 ro an conſenſus, vbi concludunt. † quòd licet conſen-
ſus domini poſſit ſequi,& præcedere alienationem quan-
do ſolum de eius præiudicio, & intereſſe tractatur, ta-
35 men ſecus ſi de præiudicio tertij, † quia quod princeps
agit, ſine alterius iniuria agere debet, & ideo ſubdunt,
36 † quòd ſi habens feudum illud alienauit, & non tradi-
dit, & mortuus eſt, ſi ille cui dictum feudum alienatum
fuit, poſt mortem alienantis impetrat aſſenſum regis,
non nocet hæredi alienantis dictus conſenſus, cum re-
periatur conſenſus ipſe præſtitus a domino eo tempore,
quo res eſt aliena, & non alienantis, cuius alienatio con-
firmatur.Et ita etiam ibi tenet Præpoſitus,& quos ſequi-
tur. Afflict.in deciſio 335.columna.3. vbi tradit, quòd ſi
poſt obligationem bonorum feudalium factam ſine re-

gio aſſenſu reuocatio ipſius obligationis facta fuerit per
obligantem bona feudalia vigore cōſtitutionis regni per-
mittentis licere alienanti feudum reuocare alienatio-
nem, ſi Rex poſtea aſſentit dictæ alienationi, quæ iam
annullata fuerat per ipſam reuocationem, quod iſtud ni
hil eſt, cum non habeat materiam dictus aſſenſus ſuper
quo poſſit fundari, iuxta not. per Bald. in l. cum ſenten-
tia, colum. 2. C. quando prouo. non eſt neceſ. Item quia
quando Rex præſtat conſenſum dictæ alienationi poſt re-
uocationem non reperit rem integram, ſed reuocatam
legis permiſſione, & ſic poſt ius quæſitum parti in cuius
præiudicium non valet ipſe aſſenſus. Ita etiam Afflict. in
deciſ. 286 colum. 1. idem Iſer. in c. 1. §. donare, qual. olim
feud pot. aliena Et cum Iſern. & Alua. etiam concordant
Pariſ. in conſi. 18. colum. j. vol. j. Socin. iun. conſi 77. num.
116. volum. 1. D. Nico. Alipr. in conſil 19. nu. 88. Simon. in
conſi. 23. col pen. & ego quoque in conſi. 26. num. 116. in-
ter conſilia ſtatus Montisferrati. Et pro confirmatione
nihil melius adduci poteſt, quàm not. deciſ. dominorum
37 de Rota. nu. 873 in antiquis, vbi dicitur, † quod ſi laicus
donat alteri laico ſiue licentia & conſenſu epiſcopi ius pa
tronatus, quod habet in aliqua eccleſia, & antequam.
epiſcopus conſentiat moriatur ille laicus relicto filio hæ-
rede, qui hæreditatem agnouit, & ſic ius patronatus etiã
in ipſum filium hæredem ante confirmationem factam
per epiſcopum trãſierit ſi poſtea epiſcopus donationi pri-
mo factæ de illo patronatu conſentiat, quod ratificatio
non præiudicat filio cui interim ius qnæſitum fuit. Acce-
dit & tertio pro hac parte text. not. in cap. ſi pro te de re-
ſcript. in 6. ibi enim Pontifex mandauit executori, vt
prouideret Titio de canonicatu certæ eccleſiæ ſi ad id ac-
cederet conſenſus capituli dictæ eccleſiæ, & antequam
capitulum conſentiret alius à ſede Apoſtolica canonica-
tum obtinuit, poſtea accedente conſenſu capituli vigore
primi mandati executor Titio prouidit de canonicatu,
dicitur ibi quòd Titius non poteſt obtinere canonicatũ,
quia conſenſus capituli non interuenit, niſi poſtquam al-
terij fuerit ius quæſitum, ergo idem in caſu noſtro per
iſtum text. qui in terminis videtur facere. Quartò facit,
38 † quod dicitur de ratificatione quæ ſimiliter in præiudi-
cium tertij cui medio tempore ius eſt quæſitum, non po-
teſt aliquid operari, vt in l. bonorum, ff. rem rat. habe. per
Dec. in l. contractus, de reg. iur. in conſi. 226 nu. 8 & 247.
colum. pen. & Pariſ. in conſi 14. colum. 1. & ij. Et ratio eſt,
quia quo ad præiudicium tertij conſenſus domini requi-
ritur pro ſolemnitate, & forma, & ideo non mirum ſi poſt
præſtitus non validat actum nullum. Ita Pariſ. conſil. 18.
colum. 2. volum. 1.

Quibus non obſtantibus, contrarium in caſu noſtro
de iure verius eſſe arbitror, ad quod dicendum moueor,
39 & primò quoniam recepta eſt doct. ſententia, † quod in
feudo hęreditario prout eſt quando eſt acquiſitum pro ſe
ſimpliciter, vt per Bald. in c. 1. col 4. an agna. vel fil Alex.
conſi. 26. colum. 4. volum 5 Brun. conſilio 18. Curt. iun. in
conſi. 3. colum 2. in princ. & Pariſ. in conſi. 2. colum. 4. vo-
lum. 1. & conſi. 5. colum. 3. volum eodem Barba conſil 14.
colum. 10. volum. 2. & conſilio 22. colum. 5. volum. eodem
vel quando pro ſe & hęredibus vt in caſu noſtro, vt per
Alexan. in conſ. 10. colum. pen. volum 3. Dec. in conſ. 194.
colum. 2. & in conſi. 208. colum 2. Afflict. deciſ. 111. Pariſ.
conſilio 2. num. 17. volum. j. conſi. 3 num. 8. volum. eo. & in
40 conſi. 13. col. ij. & in conſi j col. j. vol. j. † quis non admit-
titur niſi ſit hæres recipientis, vel illius prędefuncti, de
cuius portione tractatur, vt per Alex qui atteſtatur hanc
eſſe magis communem in conſi. 10. colum. pen. in princ.
volum. 3. quam ſequitur. Pariſ. conſilio 2. num. 25. volum.
1. conſi. 3. num. 17. & conſi. 4. num. 18. & in conſ. 106 num.
41 24. vol. eodem, † & nedum hæres ſanguinis, ſed hæredi-
tatis, vt per Iac. de Bel. Iſer. & alios in ca. j. §. hoc quoque.
de ſucceſſ. feud. Alex. in conſi. 19. colum. 4. verſic. non ob-
ſtat, volu 5. vbi dicit hanc eſſe communem, quam etiam
ſequitur Pariſ. conſi. j. col. j. vol. j. & 23. num. 167. in fi. vol.
42 eo. † & vniuerſalis, vt per doct. in l. gallus, §. etiam ſi pa-
rente, de libe. & poſth. Pariſ. in citato conſi. 2. nu. 28. & in
conſi. 16. col. ij. in fi. vol 1. & in conſi. 23. nu. 189. volum. eo-
dem, & num 182. vbi atteſtatur hanc magis communem.
Et ideo cum hoc feudum ſit hæreditarium in quo non
admittitur quis qui non ſit hæres ſanguinis & hæredi-
tatis vniuerſalis, & dominus Polydorus ſit hæres domi-
ni Antoni Falleti prędefuncti ex teſtamento, de cuius
portione nunc tractatur, & qui dictam collocationem do
43 tis fecit, ſequitur, † quod ipſe tenetur adimplere geſta
per defunctum cui ſucceſſit, & illa obſeruare, l. a matre,
C. de rei vend. l. quæ à patre, C. de reſtit. mil. Et in termi-
nis feudi hoc voluit Bald. in l. qui ſe patris, col. 10 verſicu.
44 item quæritur, C. vnde lib. vbi concludit, † quod in feu-
do antiquo ſi pater renunciauit feudo, & filius adiuit hę-
reditatem renunciatis, ſibi præiudicat, niſi feciſſet inuen
tarium, tunc quia aditio hęreditatis ſibi non noceret, l.
fin §. in computatione, C. de iure deliberand. & deciſio.
Bald. ſequuntur Alexan. in conſilio 13. colum 1. & ij. vo-
lum. 5 in conſilio 16 columna 3 & 4. volum. eodem Dec.
in conſil. 185 colum 4. Alexand. conſi. 114. colum. 3. vol 4.
Dec. in conſilio 445. numero 56. & in conſilio 468. colum.
fin. Pariſ. in conſilio 10. colum. j in fin. volum. j Et pro iſta
opin. facit, quod voluit Alexand. in dicto conſilio 19. &
in conſilio 28 colum. penult. volum. 5. verſicu. alio prin-
cipali fundamento, vbi inquit, quod quando feudum eſt
hęreditarium non poteſt filius venire contra factum
eius cui ſucceſſit, quia in hæreditaria non poteſt plus
hęres, quam defunctus ſi viueret, qui contra factum ve-
nire non poſſet, quod adeo dicit verum eſſe, vt proce-
dat etiam ſi filius adiuerit hęreditatem cum beneficio, l.
& inuentarij, & licet aliqui teneant contrarium, quan-
do adita fuit hęreditas cum beneficio inuentarij, vt per
Decium in conſilio 185 columna 4 in princ. & Pariſ. con-
ſilio 16. columna 1. volum. 1. tamen omnes in hoc con-
cordant quando non eſt adita hęreditas cum beneficio l.
& inuentarij. Facit etiam quod dixit Par. in dicto conſilio
45 16 numero 37. cum quatuor ſeq. vbi inquit, † quod il-
lud dicitur in feudo paterno, & antiquo tranſactionem
non præiudicare filijs agnatis tranſigentis ſecũdum Iſer.
& Aluar. in cap. ſi vaſallus, ſi de feud. fuer. controuer. in-
ter dom. & agnat. & in capitulo 1. de alie. feu. pat. & quod
renunciatio facta de feudo non nocet filijs, & agnatis,
quibus erat ius quęſitum, ſecundum gloſſ. in verſicu. in-
ueſtiri, vbi Docto. not. in titu. de ſucceſſ. feud. & in l. apud
46 Iulianum, ſi quis alicui, de legatis j. † & ſimiliter, quod
alienatio feudi paterni, & antiqui facta per patrem cum
conſenſu domini non poteſt pręiudicare filijs, & alijs
agnatis, vt per Docto. in cap. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ.
feud. & Alexand. conſilio 98. colum. 4. volum. 4. non pro-
cedit, & ceſſat quando filij alienantis, & renunciantis
eſſent hæredes ipſius, & aliquid poſſiderent de bonis ip-
ſius, & inuentarium non feciſſent, quia tunc nocent cum
intelligantur approbare geſta per eum cuius factum im-
pugnare non poſſunt, d. l. cum a matre. Ita etiam dicunt
communiter docto. in capitulo 1. an agna. vel fil. & Curt.
iun. in tract. feu. fo 50. colum. 3. verſi. limitate prędictam,
vbi etiam aſſerit hanc eſſe communem Afflic. deciſ. 112.
colum. 1. in fi. & Curt. iun in conſi. 155. colum. pen. & fi. et
ita conſuluit collegium Bononienſe, vt in conſi. 15. nu-
47 me 69. inter d. conſilia Montisferrati. † Et tantum ma-
gis hoc dicendum venit, cum d. Dom. Antonins in dicta
collatione promiſerit ei non contrauenire & obligauit ſe
& eius hęredes per ea quæ not. Alexand. in conſilio 13.
colum. 2. & 3. poſt Bald. in l. qui ſe partis per eum allega-
tum. doct. communiter in c. Titius, ſi de feud fuerit con-
trouer. inter dom. & agna. ac Pariſ. in conſil. 16. numero
42. volum. 1.

48 Nec habet obſtare ſi dicatur, quod in feudo antiquo hę
reditario non militat pręmiſſa concluſio, quia in tali feu-
do hęres poteſt venire contra factum defuncti, vt vult
gloſſ. in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. in verbo in-
ueſtire, quam dicit ordinariam Iaſ. in conſi. 7. colum. 8 in
fine, volu. 3. in conſi 56. col. antepen. vol eod. & in conſil.
161. col fin. vol 4. quem ſequitur Card. Sim. in conſil. 23.
col. pen. inter conſilia Montisfer. quia reſpondetur, quod
contrarium tenuit Bald. in d. l. qui ſe patris, colum. 6. verſ.
Item quęritur, vbi loquitur in feudo antiquo. & Alex. &
alii ſequentes eum de quibus ſuprà. Idem & latius tenuit
Par. in citato conſi. 16. col. pen. & fin. vbi firmat hanc eſſe
communem opinionem.

Non obſtant adducta in contrarium, quibus reſpon-
detur. & primo ad deciſ. Iſer Aluarot. & Præpoſ. in d. cap.
49 Imperialem. † quia eius doctrina intelligi debet in hæ-
rede qui cum beneficio inuentarij audiuit hæreditatem,
qui poteſt contrauenire facto defuncti, vt per Baldus in
d. l. qui ſe patris. cuius dictum ita locum habet in feudo
hæreditario ſicut in feudo ex pacto, & prouidentia, cum
generaliter loquatur, vt per Dec. in conſi. 185. columna
4. & in conſi. 468. colum. fin. Pariſ. in conſil. 10. col. 1. in fin.

Vol. 1.

vol.1.& in conſi.16.nu.41.vol.eod. & in conſi.33. col.fin.
50 volu.3.† ex quo beneficium inuentarij conſeruat hæredi omnia iura & actiones, perinde ac ſi hæreditatem non adiuiſſet ſecundum gloſſ.ordinariam,& omnes,l.fin.§.in computatione,C.de iure delib. Alex. in conſ.124. colu.3. volu.4.in conſi.13.col.3.num.8.in fi.volum.5.& in conſil. 26.col.3.volum.eod.dominus Nicol.Alip. in conſi.13.nu. 100.inter dicta conſilia Montisferrati,& Alciat.inter ipſa conſilia in conſ.10.num.55 Gozad.in conſ.46.nu.6.col.3. in princ.Iaſ.in conſ.56.col.6.in fin.volu.3. Pariſ. conſi.23. nu.201.volu.1.Et licet in hoc nonnulli diſſentiat, vt Ale. in conſi.19.& 28.volum.5.& Goz.conſi.4.nume.10. & in conſi.8.num.36.& Afflict.deciſ.112.colum.3. tamen opinio contraria eſt verior,vt dicit dominus Nico.Alipr. vbi ſupra, & niſi ita diceremus eſſe intelligendam opinionẽ Iſer.& Aluaro.ac ſequentium, ſequeretur vnum inconueniens, quod neceſſe eſſet dicere falſam eſſe opinionẽ
51 de qua ſupra, videlicet, † quod in feudo hæreditario hæres poſſet facto defuncti contrauenire, quod vtique dicendum non eſt, quia communis eſt in contrarium, vt late ſupra deduximus, & vt etiam dixit Pariſ.in conſilio 3. num.18.volum primo, vbi concludit, quod feudum hæreditarium alienatum non poteſt reuocari niſi per eum qui eſt hæres etſi eſt hæres debet ſeruare geſta per eum cui ſuccedit,d.l.cum a matre, & in conſi.2.nume.27. volum.
52 eod. † etiam in ſpecie, quod talis hypotheca conſtituta in feudo hæreditario cum conſenſu domini poſt mortem collocantis ipſam dotem ſuper feudo præiudicet hæredi, voluit Afflict. in deciſ. 111. vbi inquit ſic fuiſſe notatum in ſacro conſilio quem ſequitur Pariſ. in conſilio 18.colu. fin.volumine 1.
53 Secundò reſpondetur, † quòd præmiſſa concluſio poteſt locum habere, vbi eſſemus in caſu in quo dominus non tenetur præſtare conſenſum alienationi, & obligationi factæ de re feudali, quia nulla præceſſerat conuentio nec pactum inter ipſum dominum, & feudatarium per quod data eſſet ipſa vaſallo facultas, & licentia de alienando, ſeu obligando feudum pro dotibus,& ſic quando eſſemus in puris terminis iuris communis, vt puta vaſallus ſine conſenſu domini permiſſiuo in genere vel in ſpecie alienaſſet, vel obligaſſet feudum, & poſt eius mortem dominus in præiudicium vaſalli quibus iam erat quęſitum conſenſum præſtitiſſet, quia tunc poteſt dici,quod non trahatur retto ratihabitio re non exiſtente integra, & ita proprie loquuntur Doctores ſupra citati. Sed caſus noſter eſt penitus diuerſus, & habet rationem diuer-
54 ſam, † & ideo de vno caſu ad alium non infertur, lege finali de ſepa. Quis enim eſt tam inſipidus, qui non debeat iudicare differentiam maximam extare inter caſum quando nullum factum fuit pactum inter dominum, & vaſallum ſuper alienatione, & obligatione quæ eſt prohibita,& ſuper qua non tenetur dominus conſenſum præſtare, niſi quatenus ſibi placuerit ſeu voluerit? d.ca. 1.de prohib.feud.alien.per Fed. & caſum noſtrum ex pacto, in quo permiſſum, & conceſſum eſt vaſallo collocare dotem vxoris ſuper feudo eo etiam inuito ſed ipſo ſciente, & conſentire debente, in quo caſu tenendum eſt, vt ſupra.
55 Tertio reſponderi poteſt, † quòd Iſer. ſententia, & aliorum poteſt procedere in feudo hæreditario, in quo quis non eſſet hæres vltimo defuncto, ſed primo parenti, quod ſufficere videtur, vt dicit Iacobus de Beluiſ. in ca. 1.de eo qui ſibi, & hæred. Et hanc eſſe communem atteſtatur Alex. in conſi.10.colum.3.volum.3.Brunus conſ. 18.col.4.& tanquam communem ſequitur Pariſ.in conſ. 2.nu.26.in conſi.3.num.17.conſi.13.colum.2. & conſi.16. num.8 & 106.nu.25. volum.1. quia tunc cum non veniat hæres, vt agnati defuncti, ſed mediatè primorum acquiſitorum conſequenter poſſunt cõtrauenire geſtis per defunctum. Ita in terminis poſt alios per eum citatos decidit Pariſ.in conſi.65.col.penul.vol.3. & in conſi.23. num.
56 100. cum ſequenti, volum. primo, vbi inquit, † quod quando agnatus vult ſuccedere in feudo hæreditario nõ habet neceſſe eſſe hæres vaſalli præmortui, nec tenetur ſeruare geſta per ipſum, & factum illius vel negligentia non habet ei nocere cum veniat iure proprio,& ex perſona ſua, & vt hæres mediante perſona primi acquiſitoris aliquid non facientis negligentis.

Non obſtant notata per dominos de Rota in dic.deciſ.
57 873.quia reſpondetur, † quod maior pars dominorum de Rota fuit in contrariam opinione, quòd imò ratificatio epiſcopi noceat filio, ea quia filius tanquam hæres patris facto eiuſdem patris contrauenire non poterat, vt ibi per Rotam expreſſe, & ſic dicta deciſio magis facit pro quam contra, & ad confirmationem eorum quæ ſupra deducta fuerunt.

58 Nec etiam obſtat text.in cap.ſi pro te.† quia reſpondetur, quod text. ille loquitur quando conſenſus in actu requiritur per modum conditionis, vt ibi ſi ad id accederet epiſcopi, & capituli eccleſiæ prælibatæ aſſenſus,quæ conditio importat formam,l.qui hæredi,l.Mæuius, ff.de cõd. & demonſt.Bald.in auth. matri & auiæ, C.quando mulier. tutel.offic.fun.pot.Dec.in conſi.77.col.1.& in conſi. 466. colum.fin.& ſic text.ipſe procedit quando pro forma, & ſubſtantia requiritur conſenſus qui tunc debet interuenire in ipſo actu, vel incontinenti poſt, & non ex interuallo, vt per docto.in d.§. iuſſum & in alijs locis ſupra in primo articulo citatis. Et ita in ſpecie illum text.intelligunt ibi Dominicus, & alij. Et pro iſta reſponſione bene facit, quod voluit Pariſ.in conſi.18.col.1.volum.1.vbi in-
59 quit,† quod ſi priuilegio Principis primis acquiſitoribus feudi conceſſo data fuit facultas aſſecurandi dotes ſuper dictis feudis conditionaliter, ſi interueniſſet conſenſus
60 ipſius Principis, † quæ conditio importat formam ſi talis conſenſus non interuenit tempore aſſecurationis, & conſequenter dicta conditio non fuit adimpleta,ſed deficit, quod dicta aſſecuratio redditur nulla, l. cedere diem, ff.de verb.ſignifica.l.ſi donaturus,in princ.ff. de condi.ob cau.l.qui hæredi.§.fi.ff.de conditione & demonſtration. Sed in caſu noſtro nos loquimur quando conſenſus requiritur per modum ſimplicis conſenſus, vt late, & abunde ſupra dictum fuit,igitur ſufficere debet,quod etiam ex interuallo interuenerit.

Vltimo non obſtat quod dicitur de ratificatione, quæ in præiudicium tertij cui medio tempore ius eſt quæſitũ,
61 non poteſt aliquid operari,† quia reſpondetur,quod dicta concluſio procedit quando ſuperuenit defectus ex parte ratum habere debentis, ſecus ſi ex parte actum gerentis: quia tunc indiſtinctè ſiue agatur de pręiudicio alterius tertij, ſiue non debet & poteſt fieri ratificatio, l.bonorum,ff.rem ratam haberi. Et ita in terminis voluit ibi Bar.qui ita explicitè ſentit ſi diligenter verba ſuę diſtinctionis inſpiciantur. Conſiderauit enim Bart. in hoc articulo tres caſus, quorum primus eſt quando ſuperuenit defectus ex parte gerentis actum. Secundus, quando ex parte ratum habentis. Tertius, quando ex parte rei ſuper qua fieret ratificatio. Et in primo capite ſimpliciter, & indiſtinctè vult, quod poſſit fieri ratificatio,in ſecundo verò capite diſtinguit an quis velit habere ratum in pręiudicium tertij,vel ne.Cum ergo Bart.velit,quod in primo caſu quando adeſt defectus ex parte actum gerentis, quod poſſit fieri ratificatio,ſiue inferatur pręiudicium tertio, ſiue non, licet ſecus in ſecundo caſu. Et cum Barto. communiter tranſeant ſimpliciter doctores ibi communiter, & Pariſ. conſi.11.num.99. volum.1.& nos ſumus in caſu in quo nullus ſuperuenit defectus ex parte ratum habere debentis, ideſt, domini qui ſe obligauit pro ſe, & hęredibus, & ſucceſſoribus pręſtare conſenſum hypothecandi dotes ſuper bonis feudalibus, ſed defectus ſuperuenit ex parte actum gerentis, ideſt, magnifici domini Antonij, qui fecit collocationem, & obligationem qui eſt mortuus, iuxta textum in l.bonorum, in fin. ergo ſequitur, quod potuit, & debuit per ipſum dominum feudi ratificatio fieri ſiue agatur de præiudicio alterius, ſiue non, ex quo ad conſentiendum, & ratificandum ſe obligauit.

Vlterius dicitur, quod in caſu noſtro non eſt conſiderandum pręiudicium ipſius domini agnati,cum ſit hęres hypothecantis dotes ſuper re feudali,cui hypothecę contrauenire non poſsit iuxta ſuperius dicta,& in ſpecie per Affl.d.deci.111.& Pariſ.in citato conſi.18.in fin.col.fi.in prin.ac dominos de Rota in ipſa dec.873.

Vltimo dicitur,quod hic non tractatus de aliquo præiudicio dicti domini Polydori,quamuis ſit agnatus, quia cum data fuerit facultas, pręfato domino Franciſco, & eius hęredibus collocandi dotes vxorum ſuarum ſuper feudo dum conſenſu ipſius Principis quem teneatur pręſtare quandocunque, & notarius fuerit ſtipulatus omnia, & ſingula contenta in dicto contractu, inter pręfatum Principem, & ipſum celebrato, nedum pro pręfato acquiſitore, & hęredibus ſuis, ſed etiam vice, & nomine omnium quorum intereſt, vel in futurum

62 quomodolibet intereſſe poteſt,† quæ ſtipulatio valida eſt
vt per Bar,in l.ſtipulatio,§.ſi ſtipuler.ff.de verb,obligatio-
nibus,& Alèx.conſi.29.col.2.vol.3. ac Dec.conſi.407.nu.
63 14. † quod extenditur etiam ad eos qui tunc temporis
non erant in rerum natura,vt per Dominum Guidonem
Papam,deciſ.178. & ex qua acquiſitum fuit ius prædictæ
dominæ Iſabellæ petendi dictum conſenſum pro collatio-
ne dotis ſibi factæ ſuper re feudali per maritum. Ideo in-
fertur ex his,& ſequitur,quod d.dom.Polydorus,qui tan
quam agnatus vult virtute prædicti contractus,& inueſti
turæ ſubſecutæ ad formam ipſius contractus aſpirare ad
64 dictum feudum, † & qui pariter ipſum acceptare de-
bet cum omnibus pactis & clauſulis in eo appoſitis,iux-
ta tex in l.contra iuris, §.ſi filius, & ibi Bald. ac alij, ff. de
pact.Goz.in conſi.1.num.15.& per ea quæ ſcribit Craue.
in conſi.132.nume.21 conſi.171.numero 9. & ſic cum illo
onere, quod dicta domina Iſabella facta collocatione do-
tium ſuarum ſuper re feudali per eius maritum, poſſit
quandocunque confirmationem ipſius collocationis pe-
tere iuxta formam dicti contractus, quod non poſſit le-
gitimè impugnare dictam collocationem virtute dicti cō-
ſenſus Principis tanquam in eius præiudicium conceſſi.

Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Miles armatæ militiæ non poteſt donare nec relinquere concubinę.*
2 *Clericus non poteſt donare nec relinquere concubinę.*
3 *Clericus dicitur miles.*
4 *Quod amplia in quocunque clerico.*
5 *Coitus ſecundum magis communem nedum de iure canonico,ſed etiam de iure ciuili eſt prohibitus.*
6 *Clericus tenens concubinam priuatur beneficio,& nu.38.*
7 *Clericus non eſt ſolutus, ſed obligatus eccleſiæ.*
8 *Clericus accedens ad mulierem dicitur committere adulterium ſpirituale ſacrilegium,& inceſtum.*
9 *Clerici tenentur vouere caſtitatem.*
10 *Donatio facta per clericum concubinæ cum iuramento valet. Sed contra nu.30.& 37.*
11 *Donatio facta per militem armatæ militiæ concubinæ iuramento firmatur.*
12 *Differentia nulla eſt inter vxorem, & concubinam, niſi quo ad honorem.Sed contra nu.40.*
13 *Legi prohibitiuæ facta in odium prohibiti poteſt cum iuramento renuntiari,quod declara,vt nu.41.& 42.*
14 *Iuramentum quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ ſeruandum eſt.*
15 *Iuramentum interpoſitum ſuper diſpoſitione quæ fit contra bonos mores canonicos non valet.*
16 *Capitulum non eſt obligatorium de reg.iur.in 6.loquitur de bonis moribus canonicis.*
17 *Iuramentum dicitur eſſe contra bonos mores canonicos quando ex eo peccatum inducitur.*
18 *Quod amplia procedere etiam ſi peccatum eſſet veniale.*
19 *Vita æterna licet quis non priuetur ex peccato veniali, tamen differtur eius aſſecutio donec ſit purgatum in purgatorio.*
20 *Pactum inducens peccatum veniale non valet.*
21 *Peccata venialia ſunt plurima.*
22 *Iuramentum quod dat materiam delinquendi non valet, & numero 27.*
23 *Lex ſicut ad futura non extenditur, ſed ad præterita quando daret materiam delinquendi ita etiam ſtatutum, & conſuetudo numero 25.*
24 *Conſtitutio habilitans illegitimos ad beneficia non intelligitur de futuris.*
26 *Statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio ſecundū communem non valet, quia per illud pręſtatur occaſio delinquendi.*
28 *Conuentio iurata per quam impeditur punitio criminis committendi, tanquam delinquendi occaſionem præſtans non eſt ſeruanda.*
29 *Statutum diſponens, quod relinqui poſſit ſpurijs ſicut non valet, quia contra bonos mores, ita nec etiam valet pactum iuratum.*
31 *Ratio quare non valeat donatio prædicta.*
32 *Contractus qui principaliter reprobatur fauore publicę vtilitatis iuramento non firmatur.*
33 *Anima cunctis rebus præferenda eſt.*
34 *Iuramentum debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam.*
35 *Donatio omnis mala furtum eſt.*
36 *Iuramentū per quod impugnatur vtilitas eccleſiæ,nō eſt ſeruādū.*
39 *Matrimonium interdictum eſt clericis,exceptis Græcis.*
43 *Parentes non poſſunt renunciare legis de ſpurijs loquentibus, & eis relinquere cum iuramento.*
44 *Donatio remuneratoria inter coniuges permittitur.*
45 *Donatio propter merita inter patrem & filium valet.*
46 *Bona eccleſiæ quæ regulariter non poſſunt alienari tamen propter remunerationem poſſunt donari.*
47 *Donatio propter merita facta per clericum concubinæ valeat.*
48 *Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio, ſed potius quædam permutatio,& cuiuſdam debiti naturalis reſtitutio.*
49 *Donatio propter merita facta inter perſonas prohibitas non valet niſi materia probentur aliter quam per aſſertionem donantis, & nu.53.quod declara,vt nu.55.*
50 *Fallit quando in donatione eſſet facta expreſſio meritorum in genere, & adeſſet iuramentum*
51 *Donatio facta inter coniuges,vel inter patrem, & filium, quæ ſit remuneratoria, & vallata iuramento,valet, etiam aliter non probatis meritis, quàm per aſſertionem donantis.*
52 *Quod amplia procedere etiam ſi aſſertio meritorum eſſet facta in genere.*

## CONSILIVM XCVIII.

SI donatio de qua agitur iuramento firmata
non fuiſſet, vtique nulla eſſet dubitatio,
1 quod ea non valeret, † quia ſi miles arma-
tæ militiæ non poteſt donare nec promitte-
re concubinæ ſuæ,l.2.vbi Bart. ff.de his qui-
2 bus vt indign.† vbi militi non conceditur aliquid dum te-
ſtamento relinquere concubinæ,doc.in l.miles, in princi
3 pio,ff.de re iud.† Ergo nec clericus qui dicitur miles, ca.
Epiſcopus,vbi Dec.in 1.not.de præbend. & cęleſtis mili-
tiæ,c.militare,13.q.1.c.1.de cler.ægro. Nam in hac mate-
ria æquiparatur miles armatæ militiæ, & cœleſtis, vt per
4 Bart.in l.affectionis ff.de do. vbi inquit † hoc intelligen-
dum eſſe etiam in quolibet clerico. Idem Bar.in l.mulier,
ff.de his quibus vt indign. Pau.de Caſt.in l.donationes,ff.
de don.Feli.in cap.cum ex officij,col 1. de præſcr. Capel.
Tholo.141.Mod.in repet.rubricæ, de donat. inter vir.&
5 vxo.§.39.colum.1.& Dec.in conſilio 132. col.1. † & ratio
eſt, quia talis coitus prohibitus eſt nedum de iure canoni
6 co,vt toto tit.de cohab.cle.& mul.quod pater. † Nam cle
ricus tenens concubinam priuatur beneficio, cap.ſicuti,
cap.ſi autem de coha.cler.& mul.ſed etiam de iure ciuili,
l.eum qui.C.de epiſ.& cler. Ripa in l.ſi vnquam, qu.28.
num.74.& 78.C.de reuocan. donat. vbi aſſerit hanç eſſe
7 communem opinionem, † nam clericus non eſt ſolutus,
ſed ligatus eccleſiæ, c.inter corporalia.de transla. prælat.
8 † Hinc eſt,quòd ſi accedit ad mulierem, dicitur commit-
tere adulterium ſpirituale,& ſacrilegium,gloſ.in c. virgi-
nibus.27.q.1.quam multum extollit Abb. in c.vt clerico-
rum in fi.de vita,& honeſt.cleric. ac etiam inceſtum glo.
in l.2.in verſ.filij, C.de epiſco.& cler. quam ſequitur, &
multum commendat Anan.in ca.cum dilectus, col.10.de
9 accuſat.† Nam clerici tenentur vouere caſtitatem,vt no.
in c.cum olim.de cler.coniug.ca.Nicena ſynodus 31.diſt.
Barb.in conſi.3.col.2.vol 1.

Sed difficultas oriri videtur, nunquid ea valeat cum
ſit iuramento firmata, & facta propter merita. Et primo
10 ratione iuramenti videretur dicēdum,† quod ſic tribus
ex cauſis, per ea quæ not.Ro.in conſi 43.in quarto dubio.
vbi loquitur de donatione facta concubinæ per militem
11 terreſtris militiæ,& inquit,† quod ſicut donatio inter vi
rum,& vxorem firmatur iuramēto, ita etiam & facta per
12 militem concubinæ, † cum nulla ſit inter eas differentia
de iure ciuili,niſi quo ad honorem,l.Item legatum,§.par
ui.de leg.3.ergo idem dicendum videtur in donatione fa-
cta per clericum concubinæ.

13 Secundò facit, † Nam legi prohibitiuæ etiam factę in
odium prohibiti,poteſt renunciari cum iuramēto,vt not.
in c.cum contingat,de iureiur.Iaſ.in l.de his, ff.de tranſ.
Dec.in conſ.345.col fi.Ale.in l.ſi conſtante,§.quoties.col.
2.ver.ij.limita.ff.ſol.mat.

14 Tertiò accedit, † Nam iuramento poteſt ſeruari ſine
interitu ſalutis æternæ ſeruandum eſt ca. cum contingat.
de iureiuran. ſed iuramentum in caſu pręſentis donatio-
nis poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,ergo &c.

Sed pręmiſſis non obſtantibus, contrarium eſt de iu-
15 re verius, † quia vbi iuramentum interponitur ſuper
aliquo contractu, vel alia diſpoſitione quę ſit contra

bonos

bonos mores canonicos, illud non valet. Ità Bald. & alij
in l.Pacta quę contra.C de pac.Pau de Caſtro,in l.ſi quis
16 inquilinos,§.ſi quis,de leg primo,vbi dicunt,† ita intelli-
gendum eſſe capitulum,non eſt obligatorium. de regul.
iur.in 6.Alexand.in conſ.21.nu.16. vol.3. & in conſi.26.
nu.3.volum.7.Bertran.in conſi.1.num.15. volum.1.Dec.
in conſi.345.colum ſecunda,Ripa reſponſo 6 col.penulti-
17 ma,partis tertiæ,Cur iunior,conſi.143.num.36. † Et di-
citur ſecundum prædictos Doct. contra bonos mores ca-
18 nonicos quando ex eo inducitur peccatum, † etiam ſi
peccatum eſſet veniale ,,vt per gloſſ.in cap.ſi aliquid, 22.
19 quæſtio.4. † quia licet per illud quis non priuetur vita
æterna , tamen differtur eius aſſecutio donec ſit purga-
tum in purgatorio . Ita Abb.& Butrig. & alij in ca.ſi ve-
ro de iureiuran.quod dicit Imol.ibi eſſe not. & ideo dicit
20 Bald.in l.fin.C. de pact. † quòd pactum inducens pecca-
tum veniale non valet, quæ dicit verè notanda Felin. ibi.
colum. prima, in fine, ad euitandum mille iuramenta.
21 † licet venialia ſint plurima, vt in §.criminis, 25.diſtinc.
Affli.in c.primo,§.item ſacramenta,num.64.de pace iura
22 men.firman. † ſed ſi huiuſmodi iuramentum valeret, &
redderet donationem ipſam validam,daret materiam de
linquendi, & ſic ex eo induceretur peccatum : ideo non
debet valere. Nam quod præbet materiam delinquendi
23 non valet,l.conuenire, ff.de pact.dot. † Et ideo nos vide-
mus, quod licet ſit de natura legis dare formam negotijs
futuris, tamen ad futura non porrigitur lex , ſed tantum
ad præterita, quando aliàs daretur materia delinquendi,
vt per Bart.& Bal.in l.cum lex,ff.de legibus.Facit etiam,
24 † Nam conſtitutio habilitans illegitimos ad beneficia, nõ
intelligitur de futuris, ne detur materia delinquendi.Ita
Gemin.in ca.1.col.fi.verſ.quid ſi epiſcopus. de filijs præ-
sbyt.in 6 quem ſequitur Dec.in c.cognoſcentes.in 2.lect.
col.2.de conſtitut vbi idem dicit de conſuetudine, & ſta-
25 tuto. † Quod etiam voluit Ruy.in conſi. 79.nu.7. vol.1.
in conſi.138.nu.18 vol.5 Abb & alij in cap.ſi.de conſuet.
26 & Moder.in rubrica,de homicid.vbi dicunt,† quod ſta-
tutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio
non valet, quia occaſio delinquendi per illud præſtatur.
Et hanc eſſe communem fatetur Dec. ibi.in d.ca. cogno-
ſcentes,col 1.& in materia iuramenti,ne illotis manibus
27 pertranſeamus.† Ita ferunt Bald. in cap.1.§ item ſacra-
menta,de pace iuram.firm. in conſilio 466.col.2.nume.3.
28 vbi inquit, † quod iurata conuentio per quam impedi-
tur punitio criminis committendi, tanquam delinquendi
occaſionem præſtans,ſeruanda non eſt,cap. quemadmo-
dum, §.illud in glo.in verſi crimine,de iureiurand.Idem
voluit Ruyn.in conſ.70.num 9.volum.3 & in conſi.179.
29 vol.1 vbi dicit, † quod non valet ſtatutum diſponens,
quod relinqui poſſit ſpurijs,quia contra bonos mores, ſi-
30 cut nec etiam valet pactum iuratum , † & in terminis
noſtris,quod donatio ipſa non roboraretur iuramento vo
luit Ripa in l.miles,in princ.c l.fin.de re iudic. Craue.in
conſi.222.per totum,& Capi.deciſio.102.in fi. Quod au-
tem præbeat hæc donatio materiam delinquendi demon
31 ſtratur, † quia aperitur via clericis facilius inueniendi
concubinas,Nam ſolent iſtæ mulieres impudicæ cogita-
tione futuri quęſtus corpora ſua producere, l.4.§.ſed qđ
meretrici,ff.de cond.ob turb.cau.l.palam,ff.de ritu.nup.
quæ non producerent ſi munera,& pecunias nõ aſſeque-
rentur.Ita Crau.in conſi.229.col ij.
32 Secundò facit,† contractus qui reprobatur principali-
ter fauore publicæ vtilitatis iuramento non firmatur.Ita
Alex.in conſi.21.num.16.vol.3.c.ſi diligenti.de for.comp.
not.in l.iuriſgentium,§ ſi paciſcar.de pact.Dec.in conſi.
43.num.13.Rip in reſponſo 6.in 3.par.num.2.& 9.Bertr.
in conſi 175.num. 13.vol.ij.Ruy.in conſ.132.nu.14.vol.4.
ſi ergo iuramentum non firmat actum reprobatum fauo-
re publico principaliter,igitur & fortius non debet confir
33 mare actum tendens de directo contra animam , † quæ
cunctis rebus præferenda eſt,l.ſancimus, C.de ſacroſanc.
eccleſ.& ca.cum inter de pœnitten.& remiſ.
34 Tertio accedit , † Nam iuramentum debet habere
tres comites,veritatem, iudicium, & iuſtitiam, cap.ani-
maduertendum.22 q.2. cap. etſi Chriſtus de iureiur. ſed
iuramentum tendens ad peccatum , prout eſt iſtud , de
quo in præſenti donatione , non continet iuſtitiam , vt
in ca.Innocens,§.illatum,22.q.3.Affl.in ca.1.§. ſi volue-
rit,num 33.de cap.qui curt vendi. ergo præſens donatio
35 iuramento firmata , eſt nulla.† Nam omnis mala dona-
tio furtum eſt, vt inquit Beatus Thom. in lib. de decem
præceptis c.7.Affl in cap.vnico,§.ſimiliter,num.30.in tit.
de cap.qui cur.vend.
36 Quartò facit,† Nam iuramenta per quę vtilitas eccle-
ſiæ impugnatur, non debent ſeruari,cap peruenit, el pri
mo,de iureiur.quia omnia iuramenta quæ contra vtilita-
tem eccleſiaſticam attentantur,non dicuntur iuramenta,
ſed periuria,cap.ſicut eſt noſtris,eod. titu.Alex. in conſi.
224.in prin.volum.6.Ergo nec iuramenta, per quæ vtili-
tas animæ impugnatur.
Non obſtant adducta in contrarium,& primò,quod ſi-
cut donatio facta inter virum, & vxorem iuramento fir-
matur, ita etiam donatio facta cum iuramento concu-
binæ,vt præſupponit Roma.in conſil.43.in colum. finali
37 † Quia aduertendum eſt,quod Roma. improbat Rip. in
d.l.miles,in princ.colum.fina.in fin.& Craue. in conſilio
219 col.3.& Cap.in deciſ.102.in fin.vbi inquit Rom. mo-
ueri per rationem non conuenientem clericis, & verum
dicit,quia Roman.loquitur in milite terreſtris militiæ in
quo concubinatus non eſt tam odioſus,vt in clerico,quod
38 patet ad ſenſum : † quia clericus propter concubinatum
priuatur beneficio, iuxta no.in ca.ſicut,& in c ſi autem,
de cohab.cler.& mul. quod in milite terreſtri non reperi
tur.Idem prohibetur in clerico non ſolum coitus cum cõ
39 cubina,ſed etiam matrimonium, † quod matrimonium
interdictum eſt clericis exceptis Græcis,vt no.in cap.om
40 nes,de pœn.& remiſ.† Vnde non eſt bonum argumen-
tum de vno ad alterum,cum habeant diuerſam rationem
l.fin.ff.de cal.Ita Craue.vbi ſupra, colum.4. verſic.tertio
principaliter.
41 Non obſtat,quod legi prohibitiuè &c. † quia reſponde
tur,quod illud procedit quando ſolum vertitur damnum
iurantis pecuniarium, non animæ, & ſalutis, vt hic, vbi
datur materia delinquendi. Ita declarat Bald.no. in trac.
dot 6.par priuileg.12 in 12.limi. quem ſequitur Crauet.
vbi ſup.col.4.ver.non obſtat,quod legi.
42 Secundo reſpondetur , † quod ex quo hæc prohibitio
concernit principaliter publicam vtilitatem ad punien-
dum delicta, & vitia refrenandum, renunciari etiam nõ
poteſt cum iuramento.Iaſ.in l 1 col.10.verſi.tertio adde,
43 ſol.matr.Et ideo hac ratione videmus,† quod parentes nõ
poſſunt renunciare legibus de ſpurijs loquentibus,& ſpu
rijs relinquere cum iuramento ,quia illa prohibitio fuit
inducta ob publicam vtilitatem principaliter , vt eodem
modo vitia parentum refrenentur, & cohibeantur, l. fin.
C.de nat.lib.Ita Crau.vbi ſupra verſi 2.reſpondeo. Idem
dixi Gozadi.in conſi.61.num.16.
Circa ſecundum caput prima facie videretur dicen-
44 dum illam eſſe validam, † quoniam donatio inter con-
iuges quæ fit remuneratoria permittitur, l quod autem,
§.ſi vir.ff.de dona.inter vir.& vxo.not. etiam Bal.Sal.&
Iaſ.in l.ſi pater puellæ,C.de inoffi.teſtam. Iaſ. in l.ex hoc
iure,col.12.verſic.tertius effectus de iuſtit. & iure. Socin.
conſ.84.nu.14.vol 3.Dec.conſ.536 col.1.Curt Iun conſi.
67.col.fi.& 142.nu.6.Item donatio quæ regulariter inter
45 patrem,& filium non valet,l.donationes, C de dona.in-
ter virum, & vxo. ſi facta competitur propter merita, &
ſeruitia valet,gl. communiter approbata in authen. nam
ſi parens,C.de inofficio.teſtam. Dec.in l.ſi donatione,C.
de colla.Bertr.conſi.38.nu.8.vol.1.conſ.135.col.2.vol.eo.
Alex.conſi.217.nu.2.vol.6.Soc in conſi.22.in 4.vol.
Tertio facit in ſimili bonus tex.in ca.per tuas. de don.
in ca.quicunque.in ca.eccleſiaſticus, 12 q.2.vbi iura præ-
46 dicta volunt, † quod etſi regulariter bona eccleſiæ non
poſſunt, donari,toto tit.de rebus eccleſ.non alien.tamen
propter remunerationem donari poſſunt text. eſt not. in
diuus,ff.de bon.dam.Iaſ.in d.l.ex hoc iure,colu.13.verſi.
octauus effectus.
47 Si ergo † valent donationes de quibus ſupra , ita etiam
& valere debet donatio facta per clericum concubinæ
ſuæ.Ita in terminis dixit Pet.de Anc.in conſi.247.quem
ſequitur Paul.de Caſt.in l.donationes, ff.de dona.Mod.in
in repe rubr.de dona. inter virum , & vxo.§.63.colum.1.
verſic.vnum non eſt.Crauet.in conſilio 175.columna 2.
48 verſiculo & ſi quis dicat Afflict. in deciſ. 102. † Et ratio
eſt, quia donatio remuneratoria non eſt propriè dona-
tio , ſed eſt quædam permutatio,l. & ſi lege,§.conſuluit,
ff.de petit. hęredit. quia cuiuſdam debiti naturalis reſti-
tutio, quia ex ſeruitijs collaris obligatur ille cui confe-
runtur naturaliter conferenti, l. Aquilius,ff.de donat.Et
dicitur talis obligatio ad antidota dicta lege, ſed ſi lege.
Ita Anchara.vbi ſupra,& Mod.in d.repet. rubrica de do-

nat.&c.§.50.colum.3.verſi.ratio prædictorum, & Crau.
in conſ.136. col.2.ver.itaque,& Curt.Iun.conſ.142.nu.5.
49 Nec obſtat, † quod non ſit ſtandum aſſertioni donan-
tis de meritis, cum ſimus in caſu, in quo inter concu-
binarium,& concubinam ſit prohibita regulariter dona-
tio, vt abundè dictum fuit, & ideo, quod ſi merita non
probentur, donatio redditur nulla, vt per gloſſ. & docto.
communiter,in l.ſi donatione,C.de collat.& Barto.in l.ſi
fortè,ff.de Caſtren pecul.vbi inquit,quòd ſi quis donauit
alicui pro meritis, & bonis ſeruitijs habitis a donatario,
ſi illa donatio ſit ab eo qui poteſt donare nullis præceden
tibus meritis, quod talia verba enunciatiua inducunt
probationem inter eaſdem perſonas, ſecus ſi de neceſſi-
tate requireretur merita præceſſiſſe, & alias donator do-
nare non potuiſſet, quia tunc talia verba non probant me
rita præceſſiſſe,& Barto.ſequitur Afflict.deciſ.370 in fin.
columnæ,& Alexan.in conſi.119.col.2.volum.3. Quia re
ſpondetur,quod prædicta ſententia poſſet locum ſibi ven
50 dicare † quando facta eſſet expreſsè meritorum in ge-
nere in donatione, & in ea non interueniſſet iuramentũ,
ſecus ſi aliter, vt in caſu iſto, quod probatur ex not. per
51 Corn.in conſi.104.volum.2. † vbi concludit donatio-
nem inter virum, & vxorem, quæ regulariter eſt prohibita in-
ter eos, l.1.ff.de dona. inter vir.& vxor.valere ſi eſt facta
propter merita cum expreſſione meritorum, & cum iu-
ramento, Idem voluit Bald. in l.ſi donatione, vbi etiam
inquit, quod donatio facta filio per patrem cum iura-
mento,& in qua pater in indiuiduo ſpeciem, & qualita-
tem meritorum exprimit, valet, & hæredes donantis te-
nentur illi ſtare. Et Bald. ſequuntur Iaſ. & ibi Modern.
in repetitio.dictæ rubricæ, de donat.inter vir. & vxor.§.
50.nume.29.& licet Bald. loquatur quando eſt facta ſpe-
52 cialis mentio meritorum, † id etiam dicendum venit,
quando ſolum facta eſt expreſſio meritorum in genere,
vt dixit Ripa.in repetitione legis,ſi vnquam,quæſt.15.de
reuoc.dona. vbi tradit, quod & ſi Bal.vbi ſupra loquatur
quando pater expreſſit merita in ſpecie, tamen,quod idẽ
eſt ſi expreſſerit in genere.Idem tenuit Nicol. Arelatani
in addit.ad Alc.in 1.reg.præſumpt.16.ver.hoc indubita-
te,ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro,quod dicta ex-
preſſio meritorum facta in donatione cũ iuramento ope-
retur validitatem ipſius donationis factæ per concubina-
rium concubinæ.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contraria opinio eſt
53 de iure verior,quia docto. recepta eſt ſententia, † quòd
donatio propter merita facta inter perſonas prohibitas
non valet, niſi benemerita probentur aliter quam per
aſſertionem donantis, vt per Bart. in d.l. ſi forte, & do-
cto.communiter.in l.ſi donatione, C.de collat. Idem vo-
luit Alexand.in conſil.43.colu.2.volum.4.vbi loquitur de
donatione facta per commune Arquatæ propter merita,
& in conſilio 101.columna 4.volum.primo, vbi conſuluit
in immunitate conceſſa ex cauſa remunerationis per cõ-
mune Rodidij de cuius veritate aliàs dixi. Dec. in conſil.
20.columna 2.conſilio 366.columna pen.verſi.& hoc effi-
caci,& in conſi.176.columna prima,in fi.Iaſ.in conſ.154.
per totum.volum.2.Ripa.in reſponſo 9 colum.4. in fin.in
3.par.& Bertr.in conſil.206.colum.4. volum.1. & in ter-
minis noſtris ita conſultauit Ancha. in d.conſi.247. dicit,
quod licet donatio propter merita facta cõcubinæ valeat,
tamen id intelligendum venit ſi merita,& ſeruitia proba
ri poſſunt,alias ſecus, & in tantum hoc dicit eſſe verum,
quòd non ſufficerent verba narratiua inſtrumenti dona
tionis,videlicet,quod donauit pro ſeruitijs,meritis,& ob
ſequijs:quia illa verba non ſufficerent ad prædicta probã
da poſtquam emanarunt inter perſonas prohibitas d. l.ſi
fortè.Talibus enim verbis fides non adhibetur, ſed adie-
cta præſumuntur in fraudem legum.l.cum quis,§.pen.de
leg.3.& Anch.ſequuntur Dec.in conſi.132 col.1.in fin,ꝙ
in conſi.184 col.fi.Moder.in d.rep.rubr.de don. inter vir.
& vxo §.39 col.4.& ſeq.Cap.in deciſ.162.& Crauet.licet
de Anch mentionem non faciat in conſ.175.col.2.ver.&
ſi quis dicat,Rip.in Miles.in prin. col.fi. de re iud.

Non obſtant modo adducta in contrarium, videlicet
quòd prædicta ſententia non verificatur,ſtante iuramen-
to per ea quæ ſuprà allegata fuerunt. Quia reſpondetur
54 primo, quòd † & ſi donatio meritorum inter virum,&
vxorem, & inter patrem, & filium facta ob merita cum
iuramento, meritis aliter non probatis valeat, id proce-
dit, quia donatio ipſa facta cum iuramento non eſt pro-
hibita inter virum, & vxorem, ac patrem, & filium, vt
eſt communis opinio de qua ſupra, & ideo cum non fue-
rit inter eos prohibita,ſed premiſſa,quia lex ei non reſiſtit
55 nimirum ſi valet.Ita Corn.in d.conſil.104.colu.2. † Sed
nos non ſumus in caſu, in quo donatio facta concubinæ
cum iuramento per clericum non valet, vt latè ſupra di-
ctum fuit. Et ideo non eſt admiratione dignum ſi ea iu-
ramento non validetur non probatis aliter meritis quam
per aſſertionem donantis. Ita etiam dixit Ripa in dicta l.
ſi vnquam in dicta quæſt.15.col.pen.verſic.non obſtat ra-
tio domini Alex.

Secundò reſpondetur,quod dictum Bald.in d.l.ſi dona-
tione loquitur in caſu, in quo merita in ſpecie erant ex-
preſſa cum iuramento,& ita illum intelligunt Iaſ. & ibi,
& Moder.in dicta rubrica. de donatio. inter virũ & vxo-
rem,§ 50.num.29.quod factum non reperitur in præſen-
ti donatione. Et ita ex his videtur omnino concludendũ
huiuſmodi donationem iuribus non ſubſiſtere, & hære-
des dicti domini Titi abſoluendos fore a petitione iniqui
ipſius concubinæ. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Bona ſecundum communem dicuntur paterna, ſed propria data immixtione filiorum.*
2 *Hæreditas dicitur etiam largo modo poſt aditam hæreditatem.*
3 *Alienatio rerum pupillarium facta ſine ſolemnitatibus a iure requiſitis, non valet.*
4 *Alienatio rerum minorum, vt valeat requiritur,quod adſit nedum æs alienum,ſed etiam,quòd creditor vrgeat pupillos ad ſoluendum.*
5 *Item quod fiat de rebus minus damnoſis pupillo.*
6 *Alienatio bonorum pupilli, vt valeat,non ſufficit, quod in inſtrumento alienationis dicatur non extare alia bona, in quibus poſſit ſolui debitum, niſi aliud probetur, nu.8. Sed hoc debet liquere prætori per diſcuſſionem bonorum,vt nu.9.*
7 *Alienatio rerum minorum, vt valeat non ſufficit quod in inſtrumento dicatur creditorem inſtaſſe,& petijſſe ſibi ſolui,& æs alienum eſſe, ſed requiritur interlocutoria per quam declaretur bona ipſa non extare.*
10 *Præſumptioni locus non eſt, vbi veritas eſt in contrarium.*
11 *Præſumptio à veritate ſuperatur.*
12 *Iudici licet liquere debeat non extare alia bona minoris, tamen id procedit niſi notorium ſit ea non extare: quia tunc non requiritur alia diſcuſſio.*
13 *Diſcuſſio non requiritur vbi conſtat debitorem non eſſe ſoluendo.*
14 *Notorium releuat ab hoc onere probandi.*
15 *Notoria multa dicuntur quæ non ſunt.*
16 *Notorium non ſufficit,quod fuerit allegatum, ſed opus eſt ſecundum communem,quod iudici conſtet ex actu notorium eſſe.*
17 *Venditio rerum pupillarum facta nulla præcedente ſubhaſtatione,eſt nulla.*
18 *Alienatio rerum eccleſiæ vel minorum ſine ſolemnitate ſubhaſtatione de iure canonico valet.*
19 *Subhaſtatio requiritur in venditione quæ fit à republica quę fungitur iure minoris.*
20 *Subhaſtatio adeſſe debet in locatione rerũ fiſcalium vel ciuitatis.*
21 *Præſumitur pro decreto donec contrarium probetur.*
22 *Quod declaratur locum habere quando rite, & rectè interpoſitũ fuit, alias ſecus.*
23 *Decretum antequam interponatur in alienatione rerum pupillarium,opus eſt,vt cauſa alienationis primo probentur, & de ipſis fiat ſcriptura ſeparata à venditione,& decreto.*
24 *Inſtrumento notarij vel confeſſioni iudici aſſerentium cauſa cognitionem interueniſſe in uenditione rerum pupillarium non eſt ſtandum.*
25 *Præſumptio non eſt pro decreto quando in eo non ſunt enunciatæ ſolemnitates,quæ requiruntur in uenditione bonorum ſtabilium minoris.*
26 *Decretum non debet eadem inſtanti quo petitur concedi,alias præſumuntur omnia geſta præcipitãter & negotio nõ bene diſcuſſo.*
27 *Præſumptio eſt pro decreto quando interpoſitum reperitur à maioribus magiſtratibus,ſecus ſi à minoribus.*
28 *Arbitrium ſi iudici datum eſt, conſideranda eſt qualitas eius, quia ſi conceſſum poteſtati qui eſt magnus magiſtratus poterit bona confiſcare,& pœnam corporalem imponere,ſecus ſi ſit conceſſum minori magiſtratui.*
29 *Præſumptio licet ſit pro decreto, tamen contra talem præſumptionem admittitur probatio in contrarium.*
30 *Cauſa falſa uitiat decretum.*
31 *Error commiſſus in parte in decreto,totum uitiat decretum.*
32 *Decretum debet interponi iudice ſedente pro tribunali.*

Solem.

33 *Solemnitas omiſſa in alienatione rei minoris ſibi vtili non uitiat
actum. Sed contrà ſecundum communem nu. 38.*
34 *Obligatio vtilis minori ſine authoritate tutoris valet.*
35 *Contractus vtilis minori valet ſine ſolemnitate ſtatuti.*
36 *Mulier licet non poſſit contrahere ſine conſenſu conſanguineorũ,
tamen pperit ſibi facere contractum fauorabilem.*
37 *Contractus euidenter vtilis eccleſiæ valet, quamuis celebratus ſi-
ne debita ſolemnitate.*
39 *Alienatio minoris dependens à facto paterno quamuis facta re-
periatur ſine debitis ſolemnitatibus requiſitis à iure valet, quod
intellige, vt nu. 45. cum duobus ſequentibus.*
40 *Emptor ſi mandauit rem emptam reſtitui reddito pretio, tutor pu
pilli poteſt ſine decreto rem illam reddito pretio reſtituere*
41 *Statutum diſponens, quòd bona pupillorum non poſſint alienari,
niſi præcedente iuſta cauſa, & decreto iudicis locum non habet,
quando ex authoritate data à teſtatore proceſſum eſſet ad alie-
nationem.*
42 *Statuto ſi caueatur quòd promiſſio minoris non valeat, & con-
tingat, quòd minor conſentiente teſtatore de bonis minoris pro-
mittat, & ſuccedat, deinde teſtatori promiſſio facta non obſtan-
te ſtatuto ualebit.*
43 *Minor non utitur iure ſuo quando ſuccedit defuncto cui non com
petebat reſtitutio integrum propter aliquam probationem non
factam*
44 *Stipulatio quæ incipit à defuncto quando committitur propter nõ
factam ſimpliciter, tunc minor non vtitur iure ſuo.*

## CONSILIVM XCIX.

PRO fundamento præſentis conſultationis
1 concluſio fit indubitata, † quod data im-
mixtione filiorum pupillorum in bonis pa-
ternis cum authoritate tutoris iuxta, l. po-
tuit vbi doct. C. de iure delib. l. pupillus, ff.
de acquiren. hæred. § neque inſt de autho-
rita. tuto. Alexand. in l. mutum num. ſecundo, ff. de acqui.
hæred. & Ruynus in conſil. 25. numero quinto, volumi. 5.
Bona ipſa amplius nõ dicuntur paterna, ſed propria, l. ſed
ſi plures, §. filio, ff. de vulgaris, & pupillaris, l. prima, § ve-
teres. cum gloſſa vbi docto ff. de acquirend. poſſeſſ. Alex.
conſilio 198. columna penultima, volumine ſexto, conſi-
lio 88. columna ſecunda, volumine ſeptimo. Decius in
leg qui ſe patris, numero 16. C. vnde liberi, & in conſi-
lio 230. columna penultima, verſiculo quia conſilio 266.
columna prima, conſilio 551. columna prima, & 581. co-
lumna quarta, Curtius iunior in conſilio 101. numero 4.
vbi aſſerit hanc eſſe communem, & Pariſ. conſilio eo-
dem in principio, volumine ſecundo. 50. numero 465. co-
lumna penultima, verſiculo nec obſtat. 68. numero 27 84.
numero 37. volumine eodem, conſilio 69 numero 83.
volumine tertio, 74. numero 74. & 108. columna ſecun-
da, volumine eodem, & licet Alexand. in conſilio 21. col.
2 fi. volumine 6. dicere videatur, † quod etiam poſt aditam
hæreditatem poteſt hæreditas dici, & appellari, l. fi. §. fin-
autem in ſecunda, C. de iure non licet Imo. conſi 94. col.
ſecunda. Affl. deciſ. 229 & Par. conſi 98. 99. & 00. volu. j.
& conſilio 5. volum. 3. Quòd autem non fuerit facta cum
4 debitis ſolemnitatibus luce clarius demonſtratur. † Nam
licet adeſſet æs alienum, & creditor vrgeret pupillos ad
ſoluendum, vt conſtat ex inſtrumento, & actis agitatis ad
inſtantiam ipſius creditoris, & ex executione demanda-
ta contra minores, & eorum bona, quæ duo ſolemnitati-
bus requiſitis in alienatione dictorum bonorum d. §. ne
paſſim, & in l. tutor vrgentibus creditoribus, ff. de mino.
tamen dicitur non ſufficere adeſſe æs alienum, & quòd
5 creditor inſtaret, & iudici hoc notum eſſe, † ex quo non
fuit facta de rebus minus damnoſis ipſis, minoribus ſed
de vtilibus melioribus, contra dictum §. ne paſſim. & in
primis. & Imo. in d. conſil. 98. colum. 2. & Affl. deciſ. 249.
num. 4 Quod autem hoc ſit verum, ſatis liquet, quia ven-
dita fuerunt bona immunia, & exempta à quibuſcun-
que oneribus ordinarijs, extraordinarijs, ac contribu-
tionibus Cæſareis, vt conſtat ex inſtrumento venditio-
nis factæ Ioanni Carleuario per Iacobinum de Clouerijs
cum potuiſſent vendi alia bona quæ extabant minus da-
noſa, minus vtilia, & infructuoſa, ac ſubiecta ipſis oneri-
bus, quod equidem cum factum non fuerit clarè reſulta-
re videtur alienationem ipſam viribus non ſubſiſtere ſe-
cundum Ang. in d. §. nunc admonendi, & Pari vbi ſuprà.
Nec iuuat quod ex aduerſo dicitur per magnificum do
6 minum Polidonium, † quod ſit credendum verbis narra
tiuis inſtrumenti, in quo dicitur non extare alia bona
ex quibus poſſit ſolui debitum, donec aliud probetur,
quia hoc a iure non recipitur. Nam dicunt doct. in pro-
pria materia alienationis rerum ſtabilium minorum,
7 quod ad hoc vt valeat ipſa alienatio non ſufficit, quod in
inſtrumento dicatur creditorem non inſtaſſe, & petijſſe
ſibi ſolui, & æs alienum eſſe ex quo illa verba aſſerunt à
notario tanquam dicta a tutore, & contrahente cum ip-
ſo quæ non probant, vt per Par. in alleg. conſilio 98. num.
3. & in conſil. 85. nume. 20. volumine 3. Et in indiuiduo in
8 terminis noſtris, † quod non ſtetur verbis narratiuis in-
ſtrumenti in quo aſſeratur alia bona non extare dixit Pa-
riſ in citato conſi. 98. num. 5. verſic. non obſtat. vbi inquit
9 ex mente doct. quod hoc debet liquere prætori per † di-
ſcuſſionem bonorũ, vt in §. ne paſſim, & in §. in primis.
Affl. in d. deciſ. 249 verſi. 3. & exinde ſequi interlocuto-
ria per quam declaretur non extare alia bona minoris, vt
per Par. in d. conſil 98. nu. 51. 99. col. 1. 101. col. i. volu. 1. &
85 nu. 2. vol. 3. quod neceſſarium non eſſet, ſi ſtandum, &
credendum eſſet verbis inſtrumenti.
Vlterius dicitur, quod in caſu præſenti conſtat verita-
10 tem eſſe in oppoſitũ, videlicet extare alia bona, † & ideo
quatenus alias præſumptioni locus eſſe poſſet, donec con
trarium probetur id locum ſibi vendicare non poſſet v-
bi veritas eſt in contrarium, vt hic, vbi ex verbis inſtru-
menti propriæ alienationis partes propriæ admittunt
11 extare alia bona ſtabilia. † quia tunc veritas præualet
præſumptioni, & à veritate præſumptio ſuperatur, l. in
rebus, C. de iure dot. Socin. conſilio 164. columna quinta
verſicn. ad hanc obiectionem, volumi. 2. Pariſ. conſilio 29.
num. 44. volu. 2.
12 Non obſtat ſimiliter, † quod licet iudici liquere de-
beat non extare alia bona, tamen, quod id non procedit
vbi notorium eſt non extare alia bona: quia tunc non re
13 quiritur alia excuſſio, † ſicut nec requiritur excuſſio vbi
notorium eſt debitorem non eſſe ſoluendo, vt per doc. in
l. decem, ff. de verb. obl. doc. in l. fi. ff. ſi cer. peta. & Mod. in
tract. de pign. in 8. part. memb. 1. nu. 14. verſic iſti autem,
14 † quia notorium releuat ab onere probandi. clem. appel
lant. de appel. licet debeat allegari. vt per gl. in d. clem. &
Bar. in l. 1 ff. de except. Quia duobus modis reſpondetur.
15 † Et primò, quod multa dicuntur notoria, quæ non ſunt,
vt per Abb. in c. conſuluit. in 2 not. de appella. vbi inquit
non eſſe de facili procedendum ſuper aliquo tãquam no-
torio. quia multa dicunt notoria quæ non ſunt. Item &
quæ ignoramus, iuxta gl. in c. manifeſtum. 2 q. 1.
Secundo reſpondetur, ꝙ licet dicatur iſtud eſſe noto-
rium, & non indigere probatione veritatis ipſius facti,
16 † tamen opus erat, ꝙ iudici conſtaret ex actis notorium
eſſe, nec ſufficit, ꝙ fuerit allegatũ notorium eſſe. Ita Cy.
in l. ea quidem in 2. q. vbi etiam Bal. char. pen. verſi. item
quæro an ſit neceſſe. C. de accuſ. quos ſequitur Iaſ. in l. ſi
vero. §. qui pro rei qualitate, col. 2. verſ. ſecundo aduerte,
ff. qui ſatiſ. cog. vbi poſt Alex. ibi per eum citatum inquit,
ita ſe habere communem opinionem. Imò dixit Dec. in
c. cõſuluit. el j. de appel. in 3. not. ꝙ qñ diſponitur aliquid
ſuper notorio, non ſolum conſtare debet illud eſſe noto-
rium, ſed prius factum illud eſſe verum, quia quod non
eſt, notorium eſſe non poteſt. c. quanto. de transl. præl.
Tertiò dr̃, & negatur hoc eſſe notorium cũ ex inſtrõ vẽ
ditionis facto Antonio Teſtæ liquidò appareat extare a-
lia bona, & iõ ex hoc infert ex ſupra deductis fundamẽtũ
aliquod fieri non poſſe ſuper allegato notorio in quo vide
batur facere fundamentum dictus mag. D. Polydonius.
17 Secundò principaliter † redditur nulla ipſa alienatio
ex defectu ſubhaſtationibus, l. & ſi fine, §. hodie. vbi Bart.
ff. de minor. Specul. in titu. de emptio. & vend. §. nunc di-
cendum reſtat. verſi. hoc quoque. Alex. conſi. 53. colum. 3.
volum. 3. Afflict. deciſ. 449. colum. 1. verſi. 9. Ro. conſi. 321.
verſi. ſecundò, prin. Corn. conſil. 42. litera A, volum. 1. &
conſi. 71. colum. 1. vol. 3. conſil 29 col. 2 volum. 4 Ioan. de
Plat. in l. 1. C. de fid. inſtr & haſt. fiſc. lib. 10. & in l. ſi tem-
pora, C. eo. tit. Mod. in tract. de emp. & vend. in 5. q. prin.
num 66. Par. in conſil. 98. nu. 10 vol. 1. vbi refert ita com-
muniter teneri neceſſariam fore dictam ſubhaſtationem,
quæ ſi non interuenerit, redditur ipſa alienatio nulla,
tanquam illegitimè facta, & non ſeruata forma iuris com
munis, & in conſi. 99 colum. 2. & 101. colum. 2. ſupra ci-
tatis, Moder. in tract. de gabel. in 2 par. num. 11. verſicul.
illud etiam, not. Dec. in conſi. 403. colum. 3. in fi. & in con
ſil. 556. colum. prima.

Nec

Nec obſtat,quod not.Bald.in auth hoc ius porrectum.
18 C.de ſacroſ.eccleſ. † vbi valet alienatio rerum eccleſiæ,
vel minorum ſine ſolemnitate ſubhaſtationis. Quia re-
ſpondent Mod.in d.tract.de empt.& vendit.eius dictum
intelligendum de iure canonico aliàs ſecus, nec mirum,
19 † cum videamus etiam in venditione quæ fit a republi-
ca quæ fungitur iure minoris, l.reſpublica, C.ex quibus
cau.maio.opus eſſe ſubhaſtatione,vt in l.ſi quis,C.de re-
ſcin.vend.in l.2.& fin.C.ſi prop.pub.penſita.Ita Mod.in
citato trac.de emp.& vend.in 5.q.prin.num.67. in fin.&
in tractatu de Gabellis,vbi ſuprà.vbi inquit, numero 10.
20 † ꝙ in rebus fiſc. vel ciuitatis locandis requiritur ſubha
ſtatio,gl.in l.quamuis,C.de vend.rebus ciuitatis. lib. 11.
Non obſtat quoque quod ex quo de authoritate iudi-
21 cis, & eius decreto apparet, quod † præſumendum eſt
pro decreto pro quo in dubio præſumitur, niſi contra-
rium probetur,vt per Alex.planè in conſi.81.nume.2.in
fi.vol.5.& in conſi.92.colum.3.eo.volum.Dec.in conſilio
209 in princ & Soc.conſi.115.col 2 vol.1.vbi inquit hanc
eſſe communem.
22 Quia primò reſpondetur,† quod pro decreto præſumi
tur quando ritè,& rectè interpoſitum fuit, alias ſecus, vt
in l.lex quæ tutores, C.de admi.tuto. l.ſi pupillorum,§.1.
ff.eo.& ideo tex.in d.l.quæ tutores,dicit cauſas alienatio-
nis primo eſſe probandas antequam decretum interpo-
nàtur,& in l.minorem,C.de prædi mino.quod probatio,
& examinatio cauſæ debet præcedere decretum,& talis
probatio debet conſtare ex actis.Ita Pari.in conſil. ſuprà
23 citato 98.nnmero 7.cum duobus ſequentibus,† vbi ſub-
dit in tantum iſtud procedére, quod ſi interponatur de-
cretum non præcedentib.præmiſſis ſuprà deductis pro ta
li decreto non eſt præſumendum, ex quo de tali cauſæ
cognitione inquiſitione, & probatione fieri debet ſcri-
ptura ſeparata ab ipſa venditione.& decreto, & antequã
fiat venditio,vt dixit Spec.in loco per eum citato, & Iaſ.
in l.ne quicquam,§.vbi decretum, ff.de offi.pro. & lega.
24 addens non eſſe ſtandum inſtrumento † notarij nec con
feſſioni Iudicis aſſerentium interueniſſe cauſæ cognitio-
nem.idem dixit ipſe.Pariſ.in conſil.99.colum.2.ſupraci-
tato,& in conſ.ſeq.col.2.Hoc etiam voluit Corn.conſilio
71.in prin.vol 3.Dec.in conſi.431.col.6.in fin & in conſ.
403.col.4.verſic. ſecundò quantum ad intereſſe. Marſ in
pract.ſua,in §.nunc videndum,nume 44.& in conſil.48.
col.14 ſecundum impreſſionem paruam.
25 Secundò reſpondetur, † quod præmiſſa concluſio li-
mitatur non habere locum,quando in decreto non ſunt
enunciatæ ſolemnitates: quia tunc pro decreto non præ-
ſumitur.Bal.in l.ex his.col.2.C.de teſti.mil.& in l.1.ff de
rebus eo.vbi vult ita debere intelligi glo.in l.1.C.de fid.
inſtrumentorum,lib.10 Feli.in capitu.quoniam contra.
colum.4. verſiculo limitatio, & Dec. ibi columna penult.
verſi.& iſtud quod dictum eſt proba. Par.in d.conſil.98.
num.12.& in d.conſi.100.col.3.& in conſi.12.vol.2.col 5.
Et quamuis Alex.in conſi 80.col.2.volum.5. & Dec.in d.
conſi 431.nu.12.dicant non eſſe de ſubſtantia, quod fiat
talis enunciatio, tamen vt ſuprà ſcriptum fuit contrariũ
tenuit ipſe Dec.in alleg.c.quoniam contra.col.pen.domi
nus meus Ruy.in conſ.69.nu.5.volu 1.& in conſi.63. nu.
17.vol.eo.& in conſi.189.nu.11. vol.eod.
26 Tertiò additur † non eſſe præſumendum pro ipſo de-
creto propter breuitatem temporis quo interpoſitum re-
peritur:quia non damnet eodem inſtanti quo petitur cõ-
cedi, cum omnia geſta tunc præſumantur percipitanter
facta,& negotio non bene diſcuſſo.Ita Corn conſilio 98.
verſi.2.vol.1.Cur.ſen.in conſi.46.col.pe.in princ. Dec.in
conſi.ſuprà citato 403.colum.15. Et ita in terminis huius
quæſtionis voluit Imo.in d.conſi.68.col.2.& Anchara.in
conſi.82.& Dec.in conſil.479.col.2. Marſ.in d.§.nunc vi-
dendum,col.15.& in conſi.48.nu.32. Pariſ. in d.conſilio
98.num.18. 99.col.2.& in conſi.85.nu.46.volum.3.Ruy.
in conſi.107.nu.14.volu.1. And.Sicul.in rep capituli ec-
cleſiæ Sanctæ Mariæ de conſt. vbi dicit ſæpe numero ſe
allegaſſe iſtud in contingentia facti quod inquit notandũ
pro iudicibus qui ponunt ſed in bancho,& interponunt
authoritatem in contractibus minorum,cauſa non cogni
ta.& aliter rem non examinat, nec de contractu cogno-
ſcunt: quia talis authoritas nimis propere interpoſita eſt
nullius momenti,quod eſt vtile ad infringendum multos
contractus celebratos cum minoribus. Et refert Corſ.in
ſingularibus ſuis, in verſicu.minor, quod de iſta theorica
dum eſſet ſcholaris Bononiæ de iure ita publicè reſpon-
diſſe ex improuiſo, & quod lucratus fuit diploidem
ſerici.
Quartò dicitur pro tali decreto non eſſe præſumendũ,
27 quia interpoſitum a iudice minore, & † rurali,quo ca-
ſu licet pro decreto præſumatur, id recipitur ſi a maiori-
bus magiſtratibus interpoſitum fuerit,ſecus ſi a minori-
bus,vt per Bal.in l.tutores. ff.de confir.tut. quem ſequi-
tur Iaſ.in cap.1.col.4. qui feud.dar.poſ. Marſil.ſing.438.
vbi dicit hoc tenendum menti perpetuò.Pariſ.in iam ſæ-
pius allega.conſ.94.colum.4.& Petr.Girar. in no.ſuo 57.
in fi.vbi dicit hanc eſſe magnam, & ſingularem limitatio
nem tenendam perpetuò menti, nam multa concedun-
tur maioribus magiſtratibus, quæ minoribus prohiben-
28 tur, vt patet ad ſenſum. † Nam ſi alicui iudici datum
eſt arbitrium,conſideranda eſt qualitas eius. Nam ſi eſt
poteſtas, qui eſt magnus magiſtratus, cui conceditur ar-
bitrium,poterit bona confiſcare, & pœnam corporalem
imponere, ſecus ſi ſit minor magiſtratus, vt ſingulari-
ter dixit Bald in l.prima,C.ne ſine iuſ.princip.Marſil.in
ſingul.397.
29 Vltimò reſpondetur, † quòd licet pro decreto præſu-
matur tamen contra talem præſumptionẽ recipitur pro-
batio in contrarium Dec.in conſi.351.col.pen.in fi. & in
conſi.479.col.2.Par.in conſi.98.num.14. volum.1. Ruyn.
in conſi.63.num.16.volum.1.conſ.69.colum.6. in fi.verſ.
ſecundo non obſtat,& in conſ.107.numero 14. volu.eod.
Sed in caſu quæſtionis noſtræ dicitur probari cõtrarium
tam ex inſpectione proprij inſtrumenti celebrati inter
tutorem dictorum minorum venditorum, & Antonium
Teſtam,quod ſufficere videtur, vt per Ruyn. in d.conſil.
63.num.16 quam ex inſpectione actorum,in quibus non
reperiuntur præceſſiſſe ſolemnitates à iure requiſitę in
alienationibus bonorum minorum. Et ideo cum non
apparet, quòd cum cauſæ cognitione interpoſitum fue-
rit tale decretum, meritò huic præſumptioni ſtandum
30 non videtur tanquam interpoſitum † ex falſa cauſa quę
vitiat ipſum decretum,vt per Soc.in l.iuſtè poſſidet, ff.de
acq.poſſ.& in l.qui agnitis,ff.de exceptio.Dec.in conſilio
31 403.numero 20.& in conſilio 351.colum.fi.in prin.† Imò
plus dicitur, quod etiam ſi eſset erratum in interpoſitio-
ne decreti in parte,totum corruit decretum, vt per Affli.
in deciſio 218 Cur.iun.in conſil.170.num 2. quia decre-
tum eſt indiuiduum.Par.in d.conſi.98.nu 16.Ruy.in con
32 ſi.160 nu.27.volum.2. Et eo maximè non videtur pręſu-
mendum pro tali decreto, cùm non fuerit interpoſitum
iudice ſedente pro tribunali, vt etiam conſiderat Cor.in
conſi 98.col.1 vol.1.
33 Non obſtat quoque, † quòd vbi res eſt vtilis minori,
omiſſio ſolemnitatum non vitiat actum, vt per Angel.in
34 conſi.vlt.† vbi valet obligatio vtili minori ſine authorita
te tutoris Ang.Pau & alij,in l.mutum,ff.de acquirenda
35 hære.Ro.in conſi.453.† vbi valet contractus minoris ſi-
bi vtilis non ſeruata ſolemnitate ſtatuti,glo.ſing.in l.2.ff.
de aceptil.vbi pupillus ſine authoritate tutoris poteſt effi
caciter obligari, quando talis obligatio ſpectat ſolùm ad
ſuum commodum. Accedit etiam quod voluit Bald.in l.
36 neque per illum tex.C.de contrah.empt.† vbi licet mu-
lier non poſſit contrahere ſine conſenſu conſanguineo-
rum, poterit tamen ſibi contractum facere fauorabile.
37 † Simile etiam videmus in eccleſia contrahente ſine de-
bitis ſolemnitatibus requiſitis a iure, iuxta ca.ſine exce-
ptione.12.q.2.Nam ſi contractus ſit euidentes vtilis eccle
ſiæ valet, quamuis celebratus ſine debita ſolemnitate.
Bar.Bal.in l.cum hi,§.eam, ff.de tranſac.
Quia duobus modis reſpondetur. Et primo, quod ne-
gatur venditionem ipſam eſse vilem dictis minoribus,
imò multum damnoſam,& prępiudicialem,vt ex ſupra de
ductis,& allegatis ſatis liquidè apparet, igitur &c.
38 Secundò reſpondetur † communem eſse in contrariũ,
quod minor, & eccleſia poſſit alienare ſine ſolemnitate
quando facerent alienando conditionem meliorem, vt
no.Iac.But.Alb.de Roſ.Bal.Ang.Fulgo.Pau.& Iaſ in d.l.
cum hi,§.eam gl.in l.ſi fundus ſterilis,ff.de reb.eo. Bal.in
c.j.ff.de tranſ.Idem dicit Feli.in c.cauſam quę col.penul.
in prin.ff.de iud.vbi reprobat Bald.in l.contra iuris, ff.de
pac.vbi tenuit contrarium. Et hanc eſse communem di-
xit Iaſ.in d.l.contra iuris.
Vltimò non obſtat, quod imò huiuſmodi alienatio va-
let ex quo dependet a facto patris minorum,& ſic a con-
tractu emptionis celebrato per eum, cum Iacobonino
Clauerio, per quẽ cum facta fuerit cum termino ad ſol-
uendum,

uendum, & cum clauſula reſolutiua videtur data facul-
tas hæredibus, & ſic ipſis minoribus alienandi bona ip-
39 ſa, † quo caſu alienatio debet valere, licet in ea non in-
teruenerint ſolemnitates alias requiſitæ, ex quo aliena-
tio ipſa videtur executio contractus paterni, vt not. in l.
prædium, C. vbi decreti opus non eſt vbi venditio præ-
dij ruſtici vel ſuburbani facta a minore 25. annis ex pa-
tris voluntate vel teſtatoris ſine decreto valet, l. 1. §. 1. l.
magis puto, § ſi pupillus, & in l. fi. ff. de reb. eo. & in l. 1. C.
40 quando decretus opus non eſt, † vbi ſi emptor mandauit
rem emptam reſtitui reſtituto pretio tutor pupilli poteſt
ſine decreto rem illam reddito pretio reſtituere. no. Alex.
41 in conſi. 215 & in princ. volu 6 vbi inquit, † quod ſtante
ſtatuto, quod bona pupillorum non poſſint alienari niſi
præcedente iuſta cauſa, & decreto iudicis, quòd huiuſ-
modi ſtatutum locum non habet quando ex authoritate
data à teſtatore proceſſum eſſet ad alienationem, quo-
niam tunc quamuis hæredes dicti teſtatoris ſint pupilli,
poterit procedi ad dictam alienationem, non ſeruata ſo-
lemnitate quæ aliàs in alienatione rerum pupillarium re
quireretur, ſiue teſtator ſpecialem, ſiue generalem dede-
rit poteſtatem. allegat dictam l. prædium cum gloſſ. legis
primæ, & in §. ſi defunctus ac l. fin. ff. de reb. eo. & no. per
42 Bald. in l. fin. in fin. C. de pact. dum dicit, † quod ſi ſtatuto
cauetur, quod promiſſio minoris non valet, & contingat,
quòd minor conſentiente teſtatore de bonis minoris pro
mittat, & ſuccedat deinde teſtatori valebit promiſſio non
obſtante ſtatuto per dictam l. final. quia dicta promiſſioni
vtitur nõ ſolum contractu minoris, ſed fundatur in con-
ſenſu maioris, & inde ſumitur principale rubr. Item quia
cùm dictum ſtatutum editum ſit propter imbecillitatem
minoris dicto caſu minor vtitur iure communi obſequen
do voluntati maioris, ergo non læditur argumen. l. qui-
dam cùm filium, ff. de hæredib. inſtituen. Si igitur in ca-
ſibus præmiſſis valet alienatio ſine ſolemnitate requiſita,
ergo idem dicendum videtur in terminis noſtris, nam ſi
voluit in pœnam, quòd bona eſſent inempta vbi defice-
ret ipſe emptor in ſolutione, ergo multò fortiùs voluit, quod
potuerint alienari pro ſatisfactione pretij, quod eſt mi-
nus damnoſum. Vnde cum fuerit facta alienatio ipſa per
tutorem debet cenſeri, quod facta fuerit ex mandato em
ptoris exequendo eius mentem, quo caſu non videtur
per ea quæ dicta fuerunt, quòd ſit neceſſaria ſolemnitas
requiſita in alienatione rerum pupillarium. Et pro hac
parte facit, quod voluit Affl. poſt alios per eum citatos in
decis. 212. vbi inquit, † quo minor non vtitur iure ſuo
43 quando ſuccedit defuncto cui non competebat reſtitutio
in integrum propter aliquam probationem non factam.
Accedit etiam quod voluit Barto. in l. cum filiusfami. §. in
hac, col. 2. ff de verb. obl. vbi inquit, † quòd quando ſti-
44 pulatio quæ incipit a defuncto committitur propter non
factum ſimpliciter, vt quia pecunia non ſoluitur debito
tempore appoſito in contractu, tunc minor non vtitur iu
re ſuo, & Bart. ibi ſequuntur omnes alij. Idem voluit Iaſ.
in conſ. 162. col. 2. vol. 4.
45 Quia reſpondetur, † quòd ex quo æs alienum pote-
rat aliter perſolui, & executio ipſius contractus aliter fie
ri ſine tanto incommodo pupillorum, quòd alienatio fa-
cta de bonis ſupradictis non valuit qui fuit minus dam-
noſa, & infructuoſa pupillis, vt in ſimili dixit Par. in con
ſilio 85. columna fina. verſic. nec obſtat. volum. 3. vbi in-
quit, quòd ſi dicatur tranſactionem ſeu alienationem de
qua in caſu ſuo valere, ex quo dependebat a facto pater-
no, & ſic a contractu diuiſionis, per quem videbatur da-
ta facultas alienandi, quo caſu alienatio debet eſſe valida,
licet non interuenerint ſolemnitates quæ regulariter re-
quiruntur in alienationibus bonorum ex quo tractatur
de executione contractus paterni, quod dicta obiectio
tollitur quando æs alienum poterat perſolui alio modo ſi-
ne incommodo pupilli. Item, & ſecundò reſpondetur,
46 † quòd doc. & Bar. in d. §. in hac, declarant, hoc procede-
re quando cum minore aliquid geſtum non fuit, ſed cum
maiore, quia tunc conſideratur perſona maioris a qua ini
tium habuit, ideo tunc minori non competit reſtitutio in
integrum aduerſus aliquid non factum licet propter hoc
minor dicat ſe læſum, ſecus ſi cum minore aliquid etiam
geſtum ſit, quia tunc vtitur priuilegio ſuo, vt per gloſſ. in
d. §. in hac. prout in caſu de quo agitur, vbi etiam cum mi
nore aliquid geſtum reperitur. Et cum hac diſtinct. per-
tranſit Iaſ. in conſi. ſuo 162. colum. 2. vbi inquit hanc eſſe
communem opinionem.

Nec obſtant allegata in contrarium, videlicet no. in d.
l. prædium, & in alijs iuribus, & no. per Alexan. in allega.
47 conſil. 215. † quia loquuntur in caſu de quo conſtabat
expreſſe de voluntate patris, vt dicit Bar. in d. l. fina. præ-
dium, de qua non apparet in caſu de quo in quæſtione no
ſtra quæ præſumitur finiſſe, vt fieret ſolutio vel executio
in rebus minus damnoſis pupillis, vt iura diſponunt, cũ
quibus cenſetur ſe voluiſſe conformare, iuxta no. in l. hæ-
redes mei, §. cum ita, ff. ad Treb. & ſic iuxta formam tra-
ditam a Bar. in l. magis puto, §. imprimis, ff. de rebus eor.

Laus DEO.

## *SVMMARIVM.*

1 *Subſtitutio facta de proximioribus maſculis de familia intelligitur de proximioribus fideicommittenti, non autem grauato, & numero 9. Sed contra numero 10. & 18. ſecundum communem.*

2 *Teſtatori ſucceditur in fideicommiſſis, non autem grauato, quod declara, vt in num. 19.*

3 *Proximitas in ſucceſſione feudi non attenditur reſpectu perſonæ eius a quo vacat, ſed illius a quo feudum incipit. Sed contra nu. 14. & 20.*

4 *In feudis attenditur principium, & ſtipes, etſi feudum per mille manus ambulet.*

5 *Legatum ſi eſt factum cognatis intelligitur de cognatis teſtatoris, & num 22.*

6 *Proximitas teſtatoris attenditur in ſubſtitutione vulgari, quod declara, vt in nu. 21.*

7 *Fideicommiſſum ſi relinquatur familiæ nominatis aliquibus de familia ſpecialiter in eo admittuntur nominati, & poſt eos qui reperiuntur proximiores teſtatori. Sed contra nu. 13. & 23.*

8 *Legatum ſi ſit relictum familiæ ſimpliciter ad tale legatum non admittuntur ſimul omnes de familia, ſed gradatim, & primo qui erant proximiores teſtatori, & exinde alij de gradu in gradum.*

11 *Voluntas teſtatoris cenſetur conformis diſpoſitioni iuris loquentis de ſucceſſione ab inteſtato.*

12 *Proximitas gradus ſicut in ſucceſſione ab inteſtato conſideratur habito reſpectu ad illum qui vltimo loco mortuus eſt, & de cuius ſucceſſione agitur, ita etiam in fideicommiſſo.*

15 *Feudum antiquum, quod agnatis ſucceſſiuè defertur æquiparatur fideicommiſſo quod inter illos de familia ſucceſſiuè reſtitui debet.*

16 *Emphyteoſim ſi quis ſtipulatus ſit pro ſe, & deſcendentibus uſq; ad tertiam generationem, is ſuccedere debet qui proximior eſt vltimo defuncto, non autem ſtipulatori.*

17 *In renouatione emphyteoſis finita præfertur proximior ei qui deceſſit.*

24 *Intellectus ad fi. C. de verb. ſign.*

25 *Intellectus ad l. fi. ff ad Trebel.*

26 *Intellectus ad l. is qui cum plures, de leg. 3.*

## CONSILIVM C.

QVONIAM Magnificus dominus Octauianus de Gentilibus de anno 1504 ſuũ vltimum condidit eulogium, in quo ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit magnificum Dominum Alexãdrum etiam de Gentilibus, hac adiecta conditione, quod caſu quo ab humanis decederet ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus, ſubſtituebat proximiores maſculos de familia Gentilium. Et quia per mortem dicti domini hæredis ſine filijs, euenit conditio ſubſtitutionis fideicommiſſariæ de qua agitur, modò oritur controuerſia, quis admitti debeat ad bona ipſius fideicõmittentis, an mag. D. Annibal qui eſt proximior teſtatori, an D. Vincentius proximior hæredi grauato. Conſultatio ipſa difficultatem maximam in ſe habet, & ideo vt veritas magis eluceſcat, primò arguam in fauorem domini Annibalis, ſecundò ponam fundamenta militantia in fauorem domini Vincentij, demum & tertiò adductis in
1 contrarium reſpondebitur. † In fauorem igitur D. Anni-
2 balis, primo facere videtur regula quæ habet, † quòd in fi
deicommiſſis ſucceditur teſtatori grauanti nõ autem grauato. l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pup. l. centurio, ff. eod. tit. & in l. precibus, C. de impuberum, & alijs ſubſtitutionibus, ergo perſona ipſius teſtatoris attẽdi debet, cùm ab illo procedat fideicommiſſum, non autem perſona grauati.

Secundò

3 Secundò comprobatur hæc ſententia. † Nam in ſucceſſione feudi non attenditur proximitas reſpectu perſonæ eius a quo vacat, ſed conſideratur proximitas, pactum ſeu contractus illius a quo feudum incipit. Bald. in conſilio 137. volum. 2. quem ſequitur Pariſ. in conſilio 23. nu. 131. vol. 1. & in conſil. 65. nume. 22. volumi. 2. Cald. in conſi. 13. in tit. de feu. quia vt dicit Angel. in conſil. 110. &
4 Zabarel. in conſi. 125. col. 2. ver. ad primum. † In ſucceſſione feudi ſemper debemus cõſiderare originem, nam etſi per mille manus ambulet, ſemper vltimus eſt ſucceſſor primi acquiſitoris & ab eo habet cauſam a quo habet originem, nam attenditur principium, & ſtipes ſecundum Bald. & alios in ca. 1. §. ſi verò. de grad. ſucceſ. in feu. ergo idem in fideicommiſſo attendi debet proximitas fideicommittentis.

5 Tertiò † confirmatur hæc opinio ex no. per Bart. in l. ſi cognatis, in vlt. col. ver. quæro hic dicitur, ff. de reb. dub. vbi dicit, quòd legatum factum cognatis intelligitur factum cognatis ipſius teſtatoris, l. cum acutiſſimi, C. de fideicommi. l. peto, §. fratre, ff. de lega. 2. vbi idem Bart. inquit, quod ſi teſtator iuſſit in familiam relinqui ſimpliciter, ꝙ in dubio intelligitur de familia teſtatoris, & ſubdit ita tenere Dyn. Pet. & omnes. Et cum Bart. tranſit Iaſ. in conſi. 215. in 1. col. vol. 2. & in conſi. 159. in prin. vol. 4. ergo idem dicendum eſt, quòd prædicta ſubſtitutio debeat intelligi de proximioribus ipſius teſtatoris, non autem hæredis grauati.

6 Quartò accedit, † nam vbi agitur de ſubſtitutione vulgari per quam ſuccediturteſtatori inſtit. de vulg. ſubſtit. attenditur proximitas reſpectu teſtatoris, & non eius cui facta fuit ſubſtitutio, vt per Soci. in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. per no. per Barto. in l. re coniuncti. de leg. 3. Ergo etiam in ſubſtitutione fideicommiſſaria per quam ſuccediturípſi teſtatori & non grauato ita dicendum venit.

Quintò ad hoc etiam videtur text. in l. cùm ita § in fi-
7 deicommiſſo, ff. de lega. 2. † vbi poſt nominatos videntur vocati qui ex nomine defuncti fuerunt tempore mortis teſtatoris, & qui ſunt in proximiori gradu tali tempore, vt voluit ibi glo. in verſi. moreretur, & in verſic. & qui ex his, in fi. Si igitur inſpicitur tempus mortis teſtatoris, ergo ſequitur, quòd in conſideranda proximitate conſideratur perſona teſtatoris, cuius mortis tempus attẽditur, non autem perſona grauati.

Sextò facit, quod voluit Barto. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum, vbi quamuis in caſu illo neptis ex filia per fideicommiſſum admittitur ad partem auunculi decedentis ſine liberis, & non excludatur ex perſona nepotis teſtatoris ex alio filio, nihilominus ſi ex forma ſtatuti dicta neptis ab inteſtato excluderetur a ſucceſſione aui per ſuper exiſtentiam dicti nepotis maſculi, tunc non vocaretur neptis per fideicommiſſum, & ſic in ſubſtitutione fideicommiſſaria vult Bar. quod videatur vocare neptem eo ordine quo ab inteſtato erat ei ſucceſſura, & quod ordinem iuris in ſuccedendo ſibi ab inteſtato ſeruare voluerit, igitur eodem modo teſtator videtur vocando proximiores per fideicommiſſum voluiſſe illos per prius admitti, qui ab inteſtato ipſi teſtatori fuiſſent ſucceſſuri. Et dicta Bar. in ſpecie ponderat Socin. in 6. colum. cum ſequen.

Septimo facit tex. in l. fi. C. de verbo. ſigni. vbi per Bald.
8 in 2. not. & Iaſ. in 6. † vbi ſi ſit relictum legatum familiæ ſimpliciter ad tale legatum non admittuntur ſimul omnes de familia, ſed gradatim, & primo proximiores qui erant teſtatori, & exinde alij de gradu in gradum.

Octauo accedit tex. in l. fi. ff. ad Treb. vbi filij vtrinque coniuncti in ſubſtitutione fideicommiſſaria præferuntur alij ex alia vxore, quia illi adinuicem erant ſubſtituti, & ideo ex hoc magis dilecti præferuntur, ex quo ſequitur, quod ſi ipſa ſubſtitutio facta non fuiſſet, & ſic dicta præſumptio ceſſaret, quod omnes æqualiter vocarentur ad fideicommiſſum quamuis grauato non eſſent pariter cõiuncti: quia de ſucceſſione patris agitur, cui omnes æqualiter coniunguntur.

Nono confirmatur iſta concluſio per textum in l. is qui cum plures, cum glo. fin. de leg. 3. vbi dubitatur vtrum liberti coniuncti grauato, in relicta libertis præferri debeant defunctis, & dicitur, quod non: quia ſecundum gl. omnes ſunt patrono pariter proximi, & quo ad eum ſunt in pari gradu alias autem ſecus, allegat l. peto, §. fratre, de lega. 2.

Decimo ita in terminis voluit Iaſ. in conſi. 215. colum.
9 1. & 2. in prin. vol. 2. † vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, & hanc etiam partem ſequitur Iaſ. in conſi. 159. col. 1. volum. 4. Dec. in conſil. 1. col. 2. & in conſil. 546. col. fin. verſi. 6. & vlt. Ruy. in conſil. 142. num. 15. volu. 3. & in conſi. 168. colum. 3. & 198. col. fi. volum. eo. Pariſ. in conſi. 36. col. 2. volum. 2.

Quibus non obſtantibus contraria ſententia eſt de iu
10 re verior, † quod dictus D. Vincentius pronepos domini Aledrami intelligatur ſolum vocatus ad fideicõmiſſum de quo agitur. Et ad dicendum moueor primò, ex com-
11 muni concluſione quæ habet, † quod voluntas teſtatoris cenſetur conformis diſpoſitioni iuris loquentis de ſucceſſione ab inteſtato, glo. & doc. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo. ff. de lega. 2. Bart. & alij in l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Trebel. Alex. in conſil. 55. in 2. col. volum. 4. Ruyn. in conſi. 49. num. 11. vol. 2. conſi. 168. num. 3. volum. eodem, & in conſil. 145. num. 9. volu. 3. Dec. in l. emancipata, nu. 16. C. qui admi.

12 Sed † in ſucceſſione ab inteſtato admittitur proximitas gradus ſucceſſionis, habito reſpectu ad illum qui vltimo loco mortuus eſt, & de cuius ſucceſſione agitur, argu. l. 2. §. legitima, ff. de ſuis, & legitimis, ergo eodem modo debet deferri fideicommiſſum, vt in eo idem ordo ſeruetur qui ſeruatus fuiſſet in ſucceſſione inteſtati, vt in d. gl. quam communiter ſequuntur Socin. in conſi. 249. colum. 12. verſi. 3. & in nu. 13. in l. ſi cognatis, col. pe. de reb. dub. Par. in conſi. 3. num. 41. vol. 1. & Soc. iun. in conſil. 126. nu. 25. volum. 1. vbi inquit cum d. gloſſ. magis communiter doc. tranſire. Et quia de veritate ipſius gl. aliàs latè verbũ fecimus, circa hoc non inſiſtam, & hoc non ſine ratione, quia ſicut teſtator prædilexit illum qui ſemel admiſſus fuit, ita proximiores ſuos videtur omnibus alijs prædilexiſſe, argumen. l. cùm auus, ff. de condi. & demonſtra. vbi ſicut grauatus fuit prædilectus, ita eius deſcendentes in hæreditate grauati dicuntur prædilecti etiam proximioribus teſtatoris.

Secundò facit text. in d. l. cùm ita, §. in fideicommiſſo.
13 ſecundum communem intellectum, † vbi ſi fideicommiſſum relinquatur familiæ, aliquibus ex familia ſpecialiter nominatis, ad fideicommiſſum primo vocantur nominati, & poſt eos qui eo nomine fuerint tempore mortis teſtatori, & deinde qui ex illis proximo gradu procreati ſunt: ſi igitur vocantur proximiores illorum, qui iã vocati erant, & ſic onere fideicommiſſi grauati, ergo clara reſultat ſententia, quòd non attenditur proximitas teſtatoris, ſed grauati, cùm euenire poſſit proximiorem perſonæ vocatæ non eſſe proximiorem ipſi teſtatori. Et ita expreſsè ibi not. Bald. in ſecundo no. dicens, ſecundò nota, quòd reſpectu non nominatorum præferuntur proximiores, & qui ex his proximioribus deſcendunt, quib. extinctis reuertitur fideicommiſſum ad alios qui reperiũtur in ordine proximitatis. Et idem eſt de mente Pau. de Caſt. dum dicit, quòd ſi quis recipiat feudum, vel emphyteoſim pro ſe & alijs de familia, quod ipſe tanquam nominatis præfertur alijs donec ipſe vixerit, & alij poſtea ordine ſucceſſiuo, & primo ex eo deſcendentes. Et ſic etiam ipſe conſiderat proximitatem perſonæ grauatæ, & iam admiſſæ. Ita Socin. in conſilio 73. numero 14. volumine 1.

Tertiò confirmatur hæc opinio per text. in ca. 1. de natu. ſucceſſ. feud. vbi feudum paternum quamuis defera-
14 tur ex prouiſione primi parentis, † cum in eo conſideratur proximitas vltimi admiſſi. Et ita not. ibi Iſer. dicẽs, quod ad feudum admittitur, qui eſt proximior vltimo vaſallo, per d. §. in fideicommiſſo, & in l. fi. C. de verborum ſignificationibus, & ſic vult, quod in caſu dictarum legũ admittantur proximiores vltimi decedentis, & ita per illum tex. dixit Socin. in conſi. 252. colum. 10. verſi. ſecundum. & Dec. in conſi. 445. Ergo ita dicendum venit in fi-
15 deicommiſſo, † quia feudum antiquum, quod agnatus ſucceſſiuè defertur æquiparatur fideicommiſſo, quod inter illos de familia ſucceſſiuè reſtitui debet, vt per Dec. in d. conſi. 445. nu. 33. Ruy. in conſi. 151. nu. 3. vol. eod. conſi. 159. col. 3. & in conſi. 166. col. 4.

Quartò iſta opinio comprobatur ex his quæ conſuluit Paul. de Caſt. in conſil. ſuo deciſiuo & non impreſſo, de quo tamen facit mentionem Corn. in conſi. ſuo 97. volu. 1. Soc. in d. l. ſi cognatis. in fin. columnę, & Ruyn. in conſ.
16 203. num. 20. volum. 2. vbi inquit, † quod ſi quis ſtipulatus ſit emphyteoſim pro ſe, & deſcendẽtibus vſq; ad tertiam generationem, quòd ſuccedere debet ille qui eſt pro-

proximior ei qui vltimo loco deceſſit, & ad quem emphytheoſis erat deuoluta, licet non eſſet proximior ſtipulatori. Idem Ruyn. in conſi. 17. columna fina. volum. 2. & in d. conſi. 159. num. 3.

Quintò illud etiam voluit Rom. in conſi. 22. in fi. quæ-
17 rit enim ibi Roma. † in renouatione emphyteoſis finitæ quis præferatur, an amita, vel mater vltimi admiſſi, iuxta not. in § permittitur. Et concludit, quod mater tanquam proximior eius in cuius perſona eſt finita emphyteoſis per text. in d. §. in fideicommiſſo, & in l. peto, fratre, de legat. 2. per quæ iura ſecundum eum videtur intelligi, ꝙ ille præfertur, qui eſt proximior grauato præmortuo. Et Ro. ſequitur Ruy. in conſi. 166. col. 4. vol. 2.

18 Sextò, & vltimo, † in terminis noſtris ita determinat Soc. in conſi. 249. col. 13. verſic circa primum concludo, & in conſi. 252. colum. 10. verſic. ſecundum verò dictum. in conſi. 86. num. 14. vol. 3. in conſi. 73. num. 15. volum. 4. in l. ſi cognatis, colum. penult. & ſi. de reb. dub. in l. hæredes mei. §. cùm ita colum. 7. ad Trebel. Corn. in conſil. 22. col. 6. volum. 2. conſi. 97. colum. 5. volu. 1. & in conſil. 230. col. 10. vol. 3. Iaſ. in conſi. 84. volu. 1. vbi vult quòd ſi facta erat ſubſtitutio decenti ſine liberis maſculis de ſuperſtite filio, vel de liberis filiorum ſuorum, & ſic per nomen collectiuum, ſi vnus decedat ſine filijs maſculis, ita quòd ſit locus fideicommiſſo, & ſuperſunt ei duo fratres conſanguinei tantum, & vnus vtrinque coniunctus, ille ſolus qui Sofredus nominabatur admittitur ad fideicommiſſum, cum ipſe ſolus fratri defuncto ab inteſtato fuiſſet ſucceſſurus. authen. ceſſante, C. de legi. hæred. Et ſic vult, quòd inſpiciatur quis ſit proximior in iure ſuccedendi reſpectu perſonæ defunctæ, non autem teſtatoris, quia tunc omnes fratres ſimul vocari debuiſſent, cùm omnes pariter eſſent teſtatoris nepotes. Rubeus Alexan. in conſ. 36. colum. 2. & in conſi. 38. colum. fin. Crot. in conſilio 39. in fin. inter conſi. Rubei Alexan. Bert. in conſil. 300. colum. 3. Cur. iun. in conſi. 128. colum. tertia, vbi vult, quòd in fideicommiſſo facto per quendam ſi filius ſuus deceſſerit ſine liberis de fratribus ſuis, & eorum liberis ſi contingat tempore mortis illius filij ſine liberis extare vnum de fratribus teſtatoris, & ex alio prædefuncto filium ſolum quòd ille frater debet admitti, fratris excluſo filio, attento, quod illi filio teſtatoris nuper defuncto, frater ſolus ſuccederet, quia diſpoſitio teſtatoris in tali fideicommiſſo debet interpretari ſecundum ius commune, hoc eſt, quòd illi cenſeantur vocati, & ſint in fideicommiſſo præferendi qui illi ſuo filio ab inteſtato fuiſſent ſucceſſuri, & ſic manifeſtè vult quòd inſpicięda ſit proximitas in iure ſuccedendi reſpectu perſonæ, vltimo loco morientis, & non teſtatoris, quia aliàs filius fratris cum patruo admitteretur ſi perſona ipſius teſtatoris haberetur in conſideratione, cum ageretur tunc de ſuccedendo patruo, in authen. poſt fratres. C. de ſuis & legitimis hæred. Idem tenuit Ruyn. in conſil. 40 inter conſilia Rubei Alexan. col. 3. & in conſi. ſuo 101. colum. antepen. volum. 2. conſi. 117. num. 25 conſi. 123. num. 18. conſi. 151. num. 3. & colum. fi. in princ. in conſi. 159. num. 6. & 162. num. 8. in conſil. 166. num. 50. conſi 167. col. 4. 171. col. fin. 191. colum. antepe. & 202. num. 20. volum. eod. conſil. 35. nume. 10. volum. 3. & in conſil. 138. in fin. volum. eod. & dicit Socin. in d. l. ſi cognatis, & in alijs locis de quibus ſuprà, quòd ita etiam conſuluit Alexand. Pau. de Caſt. D. Bald. de Bertol, & Io. Bapt. de Sancto Seuerino, & quod ita iudicatum fuit per quendam doctorem Florentinum. Idem etiam voluit Socin. iun. in conſi. 116. num. 25. volum. 1. 133. nu 27 & 135. nume. 3. volum. eod. Et hanc eſſe communem opinionem teſtatur Gozad. in conſi. 4. colum. pen. in prin. & Soc. iun. in conſi. 126 in fin. volum. 1. Hanc aliam partem ſequitur Pariſ. in conſi. 2. nu. 47. vol. 1. vbi ſequitur Socin. in allegato conſi 173. volu. 4. ſupra allegato.

Non obſtant modò adducta in contrarium, & primò, quod per fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſuccęditur tur teſtatori, d. l. cohæredi, §. cum filiæ.
19 † Quia reſpondetur, quòd ex quo ad grauatum ſemel peruenit hæreditas quæ deſijt eſſe hæreditas, & facta proprium patrimonium grauati, l. ſed ſi plures, §. filio, ff. de vulg. & pup. quamuis adueniente caſu fideicommiſſi ſuccedatur teſtatori, quia tamen immediatè non capitur a teſtatore, ſed a grauato, ideo attenditur proximitas grauati quia ſicut teſtator prætulit & dilexit grauatum, præſumitur, quòd etiam voluerit præferre eius proximiores ſuis proprijs, arg. l. cum acutiſſimi. cum ibi notatis. C. de fideicommiſſ. & in l. cùm auus, ff. de condit. & demonſtr.

Secundò non obſtat, quod in ſucceſſione feudi non at-
20 tenditur proximitas eius a quo feudum incipit, † quia reſpondetur quod contrarium vult textum in ca. primo, de natura ſucceſſ. feud. vt ſuprà dixi, vbi licet feudum paternum deferatur ex prouiſione primi, tamen in eo conſideratur proximitas reſpectu vltimi admiſſi. Et iſtud ibi ſentit Iſern. dum dicit, quod ille admittitur ad feudum qui eſt proximior decedenti, allegat text. in d. §. in fideicommiſſo. & in l. fi. C. de verbo. ſignific. & ſic vult, quod in caſu dictarum legum admittantur proximiores vltimi decedentis, & Iſer. ſequitur Soci. in conſil. 249. col. 12. in verſi. 8. Decius in d. conſilio 445. colum. 4. Socin. conſi. 252. col. 10. verſ. ſecundum verò dictum, vbi reprehendit Calderi. aliter tenentem in conſilio ſuprà allegato 13. dicens eius dictum non eſſe verum, quia tex. in capi. primo, de ſucceſſ. feud. quem ipſe allegat non probat, & contra ipſum ſecundum eum videtur eſſe caſus in capit. 1. §. his vero, de grad. ſucceſſ. in feudo vbi in feudo paterno ſiue antiquo filius fratris ſuccedit in locum patris, vt cum patruo ſuccedat, & tamen in feudo antiquo ſi attenderetur perſona primi inueſtiti, filius nō aſſumeret locum patris. Et cum Iſer. etiam tranſit Ruyn. in conſilio 166. col. 4. volum. 2. & 167. colum. 4. in fine. 191. colum. 3. & 203. colum. 10 verſic. & idem eſt, volum. eodem. Et idem per tex. in dicta colum. prima, voluit Paulum de Caſtro in d. conſilio ſupra allegato. Corne. in conſi. 97. volumine primo. 22. volumine ſecundo, & 230. volumine 3. Socin. iunior in conſil. 126. volumi. primo, numero 17 & in feudo idem voluit Pariſ. ſibi contrarius in conſil. ſecundo num. 47. volumine primo. Socinus conſi. 73. columna fin. volumine quarto.

21 Tertio non obſtant not. per Bartol. in l. Lucius † quia Barto. loquitur in ſubſtitutione vulgari per quam immediatè ſuccedit teſtatori, & non grauato cui fuit facta ſubſtitutio, & ad quem hæreditas nunquam peruenit, ſed quæ remanſit penes teſtatorem, ideo non mirum ſi ſimul admittuntur filij, quia patri æqualiter coniungitur, ſed quando agitur de fideicommiſſaria bona teſtatoris fuerunt grauato acquiſita, quia alias fideicommiſſum non poſſet habere locum. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento, ff. ad Trebellian quo caſu ſicut teſtator in bonis ſuis prædilexit grauatum, ita etiam cenſetur prædilexiſſe proximiores ipſius grauati ſuis proprijs tanquam magis dilectos quamuis per illam ſuccedatur teſtatori ſicut videmus, ꝙ in fideicommiſſaria facta filio ſubintelligitur conditio ſi deceſſerit ſine filijs, quia ſicut prædilexit filium in bonis peruentis ad illum, ita videtur prædilexiſſe eius deſcendentes, l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. cum gloſſ. Et iſta præſumptio quæ ſit pro deſcendentibus ex filio locum etiam habet contra illum qui eſt proximior defuncto, puta contra alium eius filium. l. cùm auus, ff de conditio. & demonſtr. & in vulgari facta filio non ſub intelligitur illa conditio ſi deceſſerit ſine filijs, l. generaliter, §. cum autē. iuncta gloſſ. de inſtit. & ſubſti. & ibi doct. communiter. Et ſic patet, quod in hoc differt fideicommiſſaria à vulgari, quamuis per illam ſuccedatur teſtatori ſicut per vulgarem, & hoc quia per ipſam ſuccedìtur teſtatori immediatè, & antequam alius fuerit hęres, ſed per fideicommiſſariam ſuccedìtur teſtatori mediatè, & poſtquam alius fuit hęres, ideo tunc facilius pręſumitur pro deſcendente vel proximiore ipſius grauati, quia agitur de conſeruatione iuris iam quæſiti, ſed alio caſu ius non fuit quæſitum illi cui facta fuit ſubſtitutio vulgaris. Ita Ruyn. conſilio 101. colum. 7. in fin. volum. 2. & in conſil. 159. nume. 9. conſilio 166. num. 8. conſi. 167. nu. 12. conſi. 191. col. pen. conſi. 203. col. 11. in prin. vol. eo.

Quarto non obſtant not. per Bartolum in d. l. ſi cogna-
22 tis, † quia reſpondetur, quod in caſu noſtro aliud eſt ratione præmiſſa, videlicet quia agitur de re quæ ſemel alteri, & ſic grauato fuit acquiſita, non mirum ſi teſtator videtur intellexiſse de proximiorib. ipſius admiſſi ex cauſis de quibus ſupra, quę ratio ceſſat in contrario vbi res alteri adhuc non erat quæſita. Ita Ruyn. in conſi. 191. col. pen in fi. vol. 2.

Quinto, ad quintum de. §. in fideicommiſso. reſponde-
23 tur, † quod ille tex. probat contrarium, vt dixi ſupra in ſecundo fundamento huius partis. Nec obſtat, quod tempus mortis teſtatoris inſpiciatur in uocandis illis de familia poſt nominatos, vt dicitur in ipſo tex. quia ex hoc non infertur teſtatoris proximitatem eſse conſiderandam,

quia

quia ille tex. ſibi contradiceret ſi hoc vellet, cùm immediatè velit proximitatem vltimi decedentis admiſſi ad fideicommiſſum eſſe inſpiciendum: debet igitur tex ipſe intelligi, quod tempus mortis in eo inſpiciatur, vt hi ſoli vocentur qui tempore mortis erant de familia, ſed inter eos dicendum eſt quod admittendi veniant qui erãt proximiores nominatis. Ita Socin. iun. conſil. 126. ſupra allegato num. 43.

Sextò non obſtat no. per Bar. in l. hæredes mei, §. cùm ita. vbi non attenditur proximitas grauati, ſed teſtatoris. quia reſpondetur, quod in caſu illo nepos quo ad grauatum, erat in pari gradu cum nepte ſubſtituta, & ſic ceſſante cauſa teſtati ambo ſucceſſiſſent patruo ab inteſtato in fideicommiſſaria verò ſubſtitutione per quam plures vocantur ordine ſucceſſiuo, attenditur proximitas grauati ad effectum, vt admittantur eo ordine quo de iure erant inter ſe ad inuicem ſucceſſuri ab inteſtato, ad quem teſtator, (vt dixi ſuprà) videtur habuiſſe reſpectum, & qui ordo in caſu Bartolus non ſeruaretur, ſed peruerteretur ſi neptis per fideicommiſſum admitteretur. Et ideo tunc proximitas ex parte teſtatoris inducta per ſtatutum ponderatur, quia per hoc ordo ſuccedenti ab inteſtato locũ habet, quia vterque ſuccedit patruo ſecundum intentionem teſtatoris, quod non eſſet in caſu noſtro ſi dicta proximitas conſideraretur, & ideo illa præualet ſecundum quam ſubſtituti intelliguntur vocati eo modo quo grauato ab inteſtato eſſent ſucceſſuri. Ita Ruyn. in d. conſilio 203. col. penul. & in alijs locis ſupra citatis.

24 Septimò nec etiam obſtat. l. fi. C. de ver. ſign. † quia verum eſt, quod illo caſu ab initio, id eſt, antequam quiſquã ſit admiſſus vocantur prout erant ſucceſſuri ab inteſtato ipſi teſtatori, ſed poſtquam fideicommiſſum peruenit ad vnum, ad alium tranſit prout fuiſſet ſucceſſurus grauato, vt eſt de mente glo. ibi in ver. poſt eos. Et ſimiliter ex hoc patet reſponſio ad no. per Pau. de Caſt. in d. l. fi. vbi dixit, quod ſi relinquatur fratribus, quod primò vocatur frater vtrinque coniunctis ſicut ab inteſtato erat prius ſucceſſurus teſtatori, quoniam res legata adhuc ad aliquem ex vocatis per fideicommiſſum non peruenerat, ſed ad hæredem ſolum, qui de illis non erat. Ruy. conſil. 159. num. 10. volum. 2.

25 Octauo non obſtat, l. fi. ff. ad Treb. † quia reſpondet Socin. in d. conſil. 86. quod illud eſt ibi, quia ſubſtituti erant omnes pariter coniuncti ipſi teſtatori, & ſic inter illos nõ cedebat ordo charitatis, quia cùm omnes eſſent filij teſtatoris, quamuis ex diuerſis vxorib. erant tamen quo ad eum in eodem gradu, & dilecti æqualiter, ideo tunc omnes per fideicommiſſum eodem tempore veniunt. Allegat ad hoc l. is qui cum plures. de lega. 3. ex quo enim dicto caſu ordo affectionis & charitatis ceſſat non dicuntur ordine ſucceſſiuo vocati, quod ſecus eſt quando inter plures vocatos cadit ordo charitatis, vnde tũc ordine ſucceſſiuo vocantur, & prout quiſque ex proximior ei qui ſemel fuit admiſſus, quia ad illum videtur eandem charitatem habere quam habuit ad defunctum grauatum. Et Soc. ſequitur Ruy. conſi. 203 col. 11. ver. non obſtat. Item & pro reſponſione vide etiam Ruyn. in conſi. 159. nu. 9. ver. nec obſtat. d. l. fi. & in conſi. 167. n. 12. & in conſ. 166. nu. 6. & in conſ. 191 col. pe. verſi. non obſtat l. fi.

Nono non obſtat, l. is qui cum plures. Quia reſpondet Soc. vbi ſupra, quod ille text. loquitur quando plures vocati ſunt in eodẽ gradu quo ad teſtatorem, & inter quos non cadit ordo charitatis & affectionis, ſed in caſu noſtro plures exiſtentes in diuerſis gradibus ſunt vocati, & inter quos dictus ordo locum habere poteſt. Et Soc. ſequitur Ruy. conſi. 167. nu. 3. verſi. non obſtat. & Ruyn. conſi. 203. colum. 11. in fi. verſi. non obſtat poſtremo verſ. etiam reſpondet alio modo. Vol. 2. Laus DEO.

*Conſiliorum D. Rolandi à Valle. Finis.*

# Regiſtrum.

ABCDEFGHIKLMNOPQRST.

Omnes ſunt Quaterniones, præter A, quòd eſt Ternio.

[illegible]

*Consiliorum D. Rolandi a Valle, Finis.*

## Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes sunt Quaterniones, præter A, quod eſt Ternio.

Consiliorum
D Rolandi a
Valle

B
6
87